6 stipulatio pœnalis non nouat † primitiuam obligationem, etiam descendentem ex contractu iuris communis. de quo per Bar. in l. ita stipulatus. ff. de verbo. obliga. & tãgit in l. obligationum ferè. §. fin. ff. de act. & obliga. vtrunque autem videlicet, petere pœnam, & emphyteutam expellere, non potest: vnde alterum eligere debebit, per l. scriptum. §. si pacto. ff. de pact. & hoc quando non est apposita prædicta clausula, rato manente pacto seu contractu. secus si fuisset apposita. & suprà dixi in gl. & pro hoc facit etiam quod ponit Anto. de But. in alleg. cap. potuit. & Spec. vbi suprà & satis dicitur manere pactum, quando seruatur id, quod vult natura contractus, & ideo cùm natura con-
7 tractus, habeat ut possit fieri † expulsio propter solutionem non factam, debebit talis expulsio fieri stante tali clausula, rato manente pacto. & dicit Bart. in l. commissoriæ. C. de pact. inter empto. & uend. quòd qui post terminum petit rem videtur renuntiare petitioni pretii, nisi fuerit apposita clausula, rato manente pacto. & vide Cy. in alleg. l. cũ antea. vbi post Iac. de Rauen. qui dicit ꝙ clausula rato, ma-
8 nente pacto. non habet locum † in compromissis, ut pœna & res peti possit, vel quò pœna petatur & exceptio detur, sed operatur quòd pœna sæpius cõmittatur. habet ergo locum secundum eam l. qui fidem. & l. cùm proponas. in aliis contractibus præterquàm in fideicommiss. de quo per Spec. in tit. de arb. §. fi. versicum dixi. & versicul. item quid si in compromisso pœnali.

*SVMMARIVM.*

1 *Opponere in testes quando liceat.*

Lausula, Saluo iure impertinentiũ & nõ admittendorũ. hic operatur ꝙ si fuit admissus qui nõ debeat admittiut testes qui nõ debebãt admitti, si deposuerunt cum nõ deberet examinari sit aliàs omnimodo impertinens, nec cõferẽs ad cãm. Non est dubiũ ꝙ nil releuat vt quia deponunt. ꝙ Rex est in Frãcia. sed si aliquid cõferet ad causam, licet non deberet admitti. vt patet exemplũ in causa possessionis recuperãdæ, si fuit admissa probatio, & tõc si quidem parti non fuit data copia articulorum, & sic ei non potest imputari ꝙ consenserit, poterit opponere postea
1 † quòd dicta testium non valebunt, sed si ei potest aliquid imputari, secus est, ut patet exemplum extra de ordine cog. c. j. & Innoc. in cap. per tuas. de testib. & ex hoc apparet quòd quando iudex præcipit responderi positionibus saluo iure impertinentiũ & non admittẽdorum, tunc etiã post responsionem potest disputari, an pars debuerit respondere vel non, quia apparet partem non consensisse. & prædicta sunt vera in his interrogationibus, quę fieri non debent in fauorem partis. Sunt & aliæ interrogationes quæ fieri non debent à teste propter fauorem ipsius testis: putà an testis sit criminosus, licet interrogari non debuerit uitiatur tamen dictum eius: vt no. in c. j. extra de except. de quo per Spec. in tit. de posi. § 7. versic. 9. Et de ista clausula uide per Spec. in tit. de posi. in §. 7. versi. & no. cuius dilecti effectum vide in si sequentis clausulæ, quia debet esse hæc & per Bart. in l. si duo. §. idem iuris. ff. de iureiur.

*SVMMARIVM.*

1 *Superfluum cautius est admittere quàm necessarium omittere.*

Lausula, Si & inquantum de iure debet fieri & non aliter, reddit actum conditionalem, ita ꝙ si de iure acta nõ

debebat admitti ipso iure habetur pro nõ admisso, quasi deficiat conditio. & sic nõ nocebit parti, etiam si non appelletur: licet aliàs noceret si non appellaretur. l. 1. & 2. cum ibi notatis. ff. de appella. recipiendis. vbi per Bart. & hoc etiam fuit de mente Barto. in l. ambitiosa. ad finem. ff. de decretis ab ordi. faci. & sic non erit necessarium quod appelletur à tali admissione, vbi aliàs esset necessarium, vel ꝙ petatur reuocari secundùm Imol. in l. iudex. ff. de re iudi. & l. quando. ff. de legat. 1. idem ponit Ludo. in l. 1. ff. de arbi. vbi etiam vide aliquos effectus quos operatur dicta clausula. & uide Bald. in l. fina. C. qui legitimam personam. & Spe. in titu. de positio. §. 7. uersicu. & not. ubi dicit quòd cum cautius sit superfluum
1 admittere quàm necessarium omittere: ut 13. q. 2. non æstimemus. cum suis concordantiis. & quæ abundant non solent nocere scripturas, ut ff. de regu. iur. l. non solent. debet iudex quando dubitat an positio sit admittenda uel non: quòd faciat respondere saluo iure impertinentium.

SVMMARIVM.

1 *Quæ requirantur in bonorum minorum alienatione.*

CLausula, Si inquantum de iure pōt & non aliter, quam interponere so-
1 lent iudices in † decretis super alienatione rerum minorum operatur, quòd si alienatio habeat omnes solennitates. & omnia requisita præter decretum, tunc operatur, quòd decretum ualet, licet aliàs sine eo non valeret. & ad prædicta faciunt not. per Ioan. And. in c. cum contingat. ad fin. de offic. delegat. & quod no. glo. in l. iudex ff. de re iudic. vbi dicit ꝙ iudex non debet dicere, admitto inquantum de iure debeo. si tamen facit habes quid importet. & ad prædicta faciunt no. per Barto. in l. ait prætor. §. 2. ff. de re iudi. & per Imo. in d. l. iudex. & Bart. in l. propter. ff. de leg. præstan. & uide Bartol. in repetione l. edita. quam fecit Paduæ.

CLausula, Saluo iure partium quatenus solent iudices, quando ad ulteriora procedunt. hæc operatur, ꝙ ubi est præsumptio malitiæ contra partē excipientem. uel sit dubium, an exceptio sit de iure admittenda: & requirit longum tractatum, vel altiorem indaginem: vigore istius clausulæ potest iudex ad vlteriora procedere, facta reseruatione prædicta: & habet locum in exceptionibus dilatorijs, positionibus & articulis: vel quando dubitatur vtrum admittatur testis vel non: & in his multum potest iudicis officium: vt l. vbicunque. ff. de inter. actio. & l. iij. §. j. ff. de testib. & facit quod not. Innocen. in c. ex parte. extra de testib. & idem in alijs exceptionibus, quæ non impediunt processum secundum eundem Ioan. And. in d. c. ex parte. sed in exceptionibus præiudicialibus, in quibus ordo iuris peruerteretur, non posset fieri secundùm Host. in c. cum contingat. de offi. dele. per id quod habetur in c. exhibita. de ind. de qua materia vide gl. & Ioā. And. in d. c. cum contingat. & uide per Imo. in l. ille à quo. i §. fi. de testamēto. ad Trebelia. & facit quod not. Barto. in l. 2. ff. de app. rec.

SVMMARIVM.

1 *Interpositio decreti quomodo fienda.*

CLausula. Si de iure processerit. iudex decernendo hoc modo, dicit interpono decretum si de iure processerit, an ualeat. ista interpositio decreti videtur quòd non, quia ante decreti interpo-
1 sitionem † nondum processerit de iure, & sic conclusio est falsa. sed Baldus. tenet contrarium in l. 1. C. qui admit. in 21. col. quia quantum ad partem de iure processerit petendo decretalem, quando eidem est delata ẹdictalis. & idem ēt tenet Bar. in l. cùm propter. ff. de leg. præstan. si ait petitio de iure non processerit, tunc cū conditio defecerit: quia esset falsa, non valeret interpositio: prout sētit Bald. ibidē. & sic ista clausula apposita in interpositione decreti reddit actū cōditionalē

SVM-



SVMMARIVM.

1 *Appellatio quando non admittantur.*

CLausula, Alioquin admitto si probata fuerit. hac autē clausula seu cautela utūtur iudices cauti, quando coram eis proponitur aliqua exceptio, quia si non admittitur, posset pars appellare: quia si iudex admittit exceptionem cum clausula prædicta, illa etiam non probata pars non poterit appel-
1 lare, uel si appellaret: appellatio † non admittitur: quæ cautela seu clausula elicitur ex c. olim. de excep. ubi per Host. & tenet Spe. in ti. de excep. §. uiso. uer. item cautè.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis assertioni an credatur.*
2 *Excommunicationis forma qualis sit.*

CLausula, Alioquin te noueris excōicatum. De ista clausula uide per Spe. in tit. de citatione. §. iam. uers. ꝙ si iudex. vbi dicit ꝙ si iudex dicat, mādo tibi quòd uenias tali die, uel quòd talem cites, alioquin te noueris excommunicatum; quòd non ueniens, uel non citans non est excommunicatus. quia necessaria est sententia excommunicationis. ut C. de sen. ex peri. recip. l. arbiter. & ore proprio proferri. 2. q. j. de manifesta. in fi. ibi, iam diiudicaui. & arg. no. de simo. ca. sicut tuis. in fin. in gloss. argum. cap. quòd Abbas. & cap. j. de eo qui fur. ordin. fusce. nec talis clausula probat sententiam. C. de edendo. authen. si quis in aliquo. & extra de fide instrum.
1 cap. j. quia non creditur † iud. cis assertioni. extra de proba. c. quoniam contra falsam. arg. contra 63. dist. c. Salonitanæ. & 24. q. 3. c. comperimus. extra de simon. c. accusatum. sed illa ut dicitur ibi, Papa loquitur, qui aliquem solo uerbo absoluere potest. extra de senten. excommun. ca. si aliquando. unde dic quòd iudex sic procedere debet: nam præsentibus aliquibus absentem, uel citare nolentem excommunicabit hoc modo, quia talis à me legitimè citatus comparere contempsit, uel ad mādatum nostrum citare neglexit, cum excommunico in his scriptis. deinde illum citabit hoc modo mando tibi ut compareas tali die, uel talem cites alioquin te noueris excommunicatum:
2 cuius excōicationis forma talis est: ut supra. alij dicunt, quòd bene est excommunicatus per talia uerba. argum. eorum quæ not. in Spec. de sen. § ut inter. uersic. porro. Quid autem si non ueniens habet iustam causam? uide eundem in d. cto §. iam. uersicu. quid si non ueniens. usque in fin. §.

SVMMARIVM.

1 *Ademptio in codicillis legatorum relictorum in testamento an fiat.*
2 *Vltimum testamentum ꝙ alidius cæteris.*
3 *Testari qui non potest, nec ꝙ codicillos facere.*
4 *Clausula codicillaris an grauet uenientes ab intestato.*

CLausula codicillaris, Si non ualet iure testamenti, ualeat iure codicillorum &c. reuocat & annullat omnia legata apposita in primo testamento: quamuis sit nullum. C. de fideicō. l. fi. & de leg. j. l. planè. in prin. & l. si transeram. ff. de adimen. lega. constat enim legata quantuncumq; ualida relicta in testamento solenni, posse codicillis reuocari. quoniam nuda uoluntas reuocatoria minus solennis, legata & fideicommissa in prima uoluntate solenni relicta reuocat; ut ff. de adimen. lega. l. 3. §. fina. & quòd in codicillis fiat a-
1 demptio † legatorum relictorum in testamento solenni. tex est insti. de adimen. legat. & ita consuluit Angel. in quodam consilio, quod incipit, In Dei nomine, amen quidam condidit suum testamentum. si uerò fiat secundum testamentum non solenne, legata relicta in testamento solenni non reuocantur, per l. si iure. de legat. 3. & hoc procedit quando ademptio surgit tacitè ex eo quòd secundùm
2 testamentum † habet tollere primum,

iuxta l. posthumus § si paganus. ff. de iniusto rup. & irri. test. nam tunc ita demum uidetur adimere, si secundum ualet: ut dicta l. si iure. Secus si ademptio esset facta expressè in secundo testamento minus solenni legati relicti in testamento primo solenni. Nam tunc saltem per exceptionem tollitur. per no. in l. milites. §. uetera ini. de testa. mili. & l. planè. la j. secundùm Bald. & Imol. in l. si ita scriptum. de leg. j.

CLausula ista, Volo testamentum meum haberi pro legitimo. idem operatur quòd clausula, uolo testamentum meum ualere omni meliori modo quo potest. secundùm Imol. in l. codicillis. §. fin. ff. de lega. 2. ubi etiam dicit quòd propter clausulam codicillarem uel æquipollentem trahitur institutio ad causam fideicommiss. facit quod habetur in l. quærebatur. ff. de testament. milit. & quod plenè not. in authen. ex causa. & ex hoc tenet etiam quòd uerba directa ex ui clausulæ codicillaris obliquantur. ut l. Scæuola. ff. ad Trebell. & dicit Bald. in l. cùm pater. §. filius matrem. ff. de lega. 2. quòd istæ duæ clausulæ scilicet, uolo testamentum meum ualere omni meliori modo quo potest, & clausula codicillaris, si non ualet iure testamenti & c. æquipollent. & idem dicit quòd habet effectum etiam ab intestato. facit l. codicillis. §. fin. suprà alleg.

CLausula codicillaris, Si non ualet iure testamenti &c. habet effectum istum: quia si testamentum deficiat: eò quia non aditur hæreditas: ut l. eam quam. C. de fideicommiss. & l. qui autem. ff. si quis omiss. caus. testam. dum tamen ponantur uerba, si non ualet uel non ualebit. ita consuluerunt multi doctores consilio, quod incipit, Quidam nomine Andreas, Item etiam operatur dicta clausula codicillaris, ubi testamentum non ualeret propter defectum hæredis incapacis ut dicta l. eam. secundùm unam lectu. Si uerò testamentum deficit propter defectũ personæ testantis: puta quia testari non potuit, tunc dicta clausula nihil operatur:
3 quia qui † non potest testari, neque codicillari: ut l. diui. §. codicillis. ff. de iure codi. & l. 2. de lega. j. de quo uide plenè in quodam cõsilio, quod incipit, Quia iuris. allegatio.

CLausula, si non ualet &c. habet locum, si testamẽtum deficiat ex causa præteritionis. ita tenet Bar. in consi. quod incipit, Dominus Iac. & est text. secundùm lect. Hugo. in l. si patroni. in prin. ff. ad Trebellia. & hoc tenet Marti. Syli. Dy. & moder. quia paria sunt relinquere à uiuentibus ab intestato, & dicere, si non ualet iure testamenti. secundùm gl. l. ex testamento. C. de fideicommiss. Sed si quis dixisset legata deberi à uenientibus ab intestato, deberentur sine dubio: ut l. si quis cùm nullum. ff. de codic. & hoc est uerũ, quando filius seu posthumus præteritur scienter, secus si ignoranter: quia tunc clausula codicillaris nihil operatur. & ita tenet Bar. in cõsi. 235. quod incipit, Lapus fecit testamentum. Si uerò testamentum deficiat ex causa exhæredationis. etiam habet locũ dicta clausula codicillaris, sicut dictum est in præteritione. Et idem si testamentum rumpitur per cõtra tabulas. secundùm Bar. in l. j. C. de iure codic.

CLausula codicillaris apposita in codicillis sub his uerbis, Si non ualet iure codicillorum, ualeat iure cuiusl. bet ultimæ uoluntatis, prout melius ualere potest. secundùm Barto. in l. i. ff. de iure codic. operatur ut ualeat iure alterius ultimæ uoluntatis. puta uoluntatis imperfectæ inter liberos: ut l. fi. C. fam. ercisc. & l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testament. non autem ut ualeat iure testamenti: Sed si erat uoluntas, sufficiens ad testamentum & hæredis institutionem: quia illa hæredis institutio, non potest ualere directo: ut l. hæreditas. C. de his quibus ut indig. ualebit iure fideicommissi.

CLausula codicillaris supra posita, uidelicet, Si non ualet &c debet intelligi aliter quàm per reuocationem testatoris, quoniam si per testatorem reuocatur primum testm̃ simpliciter factum, in quo erat clausula codicillaris, non directè in testamento secundo his uerbis, cassans, irritans &c. Non est dubium quòd illa clausula nihil operatur? ut sentit & not. Bartol. in l. j. de iure codicillorum.



CLausula codicillaris, Si non ualet &c. habet locum quando testamentum deficit ratione omissæ solennitatis: ut l. codicil. §. fin. ff. de lega. 2. & l. his uerbis. ff. de testament. & in authen. ex causa. Secus si deficit ex causa uoluntatis imperfectæ: quia mortuus antequam testamentum complearur: ut est text. in l. fideicommiss. §. 1. ff. de legat. 3. & l. ex ea scriptura. ff. de testamen. de quo etiam in allegato consilio, quod incipit, Iuris allegatio. si autem hæc clausula concipiatur copulatiuè, puta uolo quòd ualeat iure testamenti & codicillorum, dic quòd operatur & resoluitur in disiunctiuam, ne sit repugnantia, ut ff. de usufruct. lega. l. si Titio fundus.

4 CLausula codicillaris † uidetur grauare omnes uenientes ab intestato, qui defuncto succedunt. l. ex testamento. C. de fideicommiss. & ibi gloss. & l. quia autem, & ibi gloss. ff. si quis omissa cau. & etiam si aliqui succedunt ex testamento, puta quia primum testamentum per secundum non est reuocatiuum, tunc per clausulam codicillarem appositam in secundo testamento, succedentes enim illi ex primo testamento uidentur rogati, ut l. si quis cùm nullum. C. de iure codicil. secundùm Bartol. in l. 1. ff. de iure codicillorum.

## SVMMARIVM.

1 *Dictio rectè, an causę iustitiam significet.*
2 *Iudex nunquam iuri ordinario intendit præiudicare.*
3 *Confirmationis effectus qualis sit.*
4 *Personale an reale fieri possit.*
5 *Sententiam principis quis non potest reuocare.*
6 *Rescriptum & priuilegium an liceat indistincte impetrare.*
7 *Confirmatio in forma communi nihil noui iuris tribuit.*
8 *Iusta & licita ex generali confirmatione colliguntur.*
9 *Priuilegium principis ad futura tendit.*
10 *Actus qui sint.*
11 *Confirmans à quo fundamentum accipiat.*
12 *Confirmatio magis accedit iustitiæ quàm gratiæ.*
13 *Confirmatio quæ dicatur.*
14 *Qui de uno dicit de alio negare uidetur.*

1
Lausula, † Quatenus ritè & rectè processerit, seu quatenus ritè & rectè processerit confirmamus. Scias pro intelligẽtia de istis dictionibus habetur per Bar. & gl. in l. hoc colore. ff. de inofficio. testam. & in l. iustè. ff. de acquir. pos. & in l. sed & si lege. §. scire. ff. de petit. hæredi. & per eundem Bar. in l. lecta. ff. si cert. peta. Et conclusio est, quòd dictio rectè, causæ iustitiam significat. dictio ritè, solennitatem ordinis seu iuris. de quo per glo. in l. non putauit. §. non quæuis. ff. de contratab. & per Imo. in allegata l. iustè. Est sciendum quòd hæ dictiones aliquando ponuntur in sententiis, aliquando in priuilegiis, si in sententiis, aliquando secundùm aliquos faciunt conclusionem: sed in priuilegiis non, sed ponuntur causatiuè. sed Host. dicit quòd quando istæ uerba ponuntur in priuilegiis seu confirmationibus. in forma communi impetratæ intelliguntur conditionaliter. ubi non ex certa scientia principis conceditur seu impetratur confirmatio, seu priuilegium maximè, quando totus tenor inseritur rescripto: tunc uerba prædicta ponuntur causatiuè & non conditionaliter. & bene probatur in c. examinata. & in c. uenerabilem. de confir. uti. uel inuti. §. fi. in fi. & confirmatio facta cum dicta clausula. quatenus ritè & rectè, &c. sinæ causæ cognitione, & in forma communi nullum aut modicum ius tribuit: sed uetus tamen conseruat. 12. di. c. præcepit. & c. quia intentionis. de priuilegiis. de quo per Bar. in l. & quia. ff. de iurisd. omn. iud. ubi plenè an qui confirmat uideatur dare? & ibi latius per Bald. de quo Barto. in consi. suo, 196. quod incipit, Ciuitatis Camere

&

& pertalem confirmationem non impeditur petitio alterius, uel non clauditur manus iudicis ordinarii, quominus iudex de dicta re seu causa possit cognoscere de concess. præben. c. quia diuersitatem. ne sede uacante. c. 2. de consti. ca. ex parte. quia nunquam princeps per tales
2 confirmationes seu priuilegia intendit iuri † ordinario præiudicare: ut l. nec auus. C. de emancipa. liberorum. & l. 2. §. si quid à principe. & §. meritò. ff. ne quid in loco publico. & de offi. dele. c. super eo. & c. fi. de confir. uti. uel inuti. Operatur ergo dicta confirmatio ut maioris sit authoritatis, & magis timeatur, xi. di. cap. si quis nesciat. & 23. di. c. quanquam. sic ubi princeps recepit aliquem sub sua protectione, talis receptio non eximit illum à potestate iudicis Ordinarii: sed talis magis est timendus & honorandus: ut in cap. ex parte. lo 2. de priuil. & cap. recepimus. facit in arg. c. per tuas. de maioritate & obedien. Vnum tamen scias perpetuò quòd talis confirmatio facta in forma communi præbet titulum præscribendi: ut in cap. dudum. §. cæterum. de decimis ibi, nec confirmatio præfata tamen effluxerit temporis: de religio. domib. cap. constitutus. §. j. & §. final. de iure patronat. cap. circa. & hoc etiam uoluit Ludo. in l. iuste. de acqui.
3 posses. Effectus † uerò conseruationis quæ fit cum causæ cognitione ex certa scientia principis est, quia ius tribuit, & quod de iure fit confirmata, nullus potest tognoscere nisi princeps, uel cui ipse princeps, specialiter mandauit: vt in ca. 1. & 2. de confirm. uti. uel inutil. & in c. quoniam Abbas. de offi. deleg. & in c. ueniens. de testibus. & in c. uenerabilis. de confir. uti uel inu. & in c. cùm ex frequēti de insti. & in c. Raynutius. & Raynaldus. de testi. Item est & alius effectus, quia aufert inferiori, causæ cognitionem & parti aduersæ petitionem: ex quo fit per principem, nisi in modum supplicationis audiatur. ut in c. cum ex literis de restit. in integ. Item operatur ut si quid confirmatur uires habeat, & si quid ommissum est, suppleatur. capit. j. de transac. & ut
4 quod est personale † fiat reale. de transac. c. ueniens. nisi in confirmatione aliud dicatur de præben. cap. nisi esset. §. ulti. & penul. & ut non solenne reddatur solenne: C. de testamen. l. omnium. & l. adoptio non iure facta. ff. de adopt. & ut inutile uel non firmum reddatur utile uel firmum. ut 15. q. j. capit. j. & de concess. præben. cap. ex parte Hasten. & di. capit. constitutus. & dicta l. adopt. Est & alius casus quia quod confirmat suum. facit C. de ueteri iure enucle. l. j. circa medium. ibi enim omnia merito nostra facimus &c. qa à nobis eis impartitur authoritas &c. & ideo sicut nullus sententiam latam
5 † per principem potest reuocare, ita nec ab eo confirmatam ab eius certa scientia, uel cum causæ cognitione. de instit. cap. cùm ex frequentibus. de iud. cap. cùm uenissent. nisi liquidò constaret ipsam per subreptionem fore obtentam: ut in capit. 2. de confirma. uti. uel inuti. quod præsumitur, quia apertè est contra ius: & contra solidum cursum curiæ: ut si minori 25. annis beneficium cum cura confirmetur: ut in capit. eam te. de ætate & qualitate. Vel quia in confirmatione apparet uitium notorium, uel ex parte scripturæ, uel ex parte dictaminis, uel ex parte sigilli, ut in c. licet. & in cap. sequenti. de crimine falsi. & ad hoc quid operentur confirmationes, uide gl. in c. quia diuersitatem. de concess. præb. & Cyn. in l. cùm oportet. in princ. C. de bonis quæ lib. de quo etiam in cap. si gratiosè. de rescript. in 6. & uide per Specu. in titu. de instrumentorum edit. §. nunc testatus. circa princip. & per Innocen. in c. dilectus. de fide instrumentorum. Item supradicta clausula, quatenus ritè & rectè &c. ad res quę non possidentur pacificè, sed sunt litigiosæ se non extendit; vt in cap. j. de confirmatione vtil. vel inutil. nisi de hoc expressam faciat mentionem: vt in c. fin. vt lit. pen. secundùm Host. in summa in titul. vt lite pendente. §. & qualiter. uer. priuilegium. nam licet secundùm leges lit. contesta. nullo modo possit priuilegium impetrari, nisi in certis casibus, de quo in rubro & nigro,



nigro, ut lit. pen. c. ultimo. super his quæ in iudicio sunt deducta, licet super aliis, sic, dummodo fiat sine magno incommodo aliorum, ut in C. de preci. Impe. offe. l. quotics. tamen secundùm Canones in-
6 distinctè, licet rescriptum † uel priuilegium impetrare etiam lite pendente. dum modo de certa scientia principis impetretur. de quo per Host. in summa, ut lit. pendente. §. & qualiter. uer. in istis casibus tamen admittitur. & in tit. de rescrip. §. cui præiudicet. Item dicta clausula, quatenus ritè & rectè processerit, non extendit se ad uim seu furtiuè aut uitiosè possessam: ut l. authoritatem. C. unde uiuide quod per glo. & Ang. in l. si qua loca. C. de fun. & sal. rei. do. libro. 11. & per Bal. plenè in c. 1. per quos fiat inuesti. in usi. feu. ubi dicit quòd generalis confirma tio priuilegiorum non confirmat nisi iusta priuilegia. & hoc not. ēt in l. 1. de his qui sunt sui uel alie. iur. & ibi Bar. & sic cō
6 firmatio in forma communi † nihil noui iuris tribuit, sed fouet quod inuenit. de concess. præben. ca. quia diuersitatem. de re iudi. cap. cùm inter. de fide instru. cap. cum inter dilectos. & not. C. de dona. inter. ui. & uxo. l. ex his uerbis. Iuri autem contraria non intelliguntur confirmari, ut aliquod ius nouum detur, nisi constet de intentione. & ad hoc. ff. de lib. lega. l. Aurelius. §. testamēto. nisi fortè princeps confirmaret factum proprium. ff. de leg. 1. l. legata inutiliter. uel nisi quædam confirmaret, & quędam infirmaret: ut ff. de testa. mili. l. tribunus §. fi. de quo uide Io. Andr. qui refert Valerium dicere testamentum cuiusdam furiosi per senatum approbatum, eò quia bene disposuerat: ut refert. Andr. in cap. fi. in nouella. extra de succes. ab intesta. & refert, & sequitur Ludouic. in l. lecta. ff. si cert. petatur. & in l. furiosum. C. qui testam. priuilegia uerò subreptitia non ualent: ut not. in nouel. in c. dudum. de priuileg. Item secundum Bal. in l. priuilegia. C. de sacrosan. eccl. in generali confirmatione priuilegiorum facta cum d. clausula, quatenus ritè & rectè processerit, non includuntur nisi priuilegia uigentia, & quæ tēpore confirmationis ualent: ut l. Meuius. §. auiæ. ff. de lega. 2. & de iureiur. l. eum qui. §. si multi. secundùm Iac. But. in allegata l. Mella. §. primo. de alimen. & ciba. leg. quam allegat Cyn. in addi. quæ bene probat. quod est uerum quando concessit cassando reuocationem priuilegiorum, tunc in generali confirmatione includuntur omnia priuilegia reuocata: & quæ tunc non uigebant: ut in l. priuilegia. C. de sacrosanc. eccle. cum si. sed Ludouicus in l. quòd seruus. ff. de acquirend. posses. dicit quòd in quacunque generali locutione iniusta intelliguntur excepta secundùm glos. ibi, cui est glo. similis in l. nō uidetur. in §. qui iussu. ff. de re iud. extra de iureiur. c. petitio. & eod. titul. c. 1. in 6. Et hoc est notandum dicit ipse ad generalem confirmationem priuilegiorum, & statutorum per superiorem factam: quod non intelligitur confirmata nisi iusta: & ita etiam tenet Bartol. in l. 1. ff. de his qui sunt sui uel alie. iur. & Bal. in l. 1. C. de monopol. pro quibus facit. text. optimus per quos fiat inuestitu. in usib. feu. ubi per generalem inuestituram feudorum factam per dominum in uasallum intelligitur facta inuestitura de iustis feudis tantum, & non de iniustis: & uide ad hoc Albe. de Rosa. in quæstionibus statu. in prima parte in q. quæ incipit, Item quę ro si statuta confirmentur &cæt. & sic in
8 in generali confirmatione † ut est dictum non ueniunt nisi iusta & licita; ut in capitulo primo. de iureiurand. ut in generali iuramento de obseuando statuta non ueniunt nisi licita & iusta. de quo latissimè per eundem Albe. ubi suprà in q. quæ incipit, Sed pone quòd statutum est illicitum & iniustum. vbi late per eum. Item si uigore dictæ confirmationis factæ cum clausula, quatenus ritè & rectè processerit, quis ingrediatur possessionem rei quam alius possidet non citata parte non excusatur talis à pœna inducta per statutum contra turbantes aliquos in eorum possessione, secundùm Bartol. in lege iustè. ff. de acquirenda. possessione per ea quę dicit ipse idem Bar. in l. j. §. j. si quis testamento liber esse vsus fuerit.

fuerit. pro quo facit l.fi. C. si per uim uel alio modo.& l.authoritate. & l. memine rint. C.unde ui.& hoc etiam tenet Bartol. in quodam consilio, quod incipit, Missus in possessionem rei quam alius possidet uigore.l.edicto. Item aduerte: quia quod non est, per principem cofirmari non potest. de præbend. cap.inter cętera: de consue.c.cùm olim. de sepul. c.in nostra.§.calem. de testa.c. officii. in quibus
9 patet quòd priuilegium † principis seu Papæ extenditur ad futura: unde tota die apponitur in priuilegiis, confirmamus tibi bona quæ nunc habes, uel in posterum dante domino poteris adipisci, secundùm Host. in summa in tit. de confirmatione util. uel inutil. §.de qua re.in fin.sicut qui iurauit seruare statuta ciuitatis, tenetur seruare futura. secundùm Alb. in allegato loco in quęstione, quæ incipit, Quid si potestea.

Circa confirmationes. uerò utrùm possit peti officio uidicis.dic quòd quidã sunt actus qui sui natura ordinantur & tendũt ad confirmationem, ut electiones:& tunc in istis confirmatio potest peti, ut in §.interim. in authen.de defen.ciuitã. Quidam sunt actus qui non expectant confirmationem de sui natura, ut sunt contractus & sententiæ: & tunc dicit Innocen. quòd aut isti actus procedunt per uiam iudicii, & potest peti confirmatio: ut in summa. de quo dic ut not. ipsemet in c.dilecto.de appella. ubi dicit quòd potest peti confirmatio diffinitiuæ sententiæ non interlocutoriæ.quod est notandum. Quidam sunt a-
10 ctus † qui procedunt per uiam consensus, & tunc aut isti actus desiderant decretum & potest peti, confirmatio, ut de decurionibus.l.si quos spontaneos.lib. x. aut non desiderant decretum. & tunc non potest peti confirmatio. secundùm Inno.in c. 1. de confirma.util. uel inutil. nisi fortè de consensu amborum contrahentium: arg. de mino.l. ait prætor. §. permittitur. quæ uerba sunt singularia. secundùm Bal.in l. & quia.ff. de iurisdi.omni. iudi. Et est sciẽdum quòd quando actus est nullus quare qui confirmat dat, & solus dicitur quare:
11 quia † confirmans non se fundat super confirmato: sed contra confirmans fundatur super confirmante. faciunt not.in l.ex his uerbis. C.de dona. inter ui.& uxo.& dicit Bal.in d.l.nam ita diuus. ff. de adop. quòd quando confirmatio petitur in his, quæ sui natura exigunt confirmationem
12 superioris, tunc confirmatio † magis accedit iustitiæ quam gratiæ:& potest peti etiã iudici aliter. ut in authen.de defen.ciui. §. utriusque. pro quo uide quod nota. 72. distin.in c.si modo. per Archi.in c.quanto & 77. distinctione. & c. presbyter.& 87. distin.c.quisquis. per Archi. Si uerò contractus est nullus, tunc potest peti confirmatio.secũdũ Inno. in c. 1. de cõfirmat. util. uel inuti. quia ex contractu nullo modo competit ius agendi. Sed si contractus est aliquis, tunc superflua esset confirmatio, sed impetrando bene potest peti confirmatio contractus: & tunc magis innitur confirmatio gratiæ quàm iustitiæ. extra de transac. c. 1. Aduerte tamẽ: quia confirmatio actus ualidi ad hoc poterit esse utillis: ut quia contractus ualidus confirmatus per iudicem cõfirmatus erit irresistibilis.secundùm Bart. in d.l. si quos spontaneos.C. de decu lib.x. ubi dicit notabiliter, quòd contractus ualidus confirmatus per iudicem non potest rescindi per beneficium l.2. C.de rescinden.uendi. Itẽ erit utilis: quia ubi sententia esset bis confirmata mandabitur executioni, nec eius executio retardabitur prætextu nullita-
13 tis. ut in cle. 1. de re iudi. Et nota quòd † cõfirmationes magis dicuntur decreta quã sententiæ diffinitiuæ. de quo per Innocen. in c. cùm dilectus. de elec.& quando princeps confirmat illegitimum. uidetur cum eo dispensare. de quo per Innocen. in c. innotuit. de elec. & an columnatio exigat examinationem. uide per Innocen.in c. uenerabilem. de elec.& dicit Bald.in l. 1. §.permittitur. ff. de aqua quo.& æstu. quòd si princeps non confirmat feudum filiis defuncti militis, quòd eos grauat, & ab eo potest appellari. de quo per Bald. in l. ne
14 cui. C. locati. Item si princeps † uel dominus confirmat certa capitula, uidetur alia reprobare. quod est uerũ secundùm Bal. quando omnia capitula ostensa fuerunt &



& examinata: quod in dubio præsumitur si fuerunt ostensa. ut l.tribunus. §. j. ff. de testam. milit. secus si non fuerunt examinata, & fortè non producta. de quo per Imol.in l.legata inutiliter. ff. de leg. j.

*SVMMARIVM.*

1 *Tolluntur consuetudines ecclesiæ per generales non obstantias.*

Lausula, Non obstantibus quibuscunq; statutis priuilegiis, uel consuetudinibus ecclesiæ contrariis confirmatione apostolica, uel quacunque alia firmitate roboratis, cum decreto & alijs non tollit constitutionem iuratam. glo. est in c. non doceat: de priuilegiis. in 6. unde per generales non obstantias appositas in collatione beneficij, quod est de iure patron. laicorum facta alicui, nunquã intelligitur derogatũ ordinationibus factis per laicos fundatores in fundatione beneficij, quæ ordinationes sunt per sedem apostolicã aut Episcopum confirmatæ. ne laici fundationem ecclesiarum retrahant. facit in arg. quod not. in ca. cùm dilectus. de iure patrona. facit quod not. Innocen. in cap. significauit. de præben. ad hoc etiam ut pacta & conuentiones appositæ in fundatione tollantur, necessarium est quòd ipsorum pactorum & conuentionum fiat mentio specialis. ut in c. ex multiplici. de decimis. facit quod not. in c. literas. de rescriptis. nam per generales non obstan-
1 tias solum tolluntur consuetudines & statuta ecclesiæ contrariæ, non pacta & conuentiones. secundùm Pet. de Ancha. consi. 20. quod incipit, Quæstio talis est dominus noster Papa Bonifacius. Et si qs canonicus iurauit seruare consuetudines & statuta ecclesiæ, & postea contra consuetudines uel statuta ecclesiæ aliquid impetrauit, & in literis est clausula, non obstantibus statutis aut consuetudinibus ecclesię contrariis iuramento, aut confirmatione apostolica roboratis, an ualeat impetratio uide latè in decis. Rotæ, in nouis decis. 298.

Item per talem non obstantiam generalem, scilicet non obstantibus pactis uel capitulis quibuscunque, non tolluntur pacta uel capitula iuramento firmata. ut est gloss. in clemen. dudum. in uersi. pacta. de sepult. & ibi per Ioan. Mona. & super hoc omnino uide decisio. Rotæ in nouis, tertiam. & uide quod not. Lapp. in cap. j. de constit. in 6. ubi dicit, quòd quando Papa uel princeps facit gratiam, uel aliquid concedit recipiens ius priuatum, aut aliud impediens, de quo debet fieri mentio, procedit ex facto proprio impetrantis, aut ex facto alieno: si ex facto proprio tunc aut quia beneficiatus impetrans est defectuosus, & tunc non sufficit clausula generalis: sed debet esse mentio specialis & specifica, specificando illius defectum pro quo scribitur: & est causa illius statuti, consuetudinis, uel priuilegii, per quos talis defectuosus redditur, scilicet ætatis, ordinis, uel alterius. & idem si ex facto alterius publicè ũbi noto. quo casu uera est opin. Ioan. And. in allegato cap. ei cui, scilicet ut sufficiat generalis clausula non obstante. & uide omnino Albericum de Rosa. in quæstionibus statutorum in quæstione, quæ incipit, Statuto alicuius ciuitatis sic cauetur.

*SVMMARIVM.*

1 *Clausula hæc an extendatur ad priuilegia in corpore iuris clausa.*
2 *Clausula generali an intelligatur derogatum constitutionibus sacri consilij.*
3 *Consensu plurium id quod sit, maiori authoritate roboratur.*

Lausula generalis, Non obstantibus quibuscunq; priuilegiis.
1 non extẽditur ad priuilegia † in corpore iuris inclusa. secũdùm glos. in l. 2. §. legatis. ff. de iudic. & in auth. qua in prouincia. C. ubi de crimine agi oportet. & l. hæres absens. ff. de iudic. in princip. & probatur ex eo, quod singula not. dicit, Cyn. in l. r. C. quando iud. inter pupil. & uidu. ubi dicit, quòd per gene-

generalem constitutionem priuilegiorum derogatoriam cum clausula, etiam si de eis mentio fieri deberet, non intelligitur fore sublatum priuilegium concessum personę aliàs priuilegiatę, nisi de priuilegio fiat mentio in ipsa constitutione sigillatim & hoc per text. d. l. quod dictum. quod dicit non esse alibi. & probatur ex eo quod no. Bal. in l. humanum. C. de leg. ubi dicit quod per generalem clausulam, non obstantium, nunquam intelligitur
2 †derogatum constitutionibus sacri consilij quando pro facienda derogatione illorum oportet quòd de illis fiat mentio specialis. secundum Arch. in c. j. de constitutio. in 6. & est tex. in c. penul. de capei. mona. & de test. b. c. nonnulli. & de ętate & qualitate. c. eam te. ratio est quòd illud
3 † quod plurimum consensu fit, maiori authoritate dicitur roborari. & ideò ut tollatur maiori reuocatione opus est C. de repud. l. dubium. & in c. prudentiam. de offic. delegat. & super materia non obstantiarum, uide Fede. de Se. in consi. 226. & consil. 47. & uide plenè per Ioan. And. in nouella. in c. j. de concess. preben.
1 in 6.

*SVMMARIVM.*

1 *Donatio ob causam an reuocari possit.*
2 *Priuilegium concessum, an irreuocabile sit.*
3 *Clausula hęc, an extendetur ad causas pias.*

CLausula generalis, Non obstantibus quibuscunque priuilegiis non tollit priuilegia quę transiuerunt in contractum remuneratorium, uel aliàs sunt concessa priuilegia ad pias causas: ut in l. si pater. §. siquis. iuncta gloss. super uersic. irreuocabilis. ff. de donatio.
1 ubi donatio † ob causam non reuocatur. Item quia licet priuilegium concessum à principe regulariter possit reuocari, ut in c. ueniens. & in c. j. cum ibi plenè not. de rescrip. tamen priuilegium concessum à principe non subdito est irreuocabile, quod transit in contractum. uel si subdito concessum est, princeps illud sine iusta causa reuocare non potest: quòd autem priuilegium concessum non subdito sit irreuocabile. not. Innocē. in cap. innotuit. de iudi. & Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de censi. §. nunc. in additione, quæ incipit, per hanc legem. & facit quod no. ipse in titul. de instrumen. edi. in §. nūc. uerò aliqua. in fi: addi. incipientes. Hic omnino uide quod scripsi. & Barto. ponit in l. omnes populi. de iusti. & iure. l. hi qui. de iure immu. & de decre. ab ordi. fa. l. quid semel. & C. de sacrosanc. eccle. l. priuilegia. & Bald. in l. qui se patris. C. unde liberi. & de lega. l. si cum mihi. & de senat. l. nuptæ prius. Quòd autem priuilegium concessum subdito sine iusta
2 causa sit † irreuocabile. ponit Innoc. in c. nostra. de iureiuran. & refert Anto. de Butr. in repetitione c. cum M. de constitutio. & est tex. in l. Titius. ff. de obse. quoniam princeps ita ligatur ex contractu, sicut quilibet alius de natu. feudi c. j. de probat. c. j. 25. q. 2. cap. 7. & facit quod not. Cyn. C. de legibus. l. digna uox & Bald. ff. de legib. l. princeps. & ff. de constitu prin. l. princeps. & ideo ius quęsitum ex contractu sine iusta causa tolli non potest secundum Imol. in c. quæ in ecclesiarum. de constitutio. Quod autem generalis clausula obstantiarum non extendit
3 se ad causas † pias, probatur ex casu not. secundum unam lect. in c. si propter tua debita de reseri. in 6. ubi per rescriptum non intelligitur derogatum ei, quod ad pias causas est concessum, puta ad reparationem ecclesię. & probatur ex l. liberti. la ultima. §. posthumos. ff. de alimen. & cibar. legat. ubi generalis de rogatio beneficiorum ab aliquo collatorum non intelligitur derogare his beneficiis, quæ ob causam alimentorum sunt relicta. ratio est: quia causam piam continent. & de hoc ibi Bartolus summè notat illum textum. Accedat ad hoc capitulum cùm olim. de re iudicata. & quod notan Archidia. & Ioannes Andr. cap. ei cui. de preben. in 6. ubi dicunt illam generalem non obstantiarum



stantiarum, non derogare illis priuilegiis quibus concedentes non reuocassent in specie. de deci. cap. 2. in 6. de offi. Vica. c. fina. de pig. l. obligatione. uide Ludou. de Rom. in l. si uerò. §. de uiro. in 23. principali fallen. ff. sol. mat.

CLausula ista, Supplentes omnem defectum, siquis in eo interuenerit de nostræ plenitudine potestatis. apposita in literis uel rescriptis, supplet omnes defectus præter defectum partis supplicantis uel contrahentis: quia illum non uidetur supplere. dictum est Specu. in tit. de leg. & refert Arch. in 7. di. Romanensem. Et de ista clausula habetur in c. pastoralis. de re iudicata. & in cap. inter dilectos. de fide instrum. & ideo si supplicans esset spurius, excommunicatus, uel bigamus, talis clausula non tollit istum defectum: sed si defectus procedit ex solennitate iuris positiui, talis defectus uigore dictæ clausulæ bene tollitur ut not. in Spec. in tit. de leg. §. nunc ostendendum. uersic. 18. & facit quod habetur in c. illa quotidiana. de elec. de qua clausula uide Imo. in l. quidam consulebat. de re iud.

*SVMMARIVM.*

1 *Clausula ista, an tollat qualitates intrinsecas.*
2 *Dicta clausula, an possit probari per testes.*

CLausula, Motu proprio. in rescripto apposita, nō tollit defectum intentionis seu personæ: licet tollat defectum subreptionis: ut not. Ioan. An. in c. si motu proprio. in nouella de præben. in c. si Romanus. de præben. in 6. Item prędicta clausula non tollit qualitates intrinsecas † ut not. domini de Ro. in decisionibus nouis. deci. 3. Item non tollit supradicta clausula ius tertij. ut not. domini de Rota in decisionibus noui, decis. 4.
2 An † autem dicta clausula possit probari per testes? dic quòd non: ut not. glo. in dicto cap. si motu proprio. de præben. in 6. Item nunquam subintelligitur in rescripto, nisi expressè dicatur. ut in d. c. si motu proprio. & est glo. in c. si plurib. eod. tit. Et ista clausula & sequens, scilicet ex certa scientia, ponuntur tanquam excēdentia & excellant ut not. Spec. in titu. de dispen. §. qualiter autem. uersic. debet autem. & sequenti.

*SVMMARIVM.*

1 *Clausula ista quid operetur.*

CLausula, Ex certa scientia. apposita in literis Papæ, uel principis nil operatur, nisi princeps super facto causæ cognitionem præmiserit: ut in c. nihil. de elec. & in l. j. C. si seruus aut lib. ad decu. de quo per gloss. & Ioan. And. in cap. 2. de schisma. & ibi per Innoc. & per eundem Inno. in c. uenicns. de filiis presbyt. quia princeps ignorans non uidetur cum inhabili dispensare. per no. in c. ex ratione. de æta. & qualita. facit quod not. in c. statutum. in gloss. in uerbo, literarum, de rescript. & facit quod not. in c. fin. de confir. utilit. uel inutil. & hoc etiam uoluit Bart. in consil. quod incipit, Statuto ciuitatis Camereni. in 2. dubio. & nunquam subintelligitur nisi in literis expressè dicatur; ut not. glos. in c. si motu proprio. & in ca. si pluribus. de præben. in 6. uide quod dixit Bald. in l. eos. in prin. C. de appel. q̄ si princeps sciuit negocium uel defectum, & de eo notitiam habuit, si in rescripto non sit apposita clausula, ex certa scientia, non ualet. Item hæc clausula, ex certa scientia apposita in rescripto, præmissa causæ cognitione hoc operatur,
1 † quòd licet aliàs princeps non præsumatur uti potestate absoluta nisi de hoc faciat expressam mentionem: ut no. Innocen. in cap. innotuit. de elect. tamen uirtute supradictæ clausulæ in rescripto appositæ uidetur princeps uti potestate absoluta, etiam si aliter mentionem non facit: ut est gloss. singu. in capit. ad hæc. in uersic. elegerit. de rescript. Item hæc clausula non requiritur ubi

ubi agitur de commodo temporali concedendo, iuxta not. in l. quoties. C. de preci. Imperato. offeren. secundùm unum intellectum. & in l. Barbarius. de offi. præsi. An autem supradicta clausula possit probari per testes. Bal. in c. 1. p quos fiat inuestitu. quod not. per text. in l. probatorias. C. de diuersis officiis. lib. 12. de quo uide per Cy. in l. nec quicquam. in §. ubi decretum. ff. de offi. proconf. sed domini de Rota decidunt contrarium, scilicet quòd ista clausula possit probari per testes. de quo uide in decisionibus nouis, decis. 336. & sequen. & uide etiam not. Imol. in d. l. quidam consulebant. ff. de re iudic.

*S V M M A R I V M.*

1 *Pœna nullitatis quæsit.*
2 *Pœna an sit induere nullitatem actus.*
3 *Nullum an sit, quidquid fit contra prohibitionem legis.*
4 *Ius tertio quæsitum an esse uideatur ex inhibitione:*
5 *Lex an annullet actum propter defectum personæ.*

Clausula, Si contra factũ fuerit, nullum sit, irritum & inane operatur quidquid est in cõtrariũ attentatũ est ipso iure nullũ: ut no. gl. Bernardi. in c. inter cętera. de prębend. de pęnit. & remiss. c. cùm ex eo. §. fin. & C. de legib. l. non dubium. & de rebus alie. non alienan. l. sancimus. secundùm Barto. in quodam consilio, quod incipit, Statuto cauetur quòd potestas possit cognoscere. quod est consilio 95. in 2. uolumine. facit l. iubemus. §. sanè. C. de sacrosan. eccle. facit c. ad dissoluendum. in fin. extra de sponsal. & facit extra de præben. c. si apostolicæ. in 6. & ad hoc uide glo. not. in clemen. 1. de iure. patr. de quo etiam in c. 1. de concessio prębend. in 6. & ibi glos. not. in uerbo, ualeat. quæ uult ꝓ ita demum dicta clausula reddat actum nullum quando ad certum actum, uel ad certam rem se refert, uel super certa re seu certo actu interponitur: si uerò actus non declaratur nullus si contrafactum esset, sed pœna adiicitur, tunc si pœna nullitati adiicitur, non est dubium per supradicta: si uerò non adiicitur pœna † nullitatis, sed talis pœna interponitur quæ meritò infert nullitatem. exemplum habes in l. 1. ff. de no. ope. nũ. nam ius impedit uel inhibet ædificari post nunciationem noui operis. & si contrafiat, præcipit destrui opus. & sic marito infert quòd ædificatio de iure fuit inualida, aut non infertur actus nullitatis expressè nec necessariè: & tunc actus tenet: ut l. qui duobus. ff. de fal. in d. cle. 1. de iure pat. & l. filius. § fi. ff. de fals. Et aduerte, quia pœna est † induere nullitatem auctus: ut l. senatus. ff. de contrahen. empt. de quo Bald. in l. tur pia. ff. de leg. 1. & per Bar. in l. prætor. ff. de nou. per. nunc. & per Bal. in l. nemo martyres. C. de sacrosan. eccle. & per Cy. & Bald. in l. non dubium. C. de legi. & per Cano. in c. licet. & c. si de elect. in 6. & hoc est certum quòd quando actus annullatur ratione certè solennitatis omissæ, tunc nullitas non dicitur propriè pœna, sed quando ratione alicuius causæ extrinsecæ annullatur: tunc dicitur pœna: ut l. j. ff. de no. ope. nun. secundùm Bald. in d. l. nemo martyres. de quo per Io. And. in nouel. in c. fi. de elec. in vi. Si verò lex inhibet aliquid fieri simpliciter nec procedit vlterius, quia non est clausula annullãdo siquidem contrafactum fuerit: & tunc si ille qui aliquid facit recipit potestatem faciendi à lege inhibente: & tunc est nullum quidquid fit contra † prohibitionem. l. non dubium. C. de legi. & ita notatur in d. cle. j. aut non recipit potestatem à lege inhibente, sed illud quod inhibetur, habet perpetuam causam inhibitionis: tunc si per inhibitionem erat ius quæsitum tertio, tunc actus est nullus. exemplum in c. si soli extra de concess. praben. in 6. & d. l. non dubium. & glo. in d. cle. j. Si verò non est quęsitum ius tertio per inhibitionem, vel non est fauor illius tertij: tunc valeat actus. Iste est casus not. iuncta gloss. quæ non est alibi secundùm Imo. in l. cum lex. ff. de fideius. & in d. clemẽ. j. de iure patr. nam ibi ex inhibitione non † est ius tertio quæsitum. vel si est alicui quæsitum, est



est quæsitum præsentato cui non est fauor ꝓ actus institutionis ibi prohibitus, sit nullus, sed interest potius quòd valeat. & ista sunt de mente glo. ibi. Et si contra hæc vltimo dicta opponitur de ca. si extra de elect. in 6. die quòd illud loquitur in inhibitione legis & non hominis, & minus agitur cum lege quàm cum homine. vt l. Celsus. ff. de arb. Item cùm statutum disponit ab initio contractum non valere secundùm Bartol. in l. cùm lex. allegata, non erit naturalis obligatio, & per consequens fideiussor non obligatur: nam hoc est verum secundùm Ang. etiam inter viuos, quando lex vel statutum annullat actum propter † defectum personæ, secus si propter defectum materiæ: vt l. j. §. si quis ita. de verb. obl. coniuncta glo. in l. si vnus. §. si acceptilatio. cum ibi no. ff. de pac. vel si dispositio sit cum iuramento vallata: ut l. cùm pater. §. filius matrem. de lega. 2. & authen. sacramenta. C. si aduer. ven. & in ca. licèt mulieres. de iureiu. in 6. in vltimis voluntatibus videtur hoc esse præcipuum, quòd licet dispositio nõ teneat propter defectum solennitatis à solo iure ciuili inductum, nihilominus oritur obligatio naturalis: vnde dicimus ꝓ ex testamento minus solenni oritur naturalis obligacio: vt plenè not. in l. cùm quis. C. de iuris & facti ignoran. & l. 1. ff. de condict. indeb. etiam lex ibi dicit dispositionem non valeret: vt l. hac consultissima. C. de testam. licet aliqui dicant in d. l. hac consultissima solum deesse solennitatem probatoriam non formalem: de quo per Bar. in d. l. cum quis. Cætera de ista clausula. vide in d. l. non dubium. de legib. & d. l. cùm lex.

Clausula, Quòd non obstante consuetudine aliqua uel statuto, quis possit conficere instrumenta apposita in rescripto: extenditur non solùm ad consuetudinem præteritam, sed etiam ad futuram. per text. in l. seruitus. ff. de seruit. vrban. præd. secundùm Bart. & Bald. Nec obst. cap. 1. de constit. in 6. quia ibi non tollitur statutum, hic secus. Sed Cy. in l. 2. C. quæ sit longa. consuet. dicit ꝓ supra dicta clausula extenditur tam quo ad cõsuetudinem præteritam, quam etiam futuram: etiam ad statutum præteritum & futurum. & idem tenet Imo. in l. si mihi & tibi. in §. in legatis. de lega. 1. licet glo. teneat contrarium in cap. statutum. de election. vbi vult quòd solùm ad præterita trahatur. cuius cõtrariam tenet Pau. de Eleazarijs ibi.

*S V M M A R I V M.*

1 *Cuius sit hanc clausulam apponere.*
2 *Prouocare an quis possit a sententia præfecti prætoris.*
3 *Clausula hæc, quos effectus habeat.*
4 *Rescriptum in quo est talis clausula, an tollatur per aliud.*
5 *Delegatus a principe an possit ex delegatione appellatione remota committere.*
6 *Delegatus an possit committere causam.*

Clausula, Appellatione remota. Scias ꝓ hanc clausulam à sententia diffinitiua & interlocutoria solus princeps in scripto † potest apponere: vt l. 1. §. fin. ff. à quib. appell. non lic. de qua clausula per Cano. in c. pastoralis, & in ca. super quæstionum. §. porrò. & §. si verò duo. de offic. deleg. & per Io. An. & Host. in c. vt debitus. de ap. & Host in sum. in tit. de ap. in § fi. Causam autem appellationis ab interlocutoria cum supradicta clausula etiã inferior a principe potest committere. ꝓ l. fi. cum ibi not. per gl. C. de sent. & interlocut. omn. iud. quæ lex habet diuersos & varios intellectus. de quibus ibi per Saly. per Bart. & Ang. & Imo. in l. 1. §. fin. ff. a quib. app. non licet. & dicit Imo. in d. l. 1. § fin. ꝓ si princeps delegat causam appellatione remota, valet delegatio: & videtur omnem appellationem, siue legitimã, siue friuolam inhibere. quia text. in d. l. 1. §. fin. generaliter loquitur, ergo generaliter ẽst intelligendus de omni appellatione, siue legitima, siue friuola. ff. de public. l. de pretio. & hoc fortificat quia ille §. positus est sub titulo. ff. a quibus appel. non lic. & per consequens debet intelligi ꝓ a tali iudice dato nullo modo possit appellari.

appellari: sed erit remedium secundùm eum, quia ad principem poterit supplicari, sicut dicimus in sententia præfecti præ
2 toris, a † cuius sententia non appellatur, sed supplicatur. vt in l. prima. C. de sentent. præf. & prætor. & in l. siquis aduersus. & authent. quæ supplicatio. de precibus Imperator. offerend. sed Angel. ibidem dicit quòd per dictam clausulam remouetur omnis appellatio interponenda ad delegantem, non autem interponendam ad principem. quia delegatus cum prædicta clausula iuri principis non potuit derogare. l. nam & magistratus. ff. de arbitris & l. ille a quo. §. intempestiui. ad Senatusconsul. Trebellian. & in cap. cùm inferior. de maioritate & obedien. & idem voluit Bald. in d. l. fina. sed Bart. in dicta l. prima. §. fin. voluit dicere quod dicta clausula tollat appellationem friuolam, sed secundùm ius canonicum dicta clausula, appellatione remota, uidetur tollere friuolas appellationes, secundùm Ioann. Andr. Innocent. Hostien. in cap. ut debitus. de appellat. & secundùm gl. in cap. pastoralis. de officio delegati. Et
3 hæc clausula habet † multos effectus. Primò quia vbi causa est delegata cum supradicta clausula: non potest appellari nisi ex causa in iure expressa, & in casibus in iure expressis: vt in capitulo pastoralis supra allegato. Secundò quia si talis delegatus suo collegæ subdelegat causam, sed non in totum, non appellabatur ad Papam omisso delegante: licèt aliàs de iure canonico possit appellari omisso medio: vt in capitulo super quæstionum. §. porrò. de offic. delegati. Tertiò quia rescriptum vbi est talis clausula, † non tollitur per aliud, nisi de di-
4 cta clausula faciat mentionem, per id quod habetur in cap. ex conquæstione. de restitut. spolia. & in cap. cùm dilecta. de rescript. & in cap. inter. de re iudic. & in cap. ex liceris. de dolo & contuma. quia potest fieri executio non obstante appellatione, si non est interposita in casu a iure expresso, nisi princeps ex certa scientia causam committat: ut in d. cap. pastoralis. §. pen. & in cap. nouit. de appellat. Quartò quia non tenetur iudex deferre appellationi, si non est in casu a iure expresso, & non deferendo non incurrit pœnam, quam aliàs incurreret. secundùm quod habetur in l. a proconsulibus. C. de appellat. Quintò operatur dicta clausula, quia si alicui est concessum quòd in certa causa procedatur appellatione remota, si posteà fuerit alteri concessum, quòd liberè possit appellare in omnibus causis: per illam secundam concessionem non intelligitur derogatum cessioni speciali præambulæ, ut in cap. 1. de rescrip. Sextò quia si aliquis impetrauit delegatum cū clausula, appellatione remota, super aliqua re, si posteà reconueniatur super alia re: quòd eo casu procedetur in causa reconuentionis, appellatione remota, vt in cap. 2. de mutuis peti. Septimò quia sunt plures subdelegati per principem cum dicta clausula, si alter illorum subdeleget alteri vices suas, quia non potest subdelegare appellatione remota: non tenetur collega acceptare subdelegatum sui collegæ, ne vulneretur sua iurisdictio. quia si procederet simul cum subdelegato, posset ab eo appellari, quod non posset, si procederet cum collega: ut in allegato capitulo super quæstionum. in §. si uerò duo. de quo etiam per Hostien. in summa in titu. de offic. delegat §. quid si effectus. versicu. & hoc locum habet. Aduerte tamen quia licet delegatus a prin-
5 cipe possit ex delegatione appellatione remota cognoscere, tamen in tribus casibus potest causam appellatione remota committere. quos ponit Hostien. in titu. de offic. delega. §. quæ legati. circa fin. illius. §. vbi vtile. Octauò quia ubi Papa mandat aliquid fieri per ordinarium, videtur executari eius iurisdictionem: si illud quod mandat, pertineat ad eius iurisdictionem, non autem videtur ipsum facere iudicem delegatum, nisi mãdaret illud fieri cum clausula, appellatione remota: quia tunc videtur alterari iurisdictio ordinaria, & ideò tunc censebitur delegatus non ordinarius. per id quod not. in l. sæpe. ff. de officio præsidis. & in l. ius autem ciuile. ff. de iustitia. & iure.



iure. sed Bal. in additione Spe. in tit. de appel. in versic. clausula, appellatione remota. & in ver. quid operetur clausula, appellatione remota. dicit q̃ operatur vt iudex non teneatur appellationi deferre: sed nõ tollit substantiam appellationis vt ibi per eum. Item si de consensu partium rescripto ponatur talis clausula, appellatione remota, tunc à delegato non poterit appel. & allegat. l. final. § final. C. de tempo. appella. & cap. causam quæ. de re iudi. quasi videatur appellationi denunciasse, secus si de consensu vnius partis tantum propter æqualitatem seruandam. arg. l. fina. C. de fruct. & lit. expen. quod tamen not. sequitur Imo. in allegata. l. j. §. fi. per c. pastoralis. quòd simpliciter loquitur. vt ibi per eum. Aduerte tamen: quia licèt dictum sit quòd dicta clausula tollat duntaxat appellationẽ friuolam, tamen si causa sit comissa Cardinali appellatione remota, tunc ab eius sententia, siue iusta, siue iniusta non poterit appellari secundum Bal. in l. j. ff. de offi. præfec. præt. prò quo dicto videtur glo. in supra alleg. §. fi. secundùm Ludo. in suis dictis in litera A. dicto ij. Item si cõcessum sit potestati vel alteri alicui q̃ ab eorum sententia non possit appellari, si constituunt vicarios vel locumtenentes ab eorum sententia poterit appellari. l. à proconsulib. iuncta l. ptæcipimus. C. de appel. & est tex. in c. super quęstionũ. §. si verò duo. Item est sciendum q̃ legatus de latere non potest committere causam appellatione remota. secundùm Bal. in l. ij. C. de appell nisi expressè sibi esset hoc concessum. allega. quòd habetur in l. obseruã. in § fi. & l. nec quicquã. §. fi. de offi. procon. & facit quod not. glo. in c. fi. de hæret. in vj. vbi legatus
6 non potest † committere causam, quòd procedatur summariè & de plano omisso iuris ordine: quia non potest contra ius aliquid rescribere, seu per rescriptum concedere. facit etiam quod nota. in capitulo fina. de offic. Archid. quod est verum etiam si Papa concessisset seu commisisset legato de latere cum clausula, appellatione remota: quia licet dicta clausula operetur quo ad sententias perferendas, non tamen poterit illam extendere ad sententias ferenda per suum delegatum, quia cum dicta clausula sit contra ius seu lędat ius commune, videtur tunc electa industria personalis. ideò non potest tunc extendi ad alium. alleg. not. per glo. in c. pastoralis. §. j. de officio dele. melius facit quod not. in d. §. si verò duo. Dicit etiam Bal. in dicto loco quòd licet princeps committat alicui vniuersitatem causarum cum plena & omnimoda potestate, non tamen intelligitur esse tali data potestas delegandi cum dicta clausula appellatione remota, nisi hoc exprimatur, & ratio esse potest licèt non dicat, q̃ illa clausula lædit ius alterius, ideò in dubio per principem non intelligitur concessa. arg. l. ut cauus. C. de eman. libe. & c. ex tuarũ. de auth. & usu palii. de priuil. c. pastoralis. & l. 2. §. merito. & §. si quid à principe, ne quid in loco pub. Et de illa clausula, appellatione remota, uide per Spec. in tit. de appel. §. in quibus. versic. q̃ autem. & in §. nũc dicamus. ver. circa. Et ex prædictis patet quòd principalis effectus huius clausulæ, est quòd iudex delegatus cum dicta clausula non tenetur deferre appellationi, si non ex facta in casu expresso in iure, & sic potest procedere ad executionem sententiæ, non obstante appellatione, nisi facta fuerit inhibitio, uel nisi ex certa scientia Papa commiserit appellationẽ, ut patet ex supra allegatis. Aduerte tamẽ secundùm Imo. vbi supra q̃ licèt iudex non teneatur deferre appellationi: tamen si pars appellauit ex tali causa, quę si esset uera deberet legitima reputari, quamuis non sit scripta in iure licèt iudex non detulerit tali appellationi, tamen pars poterit adire principem super tali appellatione, qui poterit illam admittere si sibi visum fuerit. vt habetur in d. c. pastoralis.

*SVMMARIVM.*

1 *Exceptio nulla an tollatur in rescripto.*
2 *Exceptiones friuolæ reijciuntur.*

3 *Excluduntur in rescripto quædam exceptiones.*
4 *Princeps non debet tollere peremptoriam exceptionem.*
*Rescriptum non ualet, per quod tollitur exceptio peremptoria.*
6 *Exceptio aliquando reddit instrumentum nullum.*
7 *Statutum contra ius non est extendendum.*
8 *Exceptio non admissa à statuto, non admittatur.*
9 *Officium iudicis quis quando implorare non possit.*
10 *Officium iudicis imploratur, quando suadet æquitas.*
11 *Nemo cum iactura alterius locupletari dēt.*
12 *Cognitio summaria non derogat iuritati.*
13 *Exceptio nullitatis, an propriè sit exceptio.*

Clausula, Nulla exceptione obstante, seu quacūque exceptione non obstante, apposita per principē, siue statutū in aliquo facto seu rescripto de qua aliqualiter tangit Barto. in l. j. §. fi. ff. à qui app. non licet. & in l. j §. i. ff. quod ui aut clam. & per Salyc. & Cyn. in l. ita pudor. C. de adulte & tangunt Canonistæ in cap. ex parte. lo 2. extra de offic. iudic. deleg. vbi per gloss. & Ioan. And. Pro cuius declaratione, dic quòd aliquando in rescripto nulla tollitur
2 † exceptio, & tunc clarum est quòd debent admitti omnes exceptiones rationabiles. vt in allega. c. ex parte. & in capitu. si quando. de rescrip. & alibi dicit gloss. in authen. de manda. principum. §. deinde consequens. colla. 3. quòd miseri prælati non audent exceptionem etiam rationabilem admittere contra rescriptum Papæ quod non debent facere per iura supra allegata. Interdum in rescripto tolluntur omnes exceptiones, & tunc aut tolluntur in genere aut in specie: si in genere, puta dicendo, nulla exceptione obstante: & tunc aut factum est adeò notum quòd nulla cadat exceptio seu excusatio: ut quia Papa mandat remoueri Episcopum, quem constat adulterium cōmisisse nam nulla ratio potest eum excusare si constat de adulterio. facit quod habetur in c. nō ab homine. de iudi. & tūc procedet nulla exceptione obstante neque admissa. per id quod habetur in cap. lator. 2. q 7. & in c. placuit. 21. q. 1. & not. glos. in d. capitu. ex parte. Si verò est factum in quo poterat cadere exceptio rationabilis, & tunc in dubio per tale rescriptum in quo est posita dicta clausula, nulla exceptione obstante, friuolæ exceptio-
2 nes uidentur † repulsæ, non autem rationabiles, vt est gloss. in c. ex parte. de quo per Ioann. Andr. ibi pro quo facit illud quod dictum fuit in supra proxima clausula, appellatione remota: quia solùm friuola appellatio videtur repulsa. Et potest ēt dici secundùm Host. q̄ solùm exceptiones dilatoriæ videtur esse repulsæ, quia videtur esse modici præiudicij nō aut perēptorię, quia illę sunt magni prēiudicij. facit qd̄ no. in l. quoties. C. de precib. Imp. offe. & per Innocētium. in capitulo. quæ in ecclesiarum. de constitutione. & dicit Host. in sum. in titul. de offic. delegat. §. quòd sic eius officium. verficulo. item ad eius officium pertinet. quòd quantuncunque præcisè scribatur debet legitimas exceptiones admittere, nisi mera executio demandetur. sed Imo. dixit quòd rescriptū in quo ex dicta clausula, nulla exceptione obstante, est nullum, ex quo uniuersaliter tollit omnem exceptionem, & sic etiam peremptoriam: & ideò non videtur ualere, per id quod habetur in l. rescripta. C. si contra ius uel vti. pub. & l. quoties, supra allegata. nisi in dicto rescripto esset apposita clausula, nō obstante aliquo iure in contrarium faciente, vel esset concessum tale rescriptum ex certa scientia principis, aliàs præsumi debet falsum & suspectum de falsitate, & quòd nō exiuerit de cancellaria principis, ut d. c. ex parte. de quo p̄ An. de But. in c. j. de rescr. & in alle. eā. ex parte. Interdū verò in re-
3 scripto † excludūtur certe de exceptiones, & tūc illę nō admittenē ēt si sunt exceptiones perēptorię, secūdū glos. quā sequūtur doc. Canonistæ in d. c. ex parte. Sed an Pa-
4 pa uel princeps † non debeat tollere perēptoriā exceptionē sine causa? n pōt p̄ no. p̄ Inn. in c. quæ in ecclesiarū. de consti. & quo



quo ad forum contentiosum, præsumitur. per principem illud esse factum cum causa. ut no. Cyn. in l. rescripta. C. de preci. Imperato. offer. & l. fi. C. si contra ius uel util. pub. licet princeps male faciat, & peccet secundùm eum ibi, si iusta causa non subest. facit quod not. Inno. in c. cum inter. de renunt. idem est secundùm Host. & Ioan. And. si specialiter aliquæ exceptiones excludantur, & subijciatur clausula generalis quo ad alia. quia tunc omnes uidentur exclusæ, per id quod habetur in c. qui ad agēdū. de proc. in 6. & in l. sed & si quis. in §. quęsitum. ff. si quis cautio. Sed si in prędicto rescripto non est illa clausula. nō obstante aliquo iure in contrarium faciente: uel clausula, ex certa scientia iuxta not. per glo. in cle. 2. de rescrip. & per Bald. in l. fina. C. sent. rescind. non possē. tunc cùm dictum rescriptum sit suspectū uidetur secunda iussio expectanda: secus sentiunt docto. Canoni. quando solùm dicte exceptiones peremptoriæ in rescripto excluduntur: quia tunc uidentur tenere quòd ualeat rescriptum etiam si aliqua de supradictis clausulis in rescripto non sit inserta. Tu tamen aduerte: quia uidetur posse dici quòd quando princeps mandat procedi per rescriptum nulla exceptione obstante, uel non admissa aliqua exceptione nisi tali & tali, quòd si per tale rescri-
5 ptum tollatur exceptio peremptoria quòd tale rescriptum non † ualet, uelut emanans contra ius, per id quod habetur in d. l. rescripta. & in l. quoties. C. de preci. Imper. offe. nisi rescripto esset apposita clausula ex certa scientia, uel clausula, non obstante quocunque iure in contrario faciente. Et prædicta faciunt ad statuta quę dicūt, quod instrumentum publicum guarentigiæ seu confessionatum, mandetur executioni sicut sententia. & nō admittatur aliqua exceptio, nisi exceptio solutionis. quod est secundùm glo. & docto. in d. c. ex parte. alleg. Alię exceptiones uidentur exclusę, sed Barto. in alle. §. denique. quòd ui aut. clam. dicit quod, regulariter alia exceptio quam permissa à statuto non poterit opponi, quia in dubio standū est uerbis statuti: argu. l. j. §. si is qui nauē. uersic. in re igitur dubia. de exerci. & l. prospexit. ff. qui & à quibus. & ibi etiam dicit quòd hoc tripliciter venit limitandum. Primò quia dictum est quòd procedit nisi opponatur exceptio contra personam producentem instrumentum, & sic agentem ex instrumento: puta quia inhabilis, & non potest stare in iudicio, fortè quia minor: vt l. minor. ff. de procur. vel fortè non habet mandatum, & idem si opponatur quòd agens excommunicatus qui non potest agere. ut in c. intelleximus. de iudi. nam tales exceptiones admittentur, quia per statutum non excluduntur: quia statutum loquitur de illis quę opponuntur contra instrumentum, & non contra personam producentem instrumentum remanemus ergo in dispositione iuris communis, & ideo de illis ante omnia debet quæri. l. non ignorat. C. qui accu. non pos. & l. si queramus. ff. de test. & hoc tenet Salyc. in alleg. l. ita pudor. & Bald. in addi. Spec. in tit. de procur. uers. aliud est opponere.

Secūdò limitat idem Bar. nisi opponi-
6 tur exceptio quæ † reddat instrumentum nullum ratione solennitatis omissę: quia non est indictio, aut annus Domini. de quibus in l. generali. C. de tabula. lib. 10. quia tunc non est instrumentum. l. 4. §. condēnatum. ff. de re iudic. & quod habetur in l. Paulus. de uerb. signifi. & qd̄ habetur in l. diuus. ff. de testa. milit. per Bar. & sic non obstante statuto potest objici exceptio quæ reddat instrumentum nullum: maximè quando est nullitas proueniens ex defectu potestatis: ut est glo. singul. in cle. ji de sequestra. possess. & fruct. licet alias expressè nulla exceptio esset admitenda.

Tertiò limitat idem Bar. nisi per aliud statutum in eodem volumine contentum dicta exceptio esset admittenda: per id quod habetur in l. ob æs. iuncta gloss. C. de prædijs mino. Ray. verò & Bald. in d. l. ita pudor. dicunt quòd in prędicto casu non admittitur aliqua exceptio nisi solum in statuto expressa, & sic debet seruari de consuetudine, & mouentur,
7 quia dictum statutum † est contra ius: ideo non est extendendum, nec ab eius uerbis

recedendum d. l. prospexit. & l. si verò. §. de viro. ff. solu. ma. unde licet statutum recipiat extensionem secundùm ius commune: ut l. j. C. si ex noxa. causa agat. & in c. cum dilectus. de cleri. non resi. illud verò habet locum secundùm eos, quando est contra ius vel præter ius: quia tunc verbis statuti præcisè est standum: ut d. §. si is qui nauem. suprà allegato. etiam quia ubi est dictio taxatiua solùm, vel dũ taxat: nõ videtur quòd possit fieri extensio. per glo. in leg. 2. C. de patri qui filios distra. & per Dy. in regula, in arg. de regu. iur. in 6. potes secundùm Imo. concedere: quia ubi statutum duxaxat aliquas exceptiones admittit, nullæ alię admittuntur etiam rationabiles quæ per ius commune deberent admitti: & sic intelligitur dictum Ray. & Bal. sed bene admittuntur alię quæ per aliquã partem statutorum admittuntur, & ita intelligatur opi. Dy. Et aduerte quia sicut Bart. dedit tres limitationes ad dictum statutum, ita &, Bald. dedit aliàs. Vnam posuit in l. 2. C. de execu. rei iudi. Et prima est quòd poterit opponi exceptio quòd instrumẽtum non est liquidum, & tunc posset liquidari & in liquidatione poterunt opponi, ut ibi per eum. Itẽ secundùm eum poterit opponi exceptio quæ ipso iure perimat actum: ut est exceptio nouationis vel delegationis: ut l. j. ff. de no. & l. j. & 2. C. de no. vnde quia pars sine actione experiretur, etiam iudex ex suo officio repellere posset: iuxta nota. per glossa. l. ubi pactum. C. de transa. & ita tenet Bal. in l. si non sortem. §. j. ff. de condi. indeb. & ita etiam tenet Saly. in dicta lege ita pudor. licèt Imo. non sequatur. Item poterit opponi exceptio quæ oritur ex ipso instrumento; puta si opponitur quòd in promissione facta in instrumento non cõtinetur causa obligationis, sed solum promissio. & hoc ponit ẽt Bal. in d. l. si nõ sortẽ. §. j. sed ipse Bal. in hoc tenuit cõtrariũ in l. 2. C. de execu. rei iudi. ubi dicit quòd talis exceptio quòd instrumentum sit sine causa, non potest opponi contra instrumentũ, ex quo nõ permittitur à statuto, de quo ꝑ Imo. in l. quæsitũ. ff. à qui ap. nõ licet. quas opi. Bal. reducit ad concordiam. Et prędicta fortè vera, quando vixit ille, cum quo fuit factum instrumentũ, sed si est mortuus & succedit sibi clericus, quid iuris? uide in deci. Rotæ, decis. 429. Si verò statutum disponeret quòd instrumentum publicum vel guarentigię mandetur executioni, & præcipit nullam exceptionem admitti nisi solutionis, an tunc poterit objici exceptio simulationis. dic quòd aut talis exceptio non respicit instrumentum sed contractum contentum in instrumento: & tunc ista talis exceptio tanquàm non admissa † à statuto non admittitur. secundùm Bald. in dicta l. j. C. plus vale. quod agitur. Si autem simulatio sit præsumptio, quę surgit ex præsumptione iuris & de iure, ut est illa de qua in auth. sed iam necesse. C. de dona. ante nup. & illa non obstante statuto potest objici. quia continet ius tertij, videlicet creditoris quod non videtur tolli per statutũ. arg. eorũ quę habẽtur in c. super eo. ne offi. iud. deleg. & . C. res inter alios acta per totum. & etiam Bar. in alle. §. denique. dicit. quòd exceptio simulationis non admittitur: quia talis exceptio non respicit instrumentum: quia potest esse instrumẽtum simulatum & verus contractus: secus si opponeretur exceptio quòd instrumentum esset nullum. de quo ut ibi per eum. Et quando statutum solum admittit exceptionẽ solutionis: sufficit tunc probare solutionẽ quę fit per cõfessionẽ secũdum Bal. in alle. l. si nõ sortẽ. §. j. eo, quia licet confessio non iudicet actum naturalem, tamẽ ipsum actum ꝑbat: & sic videtur satis probari vera solutio naturalis. per id quod habetur in l. Publia. §. fi. ff. depositi. cũ ibi not. & in l. acceptillatũ. §. apoch. ff. de acce. & i l. si ex pluribus. ff. de solu. & in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de uer. obl. ubi per Ang. propriè alias posset intelligi qñ transactũ est tempus opponẽdi nõ factæ solutionis. de quo in l. in cõtractib. C. de nõ nu. pecu: licet uiderentur ꝑ de naturali tantũ exceptione solutionis esset intelligenda. per id quod habetur in l. solutam. ff. de solutio. & quod not. Cynus. in l. assiduus.



duus: C. qui potior. in pig. hab. in gloss. in uerbo, dotis. & Spe. in ti. de teste. §. 1. uer. sed pone. & Bartolus, & Angelus, in d. §. Chrysogonus. cùm statutum non uidetur extendi ad casum fictum, sed debet intelligi in casu uero. ut in lege. 3. §. hęc uerba. ff. de neg. gest. Sed licet ut suprà dictum est, per istam clausulam nulla exceptione obstante, prohibeatur quis exceptionem opponere: non tamen prohibetur officium iudicis implorare. secũdùm Bar. in d. §. denique. per l planè. & l. fi. ff. de peti. hære. quod sequitur Bal. & Ange. in d. l. planè. & d. l. fin. etiam in l. 3. ff. nautę, cau. po. sta. nisi statutum prohiberet omnem exceptionem & defensionem opponi. quoniam † tunc officium iudicis implorare non posset. facit quod legitur & nota. in l. nam posteà. §. si minor. ff. de iureiur. Et propterea. dicit Bal. in d. l. planè. quod si statutum dicit quòd accusatus nõ audiatur excipiẽdo, nisi personaliter cõpareat, ꝑ tũc per procuratorem poterit cõparere, & officium iudicis, implorare, si euidẽs sit calũnia. facit quod no. Inno. in c. j. de offi. vica. & hoc ẽt tenet Ang. in d. l. fi. & dicit ꝑ dicta practica sæpius fuit usus. pro quo alle. quod no. gl. in l. ubi pactum. C. de transa. unde dicit quòd poterit implorari officium iudicis, per quod poterit processus declarari nullus. quia fortè accusatus uel inquisitus erat clericus, & iudex procedens erat laicus: uel fortè maleficiũ erat impunibile, eo, qa, passus iniuriam ex forma statuti impunè poterat offendi. ut quia erat bannitus. & hoc dicit tenuisse Richar. Ma. in l. filiusfam. §. uetera. ff. de procu. sed ipse Bal. tenuit contra prædicta in l. 1. de condi. inde C. scilicet ꝑ non possit iudicis officium implorari. & idem tenuit Saly. in d. l. ita pudor. quia officiũ iudicis ita demum habet deseruire † si hoc suadet ęquitas. inst. de off. iud. §. 1. & l. ꝑ si Ephesi. §. fin. ff. de eo quod certo loco. In casu autem prẽmisso uidetur subesse ęquitas, ꝑ iudex qui tenetur seruare statuta, nõ debet eius officiũ impartiri cõtra statutũ & eius mẽtẽ: ne prohibitũ una uia intelligatur ꝑ indirectum esse permissum alia via: qd esse debet, ꝑ id qd no. in l. scire oportet. ff. de tut. & cu. da. ab his. & in regula, cũ quid una uia de reg. iur. in 6. Imo. autem concordando dicit, quod aut agens non † locupletatur cum alterius iactura, si ꝑ officiũ iudicis non admittitur dicta exceptio: & tunc iudicis officium non posit implorari. & per eum dicta exceptio admitti. & & ita loquitur opi. Bar. Et scias ꝑ in casu quo non potest quis exceptionem de iure communi sibi competentem per statutum opponere. remedium erit quòd soluat, & posteà repetatur. sicut contingit in illo qui iuratiũ soluere usuras. ut in c. debitores. de iureiu. nam illi soluenti dabitur condictio indebi. uel sine causa. per l. si fideiussor. §. in omnibus. ff. de mandati. l. si fullo. ff. de condi. sine causa. Nec ob. l. 1. C. de cond. in d. ubi si soluitur authoritate iudicis per condi. indebi. non repetitur: quia uerum est quando potuit examinari in priori iudicio an esset debitum uel indebitum, sed hic hoc fieri non potuit per statutum, quod prohibet exceptionẽ opponi: & ita examinari, facit quod legitur & no. in l. 1. C. de iu. & fac. ignoran. secundùm Bar. in d. §. denique. & faciũt nota. per Bal. in addi. Spec. in titu. de appel. uers. sed quid si iudex. ubi dicit ꝑ si iudex facit executionẽ instrumẽti guarẽtigiæ reiecta exceptione nõ tãquã falsa, sed tãquã exigẽte altiorem indaginem & longiorẽ, poterit posteà retractari executio, si exceptio uera doceatur. per id quod habetur in l. 1. §. hęc uerba. ff. ne uis fiat ei. & in c. 2. de purga. uul. & quia cognitio summaria non † habet derogare ueritati, ut l. penul. ff. de his qui sunt sui uel alieni iuris & in l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudicata. Vnum tamen est memoriæ commendandum secundùm Bald. in l. j. C. de iur. & fac. igoran. quòd si dicetur in statuto uel in rescripto quòd procedatur in causa, nulla exceptione obstante quòd dictum statutum non comprehenderet seu excluderet exceptionem nullitatis: quia secundùm Iacob. Burr. in d. l. j. exceptio nullitatis non est propriè † exceptio, sed defensio. Et de materia huius clausulę uide Alberic. in libro, quęstionum-

num statutorũ. in prima parte. in quęst. quæ incipit. Item quomodo si per statutum cauetur ꝙ nullæ exceptiones, & in quæstione, quæ incipit, In Montepessulano est statutum.

*SVMMARIVM.*

1 *Seruitus discontinua an præscribi possit.*
2 *Instrumenta dotalia præscribi an possint.*
3 *Statuto an possit disponi, ut nulla currat præscriptio.*
4 *Fieri an possit per pactum, ne currat præscriptio.*
5 *Possessio triennalis an possit tolli per pactum.*
6 *Præscriptio odiosa quæ sit.*
7 *Præscriptio ex quo sit inducta.*
8 *Præscriptio quare inducta sit.*

Clausula, Nulla præscriptione obstante. apposita in statuto, vel lege nõ tollit præscriptionem centum annorum. vt firmat Ang. in l. 1. C. ne rei dom. vel temp. & Ludo. in l. 1. ff. de vsuca. & hoc per tex. in l. 1. allegata iuncta gl. quod probat per si quia licet dicatur seruitus discontinua
1 non † potest præscribi tempore, vt l. seruitutes. ff. de seruitutibus. attamen intelligitur nisi tempore in cuius contrariũ memoria hominum non existat, puta centũ annorum. ut l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æsti. & dicit Ang. in auth. vt de cæterò rerum ecclesiasticarum commuta. non fiant. §. de cæterò. col. 5. prædictam conclusionem probari ex tex. dictæ authent. in verbo, nullo tempore rei qui tex. fm eum vnà cum glo. ibi posita facit ad statutum disponens ꝙ in instrumen-
2 tis † dotalibus nulla currat præscriptio: nã nõ obstantibus his uerbis secũdùm Ang. currit præscriptio centum annorum. & subdit not. ad literam. Nota hic casum, ꝙ per statutum potest disponi quòd nulla currat præscriptio, sed per pactum fieri non potest, quòd nulla posit obijci præscriptio: sed bene potest fieri quòd non
3 † currat præscriptio nisi 40. annorum, vt tenet glo. in auth. quas actiones. de sacrosanc. eccl. quod dicit ipse notãdum ad statutum ciuitatis Perusij disponens, quòd si creditor intra decem annorum nõ petierit debitum a tẽpore quo peti potuit, de cæterò petere non possit. nam si uis ꝙ dicta præscriptio tibi non currat, paciscaris tempore contractus ꝙ nõ currat præscriptio decem ann. inducta a statuto, sed solum 40. annorum. Item idem Ang. in l. si quis decurio. de decurio. li. 10. dixit hoc modo videlicet in tex. nulla præscriptione. subaudi, nisi sit præscriptio 40. ann. vt C. vbi decur. uel cohor. l. si quis cohortalis. & l. omnes. C. de præscrip. 30. anno. & hoc est not. secundum eundem ibidem pro statutis dictantibus quòd in instrumẽtis dotium nulla currat præscriptio. intelligatur enim nisi sit præscriptio 40. anno. vt in dicta glo. sed idem Ang. in l. cùm satis. C. de agri. & cen. lib. 10. in tex. ibi. quicunque emerit. dicit præscriptio tamen 40. annorum liberatur. secundùm gl. ibi. Quod est notandum secundùm eundem Ang. ad quæst. dicit statutum, ꝙ instrumenta dotalia executioni demandentur nulla præscriptione obstante. quantuncũque anni effluxerint quòd non obstantibus his verbis obstabit præscriptio 40. annorum. pro quo facit l. 1. C. de cohortali. & quod not. in l. si quis decurio. la fin. C. de decurio. lib. 10. Ideo si quis quæreret
4 † an per pactum fieri posset ne currat præscriptio, & ita præscriptioni securè posit renuntiari. Bart. in l. nemo potest. de legat. 1. & Bald. ib. latius in auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. & conclusiuè in allega. l. j. quòd præscriptio † trien-
5 nalis aut decem seu uiginti annorum nõ potest tolli per pactum directè, sed per indirectum sic, cùm inducat malam fidem: & per consequens cessant necessaria in præscriptione: ut l. 1. C. de vsucap. transfor. & l. super. §. j. C. de præscript. long. temporis. & hoc tenet Ioan. And. in addi. Speculo. in rubr. de præscrip. in 2. colum. subdens ulterius quòd uigore talis pacti non poterit præscribere habens causam a paciscente. per authentic. malæ fidei. C. de præscriptio. longi temporis. & lege uenditio. ff. communia prædiorum.



diorum. secus si causam a paciscente non habeat: quia tunc tale pactum personale illi successori non nocet. l. fi. in fin. ff. de contrahenda emptione, & l. Neratius. ff. de religiosis, facit l. an uitium § ex facto. ff. de diuersis & tempor. præscriptio. Præscriptio uerò merè odiosa: ut triginta uel quadraginta annorum, similiter pacto tol
6 li non potest: quia † est inducta in odium negligentis, & non in fauorem præscribẽtis: argumento. l. tametsi. ff. ad Senatusco fultum Macedonianum. Et hoc etiam tenet Bald. in vsibus feudorum. de capitulis Corra. cap. 1. §. pura. Sed idem Bald. in l. nemo potest. de legatis primo. dicit ꝙ communiter doctores pertranseunt cum opinione Dyni, ꝙ saltem quo ad effectũ præscriptio posset impediri, ut sic. licet cursus non impediretur ipso iure, saltem tamen tunc detur replicatio propter pactum. per allegatam l. nemo potest. cum sua glossa. & sic dicit consuluisse. & istam partem tenet etiam Imo. in dicta l. nemo potest. quia licet præscriptio sit inducta
7 ex † mero odio, tamen exceptioni talis præscriptionis quæsitæ potest renunciari. & hoc etiam uoluit sentire Bald. in d. l. nemo. in responsione quam facit ad dictam l. cùm notissimi. §. sed si quis. C. de præscriptio. triginta annorum, & pro hoc bene facit l. emptor. C. de præscriptio longi temporis. ubi tacitè renuntiatur præscriptioni. Si uerò obijcitur ante sententiam. facit l. peremptorias. C. sententiam rescindi non posse. Sed Ludouicus in l. 1. ff. de usucapro. tenet ꝙ ualet pactũ: quia præscriptio respicit fauorem priuatorum principaliter: & reipub. secundario. ideò potest renuntiari & paciscì. de quo per glo. in §. & quia uerò. in authen. ut matres debita & credit. colla. 7. & not. glo. in l. properandum. in princ. C. de iudic. & per Hostien. in summa in tit. de renuntia. in §. quæ possunt renuntiari. uer sicu. ius uerò humanum. & per Speculo. in titu. de renunt. Item licet præscriptio triginta uel quadraginta annorum sit odiosa, uidetur tamen tolli per pactum, quoniam si præscriptio nata uigore pacti interrumpitur: ut l. cùm notissimi. in §. sed
& si quis suprà, allega multofortius nasci impeditur. ad hoc facit cap. quemadmodum de iureiuran. Item præscriptio
8 ista longissimi temporis causatur ratione negligentiæ † non petentis d. l. cùm notissimi. & l. omnes, & l. sicut. Sed ex isto pacto resultat iusta causa, ob quam cessat negligentia. & ita sentit do. Anto. de But. in c. cùm non liceat. de præscript. Item authen. quas actiones. C. de sacrosan. eccl. dicit ꝙ per principem non posset concedi ꝙ nulla præscriptio obijciatur. quod est intelligendum secundum Bal. non quòd hoc non posit princeps: quia imò bene potest: ut C. de oper. publicis. l. præscriptione, sed ideò non ualet, quia a forma iure tradita seruata non est: quia non est in priuilegio, clausula non obstante. authen. quas actiones. vel alia l. Nam rescripta omnia hab. ut clausulam derogatoriam subintellectam. ut l. scripta contra ius. C. de precibus Impe. offer. ideò ad hoc ut ualeant necesse est quòd habeant clausulam, non obstante tali l. &c. aliàs non ualent, per d. l. rescripta. pacta uerò secundùm Pet. & Cy. in d. authent. quas actiones. non habent clausulam derogatoriam de iure subintellectam, ideo pacta ualent. & ideò pacto præscriptio tolli potest saltem ope exceptionis. secundùm Dy. in d. l. nemo potest allegata. Statuta uerò municipalia ualent, licet non habeant clausulam, non obstante tali lege, per l. præscriptionem. C. de oper. publi. secundum Bal. in dicta authent. quas actiones.

*SVMMARIVM.*

1 *Dictio, si, quid importet.*
2 *Parte inaudita nihil facere possimus.*
3 *Literæ habent tacitam conditionem, etiamsi non exprimantur.*
4 *Necessaria est iudici ante omnia declaratio, antequam fiat executio.*
5 *Clausulæ, si preces ueritate nitantur, quid respicias.*

Clausula,

Lausula, Si preces veritate nitã tur, Et clausula, Si tibi constiterit. Et clausula, Vocatis vocandis. æquipollent f̃m Host. in c. ex parte. lo j. de rescriptis. Et istæ clausulæ appositæ in rescripto, conferunt iurisdictioni habenti causæ cognitionẽ. de iudi. c. exhibita. siue is qui tulit sententiã demãdet, siue alius. Si ille qui tulit sententiam mandat exequi cum illis clausulis: tunc dictæ clausulæ intelliguntur causaliter. &
1 si, ponitur pro † quia. ut si preces, &c. id est quia preces. Si uerò alius quàm qui tulit sententiã mandet, faciunt conditionẽ. & oportet quòd super contentis habeatur causę cognitio. secũdùm Hosti. in summa in titu. de offic. deleg. §. quæ delegari possunt. in uer. & finis litis. & dictæ clausulæ etiam de iure canonico in rescriptis, intelliguntur etiam si in rescripto non exprimantur; ut in c. ex parte. ẽ. allegato. nam nisi dictæ clausulę subintelligerentur. rescriptum maximam contineret iniquitatem: nam rescriptum absorbens ab omnibus iudicibus debet refutari. l. rescripta. & l. quoties. C. de precibus Impera. offer:
2 quia parte inaudita † nihil facere possumus: ut in c. 1. de causa poss. & proprie. & iudex cui nil constat nil mandare potest. secundum Innocẽ. in c. solet. de senten. ex commu. & qui rescripta suscipiũt sine illa clausula; quia talia rescripta possunt lædere ius alterius, uel sigillare possunt famam principis, quid agere tunc debeant, instruit bene text. in ca. si quando. de rescriptis. ut enim ibi dicitur, debet diligenter primò considerare qualitatem negotij: ut tunc uel exequi, uel principi referre: & præsertim si illa contra quem litera dirigitur habet legitimas exceptiones, non debent admitti, quantuncunque scriptum fuisset omni exceptione remota: ut in ca. ex parte. lo 2. de offic. iudic. delega. & l. 1. §. 1. ff. quod ui aut clam. per Bartol. facit ca. pastoralis. de exceptio. Præterea quando alicui mandatur executio, alicuius negotij quod princeps non examinauit: uidetur etiam commissa cognitio ut præambulum: ut l. ad legatum. & l. ad rem mobilem. ff. de procur. l. & si non cognitio.

C. si contra ius uel utili. public. faciunt not. per Bartol. in l. à diuo Pio. in princip. ff. de re iudic. ubi dicit quòd literę ha-
3 bent tacitam conditionem † etiam si non exprimatur, scilicet si preces ueritate nitantur: & sic ante omnem executionem quando nulla sententiã præcessit de negotio est cognoscendum: aliàs is in cui fauorem facta est executio non præcedente. causæ cognitione punitur: ut l. me minerint. C. unde ui. pro quo l. fin. C. si per uim uel alio modo. de quo per Bartol. & alios in l. iustè. ff. de acquirend. posses. & hoc uult Barto. in consilio, quod incipit, Missus in possessione. de quo per Innocent. in ca. cùm nostris. de concess. preben. in glos. credimus. tamen ideo quia in rescripto subintelligitur illa conditio, si preces ueritate nitantur: quia illa conditio tacitè subintellecta secundum not. per glo. l. item quia. ff. de pactis. suspendit effectum omnis executionis, sicut si esset expressa. faciunt not. in capitu. præterea. de appel. & in allegata l. item quia. Item, si lex mortuo pœnam ipso iure inferat, necessaria. † est ante omnia declaratio iu-
4 dicis, antequàm fiat executio: ut in c. cùm secundùm leges. de hęreticis. in 6. & gloss. in. §. per contrarium Instit. de hęre. quę ab intestat. Etiam & quando princeps uiuus aliquid mandat. similiter ante omnia sit necessaria liquidatio. & hoc tenet Pe. de Anc. in consilio suo, quod incipit, Per prędicta subtiliter deducta. De iure uero ciuili ista clausula, si preces ueritate nitantur. non intelligitur in rescripto nisi exprimatur: imò rescriptum de iure inualidatur, nisi in eo apponatur l. uniuersa. C. de diuersis rescri. canoniza ta. 25. q. 7. & secundùm. opi. Petr. ut refert Bald. in l. præscriptione. C. si contra ius uel uti. pu. dicta clausula habet locum in factis incertis, quia super certis nõ debet interponi: & quare aliud de iure canonico, & aliud de iure ciuili est. ratio secundũ Hosti. in d. c. ex parte. quia ius canonicũ procedit secũdũ æquitatẽ, ius uero ciuilæ secundũ rigorẽ. & est not. secũdũ Bal. in d. l. præscripitione. quòd dicta clausula, si preces ueritate nitantur. apposita in rescripto



scripto non ad lites, facit conditionem, sed monitionem: nec intelligitur esse de forma mandati: sicut & quando in eo diceretur, si Titius probauerit. iuxta ea quæ not. Innoc. in c. prudentiam. de offic. deleg. sed potius dicta clausula apponitur ad iustitiam & iustificationem rescribentis, & non ad formam, sed potius ad expressionem iuris communis. & secũdùm Ia. Bu. dicta clausula non respicit substantiam † rescripti: sed eius effectum: ut dicit
5 ibi Bald. At in literis gratiæ, dicta clausula, si preces ueritate nitantur. uel si tibi constiterit talem esse de nobili genere, uel esse doctorem: prouideas sibi de tali beneficio: istę clausulę inducunt conditionem & inducunt formam, & apponitur pro forma: quia non insunt tacitè: unde omissio istius formę habet uitiare actum quantuncunque fauorabilem. secundùm Innocen. in c. dudum. de præsumptio. de quo per glo. in clement. j. de offic. iudica. dele. de quo. ff. de uerb. obl. l. qui Romę. § Flauius Hermes. & Bal. ubi supra dicta clausula in rescriptis apposita, substantiam priuilegij respicit, non modum uel formam procedendi. quod est not. Et aduerte. quia si verba sequentia in rescripto ponantur, causæ cognitionem conferunt, ut cùm dicit si est ita, uel si præmissis veritas suffragatur, cognita ueritate iustitia mediante sicut de iure fuerit. quod canonicum, quod iustum fuerit, ut promisit: ut tenetur, sicut dicit: prout in instrumento inde confecto: uel in literis continetur, partibus uocatis, uel si ita esse reperies. de iudic. cap. exhibita. uel si tibi constiterit. de foro compet. cap. conquestus: secundùm Hostien. in summa, in titu: de rescript. §. quòd iurisdictionem conferat. uersic. in principio, ubi ad literam dicit. not. argum. quòd licet rescriptum causæ cognitionem habere præsumatur, in quo apertè quomodocunque factum narratur: quia semper subintelligitur hęc clausula, si preces ueritate nitantur. ut in c. 2. de rescriptis. & quelibet exceptio rationabilis admittitur. de offic. delegat. ca. ex parte. lo 2.

*SVMMARIVM.*

1 *Cuius est officium citare.*
2 *Executores gratiarum qui sint.*
3 *Executoribus an nullus ordo iuris sit præfixus.*
4 *Possessio bonorum corporalis non datur nisi citato bonorum possessore.*
5 *Meri & mixti executores qui sint.*
6 *Mixtus executor an iurisdictionem habeat.*
7 *Commissa executione uidetur commissum præambulum ipsius.*
8 *Exceptiones quædam sunt, quæ solum respiciunt executionem.*
9 *Merus executor an aliquam causæ cognitionem habeat.*
10 *Exceptio nullitatis an directò sententiam impugnet.*
11 *Iurisdictio ordinaria, an sit delegata fauorabilior.*
12 *Iudex inferior sententiam superioris rescindere non debet.*
13 *Sententia nulla ius competens excludere non potest.*
14 *Exceptio quando post sentẽtiam apponatur.*
15 *Obreptio solius libelli non inducit in integrum restitutionem.*
16 *Merus iudex an habeat se de sententia intromittere.*

Lausula, Si ita tibi cõstiterit. uel, si ita esse reperies. aliquãdo ponitur in literis executorum, aliquãdo ponitur in rescriptis ad lites: aliqũ ponit in literis gratiæ. Primo casu qũ ponitur in rescriptis executorũ. Attende: quia executorum aliqui sunt gratiarum: & istorum nõ est offi-
1 cium † citare f̃m Io. And. sed prouidere, nisi partes iudicis vellẽt assumere. & hoc ponit in c. statutum. de rescrip. in 6. & de materia executorum uide Inno. & Ioan. And. in c. dudũ de præsum. & per glo. in cle. 1. de offi. iud. deleg. Et de materia executorũ sententiarũ, vide Io. An. in c. ex ratione. de appel. & in ca. q̃ ad consultationem. & in c. de cęterò. de re iudi. & in ca. cùm in iure. de offi. deleg. per Spec. in tit. de exec. sentẽ. §. 2. ver. ut aũt. Et aduerte. q̃ de numero executorũ aliqui sunt cõseruatorij,

seruatorij, de quibus in c.j. de offic. delega. in 6. aliqui referendarij, qui ad unum actum tantum deputati sunt, absque alicu ius causę cognitione, & isti nil audire possunt. de quibus in l. ea quidem. C. de accusa. & in l. si ut proponis. C. de executi. rei iudi. & isti sunt tanquam pica, & organum: qui nudum facti ministerium eis iniunctum præstant. Aliqui sunt executo-
2 rest gratiarum apostolicarum, quorum aliqui dātur cū clausula, si eū idoneū esse reperies, aliqui cū clausula, si eum de tali loco esse constiterit. Aliqui simpliciter & de his tribus modis loquitur Innocen. in allegato c. dudum. & ibi Ioann. And. & glo. in cle. 1. de offic. iudic. delegat. Et est sciendum illud quod dicit Ioann. And.
3 in c. ex ratione. de appell. quòd † executoribus nullus ordo iuris ex præfixus, nec aliquem iuris ordinem seruare tenentur. ideò dicit Innocen. in dicto capit. dudum. quòd in his quę faciunt summariè & de plano proceditur: ideò executor datus cum hac clausula, si eum idoneum esse reperies: quia ista clausula concernit personam quo ad eius mores, uirtutes, & uitam. dicta clausula non facit conditionem, sed admonitionem: & in his executor non tenetur citare aliquem. & ita intelligitur dictum Innocen. in allegato ca. dudum. de quo per Ioann. de Ligna. in cle. 1. de offic. iudi. delegat. & per Ioann. And. in cap. dudum. allegat. & per Innocent. in capitu. proponunt. de concess. præben. nisi ipse executor partes iudicis assumere uelles, ut ibi. Item executor in conferendo non tenetur citare partem: ut dicit Archidiaconus in capitul. ordinarij. de offic. ordinar. sed in amouendo a possessione sic: ut in capitulo licet. de præben. in sexto sicut prætor non citato possessore cōfert bonorum possessionem decretalem: vt not. in l. 3. §. penult. ff. de bonorum possess. tamen bonorum pos-
4 sessionem † corporalem non dat nisi citato bonorum possessore. vt plenè not. in l. 1. C. quor. bonor. facit l. edicto. §. 1 C. de edicto diui Adrian. toll. Executor autem datus cum clausula, si eum de tali loco esse reperies & constiterit. dic quòd ista clausula facit conditionem: quia non concernit personam nec inest intrinsecè. ideò oportet quòd executor seruet formam mandati. & inquirat primò si uacat beneficium, & si est de loco de quo in literis: aliàs totum est nullum, ut l. diligenter. ff. mandati. & in cap. cum dilecta. de rescrip. Si uerò est datus simpliciter executor, tunc si uult inquirere de persona ad sui informationem potest, & ista omnia, & quamplura ponuntur per Innoc. in d. cap. dudum. & ibi per Ioann. And. Aliqui sunt executores sententiarum. & in hoc est sciendum quòd aliqui
5 sunt meri † executores, aliqui mixti. Meri sunt illi quibus nulla causę cognitio commissa est, vt quando solum nudum ministerium facti est commissum, ut quòd in possessionem talis rei per sententiam ad iudicatę inducat, uel quòd testes audiat, ut l. si ut proponis. C. de execu. rei iud. & in d. clemen. 1. Mixti uerò sunt illi quibus commissum est cum clausula, si tibi constiterit, uel cui commissum est, ut tale quid faciat in casu ubi nulla præcessit sententia, seu cognitio inter partes, & de his executoribus habetur per glo. in cap. pastoralis. in §. quia uerò. de offi. deleg. Sed an quando talis executio mixta commissa est, talis executor possit exceptiones aliquas legitimas admittere, & eas audire, & de prędictis cognoscere, uel an debeat ad iudicem committentem referre, uarii uaria dixerunt, & primò an pars sit citanda in executione. uide Bartol. in l. a diuo Pio. ff. de re iudi. circa princip. Innocen. Host. & Ioann. And. in c. ex ratione. de appellat. & Ang. latissimè in l. 1. C. de iudi. Et ipsa parte citata an exceptionem nullitatis, aut alias legitimas exceptiones opponendo, debeat ipse executor audire & admittere, & de ipsis cognoscere? & videtur ꝙ sic, quia iurisdictionem habet ex
6 quo † est mixtus, & debet desistere ab exequēdo, si legitimè exceptiones sunt oppositę. ut d. c. pastor. §. quia uerò. de offi. deleg. & cùm processus est nullus, semper sumus in initio causę. sm Bal. post Iac. Butrig. in l. 1. C. de iur. & fac. ign. Pro uerita te & indagine premissorum est dicēdum

secundùm



secundùm Bar. in allegata l. à diuo Pio. in princ. Cùm quæritur an quando alicui est commissa executio, an ei uideatur cōmissa causæ cognitio: dic, quòd quandoque mandatur executio, nulla præcedente causæ cognitione, seu sententia: puta scribit princeps, Conquestus est nobis talis, quòd tali possessione est indebitè spoliatus: si ita est, tibi committimus. ut eum in dictam possessionem restituas: & tunc uidetur commissum ut cognoscat de ueritate rerum per l. & si non cognitio. C. si contra ius uel uti. pub. Et hæc est euidens ratio: quia habent literæ tacitam conditionē etiam si non exprimatur, scilicet si preces ueritate nitantur: ideò cùm cōmittitur executio uidetur commissum
7 † præambulum ipsius, scilicet cognitio: ut l. 2. ff. de iurisdi. om. iudi. & l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. ff. de procura.

Quandoque est cognitum de causa, & deinde rex committit executionem alicui in defectum iurisdictionis: & hoc est ubi committit executionem sententiæ iudicis delegat, uel arbitri, & cùm sine dubio habet omnem cognitionem: ut l. à diuo Pio. in prin. & per totam l. 5. allegatā. Quandoque committitur executio in auxilium iurisdictionis post latam sententiam, ut puta unus iudex committi alteri ut suam sententiam exequatur: ut l. à diuo Pio. in princ. & l. 1. uel pone quòd permittit lex municipalis, ut in multis ciuitatibus sunt quidam iudices, quibus sola sententiarum executio est commissa per statutum. Et hoc aduertendum: nam quædam est cognitio circa res, in quibus debet fieri executio, & de hoc potest cognoscere. l. à diuo Pio. § super rebus. de re iudi. Quædam est cognitio super exceptione quæ opponitur post sententiam, & hic est aduertendum: quia quædam sunt exceptiones quæ respiciunt merita causæ principalis: ut in his in quibus loquitur text. in l. 1. C. de iur. & fac. ignor. & de his non poterit cognoscere talis executor, & debet remittere ad priorem iudicē: ut l. cùm fideicommissum. ff. de confes. Quædam sunt exceptiones
8 † quæ solùm respiciunt executionem nec sententiam infringunt: ut est exceptio ne quis exigatur ultra quàm facere potest, exceptio inuentarii, & similes: & de istis cognoscit executor: ut d. l. cùm fideicommissum. & etiam super illis pronunciat: ut ibi Quædam sunt exceptiones quæ de directo ueniunt contra sententiam, & eam impugnant: ut est exceptio nullitatis: uel quòd sententia prætextu falsorum instrumentorum est lata. & si & tunc glo. in c. pastoralis. de offic. iudi. delega. §. quia uerò uidetur dicere quòd talis executor potest de his cognoscere: reuerius est secundùm Bal. quòd talis executor potest de his cognoscere. non ut pronunciet sententiam non esse exequēdam ratione nullitatis, ꝙ si uiderit dictas exceptiones forè ueras, super sedeat ab executione & cognitione, & non ut pronunciet super his: sed remitti ad primum iudicem ordinarium qui sententiam tulit, ut est text. in l. cùm præror §. Marcellus. ff. de iudi. qui hoc expressè probat, si rectè intelligatur: nam in fine redit ad prætorem, qui debet hoc facere, & hoc probatur ratione; quia aliàs sequeretur, quòd iudex minor, uel par, posset infringere sententiam maioris uel paris; contra. l. nam & magistratus. ff. de arbitris. & de hoc uidetur text. in c. de cæterò. de re iudi. & hoc uidetur dicere Innocen. ibi Quādoque post sententiam latam, & post omnem causæ cognitionē super executione, committit iudex nudam executionem facti; ut in commissione quæ fit nuncio: & ita uocatur merus executor & nullam habet causæ † cognitionē: 9
ut l. executorē. C. de executio. rei iudic. & l. si ut proponis. C. co. ti. ratio quia omnis cognitio præcessit: ideò mera executio uidetur commissa Ioan. de Imo. in l. à diuo Pio. in prin. dicit quòd inquantum Bart. dicit, ꝙ si opponitur exceptio quæ respicit merita causæ, coā executore dato in auxilio iurisdictionis, & non in defectum: ꝙ de illa iudex ille executor non se intromittat; non uidetur sibi quòd Bart. bene dicat: imò de illa potest bene cognoscere ut se informet an calumniosè obiiciatur, uel non ut si uideatur calu

minosè

mniosè obiici. illa non admissa procedat ad executionem. l. ij. C. de falsis. aliàs remittat negotium ad superiorem: sicut & quando opponitur exceptio impugnans directò sententiam, sicut est ex-
10 ceptio † nullitatis: nam inter hęc non uidetur differentia. ut uidetur satis probari ex mente lege. cùm fideicomis. allegata. & uidetur ibi hoc sentire Bartol. si bene ponderétur eius uerba. Item in quantum Bartol. dicit, quòd etiam si fit ordinarius in auxilium executionis sententiæ. si obiicitur exceptio impugnans sententiam, non poterit super illa pronunciare, sed debebit ad iudicem remittere. per l. si prętor. §. Marcellus. iuncto §. fin. ff. de iudi. & sic intelligit Barto. illum text. adde quòd gloss. uidetur tenere contrarium, in d. §. qa uerò: quia ex quo est ordinarius, admittet omnem exceptionem: licèt sit secus in delegato. & ita intelligit. §. Marcellus. Et pro hac parte facit: quia iurisdi tio ordinaria, est fauorabilior † quàm
11 delegata. vt nota. in capitu. primo de rescrip. in 6. & pro hoc uidetur casus in l. à diuo Pio. §. 1. iunctis his quę sequuntur. nam dictus § 1. loquitur in ordinario qui ad literas alterius iudicis exequitur. & ut intelligit Bartol. & tamen sequentibus datur omnis cognitio, quæ requiritur in executione sententiæ: & pro hac parte facit, quia si ad literas iudicis Bononiensis, iudex Florentinus habet exequi sententiam in bonis ibi sitis: absonum uidetur quòd habeat remittere exceptiones ad illum iudicem. Prætereà hoc esset dispendiosum partibus propter locorum distantiam. Non obstat quia par uel infe-
12 rior non debet rescindere sententiam † superioris. lege. nam & magistratus. ff. de arbitris. quia iste habens exequi, cùm hoc faciat authoritate legis permittentis sibi hanc cognitionem: potest dici in hoc superior. facit quod nota. Cynus in simil. in authentica. qua in prouincia. C. ubi de crimine agi. opor. & præsup posita opinione Ion. pro uera coram isto iudice exequente, qui ad literas alterius iudicis exequitur sententiam, quæ exceptiones poterunt opponi. dic secundùm Bal. in d. l. j. C. de iur. & fa. ignoran. quòd si est exceptio quæ concernit nullitatem processus, seu sententiæ: omni tempore potest opponi, etiam post sententiam: ut l. licet. C. de procur. quoniam tunc ut dictum est secundùm Iaco. But. semper sumus in initio causæ: quoniam processus est nullus, & etiam quia exceptio nullitatis non est propria exceptio, sed defensio, & sententia nul-
13 la non potest excludere ius † competens. de interro. actio. l. filius la 2. de iure patro. l. Cornelia Pia. ff. fami. ercis. l. quædam mulier. C. quomodo & quando iudex. in l. præses. & l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudica. Aut concernit æquitatem actionis de qua agit: & ista debet opponi ante sententiam. de exceptione doli. l. qui æquitatis. Aut concernit reuerentem personam: ut in parentibus, & patronis, & similibus, vel fauorem publicum, vt in militibus & mulieribus, vel odium, ut in Macedo. & tunc potest sententiam potest opponi: vt l. ex diuerso. §. fi. ff. solu. matrim. & l. j. C. de iur. & fact. igno. ff. ad Macedo. l. tam etsi. secundùm Cyn. in l. probatione. C. de proba. in suis additionibus. Si uerò exceptio non respicit processus nullitatem. tunc aut talis exceptio de natura sui tendit ad excludendum, & ad infligendum condemnationē: & non potest opponi talis exceptio, nisi in causa appellationis. C. de tēp. appel. per hanc. & de appel. l. ampliorem. Ratio est propter terminū legalem: quia sentētia est pro termino peremptorio ad opponēdum exceptiones. bene faciūt notata per Innoc. in c. cùm in tua. qui matr. accu. pos. Aut exceptio non ordinatur ad excludendum cōdemnationem, quinimo præsupposita condemnatione tendit ad ipsius sententiæ moderandam executionem, & tunc talis exceptio se compatitur cum sententia, & potest opponi post sententiam in executione. l. ex diuerso. §. fina. suprà allegato. cum si. & sic habes quòd exceptio, quæ compatitur se cum sententia, & quæ examinatur seorsum ab ipso principali, & quę non elidit ipsum principale, potest post sententiam opponi.



14 † opponi. de quo habes tria exempla secundum Bal. in d. l. j. Primum est in actione cedendarum actionum ut ff. de fideiusl. fideiussor. §. idem respondit. Secundum est in actione pretii non solutis: quia tanquam impletio modi potest excipiendo peti in executione sententiæ. ff. de rescin. uend. l. fundus Lucii Titij. & secundum ipsum Bal. ibi Barto. in uoce dixit in l. si duo. §. ii. quis iurauerit. ff. de iureiur. quòd si ex ipsa sententia liquet ius ipsius excipientis, potest opponi. aliàs non potest opponi post sententiam, & per consequens nec post iuramentum. l. cum eorum. C. de senten. & interlo. om. iudi. & quòd ista exceptio posset opponi post sententiam, & per consequens post iuramentum: tenet Spec. in titu. de executore. in dicto §. uersi. pone. sed contrarium ipse determinat in titu. de execu. sententię. §. fi. uersicul. item illud quæritur. & hanc partem tenet Bald. in d. l. j. & ideò debebat pete re pretium iure actionis non ui exceptionis. conclude ergo quòd quędam opponuntur secundum sententiam: pura si in sententia continetur modus, uel conditio, & eorum defectus potest opponi post sententiam: ut in l. in lege Aquilia si deletum. ff. ad legem Aquil & d. l. cùm eorum. Quędam opponuntur prę ter sententiam. & ista similiter post sententiam possunt opponi: pura quòd sententia non sit liquida super expensis nondum taxatis, & ideò in expensis non est exequenda ut in materia l. terminato. C. de fruc. & lit expen. & l. hoc autem. §. j. uersic. liquere. ff. ex quib. cau. in pos. eatur, & in alijs exēplis, supra positis & ubicunque exceptio non redarguit sententiam de iniquitate: ut not. Cyn. in d. l. j. C. de condi. inde. & l. argentarius. §. cùm autem. ff. de edendo. Vbi uerò exceptio opponitur contra sententiam tunc non potest opponi propter authoritatem rei iudi. nisi exceptio superueniret post sententiam: ut l. si fullo. ff. de condi. sine causa ex qua potest dari talis regula. quòd omnis exceptio superueniens post sententiam potest opponi post sentētiam, & contra sententiam. ratio est: quia in primo iudicio non potuit excludi nec includi: ex quo non competebat sibi ius, & ea post superuenit. ut. ff. de transac. l. post rem. §. j. Item potest opponi exceptio post sententiam, quando talis exceptio est à iure reseruata post sententiam: quod non contingit nisi in casibus à iure expressis: in quibus occurrit ratio fauoris uel odij: ut d. l. tametsi. & tenuit Mar. Silli. in disputatione quod exceptio quæ est mero odio introducta potest post sententiam opponi per dictam l. tametsi. Item in casibus ubi concedtur in integrum restitutio iudicis ministerio. quod est quando est obreptum iudici in probationibus: ut ff. ad Trebellia. l. seruo inuito. §. cùm prætor. nam obreptio solius libelli seu petitionis non inducit in
15 † integrum restitutio. ut l. cùm putarem. ff. famil. erciscun. nisi fortè in causa criminali, secundùm quosdam. ut ff. de falsis, l. si quis obrepserit sed glos. intelligit illam l. in obreptione probationis. & ista est ueritas. interdum obreptio non opponitur sententiæ, sed opponitur actioni posteà de nouo intentatę: & tunc ista exceptio opponi potest: quia non finit per sententiam ipso iure sublata & de nouo agens non inititur sententiæ: unde imputet sibi. ut no. glo. ff. de exceptione rei iudicatę l. duobus. & probatur. ff. de minor. l. minor 25. annis. secundùm Bald. ubi supra, fortè non est uetum: nam cùm ex sententia oriatur actio. multofortius oritur replicatio. opinio glossæ tamen est, ut dictum est: quam sequitur Petr. Cyn. & Bartol. sed Ioan. And. in c. consultationem. de re iudicata dicit sic punctualiter datui pro regula secundùm Hostiensem. quòd ubicunque dicitur sententia nulla & proponitur iusta causa, quia est nulla, debet summarim examinare executor sententię negotium: & si reperiat quòd malitiosè proponatur: nihilominus exequatur hic intelligitur. l. 2. C. de falsis. Si uerò interueniat illam bona fide proponi, nunquam debet illam execu-
tion.

tioni mandare, sed referre negotium: sic potest intelligi ca. de cæterum. de re iudi. vt si dicatur sententia venalis, vel iudicem, pecunia corruptum. sic intelligitur l. seruo inuito. §. cùm prætor. ff. ad Trebellian. & idem vbicunque proponatur aliquid per quod sententia esset annullanda, hoc enim & si posset referre negotiũ si uelit non tamen tenetur. ratio sumitur, de officio delegat. ca. si quando, & ca. pastoralis. §. quia verò. & in illis casibus si vellet exceptionem admittere, victor potest appellare. quia partes iudicis assumit: vt in glo. cap. quo ad consultationem: sed secundùm alios illa exceptio dicitur legitima, quæ iurisdictionem afficit: vt si dicatur facta commissio per falsas literas. de crimine falsi. cap. 2. Azo tamen dixit quòd si sit executor datus ab alio quàm à principe: exceptionem tenetur admittere. Si verò princeps in præsentia partium causam examinauit, & diffiniuit. non tenetur executor suus admittere exceptionem. Et idem est de executore sui delegati. de offi. delega. cap. si quando. Quid si sententia, ab alio lata sit: & Papa mandat quòd executioni mandetur, si iustè lata est: hic cum sit metus executor, exceptionem legitimam tenetur admittere, & hanc opinionem recitauit Innoc. in allegato cap. de cæterò. Alij dicunt & fortè melius, quòd siue sententia sit nulla, siue annullanda, hoc nihil ad executorem: coram quo non est exceptio proponenda, sed coram iudice. de offic. deleg. ca. super quæstionum. §. j. potest tamen si vult differre, & superiori referre: per no. in allegato c. de cæterò. & de crimine falsi. cap. 2. sed nullo modo iure cogitur. & sic habet locum. ff. de iudic. l. non quidquid. Nec obstat si dicatur: ergo est in potestate executoris sententiam iniustam vel nullam exequi. Respondeo, imputet enim sibi ille qui non obijcit hæc, coram superiore committente, quod potest & non vult. sed coram executore quod vult, sed non potest. de offic. delega. cap. super abbatia procedat ergo executor securè quandocunque appelletur; nisi fortè liquidè constet, idest, per confessionem partium de iusta exceptione proposita: tunc enim modum excederet si exqueretur unde posset appellari: & sic potest intelligi. ff. de iudic. l. si prætor. §. Marcellus. aliàs incipit, si per dolum. vel ibi loquitur quando nõ proponitur coram executore, sed coram iudice, qui tanquam iudex exceptionem potest examinare, & probationes recipere, & hoc videtur ipsa litera sonare: sed non intelligenti hoc sonat: ibi enim loquitur de iudice, id est, mero executo-
16 re: qui non habet se intromittere † de sententia: vt dicit l. si prætor. in fin. cui continuantur sequentia. Et ideò prior intellectus verior est: nec placet quod ibi not. per docto. quod fuit liquidò probatum per testes, qui sententiæ interfuerunt: quia & si tales habeant iurisdictionem contra rebelles. de offic. deleg. cap. ex literis: nullam tamen habent quo ad indaginem contentiosam iudicialem. de executione rei iudi. l. si ut proponis. dicit idem Ioan. Andr. in ca. ex ratione. de appella. quòd executor exceptiones aliquas habet, admittere: non ut iudicet, sed vt super his instruatur. & ideò hoc facere potest ad sui informationem. sed in ca. de cæterò. de re iudica. circa medium sic dicit. adhuc tamen secundùm Imo. in his quæ hic dicuntur in litera, & in glo. videtur contra. ff. de iudic. l. si prætor. vbi dicitur quod coram executore potest probari dolus illius, qui in sententia obtinuit, & falsitas instrumentorum per quæ sententia lata fuit. Solutio, veritas est quòd nunquam executor debet aliquas exceptiones recipere, ad hoc ut iudicet super principali, vel vt determinet sententiam mandandam fore executioni vel non: nam si talis ferretur sententia, præiudicaret in principali, & sententiæ iam latæ, quæ non posset mandari executioni, obstante exceptione rei iudicata, & sic sententia lata inutilis remaneret: tamen ad instructionem suam potest aliquas probationes recipere. vt si inueniet aliquid quod cum mouet quòd ab executione desistat, & negotium totum ad superiorem remittat: veruntamen in



in hoc nunquam debet iudicare. & hoc expresse videtur sonare litera in allegata lege si prætor. & sic ex omnibus præmissis secundùm Ioann. Andr. concluditur quòd siue sententia sit nulla: executor de hoc non debet cognoscere & pronunciare: sed potest superfedere, & negotium ad superiorem remittere. Opinio tamen Legistarum latior est & plenior, & melius negotium declarat: cui standum, cùm opin. Ioann. Andr. locum habeat & intelligi debet, quando opponitur exceptio quæ sententiam infringat, & in delegato, non in ordinario; qui ad literas alterius iudicis exequitur, secundùm Ioann. de Imola. & ita debet intelligi & concordari. Si verò dicta clausula, si tibi constiterit. ponatur in rescripto ad lites: tunc secundùm Baldum in lege præscriptione. C. si contra ius vel vtil. publi. dicta clausula non facit conditionem, sed admonitionem. & non est de forma mandati, de quo supra in clausula, si preces veritate nitantur. Si verò dicta clausula ponatur in literis gratiæ, & dicta clausula non respicit personam, nec continet tale quid, quod de se præsumatur, & sic continet quid extrinsecum: vt puta si tibi constiterit talem esse de genere tali, vel de Francia, sibi prouideas de tali beneficio: certè semper talis clausula facit conditionem, & est de forma mandati, ita quòd si omittatur omne, & quidquid sic est nullum. secundùm Innocent. & Ioann. Andr. in allegato capitulo dudum. Et potest esse ratio diuersitatis inter ista. quia literæ de iustitia, comparantur contractibus stricti iuris, literæ de gratia comparantur contractibus bonæ fidei. secundum Io. And. in c. ex parte. de rescr. & facilius contractus bonæ fidei dicitur nullus, q̃ contractus stricti iuris. de quo per Bart. & alios in l. si quis cùm aliter. de verb. oblig. & l. eleganter. de dolo.

*SVMMARIVM.*

1 *Procurator qualiter præuenire dicatur.*
2 *Res integra esse an desinat in mandato iurisdictionis per citationem.*
3 *Mandatum uniuersale in una causa an perpetuatur in alia.*
4 *Res ut desinat esse integra oportet quòd sit factum aliquod substantiale eius ad quod faciendum datur potestas.*
5 *Præuentio iurisdictionis quando fiat.*
6 *Citatio legitima an inducat præuentionem.*
7 *Contestatio non legitimè facta non interrumpit præscriptionem.*
8 *Litis contestatione quando res dicatur non integra.*
9 *Actus quando pro litis contestatione habetur.*
10 *Res quibus rebus integra esse desinat.*
11 *Locus pœnitentiæ quibus in contractibus sit res integra.*
12 *Morte constituentis an sistatur potestas substituti.*
13 *Clausula, non sit melior conditio occupantis, quando locum habeat.*
14 *Occupasse quis primùm dicatur.*
15 *Seruitus aquæ ducendæ quare sit concessa fratribus prædicatoribus & cæteris monachis.*
16 *Contentio uno ex reis debendi an alter conueniri possit.*
18 *Contumacia quando purgari non possit.*
19 *Negligentia iudicis, an alteri causa committi possit.*
20 *Superior iudex postquam cognouit inferior non poterit ulteriùs se intromittere.*

Clausula, Quòd non sit melior conditio occupantis, sed quod per vnum inceptum fuerit, alius possit exequi & finire. & infra. De ista clausula habetur in cap. si duo. de procuratoribus. lib. 6. & ibi per doct. & de ista materia in l. pluribus. ff. de procuratoribus, & not. Innoc. in cap. in nostra. & in cap. non iustè. de procuratoribus. & per Hostien. in summa. in titul. de procuratoribus. §. si quis dari. versic. non solùm. authen. patri familias. & in Specul. in titulo. de procuratoribus. § ratione autem. & vt dicit dictum capitul. si duo quando duo vel plures procuratores deputantur, non adiecto

uerbo insolidum, vnus sine alio non debet admitti: vt dicto capitu. si duo. in princip. Fallit in casibus specialibus: ut in eodem titu. §. sanè. & in executoribus, & tutoribus secus, & quæ sit ratio diuersitatis: dic. ut ibi per glo. Si uerò sint in solidum dati, quilibet admittitur. sed illius erit conditio melior qui primò uenit, seu occupauit. ut l. pluribus. ff. de procurator. & d. capit. si duo. in secundo dicto. Si uerò adiecta est præsens clausula, quòd non sit melior &c. & tunc post occupationem etiam alius potest in casu absentiæ, seu infirmitatis illius qui occupauit, in causa interuenire, nec officium eius per occupationem alterius erit extinctum, vt in allegato capitu. si duo. Sed
1 qualiter dicatur procurator † occupare seu præuenire. Bartol. in l. si pluribus. ff. de lega. 1. dicit quòd aut tractatur de occupatione exercitij iurisdictionis, & tunc occupasse dicitur per citationem, quia citatio de exercitio iurisdictionis est. ut l. si quis postquam. & in l. vbi cœptum. ff. de iudic. Quandoque tractatur de occupatione in ordine procedendi, & ille dicitur occupare, qui primò dedit libellum: quia de ordine procedendi est, vt in lege prior. & in l. tribus ff. de iudic. Quandoque tractatur de occupatione respectu eius effectus de quo agitur, & tunc aut plures agunt ad idem, aut ad diuersum. si ad idem: aut ex eadem causa, aut ex diuersa: si ex eadem, aut non est possibile illas causaa duas esse simul uera: & tunc ille dicitur præoccupasse, qui prius ad sententiam venit: quia pro illo prius saltem incipit præsumptiuè constare, quòd habebat bonam causam l. is à quo ff. de rei vẽdi. & l. penult. ff. de petit. hæredi. Si uerò possunt esse simul ueræ illæ causæ, & sunt, & tunc aut habuerunt originem eodem tempore, & ille dicitur præoccupare qui peruenit ad litem contestatam. casus est si. in l. si pluribus. de legatis primo. & in l. si ex duobus. de duobus reis. & in l. fideicommissa. §. interdum. de lega. 3. Si verò non habuerunt originem eodem tempore: & tunc ille dicitur præoccupasse, qui habet ius prius petendi: ut l. in operis ff. locati. Si verò non petitur idem, sed diuersum, & ex diuersis causis: tunc per litis contesta. nemo potest dici præoccupare. Quandoque cuiuslibet petitio tendit ad diuersa: sed oportet quòd deueniatur ad sententiam, quæ est causa mediatę executionis & ille in executione dicitur præoccupasse. ut l. si quis a multis. ff. de noxæ. sed Bal. in allegata l. si pluribus. ff. de procuratori. dicit quòd interdum agitur de iure nouiter. quærendo: & tunc dic ut in l. si pluribus. de legat. 1. nam tunc quo ad ius de nouo quærendum, quo ad exclusionem noui iuris quærẽdi, sufficit præoccupatio per litis contestatio. vt ibi. Interdum quærimus de iure quæsito præferendo: & tunc aut loquimur respectu officij iudicis, & sit occupatio per citationem: vt ff. de iudic. l. si quis postquàm. Item per primam iudicis aditionem: ut l. 1. ff. de officio proconsul. vnde in mandato iurisdi-
2 ctionis definit res esse integra per † citationem: vt no. in l. & quia ff. de iurisdict. omnium iudicum. & de hoc clarius de iure canonico in c. gratum. & in c. relatum. de officio delegat. Et quòd materia iurisdictionis definit esse integra per citationem, intelligo siue sit particulare, siue generale, ad aliquas causas. & sic est uniuersale ad uniuersitatem causarum loci: tunc si citatio facta virtute talis mandati generalis, videtur quòd sit perpetuata iurisdictio in omnibus: ut not. Bart. in alle-
3 ta l. minor. circa finem. Sed † si non esset mandatum uniuersale, per citationem facta in una causa, non perpetuatur in alia: puta si duæ uel tres causæ non essent delegatæ, per not. in d. cap. licèt. secus si fuisset citatio simplex, nulla causa expressa, plus etiam dicit glo. ꝙ etiam per alium actum iurisdictionis, aliàs iurisdictionalem, exercitatum per delegatum perpetuatur iurisdictio. & sic definit res esse integra. puta si eligit locum in quo vult ius dicere: uel si eligit notarium adscribendum acta: uel commisit citari: licet citatio non sit secuta. ut in capitulo aliqui, & ibi glo. singulariter de hæret. lib. 6. de quo per Innocen. in cap. pastoralis. de rescriptis, in penultima columna. & hoc



hoc uidetur uelle Hosti. in summa, de offi. delega. §. quibus modis. uersicu. quid si mortuus est. in fin. & hoc tenet Ioã. And. in addi. Spec. in tit. de recusa. §. 2. Communiter tamẽ tenent doctor. ꝙ requiratur citatio: ut patet ex not. in dicta l. & quia. & hanc tenent Ioann. Cald. in suis additio. in dicto cap. licet. & forte in foro ciuili, secundùm Ioan. de Imol. in l. si cùm filius. in §. sed & si quis. ff. de donatio. seruaretur opinio Calderi. quia communis quæ de rigore iuris est uerior secũdùm Ludoui. ibidem. cùm omnes tex. de hac materia loquentes exigant citationem, ergo non commissionem de citando: ut ff. de iudicijs. l. cùm prætor. Præte
4 reà † vt res desinat esse integra oportet quòd sit factum, aliquod substantiale eius ad quod faciendum datur potestas. de electio. cap. in causis. sed per solam commissionem nõ est factum aliquod de substantialibus causæ, siue rei: sed potius de præparatorijs, patet, quia citatio ponitur pro prio actu iudicii, ut in capit. qui contra de probationi. & de pœna temerè litigan. per gloss. & ff. & C. de in ius uocando. in rubrica. & per dominum Antonium de Butr. in cap. licèt undique. de officio delegati. Sed in foro canonico propter authoritatem gl. & Ioannis Andreæ. fortè seruaretur dicta glo. quia domini de Rots in decisionibus antiquis, decisione 193. videntur tenere hanc partem. dicunt tamen, quòd licèt uideatur perpetuata iurisdictio per commissionem
5 de citãdo ut nõ finiatur mortem tamen † nõ sit præuẽtio iurisdictionis, nisi per actum citationis. iuxta ea proposuisti. de foro cõpetenti. & l. si quis postquàm. ff. de iudiciis. & licèt per citationem, ut dictum est, inducatur præuentio, secundùm Baldũ in d. l. si pluribus. & per Ioannem Andreæ. de obli. ad ratio. in nouella ꝑ libelli tamen productionem non inducitur, per l. 1. in glo. & in l. libertus aduersus. ff. de in ius uocando.

Vnum tamen est notandum, quòd oportet ipsam citationem forè legitimam,
6 quia citatio illegitima non inducit † præuentionem iurisdictionis: ut in capitulo. proposuisti. in versiculo, legitimè de foro competenti. ubi hoc expressè determinat Ioannes Andreæ, & firmat Archidia. secunda quæstione sexta. capitu. non ita. Et hic induco tria. Primò glo. ordinari. in l. si pater. ne de statu defun. & in authentica, offeratur. C. de litis
7 contestatione. uolentem † contestationem illegitimè factam præscriptionem non interrumpere, quam aliàs interrumpit. Secundò text. nota. in l. accusaturus. ff. de adulteriis: ubi dicitur per porrectionem libelli ineptè concepti, non interrumpi præscriptionem, q aliàs aptè conceptus interrumperet. Tertiò glos. ordinariam in capitulo, cùm plures. de officio & potestate iudicis delega. in sexto. dicentem quòd actus, qui iurisdictionem perpetuat, tenet. aliàs si est nullus, iurisdictionem non perpetuat. & hoc uult Hostiensis in summa, de officio iudicis delegati. §. & qualiter. versiculo, quid autem dixi, morte &c. & per Ioannem Andreæ in allegato capitulo, cùm plures. in glossa finali, quę tamen decisio, fallit in vno casu singulari, in capitulo, venebili fratri nostro Archiepiscopo Cusentinensi dedimus in mandatis. de officio & potestate iudicis delegati.

In mãdato iudicii seu procuratoris ad
8 iudicia, dic ꝙ res desinit esse † integra ꝑ litis contestationem, vel si dominus satisfecit procuratore præsente l. post litis contestationem. & l. si defunctus. cum similibus. ff. de procuratoribus. Et si sunt causę, in quibus non requiritur litis contestatio desinit res esse integra: quãdo aliquid est factum quod de iure communi ante litis contesta. fieri non posset: vt est repetitio testium, vel dare articulos po-
9 sitionis & similia, vt quia actus talis † qui fit, habetur pro litis contestatione tacita, vt est gloss. in c. 1. de offi. iudic. delega. in 6. & per Bartol. in l. post. litem. & l. si defunctus. cum si. ff. de procurato. & per Cyn. & Bald. in l. nihil. C. de procura. & Arch. 6. q. 3. c. quia vniuersa. In mandato verò ad negotia, eo ipso quòd est factum aliquid substantiale ipsius negotii. vt in capitu. in causis. de offic. iudic. deleg.

& per gl. in §. rectè. & §. item si adhuc. in
stitutio. mandati. & l. si pecunia. §. si quis.
ff. de condi. ob causam. & ibi per Barto. se
cundùm Ludo. sed secundùm Imo. ubi su
prà in extraiudicialibus, res non definit
esse integra per præparamenta extrinse-
ca, ut l. si pecuniam. §. 1. allegat. sed per
intrinseca sic, secundùm aliquos: per l. 1.
§. cœpisse. ff. de pollici. & facit l. quòd Ser
uius. ff. de condictio. ob causam. sed uide
tur quòd etiam per intrinseca non defi
10 nat † res esse integra: ut l. si pecuniam.
§. item si quis suprà allegat. & hoc uide-
tur tenere Bartol. fallit fauore matrimo
nii: ut dicta l. quòd Seruius, & fauore
Reipublicæ: ut dicta l. 1. §. cœpisse. faten-
dum est, quòd dictus mandatarius debet
indemnis seruari per ea quæ habentur in
d. l. si pecuniam. quòd non habet locum il
le tex. quando iuramentum interuenit:
quia per iuramentum res definit esse in-
tegra. Et de iure canonico hoc posset pro
cedere cùm possit seruari sine interitu
salutis æternæ: ut in c. si uerò. & in c. cùm
cõtingat. de iureiur. faciũt no. per Bar. in l.
si quis, p eo ff. de fideius. licet aliqui dicãt,
quòd iuramentum regulatur secundùm
naturam illius principalis dispositionis, su
per qua imponitur: ut l. fina. C. de non nu
mera. pecu. ideò secundùm leges in con-
11 tractibus † innominatis sit locus pœ-
nitentiæ, re integra: ut d. l. si pecuniam.
& iuramentum non impediat: quia di-
cti contractus recipiunt tacitam condi-
tionem, si non pœniteat: & etiam aliam,
scilicet si nil soluatur, detur interesse: et
l. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus.
de uerbo. obligat. ergo cùm iuramen-
tum sit sequela ad contractum præam-
bulum secundùm Ioann. de Imol. ubi
suprà. Et hoc tenuit Innocent. & Anton.
de But. in c. per tuas. de arbitris. & hoc
uidetur uerum de rigore iuris ciuilis, li-
cet de iure canonico non, cùm iuramen-
tum debeat in forma specifica seruari, &
hoc adimpleri: ut in cap. ad nostram. &
quòd ibi not. de iureiurand. per Bart. in l.
Iulianus. de condic. indebit. & tunc si te-
neas opi. istam, debes intelligere illã glo.
nisi iuramentum fuerit præstitum in fauo
rem unius ex partibus cõtrahentibus: &
tunc per partem illam, in cuius fauorem
est præstitum, potest liberè remitti, & re
laxari: adeò quòd non est necessaria alia
relaxatio à iuramento. Adhoc extra de
usuris. ca. consuluit. de sponsa. ca. purè. in
nouella. & plenè per Specul. in titul. de le
gato. §. ostendendum. uersi. hoc quoque.
& in titul. de iureiurand. §. 1. uersi. quid si
aliquis. & ponunt Bartol. & alij in d. cap.
in §. & post operis. de noui operis nuncia.
& per doc. in l. cum stipulatus sim mihi ò
Procule. ff. de uerbo. obligat. & licet cer-
tum sit, quòd mandatum principalis pro-
curatoris re in integra, morte domini finia
tur: in substituto tamen, per procuratorẽ
habentem potestatem ad substituendum
cum clausula, quòd non sit melior condi-
tio occupantis, &c. an † finiatur pote-
12 stas dicti substituti re integra per mortem
ipsius constituentis.

Circa hoc uarij uaria dixerunt quòd
si constitutus, substituat tanquam domi-
nus litis, & instantiæ: & tunc finiatur po-
testas. substituti per mortem substituen-
tis re integra. Si uerò ipsum substituat ui
gore potestatis sibi per dominum consti-
tuentem attributę in procuratorio: &
tunc principalis uenit, & substitutus ip-
se a domino uidetur substitutus. ff. quod
cuiusque uniuersitat. nomine l. itẽ eorũ. §.
decuriones. & in c. 1. de procurato. li. 6. Et
no. domini de Rota in decisionibus nouis,
decisioni. 150. & tunc non uidetur quòd
potestas substituti per mortem substituen
tis re integra sit reuocata. Alij verò ali-
ter dixerunt. de quo in deci. antiquis, de-
cisio. 191. Item quòd hęc clausula, quòd
13 non sit melior conditio occupantis † non
habet effectũ, neque locũ aduersario ab-
sente, vel contradicente. & hoc est di-
ctum singulare Ioã. And. post Martin. Sil
li. in nouella in cap. in nomine Domini:
de testibus. & ponit Bald. in l. quando. C.
de testamentis. secundùm Ludouic. in
suis dictis. Item non habet locum sine
effectu, ut uigore dictę clausulę, procu-
rator cum dicta clausula constitutus, pos-
sit reuocare substitutum, per alium pro-
curatorem substitutum, & qui in prima
instantia



instantia processit: licet in procuratorio
esset data potestas substituendi, & substi-
tutum reuocandi. secundùm dominos de
Rota in decisionibus nouis, decisione
144.

Circa præoccupationem verò rerum
corporalium attende, quòd in pluribus
casibus non habet locum occupatio, ut
notat glossa. Institut. de rerum diuisione.
§. locorum, cùm ergo duo in loco ædifi-
cant, & per usum unius, impeditur usus
alterius, quis istorum alteri præferatur:
& constat quòd ille, qui primò incœpit,
uincet illum, qui secundò incœpit: si po-
tuit prouidere quod per usum eius, im-
peditur usus eius qui primò incœpit;
pro quo tex. & glo. ff. ne quid in loco pu-
blico. l. 2. §. j. secundùm tertiam lec. ibi, in
duobus claustris obuiantibus. Et idem
iuris est, in usu fluminis publici & aquæ
ipsius, quæ est in usu uiæ & itineris. & se-
cundùm hoc uincet ille, qui primò incœ-
perit, & primò incœpisse intelligo. ut ff.
de pollici. l. j. § cœpisse. uel si uelis dicere,
quòd flumina sunt publica. usus tamen
eorum est communis, ut uidetur dicere
text. in d. § flumina. de rerum diuisione.
licet glossa ibi aliter exponatur. & sic aliàs
fit de iure scripto quòd requiratur perfe-
cta occupatio, per iura suprà allegata. ta-
men istud ius scriptum, est consuetudine
14 correctum, ut † dicatur occupasse qui pri-
mò incœpit, & prosequitur. Et ita notat
glo. in l. naturalem. §. j. de acquirend. re-
rum domin. ita in proposito ille dicitur
occupasse, qui primò incœpit, ut aqua du
catur, & suum opus prosequatur: secus si
desistat: secundùm opinionem Trebatij.
ut in dicto §. j. Item si uelis dicere illa iu-
ra non esse per consuetudinem correcta:
quia hoc est uerum, quod dixi. nam iu-
ra prædicta loquuntur in animalibus,
quæ in nullius bonis sunt. Sed in rebus
inanimacis sufficit sola incœptio: unde
si quis uellet in mari, seu littore ædificare,
statim suum fit cum pillam iactauit, nec
requiritur ibi rei perfectio: ut ff. de ac-
quirenda. rerum domin. l. ergo. §. fina.
Præterea dicit l. j. ff. ne quid in loco
public. quòd ille est tunc dominus, qui in
littore ædificauit, molem in mare iacta-
uit. ut l. 2. §. aduersus. ff. ne quid in loco
publico. utitur ergo uerbo præsentis tem
poris, ut ædificat: sufficit ergo si præsen-
tialiter ædificet, & opus prosequatur: non
intelligas Iudaicè, quòd neque dormire,
neque comedere possit: nam actus naturę
intrinsecus non obest, ut C. de testamen-
tis. l. cùm antiquitas. Idem dicerem si ali-
quibus diebus differret, quærens magi-
stros, & alia præparamenta: argumento
eius, quod notatur ff. de ui & ui armata. l.
3. §. cùm igitur. sed si post opus inchoa-
tum ipse negligeret prosequi, crederem
eum ius suum amittere: ut ff. de damno
infect. l. si finita. §. penult. & l. si de eo. §. j.
& prædicta uera, si aqua, quæ ducitur ad
eum usum non sufficit utrique: nam si
utrique sufficeret, quilibet posset ducere:
ut ff. de aqua quotidiana & æsti. l. Lucio.
& not. in l. aqua. C. de seruitutib. & ff. de
aqua pluuiali arcenda. in concedendo. Et
ita fuit determinatum Bononiæ, cùm
15 commune concessit primò † fratribus
Prædicatoribus aquam, ad coquendum
fabam: & postea concessit fratribus Mi-
noribus. Nam cùm aqua esset sufficiens,
diuiserunt eã mensuris, & quilibet ordo
cõduxit aquã ad locũ suum. Si verò duo
incœperunt primò, uel unus primò, alter
post: quis tamen primò ignoratur, uide-
tur quod sic locus gratificationi: uel forte
dirimatur, ut no. in l. j. & 1. ff. de seruitut.
rustic. prædio. & l. Imperatores. in princ.
Item est cautela, quòd ille qui primò in-
cœpit ædificare, protestetur, & denuncie
uicino, quòd ipse occupat, & occupare in-
tendit usum dictæ aquæ ad tale ædificiũ.
Item bonum esset si quis cum iudicis au-
thoritate opus inciperet. & tamen non
semper est de necessitate. ff. de acquiren.
rerum domin. l. quamuis. dic ut ibi. &
ista sunt uerba Bartoli, in repetitione.
16 l. quominus. de flumi. † In creditoribus
uerò & aliis prætendentibus ius pigno-
ris prætorij iudicialis aut conuentiona-
lis, an habeat locum præoccupatio, seu
præuentio. uide Barto. in l. cùm unus. ff.
de bon. author. iudic pos. & l. si finita. §. si
plures. ff. de dam. infect. & ibi per Angel.

& Imo. sed Ludouic. in l. hoc amplius. §. Celsus rectè. ff. de damno infe. post Bart. & Imolam. Primò dicit, q̃ licet secundùm opin. Azo. uno ex reis debendi cõ-
17 uento, † alter non possit conueniri: ut l. quoties. §. creditor. ff. de peculio. & hoc procedit, nisi primo conuentus fuerit in contumacia. quia tunc potest peruenirí ad secundùm, per l. hoc amplius. §. Celsus ff. de damno infecto. Cuius contrarium tenet Ang. in d. §. Celsus. & contra Bart. quia siue primus sit in contumacia, siue non: alter reus debendi conueniri potest. Casus est, qui non est alibi, secundum eum in l. creditor. in princ. ff. mandati. Nec obstat dictus §. creditor. quia ibi loquitur in obligatis obligatione prætoria: quo casu de rigore vno conuento, alter conueniri non potest: secus in obligatis obligatione conuentionali iure legaleur d. l. creditor. & ita est tenendũ: quia illum passim plenè examinando Bartol. idẽ tenuit q̃ Ang. in l duobus. ff. de duobus reis. ubi fuit sibi cõtrarius in eo, quod tenuit in d. §. Celsus, idem dixit Bart. q̃ l. vbi cœptum. ff. de iudi. non habet locum, ubi conuentus coram uno iudice fuit contumax. quia tunc & secundò poterit corã alio iudice conueniri non obstante exceptione, q̃ lis fuit coram alio iudice inchoata. Aduerte, quia contra tenet Ang. in d. §. Celsus. Primò authoritate sui Guilielmi, in l. nemo. C. de iur. omn. iudic. & Cy. in l. nulli. C. de iudic. Secundò, quia cùm primus iudex præuenit citando, non potest alius se in illa causa impedire: ut l. si quis postquàm. ff. de iudic. & in c. proposuisti. de foro competenti. Tertiò non uidet Angelus, quòd si offert contumax satisdationem de iudicio sisti, & de expensis
18 coram primò iudice, non posse † contumaciam purgare. C. de iudic. l. sancimus. & sic coram primo iudice conueniri. Item, quia ex quo fuit ius quæsitum contumaci, vel iudici ex prima citatione: ideò non potuit agens coram alio iudice conueniri: & hoc tenet Inn. In c. super literis. de rescrip. & c. pastoralis. & ca. cæterùm. & Ioann. And. in tit. de appell. §. in quibus. ver. quid si victus. in addit. Speculator. Et subdit, q̃ ex quo actor reum trahit coram diuersis iudicibus, litem perdit l. 1. in prin. C. de assertione tol. Innoc. tamen in c. ex tenore. de rescr. dicit illud esse specialè in d. l. fauore libertatis. & Imo. sequitur opin. Bar. & dicit, q̃ non obstat primum, quod dicit Angel. scilicet dictum Guil. & Cy. quia non loquuntur in casu nostro. Ad hoc l. & si post tres. ff. si quis cau.

Tu autem aduerte: quia idem Bartol. in l. sepulchri uiolati. ff. de sepulchr. uiol. tenet idem Angelus. in d. §. Celsus. dummodo reus coram primo iudice comparendo uelit contumaciam purgare secundùm formam d. l. sancimus. q̃ tunc poterit legitimè excipere de prima litis pendentia: & mouet se per iura Angel. & sic fuit sibi contrarius. Vnde potes dicere, q̃ aut cum exceptione per reum opponenda concurrit voluntas iudicis primi, & consensus: & tunc non potest præcedere secundus: & habeat locum l. ubi cœptum. Et hoc probatur duabus rationibus. Prima, quia primus iudex præuenit citando: vt dicta l. si quis postquàm. & dicto ca. proposuisti. ergo potest secundum prohibere: vt eum non turbet in sua iurisdictione: quinimo & interdicto, vti possidetis, contra eum agere: vt not. Bartol. in l. fin. ff. vti possidetis. facit de appell. ca. non solùm. lib. 6. Secunda, quia non potest primus iudex cuilibet turbanti iurisdictionem suam, de facto contradicere: & etiam de facto eum multare. Ad primum quòd not. Innocent. in cap. dilectus. de offic. delegat. & cap. 1. facit ff. de iureiuran. l. sanè. Ad secundum. ff. si quis iudicenti non obtempera. l. 1. Aut cum exceptione opposita per reum non concurrit iudicis consensus, ac inhibitio, & tunc puto verum esse, quod dicit Bart. in l. prætor ait. §. Marcellus. de damno infecto. ea ratione: quam ipse sentit: scilicet, quia reus non potest se fundare ex prima citatione, cum quò ad eum propter suam contumaciam habeatur pro circunducta. vt ff. de iudicijs l. & post dictum argum. etiam, quia non parendo videatur eum voluisse impugnare: ergo ex tali iure niti non potest. ff. de acquirenda



da hæreditate. l. quęsitum. cum similibus. pro quo facit, quia ex positione negata, quis non potest se iuuare. licet faciat pro se: ut not. Archi. in cap. 1. de consecratione ecclesiæ, uel altaris, libr. 6. & ita est ueritas: ubi uerò reus non opponeret de litis pendentia, prima indubitanter procederet l. nulli. C. de iudicijs. Item dixi in dicto. §. Celsus quòd ubi, propter negligentiam iudicis adhibiti additur superior † uel alteri causa committitur.
19 tunc non potest primus iudex negligens, etiam si eum pœniteat, aduersarium qui ad superiorem querelauit, ad suam iurisdictionem reducere. Sed contrarium tenet Ange. in d. §. Celsus. per tex. in c. si à iudice. de appella. in 6. ubi contra Bar. dicit esse casum. Tu autem sequaris Bar. quia tex. ille loquitur in reuocatione gratiaminis illati à iudice iniustitiam faciendo: quo casu licet fuerit appellatum ad superiorem, attamen iudice reuocante grauamen, potest ad suam iurisdictionem reducere: sed Bartolus loquitur, quando grauamen fuit illatum in non faciendo: id est negligendo iustitiam facere: quo casu non appellatur, sed aditur superior per uiam quærelę. ut in ca. i. de excep. in 6. & in authen. ut differ. iudi. circa princi. & Bar. in l. de pupillo. §. si quis ipsi. ff. de noui. oper. nuncia. Et ideo casus in d. c. si à iudice. est longè diuersus, à dicto Bar. pro quo facit quòd postquàm superior † manũ apposuit, nullus inferior se
20 intromittit ulterius. de appel. c. ut nostrũ. & ibi per Innocen. & prædicta tanquam quotidiana nota bene, & tene menti. Itẽ addo in prædictis quòd in contractibus, qui consensu contrahuntur, res non est integra, quando est facta traditio, uel solutio precij, in totum uel in partem, idem quando est facta traditio ficta, ut per constitutionem precarii: ut dicit glo. in l. ab emptione. ff. de pact. Item si aliquid interueniat, quo alter contrahentium liberatur, ut mors, uel quid simile: ut l. cùm emptor. in fin. ff. de rescind. uend. Item per traditionem instrumenti, non dicitur res non esse integra: quia non dicitur res tradita, sed solùm uidetur traditũ ius contentum in instrumẽto, & ita debet intelligi l. 1. C. de donatio. & ita dicit Bar. in d. l. ab emptione. de pactis.

## SVMMARIVM.

1 *Actus naturalis an requiratur in acquisitione possessionis.*
2 *Possidet is cuius nomine res possidetur.*
3 *Constitutione an transferatur possessio.*
4 *Procurator an sine speciali mandato possit se constituere precario possidere.*
5 *Actu ficto an quęratur possessio domino.*
6 *Actus ciuilis an sit acquisitio per constitutionem precarij.*
7 *Ignorantibus an per seruum & filium quęratur possessio.*
8 *Quæri nobis p liberam personam non possunt ea, quæ ciuiliter acquiruntur.*
9 *Traditione clauium an quęratur possessio domino.*
10 *Inuestitura actus est fictus.*
11 *Dominium in dominum transferri debet.*
12 *Clausula hæc, quid operetur.*
13 *Verba hæc cõstituere se nomine emptoris possidere, quem intellectum habeant.*
14 *Locus incertus possideri non potest.*
15 *Partus pars est uentris.*

CLausula, Constituit se precario nomine creditoris seu emptoris possidere &c. Ista clausula uideturnimis exoribitans à iure communi: quoniã regulare est de iure communi: quòd in
1 † acquisitione possessionis, requiritur actus corporalis apprehẽsiuus possessionis: ut l. 1. in princ. & l. 2. in prin. & l. quemadmodũ. ff. de acquir. poss. Quid ergo si per statutum quæratur, maximè ubi quis est in conspectu rei. ideo ista clausula exorbitat à iure communi: quia ibi non interfuit apprehensio corporalis ipsius rei, nec aliquis de quinque sensibus corporis: sed rãtummodo constitutum, per quod quis cõstituit se alieno nomine possidere, & sic continet ius speciale. Vel potest dici, q̃ latè sumpto uocabulo, talis actus potest dicit corporeus, sic & quilibet actus, quem homo agit; Deo per eum transfertur possessio

sessio. quoniam fuit uisum Legislatori æquum, quòd si aliquis possidet rem, & uendit ipsam alteri. & constituit se illius nomine possidere, quòd potuit sibi mutare causam possessionis. l. cùm nemo. C. de acquir. posses. ex quo extrinseca causa superuenit: ut d. l. cùm nemo. & l. 3. §. illud. ff. de acquir. posses. & successiuè, & in consequentiam fuit uisum iustum, quòd
2 acquireretur possessio alteri: quia is † possidet, cuius nomine possidetur: ut ff. de acquir. poss. l. quod meo. & in c. cùm uenissent. de restit. spolia. Et per hanc clausulam precariò rogans, uidetur desinere possidere, ex prima causa, qua possidebat. l. qui bona fide. in princ. ff. de acquir. poss. & fingitur transferre possessionem, quam habebat in illum, à quo precario rogat, & illum æquè sibi precario concedere. facit quod habetur in simili in l. singularia. ff. si cert. peta. Et licet sic precario concedens ante actum concessionis non haberet possessionem: tamen in ipso actu, iuris intellectu quæritur sibi. ideo potest in alium transferre: ut uoluit gl. l. interdum. ff. de acquiren. possessio. §. fin. secus autem quando non haberet possessionem ante actum traditionis, nec in ipso actu acquireretur: quia tunc procedit regula l. nemo plus iuris. ff. de reg. iu. & l. traditio. ff. de acqui. rerum dom. & in c. nemo plus. in 6. & in c. quod autem. de iure patronat. Illud quod dicitur quòd
3 constitutione † transfertur possessio: ut l. quædam mulier. ff. de rei vend & in l. qui bona. in princ. & l. interdum. §. fin. l. quod meo. ff. de acquir. poss. est intelligendum esse uerum, quando constituens tempore constituti tenebat, & possidebat, aliàs non posset transferri, secundùm gl. in l. quamuis. §. si conductor. ff. de acquiren. poss. de quo per Angel. in l. minus instructus. de acquiren. poss. & dicit Ange. ibi quem sequitur ibi Imo. in d. §. si conducto. quòd cautus debet esse aduocatus, qui allegat per constitutionem precarii translatam fore possessionem, quòd articulet, & probet de possessione constituentis, aliàs succumberet. Et ideò si colonus simplex, qui nullo modo possidet, constitueret. se nomine alterius possidere, per talem constitutionem non priuat dominum possessione: ut est text. uo. in l. 1. §. 1. iuncta gl. de acqui. pos. etiam si alteri solueret pensionem. ut ibi no. quia per cõstitutionem talem, non potest transferre possessionem, quam non habet, per supradicta: secus autem, si uerè traderet. l. 3. §. quòd si seruus. ff. de acquir. poss. secus si aliquis personaliter possideret, ut est precario possidens: ut ff. de precario. l. in rebus. §. i. & habetur in §. is qui. & in l. si quis autẽ. ff. de precario. quia tunc dominum facta traditione, possessione priuaret: iuxta no. in alleg. l. interdum. §. fin. supra allegato. Item hæc clausula operatur, ut per ipsam transferatur possessio, quam per colonũ, procuratorem, uel alium habebam, & retinebam: quia ex hoc possideo, & constitui nomine alterius possidere: debet per consequens per constitutionem transferri possessio in illum, per d. l. quod meo. licet Ludo. teneat contrarium per l. si quis rem. ff. de acqui. poss. & l. cùm fundum. in princ. ff. de vi & vi armat. & procurator
4 sine speciali mandato † non potest constituere se precario nomine possidere: ut d. l. quamuis. §. si conductor. quia per constitutionem, vt dictum est, trãsfertur possessio, quam non transferret, si mandatum non haberet. Si verò ipsi procuratori aliquis constituit se nomine ipsius procuratoris procuratorio nomine possidere: an transferatur in dominum possessio? Gul. de Cun. in l. licet. C. de acquirend. posses. & in l. ab emptione. de pactis. te-
5 net quòd non quæratur per actum † fictum domino possessio. quia non potest quæri secundùm eum recta via sine cessione: iuxta l. ea quæ ciuiliter. de acquir. rerum domi. & l. 1. C. per quas personas. sed Bar. in d. l. ab emptione. & in l. si quis pro emptore. de vsuca. pro emptore tenet contrarium per l. cæterùm. ff. de preca. quia non quæritur ficta possessio, sed vera: vt l. quod meo allega. & hoc sequitur Bald. in l. 1. C. quando liceat ab emp. discc. & hoc etiam uult Bal. in quodam consilio, quod incipit, Casus, talis est, quidam nomine Matthæus. sed Ang. in d. l. si is q. pro



pro emptore. tenet opi. Guil. de Cu. quia ista acquisitio per constitutionem preca-
6 rij, est actus † ciuilis: & ea, quæ ciuiliter acquiruntur, nõ acquiruntur domino immediatè sine cessione: ut d. l. ea quæ ciuiliter. & hoc etiam sequitur Imo. in d. l. si is qui. & alleg. quod not. Bar. in l. 1. C. per quas personas. ubi dicit, quòd ideo de pactum legis commissoriæ non quæritur possessio, vel dominium per procuratore: quia illa esset quædam acquisitio ciuilis, quæ fieret per actum ciuilem, contra alleg. l. ea quæ ciuiliter. ergo eodem modo dicendum est secundùm eum, in acquisitione per constitutionem precarij. Non obst. secũdùm eum l. cæterũ. §. si procurator. quòd potest responderi, quòd ibi, interuenit actus naturalis ex eo quòd procurator rogauit, ut sibi res procuratorio nomine domini sui precario concederetur: & ita fuit facta concessio actualiter: & ideo nimirum, si tunc quæritur possessio domino. quia tũc inter uenit actus cõpetens: secus autem esset secundùm Imo. in casu connexo, quando uenditor constituit se a procuratore precario nomine possidere, qui nullo modo antea possidebat: sed Lud. in l. 1. in §. hæc quę. de acqui-
7 poss. dicit quòd per † procuratorem, filiũ, & seruum nobis quæritur possessio, etiam ignorantibus. pro quo l. 2. C. per quas personas. & l. postquàm. §. fin. & l. pen. de acqui. possess. quare actio personalis nõ quęritur per procuratorem: iura autem realia, & possessio sic, & est ratio per l. nec adiecit. ff. pro socio. quod limitat & intelligit Ange. in alle. l. 1. de acqu. posses. esse uerum, quando per actum uerum, & naturalem procurator possessionem apprehendit. secus si per actum fictum, & ciuilem: puta per constitutionem precarij:
8 quia ea quæ ciuiliter acquiruntur † per liberam personã, nobis quæri nõ possunt. ut d. l. ea quæ. Item & per aliam rationẽ: quia concurrent tali casu duæ fictiones. Prima fictio, quia persona domini repręsentatur in procuratore. Secunda, quia per pactum fictum, procuratoris domino quæritur. & hoc regulariter non admittitur. C. de dot. promis. l. 1. & inde dicit ꝙ ex pacto legis commissarię per procuratorem apposito non transfertur possessio in dominum: iuxta l. quod meo. §. si uenditor. ff. de acquir posses. Item & per tradi-
9 tionem † clauium procuratori factam: iuxta l. clauibus. C. de contrahen. empt. possessio non quęritur domino, secundùm Ludo. ipse tamen non credit hoc procedere. Primò, quia uidemus quòd ex constitutione precarij facta per procuratorem ex actu ficto quęritur possessio domino: ut l. certè. §. si procuratorem. ff. de precario. Secundò inquantum dicit de aspectu, potest etiam quòd iste sit naturalis actus quęrendę possessionis, tanquam instrumentum corporeũ, non autem fictus: ut l. 1. in prin. ff. de acqui. pos. dum dicit naturaliter insisti. Tertiò contra Ange. facit tex. in c. accedens. de pręben. Sed si volumus tenere quòd per inuestituram transferatur possessio: vt tenet ibi gl. & per Inno. in c. 2. de consue. & in c. ex ore. de his quę fiunt à prelatis. & vide per Cano. & per Dy. in c. 1. de regu. iur. in 6. & per Bal. in l. 1. C. de dona. Certè ibi, est casus, ubi ex inuestitura (licet sit actus fictus) facta procuratori transfertur possessio in dominum. Si verò volumus tenere quòd per inuestituram videatur concessa licentia, de intrando propria authoritate possessionẽ, ut refert Innoc. tenere Azo. in d. c. 2. & tunc similiter videtur text. cùm per inue-
10 stituram † quę est actus fictus, & iuris ciuilis, quęratur licentia apprehendendi possessionem propria authoritate: quod videtur esse, ac si esset quæsita possessio. Nec obstat d. l. ea quæ. quia dum dicit, naturaliter &c. non debet intelligi. quòd (vt procurator quærat domino) requiratur semper actus naturalis, secundùm Dyn. debet intelligi naturaliter, id est, quæ ut plurimum consueuerunt naturaliter acquiri: cùm etiam uideatur sufficere fictus actus: ut dicto cap. accedens. Inquantum verò Angel. dixit quòd ex pacto additionis in diem uel legis commissoriæ, facto per procuratorem, non transfertur dominium in dominum, per casum l. 1. C. per quas personas: quod etiam sequitur Bartol. in l. qui mihi donatum. ff. de donatio.

Et

Et hoc non videtur verum. primo, quia hoc reprobauit Baldus in d. l. j. C. per quas personas. cùm illa lex nihil faciat: quia loquitur de obligationis acquisitione, non autem dominij. Et idem etiam firmat glos. in dicta l. qui mihi donatum. Præterea veniente illius pacti die, seu conditione, recisus est illius pacti omnis titulus, & finalis causa contractus vt l. prima. in glossa magna. ff. de donatio. ergo in dominum† debet dominium transferri. cùm amplius penes contrahentem non sit. l. nunquam nuda. ff. de acquirendo rerum domi. Nec obstat aliud fundamentum Bar. scilicet quòd ideo non trãsfertur: quia ista translatio fit per actum ciuilem, qui non potest domino quæri per procuratorem sine cessione, vt dicta l. ea quæ. quia respondit quòd si hoc esset verum, esset falsum quoddam aliud dictum Bartol. in l. ab emptione. de pact. & in dicta l. si is qui pro emptore. in fine. & l. certè. ff. de precari. vbi dicit, quòd si quis constituat precario nomine posidere procuratorio nomine ementis, quòd tali casu ex ciuili actu constitutionis precarij transfertur possessio & dominium in ipsum dominum. licet non interuenerit naturalis traditio, & hoc dictum est verissimum. & dicit Bartol. pro eo esse casum in l. certè. §. 1. ff. de preca quod approbat Bald. in l. prima. ad finem. C. quando licet ab emptio. disce. Non obstat §. qui liberam. quem ipse Bartol. allegat: quia ibi non quæritur, ideo hypothecaria domino per procuratorem: quia caret obligatione personali, quæ non potest per procuratorem quæri sine cessione, vt C. per quas personas. l. j. & l. ea quæ. Item secundùm Imo. in l. prædia. ff. de acquir. poss. non probatur possessio per instrumẽtum confectum in absentia rei, etiam si sit apposita clausula, vendidit, tradidit, & dedit: quia illud est verum, nisi interueniat clausula, constituens se precario nomine emptoris possidere. Nam si apparet venditorẽ possedisse tempore constitutionis, traslata fuit possessio in emptorem etiam rei absentis, per dictam l. quod meo. de acquirend. poss. cum si. Et uoluit Specu. in titulo de empti. & vendi. §. scien dum. versi. si res. & ver. & quid si instrumento. Si tamen quis esset in conspectu rei, dum instrumentum conficitur, per illa verba sine constitutione precarij videtur tradita possessio, secundùm Barto. in l. minus instructus. de acquir. possessi. idẽ Ang. ibi. & idem Saly.

Et nota diligenter & tene menti, quòd ista clausula, constituens se, &c. hoc operatur † ꝙ creditori emptori, aut alij contrahenti datur licentia, quòd propria authoritate posit rem occupare, secundum gloss. in l. cùm creditor. ff. de furt. de quo per Ludouic. in l. si ex stipulatione. de acquiren. poss. Item, quòd non habebit locum l. extat. quod metus causa. nec l. si quis in tantam. C. vnde vi. nec l. creditores. de vi publica. Item operatur dicta clausula. constituens, &c. quòd si venditor constituit se precario nomine emptoris posidere, ꝙ non potest amplius conueniri venditor ex eo contractui, ut rem tradat, licet posit conueniri rei vendicatione, vel vti posideris: vt not. glo. in authentic. sacramenta. C. si aduersus vendi. de quo per Bartol. in d. l. si ab emptione. Potest induci quod absque aliquo actu corporali quæritur nobis possessio, sicut & in multis quæritur nobis dominium sine possessione, per ea quæ habentur in c. 2. de consuetudi. cum ibi not. per gloss. & Innocen. & facit quod habetur in l. nulli. & in l. illud. C. de sacr. sanc. eccle. & in l. raptores. C. de episc. & cleri. & quod not. Bartol. in l. 1. §. si vir. ff. de acquirend. posses. facit quod not. in l. quædam. & in l. si ager. de rei vendi. fateor tamen, quòd in multis casibus quæritur dominium ipso iure, in quibus non quæritur possessio: ut voluit glo. singulariter in l. cum duobus. §. venit autem. ff. ꝙ socio. & Bar. in l. interdum. in prin. alleg. Quærendo differentiam inter ista verba, constituens se precario nomine talis possidet, & cõstituens se tuo nomine posidere, non adiecto precario. dicit, quòd in primo casu iste, qui constituit, naturaliter tantùm posidet. In secundo verò casu, talis nullo modo posidet: vt l. qui bona. in prin.



prin. de acquir. pos. & l. quod meo. Super quo qualis sit inter ista differentia, vide glo. singularem in d. l. ab emptione. in verbo, constituatur. & dicit Barto. in d. l. interdum quòd dicta verba, constituit† se dicti emptoris nomine posidere, possunt habere duplicem intellectum. Primò, ꝙ ego constituo me nomine emptoris posidere precario, quasi emptor precario hanc à me, & illam, precario retineat per me arg. d. l. certè. §. j. & secũdum hoc venditor habet ciuilem, emptor naturalem. Secundò, possunt intelligi dicta verba cõstituit se dicti emptoris nomine posidere precario hoc est ad utilitatem dicti emptoris similis expositio est. C. de his qui vt indig. l. Polla. & cod. tit. l. tutores & secundùm hoc creditor vel emptor posidet ciuiliter, venditor naturaliter, & precario. Et iste intellectus plus placet Bart. & secundùm Bar. in d. l. interdum. per hanc clausulam, constituens se, &c. si constituens posidet tantùm naturalem, eam transfert, si ciuilem tantùm transfert ciuilem. Item hæc clausula, cõstituens se, &c. non comprehendit nisi tãtum bona, quæ habet, tenet, & posidet tempore constitutionis, ita ꝙ ad bona futura se non extendit quia locus † incertus posideri non potest, vt l. locus incertus. de acqu. possess. & l. posideri. §. incertam eo. tit. quæ autem futura sunt, incerta sunt, & per consequens uidentur non posse posideri, per iura prædicta. & hanc partem tenet Ang. in alle. §. incertam. & idem Bal. in l. stipulatio hoc modo. de verbor. obl. & Dyn. in l. hæredes palam. §. fi. de testamentis. Et hic resultat magnus effectus, ꝙ nouiter acquisita per tenentem precario, uirtute precarii non transeũt in eum, cuius nomine posidẽtur absque nominis apprehensione. imò in illis est potens retinens, quia tempore precarii erãt adhuc quærẽda, & præiudicare domino. l. fin. de acq. poss. & tenet Bald. in rubr. C. de contrahen. empt. dicens. ita determinasse suum præceptorem Fran. Tigri. de Pisis per l. actione. §. siquis post. ff. pro socio. & hanc partẽ sequitur idem Bal. in l. j. in fi. cum l. seq. eod. tit. per gl. secundùm eum quæ est ibi, in fi. quę ęquiparat, quo ad acquirendam possessionem, cõstitutionem precarii, contractui societatis: sed ex contractu societatis omnium bonorum, licet inter socios, possessio quæsitorum quæratur absque noua apprehensione, ut ibi attamen non possessio quęrendorum, vt l. si quis societatis. eo. ti. ergo ita erit ꝙ constitutionem precarij: sed in contrarium satis videtur tex. inl. quamuis. ff. de preca. vbi si constituo me precario nomine posidere ancillam ex tali constitutione, trãsfertur dominum possessio partus post natiuitatem absque noua apprehẽsione: sed potes respondere secundum Ludo. in alleg. §. incertã. ubi est hoc ratione connexitatis, quam habet† partus cũ ventre cùm dicatur eius pars. de ventre inspi. l. j. §. ex hoc rescripto. vnde ibi ratio est, quia de connexis idem debet esse iudicium. l. quæ religiosè. ff. de rei vendi. & l. si finita. §. finautem. ff. de dam. infec. sed Iaco. But. in l. fina. C. quæ res pig. ob. possessi. tenet quòd precarium se extendit, ad futura. & ibi Barto. ad quod facit l. quamuis. ff. de preca. & quòd no. Ange. in l. eum qui non solùm. ff. de fur. & tenet Imo. in l. stipulatio hoc modo concepta. supra allega. Nec ob. d. l. locus. quia ibi erat omnimodo incertitudo in re præsente, de qua agebatur transferenda: sed in proposito intentio est constituentis precario rem certam, quam in futurum acquiret, precario nomine posidere, quando acquirentur: ideo videtur, quòd ualet. arg. d. l. quamuis. Sed premissis non videtur obstare quod supra dictum est: quia non ualet constitutio precarij, nisi constituens posideat tempore constituti: iuxta gloss. l. quamuis. §. si conductor. & sic uidetur, quod constitutum non se extendat ad futura: potes dicere, quòd non comprehendat futura: vt ex nunc valet: sed vt ex tunc dum sua erũt. iuxta not. in l. pe. C. de dona. inter vi. & vxo. Bart. in d. l. siquis pro emptore. dum tractat ibi de fictione trãslatiua de tẽpore ad tẽpus. & hoc tenet Saly. in d. l. fi. C. quę res pig. ob. po. & Lu. in d. l. stipulatio hoc modo. Itẽ clausula ista, cõstituens se, &c. hoc operat, quòd

q si uenditor, qui constituerat se creditoris nomine posſidere transfert naturalē in iſtum alium emptorem, & conſequenter priuat iſtum creditorē ſua ciuili, quæ erat pcdiſſequa quodammodo illius naturalis ſiue acceſſoria l. peregrè. §. quibus. ff. de acq. poſſ. & per not. per glo. & Imo. in allega. l. interdum. in fi. ſecundùm Bar. & Ang. Ludo. & Imo. in l. Celſus. ff. de vſucap. & Bal. in l. mulier. C. de rei uendi. & Imol. in alleg. l. interdum. §. fin. licet Bart. tenuerit contrarium, & non bene ſecundùm doct. prędictos. Item precarii conſtitutio hoc operatur, ut bonis alienatis per debitorem, qui ſe conſtituit precario nomine creditoris poſsidere, poſsit agi contra tertium poſſeſſorē, nulla facta diſcuſſione principalis debitoris, & conditione l. fin. C. de acq. poſſ. ſecundùm Iac. But. in d. l. fin. C. quæres pig. ob. poſſ. & in auth. hoc ſi debitor. C. de pig. & idē tenet Imo. & Ang. in l. exitus. ff. de acq. poſſ. idem tenuit Bald. in l. 1. C. de reuocandis his quę in fraudem cred. & Bar. in d. l. creditores. in ſua repetitione. Item operatur hæc clauſula, cōſtituens ſe precario, &c. quòd ſi quis uendit rem uni, & conſtituit emptoris nomine poſsidere precario, & realiter, non tradidit poſſeſsionem, & deinde uni alteri uendidit & tradidit rem: quòd primus propter dictam clauſulā erit potior. & ita l. quoties. C. de rei uendic. non ſolùm habet locum in traditione naturali: ſed etiam in ficta, ſecundùm Io. Andr. qui ita tenet in tit. de empt. & uend. in §. hic dubitatur, ſi iſte uendat, qui aliàs eſt uerſic. item dicit Bar. in l. ſicut re corporali. §. ſuperuacuum. ff. quib. mod. pig. vel hypo. ſol. quòd per hanc clauſulam, conſtituens ſe, &c. non eſt quin contractus uenditionis præſumatur fictus, quando uenditor repertus eſt ſemper poſsidere: requiritur ergo uera, & realis traditio; ut l. 1. C. de ſuffra. niſi uenditor emptori de fructibus reſponderet: hoc enim faceret ceſſare præſumptionem fraudis. arg. l. litibus. C. de argi. & cenſi. lib. 11. uel niſi vēditor reſeruauerit uſumfructum; ut l. quiſquis. C. de dona.

*SVMMARIVM.*

1 *Prioritas circa quæ intelligatur.*
2 *Creditorum diuiſio.*
3 *Mulier an æquiparetur fiſco.*
4 *Mulier, miles, & eccleſia in re empta & pecunia an habeāt tacitam hypothecam priuilegiatam.*
5 *Pupillus duplici priuilegio gaudet.*
6 *Poſterior cauſa quando præferatur priori.*
7 *Funeralia omne æs alienum ſuperant.*
8 *Priuatus quando præferatur fiſco.*
9 *Mendacio poſſeſſio perditur.*
10 *Priuilegium militis potentius eſt priuilegio dotis.*
11 *Occupantis conditio quando melior ſit.*
12 *Vigilantibus iura ſubueniunt.*
13 *Priuilegia alia a iure dātur, alia a principe.*
14 *Prior tempore potior eſt iure. & nu. 35.*
15 *Mulier an præferatur priori tempore habenti expreſſam hypothecam.*
16 *Habens actionem perſonalem priuilegiatā an uideatur habere potentius priuilegiū.*
17 *Priuilegium in realibus non conſideratur ex cauſa.*
18 *Pecuniam qui credidit ad rem conſeruandā quot priuilegia habeat.*
19 *Fides non præſumitur habita de precio in nundinis.*
20 *Poſteriores præferuntur anterioribus in fructibus beneficij.*
21 *Actio priuilegiata quoad ſortem, non intelligitur priuilegiata quo ad pœnam.*
22 *Res uendita, non ſoluto q; pretio tradita, an & pretio uēdēti uideatur tacitè obligata.*
23 *Dominium in aliquibus rebus penes fallitū exiſtentibus prætendens, an in iiſdem rebus alijs creditoribus præferatur.*
24 *Fraus an ex tēporis breuitate præſumatur.*
25 *Fides an & quando habita præſumatur.*
26 *Res ex pecunia mea empta, an mihi tacite obligatur.*
27 *Priuilegium exigendi num in re ex pecunia mea empta, inter alios creditores habeam.*
28 *Mutuans ob ædificij refectionem, an in bonis illius, cui mutuatur, hypothecam habeat tacitam.*
29 *Vtilitatis publicæ intereſt, ædificia deſtructa refici.*
30 *Hypothecæ generalis ratione, an militia ex pecunia*



*pecunia mea empta, & mihi obligata, omnibus alijs creditoribus priorem hypothecam habentibus præferat.*
31 *Militia an militantis morte expiret.*
32 *Creditor priuilegiatus, aut fiſcus, vel mulier, ſi concurrant cum creditore priuato non priuilegiato, an priuilegiatus in bonis poſt ea quæſitis ſit potior.*
33 *Priuatus num fiſcum in quærendis rebus obligatis præcedat.*
34 *Creditor ſecundus, num primo in rebus poſt quæſitis, ſit potior.*
36 *Conuentio iuris quæſitio, non autem rei acquiſitio.*
37 *Hypotheca quotuplex ſit.*
38 *Paterna bona num filiis pro aduentitiis rebus obligētur. Et an ſic inprælato malè administrāte. nu. 39. Itē & in muliere ad ſe ēudas nuptias tranſeunte num. 40.*
41 *Regula qui prior &c. quando locum habeat.*

Lauſula, Et ſpecialiter obligauit ipſam rē emptā ex pecunia mutuata. Iſta eſt lōga materia prioricatis & poſterioritatis, de qua materia in l. potior. & l. creditor. C. q pot. in pig. ha. & in l. ſi fundū. eo. tit. & in regula, qui prior. vbi per Cy. de reg. iu. & ibi latè per eundem. lib. 6. Et ſcias quòd
1 prioritas † aliquando eſt circa iuriſdictionem, aliquando circa iudicia, aliquando circa negotia. & de iſtis eſt dictum ſupra in clauſula, quòd non ſit melior conditio poſsidentis, uel occupantis, &c. Aliquando eſt prioritas, & poſterioritas inter creditores prætendentes ſibi res obligatas, & ex tempore & cauſa fore potiores. & de iſta hic tractabitur. Pro cuius declaratione eſt ſciendum, quòd aliqui ſunt creditores priuilegiati, aliqui non: aliqui ſunt habentes hypothecam tacitam, ali-
2 qui expreſſam. † aliqui expreſſam & tacitam, aliqui nullam. Creditores habentes perſonaliter actionem priuilegiatam ſunt contra amicum gerentem negotia ſua. l. ſi negotium. ff. de priuile. credi. item creditor ex cauſa depoſiti: vt l. ſi hominem. §. quoties. ff. depoſiti. & intellige ſi nullas vſuras à debitore accepit: vt l. ſi ventri. §. in bonis, de priuile. cre. & §. quoties. ſic intelligitur l. dies ſpōſaliorum. §. j. dēpoſiti. Item qui pecuniam mutuauit, vt ex ea nauis, aut alia res emerentur, vt C. de pig. l. quamuis. iuncta gloſſ. & qui pot. in pig ha. l. licet. & auth. quo iure. ſecundùm Ang. in l. priuilegia. ff. de priuilegio. Item creditor, cuius pecunia creditores dimiſsi ſunt. ff. de priui. credi. l. in bonis. §. rerum, quod intellige verum, quando dimiſſa illa pecunia mutuata ad illum vſum & effectum eſt, & ſi dubitetur pręſumitur ex temporis breuitate. vt ibi. Item mutuans pecuniam, vt domus, vel nauis conſtruatur de nouo. vt not. gloſſ. in l. interdum. ff. qui po. in pi. ha. licet quidam contra. vt ibi dicit gloſſ. & malè. & nullus iſtorum ſecundùm Ang. in d. l. priuilegia. habet tacitam hypothecam de quibus gl. ponit in l. eos. C. qui. po. in pig. ha. habent tamen perſonalem actionem,
3 & hypothecam tacitā priuilegiatam, mulier, † & fiſcus, qui paribus paſsibus ambulant. l. 3. C. de priui. fiſci. Item qui mutuauit pecuniā ad conſtructionem rei: ut d. l. interdum. habet tacitam hypothecā non priuilegiatam, pupillus in bonis tutoris, & omnes alij qui curatorum ope iuuantur, in bonis legitimorum adminiſtratorum, vt l. d abimus. cum l. ſeq. de priui. credi. & l. pro officio. ff. de adminiſtr. tut. Item pupillus in bonis procuratoris, ſecūdùm Ang. vbi ſupra licet quidam contra & malè. in d. l. eos. vel dic, quòd illa gloſſ. non loquitur in procuratore vero, ſed de procuratore, qui geſsit procurationem minoris cum non eſſe. quæ gloſſa. dicit apertè non habere tacitam hypothecam. Item qui mutuauit ob nauem, vel aliam rem conſtruendam ſine vſuris, habet tacitam hypothecam, ſed non priuilegiatā. vt no. glo. in d. l. interdum. Item mulier pro dote futura, vel quam dedit pro matrimonio immaturo. vt not. glo. in l. aſsiduis. C. q po. in pig ha. licet, gl. in d. l. eos. dicat non contrahi tacitam hypothecam.
4 Item mulier, miles, † & eccleſia, in re empta ex eorum pecunia, habent tacitam hypothecam, ſed non priuilegiatam, vt l. idemque. ff. qui po. in pig. ha. Item pro penſione, inuecta & illata ſunt tacitè obligata,

obligata: & illa tacita hypotheca non est priuilegiata. l. item quia. de pact. & l. si non inducta. C. in quib. cau. ius pi. ta. cõtra. Item bona usurarii pro usuris: ut in capitu. quanquam de usu. in nouel. per Ioann. Andr. Item bona uiri, quando uxor assumpta tutela, sibi scienter est nupta, ante redditam rationem tutelæ, & reliquorum, ut in auth. de nup. §. finautẽ tutelam. Idem dicam in fisco, cui pro pœna delinquentis bona sunt tacitè hypothecata: ut l. rescriptum. de pact. & l. 1. C. de pœnis fisca. cre. præfer. lib. x. hi habent tacitam hypothecam, sed nõ priuilegiatam. Item habet priuilegium prælationis qui mutuauit propter funeralia, & non solùm in bonis mortui, sed etiam in bonis eius hæredis: ut l. quęsitum. ff. de priuil. cre. & præfertur cuicunque creditori inquantuncunque priuilegiato. & hoc est introductum, dicit Ang. in d. l. quęsitum. ad animandum homines: ut sepeliant cadauera, ne iaceant insepulta: ut l. penul. ff. de religio. & habet tacitam hypothecam & priuilegiatam contra habentes tacitam; sed non contra habentem expressam: sicut dicimus in uxore. Item licet quis ex modis suprà dictis sit in pignore potior, & priuilegiatus ratione causæ. & creditori qui in causis suprà dictis credidit, licet sit potior, & præferatur priori, veluti si mutuaui ad nauem armandam, uel reficiendam. Idem est, secundùm Azo. in tit. qui po. in pi. ha. si credidit in cibariis nautarũ, sine quibus nauis non poterat salua peruenire. Idem erit si merces erant aliis pignoratæ prius: & ego credidi posterius, vt merces saluæ fiant, uel ut naulum exoluatur, merces horreorum, uel horrea, in quibus repositę erant res aliis obligatę prius. quod verum intelligo, de pensione domus necessaria ad conseruationem rerum ipsarum. secus de pensione domus, quæ erat conducta ab habitationem tantum. hic. n. causa conseruandarũ rerum non est, quando ad habitandum est conducta: & sic cessat ratio literæ. Ita dicit Bar. in d. l. interdum. ff. qui po. in pig. ha. Itẽ si credidi vt soluatur uectura iumentorũ, quæ portauerunt res aliis prius obligatas, quoniam talis est potior. Idem est, vbi ex pecunia pupilli res
5 emuntur: quoniã pupillus præfertur: † qa gaudet duplici priuilegio secũdùm Azo. vbi suprà, quia res est ei tacitè obligata hoc ipso, q̃ est empta de sua pecunia, & præfertur alii creditori priori, cui erat res prius obligata, Et ad prædicta facit d. l. interdũ. & d. l. his. & l. idẽq; ff. qui po. in pig. ha. & dicit Bar. in d. l. idẽmq; q̃ pupillus præfertur omnibus aliis creditoribus anterioribus tẽpore, in re empta ex eius pecunia, etiam si non sit dictũ, q̃ non sit obligata, & hoc in pupillo, ecclesia, & fisco est speciale. potest eligere secundùm Barto. ibi, q̃ utili rei uendicatione petat rem. ut l. uxor marito. ff. de donatio. inter vi. & uxo. aut q̃ hypothecam aduocet. Et quod
6 suprà dixi posteriorem causam † præferri priori est intelligẽdum, nisi prior habeat hypothecã & priuilegiũ. Quid. n. si mulieri res erat oblibata pro dote, non præfertur eidem, cui credidit ob rem illam reficiendã; ut in auth. de equa. dotiũ. §. his cõsequẽs. col. 5. imò mulier præfertur propter pignus & priuilegium: aliàs potentior. est mulier iste qui credidit pecuniam ad rẽ reficiendã, cũ ipse præferatur priori creditori habenti expressam, ut dictũ est, non aũt mulier. Itẽ ratione causę præfer
7 tur primus secundo. primò ut si expẽdit in funerando testatorẽ, funeralia †. n. superãtomne æs alienum, cum bona soluẽdo nõ sunt adeò vt præferatur priori habẽti tacitã hypothecã. ff. de religio. & sumpti. fune. l. pen. & l. at si quis. §. 1. fortè nõ idẽ est in eo, qui hẽt expressam hypothecã, & vbi secundus creditor non potest præterdere cãm aliquã de suprà dictis vel priuilegiũ, vel aliquid simile: quã tunc habet locum regula, qui prior, &c. quę non solùm habet locum inter priuatos, sed etiã inter fiscum, & priuatum, vt etiam pri-
8 uatus † præferatur fisco si prior est in pignore, siue pignus sit speciale, siue generale in omnibus bonis, licet quidam aliter dicant: vt ff. qui po. in pig. hab. l. si pignus. & C. de remiss. pign. l. si ignoranter. & qui pot. in pigno. hab. l. si generaliter. secundùm Azo. vbi suprà & habet locum, siue res obligetur à domino, siue



ne à non domino. Si enim obligetur à diuersis, non dominis, potior est conditio possidentis. vt ff. qui potiores in pignore habeantur l. si à non domino. Si verò idem dominus obligat duobus, distingue an vtrique insolidum an pro parte: si insolidum, utrique in solidum obligati: si ex parte, per partes dimidias res consequenter & possessionem appræhendent, secundum Azo. in summa in titul. de Saluiano interdicto. Sed vbi res obligaretur ab vno domino, & ab alio non domino. potior est causa illius, qui habet causam à domino, secundùm Azo. & fallit dicta regulà, qui prior, &c. non solùm ratione causæ, sed etiam ratione pacti: ut si mutuo pecuniam, ut res aliqua ematur, cum pacto quòd mihi obligetur, ratione pacti præferor priori creditori. l. licèt. C. qui potiores in pignore habeantur. Item fallit ratione mendacij: ut si prior creditor & possessor eras in pignore, & ego secundus, intento contra te hypothecaria, & tu negas rem illius esse, qui tibi & mihi obligauit: nam
9 si te de mendacio † conuincam: possessio in me transfertur: licet probares, q̃ res esset prius obligata. ut in authentica. item possessor. C. qui potiores in pignore habeantur: sed translata possessione audieris in iure tuo. Fallit etiam ratione priuilegij dotis: nam mulier, & omnes filij eius præferuntur omnibus alijs creditoribus anterioribus, priuilegium auc hypothecam tacitam habentibus, non autem habentibus expressam. Item fallit hæc
10 regula propter priuilegiũ † militis, quod est potentius priuilegio dotis: si crediderit quis pecuniam, ut ematur militia: & ex ea pecunia militia ematur: posteà præfertur iste creditor alijs prioribus creditoribus: imò & præfertur mulieri, secundùm Azo. in summa in titu. de bonis autho. iudi. possi. qui dicit, q̃ inter creditores potiores sunt illi, qui acceperunt pignora, eis, qui habent actiones personales tantum. C. qui po. in pign. habeantur. l. eos. Inter hypothecarios aũt obtinet regula, q̃ prior est in tẽpore. nisi in casibus, in quibus suprà dictũ est. Inter eos autẽ, personales actiones habentes, tantum estimantur priuilegia ex causa, non ex tẽpore. vt ff. de priuilegi. credit. l. priuilegia. sic enim prius erit satisfaciendum ei, qui habet priuilegium, quàm ei qui non habet: vt ff. quòd cum eo. l. 3. C. de peculio. lege ex facto. §. fina. vel si vterque sit priuilegiatus, & paria sunt priuilegia, & pares sunt tituli: vt quia ambo depositarij sunt debent concurrere vt ff. de priuili. credito. l. si uentri. §. in bonis. & §. eorũ ratio. Idẽ fortè dici põt, si vnus tutelæ, & alter depositi: & idem in talibus titulis quæ videntur paria, licèt nõ sint eiusdem causæ, nisi lege nominatim probetur alterum in priuilegio personalis actionis præferendum: vt dicitur in fisco: vt ff. de priuile. cred. l. quod quis. vel fortè dicetur potentius priuilegium tutelę, quam depositi: quia inest tacita hypotheca. & quod dixi in fisco est seruandum etiam in muliere dotem suã repetẽte. cùm. n. ipsa priori tacitę prefera tur: & ita habet priuilegium. potẽtius alio priuilegio quæsitũ ad hypothecariã actionem. Idem. videtur etiã in priuilegio aliarum actionum personalium. & idẽ in eo, qui credidit ad rem reficiendam. vt ff. qui po. in pig. ha. l. interdum. Idem etiam fortè est in funeralibus: vt ff. de reli. l. penul. Sed si cõtẽtio est inter eos adeò priuilegiatos. nunquid unus eorum alteri præferatur: & fortè concurrerent, nisi lege de aliquo eorum probetur. quod sit
11 præferendus. Inter † creditores autem non priuilegiatos occupantis erit melior conditio: hoc est si uigilauerit ut sibi satisfiat à debitore, q̃ soluẽdo nõ erit antequã bona debitoris possideãtur: nã postq̃ bona cœperũt possideri omniũ creditorũ iura paria sũt facta. Ius. n. ciuile uigilãtib.
12 † scriptũ est. Itẽ si utroq; creditore instãte debitor vni voluerit gratificari, debet illud omnibus cõmunicari: vel eadem portio quæri singulis. vt ff. de bonis author. iudic. poss. l. si non expedierit. §. j. & de his quæ in frau. cred. l. si autem. §. sciẽdũ. Sed Ange. in l. pupillus. eo. titul. dicit post Iacob. & Bart. quòd quando vni creditori soluatur, an reliqui agere possint contra eum,

eum, vt solutum communicetur cum eis: postquam bona sunt possessa per omnes, aut per vnum, per quem omnibus erat consultum: vt olim, quando in omnibus bonis fiebat missio, & vno immisso cæteri videbantu immissi: & tunc quia cõtractum est pignus prætorium respectu omnium creditorum: & omnium effecta est æqua conditio: sine dubio est reuocandum solutum, & communicandum inter creditores per solidum, & libram: ut l. qui autem. §. sciendũ. quæ in fraud. credi. Similiter si creditores reuocare volentes prętendunt hypothecam regalem tacitam vel expressam: & sic conuentionalem, & ille præfertur, qui habet anteriorem, vel potentiorem: vt C. de priu. fis. l. ex pecunia. ideo dicit gl. in d. l. si non expedierit. §. j. q̃ in iure suę hypothecę non fuit prejudicatum per diuisionem hæreditatis, quam inter se fecerunt Cruciferi. & hoc probatur l. si. §. licentia. ver. sin verò hęredes. C. de iure deli. idem dicas, si nulla prętenditur hypotheca: sed creditores, qui nil receperunt, habent actionem personalem priuilegiatam: creditor? qui recepit, non habet actionem priuilegiatam iuxta l. priuileg. de priuilegia. credi. Et hoc intellige verum, si non superest apud debitorem, quòd creditoribus possit satisfieri: si autem superest tantum, vel totum, vsque ad concurrentem quantitatem eius quod superest, non tenetur creditor communicare quicquam: vt d. l. si non expedierit. §. j. versic. si vtroque instante. Vbi verò nullus ex creditoribus prætendit priuilegium personale, vel hypothecam tacitam, vel expressam, concludo quòd si debitor soluit vni gratificando, cùm omnes instarent: tunc fit reuocatio ad eandem portionem, quam alij habituri sunt; vt in alle. l. pupillus. ver. distinguimus. & d. §. j. l. si nõ expedierit. nam gratificãdo, dolum videtur committere, & participare cum illo, qui soluit: non autem intelligitur vti iure suo: vt l. summa cum ratione. ff. de pecul. per glos. ff. de re iud. l. in dolo. quę allegatur pro contraria in d. l. in summa. & non soluit. Fallit si solutum vni ex creditoribus erat indiuiduum quia tunc nõ reuocatur per alios, quantuncunque debitor gratificatus fuerit tunc: vt dictis iuribus, & facit ff. loca. l. in operis. Sin verò debitor fuerit absque vlla gratificatione: dic, quòd si soluit coactus vi compulsa, & sic fuit exactus indebitè, tenetur communicare illud solutum: vt in allegat. l. pupillus. versic. si extorserit. Fallit si illa extorsio fuerit facta in subsidium. puta, quia debitor fugiebat cum pecunia, vt faciunt nummulatij, & copia iudicis haberi non poterat; nam tunc quia illa compulsio est a iure permissa, nihil communicandum venit, vt l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his quæ in fraud. cred. quoniam non possunt conquæri debitores asserendo se læsos ex tali solutione, ex quo debitor cum pecunia fugiebat. Si autem creditori esset solutum authoritate prætoris, & sic iustè, vel per debitorem sponte soluentem, cum nullus alius creditor instaret vt sibi solueretur, & tunc nihil communicandum venit, vt l. pupillus. §. si verò iustè. & versicu. si quid ergo. suprà allegato. Et hoc intelligo verum, quando creditor, cui est facta solutio, vigilauit, reliqui verò fuerunt negligentes in petendo. & hoc vult tex. in d. l. pupillus. ver. cæteris etiam. sed si nulla negligentia creditoribus potest ascribi, quia latens erat diminutio patrimonij debitoris, nec credebatur in mora fore periculũ ex cessatione, tunc solutum debet communicari. nam præmatura, q̃ festina diligentia creditoris cui tunc solutum est, nullum debet afferre præiudicium, vt l. edicto. §. cùm autẽ. ff. de iure fisci. vbi bonus text. Facit ff. de pig. act. l. si seruos. ubi non debet audiri creditor onerosius, ut ff. de solu. l. q̃ diximus. vbi non debet venire cum saculo paratus. & l. promissor. de constit. pecu. In socijs autem illud præcipuũ est speciale, & indistinctè socius, qui socio exegit, communicare debet exactum cum socio, qui partem suam non habuit: vt l. verum. §. si cùm tres. ff. p̃ socio. Iac. But. in l. scire. C. de priuil. dot. dicit, q̃ si quęratur inter plures creditores priuilegiatos, quis sit potior: dic, q̃ quædam sunt priuilegia quæ non



13 † non sunt in corpore iuris redacta: sed à principe conceduntur: & tunc aut in eis est dare ordinem, & prior præfertur: quia videtur concessum secundò priuilegium sine præiudicio prioris: nisi expresse fuerit dictum in secundo, non obstante primo. vt l. regula. §. si quid à princi. ff. ne quid in loco publi. Sed si non est dare ordinem, sed dubitatur cui primo concessum fuerat: tunc dic, quòd aut priuilegium continet quid indiuisibile: & ratione dubitationis nullus gaudet priuilegio. l. duo sunt Titij. de testam. tute. & l. si quis seruos. §. inter duos. de lega. 2. Si autem priuilegia sunt clausa in corpore iuris. & tunc dic quod aut omnes concurrunt, & partiuntur bona debitoris, & pariter: & non considero quis prius contraxit: vt le. pręsenti. §. 2. C. de his qui ad ecc. confu. & l. pro debito. C. de bon. autho. iud. pos. idem si omnes habent priuilegia paria. Si autem habent priuilegia personalia: tunc si non habent paria, præfertur habens maius priuilegium: vt in funeralibus, & similibus. Item præfertur multo magis habens priuilegium, non habenti priuilegium. Si autem habent priuilegia realia: tunc regulariter prior tem-
14 pore † potior est iure. Fallit in muliere, quæ præferur prioribus in tẽpore habentibus tacitam hypothecã: vt d. l. assiduus. Fallit in fisco, qui præfertur priori habenti etiã expressam hypothecam post fisci obligationem quęsitam: vt l. si is. ff. de iure fisci. & ibi nor. Sed vbi concurrit habens ius reale, cum habente ius personale: tunc præfertur habens ius reale. vt l. 2. pro debito & l. si cùm pecuniam. de priuil. fisci. Et dicit Iaco. But. in l. quamuis. C. de priui. fisci. Vnũ nota dignũ verbũ, q̃ si mulier, & fiscus concurrunt, sunt pares tam in tacita hypotheca, quàm in expressa, & ille præfertur inter eos, qui est prior tempore. vt dicta lege quamuis. Si fiscus, vel mulier concurrunt cum priuato in tacita hypotheca, præferuntur fiscus & mulier, habenti tacitam etiam priori tempore: sed habenti expressam non
15 prefertur † mulier priori in tempore habenti expressam, & fiscus etiã non præfertur habenti expressam priori in tẽpore. nisi in bonis postea quęsitis per debitorem, postquam contraxit cum fisco. vt not. in l. si is. de iure fisci. Et hanc opin. q̃ mulier præferatur omnibus creditoribus prioribus tempore, etiam priuilegiatis habentibus tacitam, sed non habentibus expressam. idem tenet Iaco. But. in d. l. assiduis. Et si dicatur mutuans in refectione domus habet priuilegium legale, sicut mulier, & bene prefertur alijs prioribus creditoribus tempore habentibus expressam: ergo & mulieri preferatur. Sed dic secundùm eum quod hoc non procedit à lege, sed à contractu, ex quo rem facit saluam sibi, & alijs creditoribus: vnde non habet prior creditor de quo conqueratur, quia lex ei aufert, quod sibi dedit, & à se non habebat, & si lex præferat eum, qui mutuauit ob refectionem, non habet vnde conqueratur primus. quia nisi iste secundus mutuasset, res defecisset sibi & omnibus alijs. vt d. l. interdum. sed Bald. in d. l. assiduis, tenet istam opi. quòd in tacita mulier præferatur, licèt alij creditores habentes tacitam sunt anteriores tempore, non tamen præfertur alijs creditoribus habentibus expressam priorem, quia lex suum auxilium denegat prioribus creditoribus, fauore mulierum, non tamen tollit, nec denegat, quod partes per pactum sibi quæsiuerãt, & ista est vera sententia, & hanc tenet glo. in actione funeraria, ut l. penul. de relig. & sump. fu. vbi dicit idem est in illa actione, quod in actione de dote. Sed Cyn. in authen. quo iure. C. qui po. dicit, quòd mulier præferatur mutuanti ad refectionem, si mutuãs posterior sit in tempore, ut in corpore. unde sumitur illa authent. ibi in text. veniat autem alter creditor & ca. secus si talis mutuans pręcederet mulierem in tempore, vt not. in corpore, & in d. l. assiduis. in glo. magna. ibi, item adhuc contra &c. Videtur tamen quòd Per. intelligat in mutuante ad refectionẽ pacto apposito, q̃ sibi obligetur, tũc. n. dicit eum habere hypothecam, & alle. ff. quib. mo. ius pig. tac. contrahi. l. r. Itẽ aduerte, fm Cy. in l. si fundũ. C. qui po. in

pot.in pign. hab. ꝙ regula prædicta, qui prior est,&c. habet locum etiam inter habentes tacitas hypothecas,non priuilegiatas: ut l.fin.in quibus cau.ius pig.ta.contrahi.C.vnde dicit Dyn.aut præcedit hypotheca expressa,& sequitur tacita,& tũc nullum ex dubium, vt l.si fundum. & l. Titius.C.& ff.qui pot.aut præcedit tacita, & sequitur expressa,& tunc præfertur tacita,licet sequatur expressa', vt C.rẽ alie. gerere.l. 1.2.responso.licet glo.circa fiscũ dubitet.

Vnum tamen scias secundùm Ange.in alleg.l. priuilegia. quòd semper habens
16 †actionem personalem priuilegiatam, videtur habere potentius priuilegiũ, quando illa personalis habet tacitam hypothecam admixtam similiter priuilegiatam, vt præferatur cæteris alijs hypothecis:sed ꝙ in mutuante ad refectionem rei, vel ꝙ conseruatione rei,vel ad emptionem,habeant tacitam hypothecam, & priuilegiatam.Iac.But.in l.licèt.C.qui pot.in pign. hab. dicit, ꝙ aut ego mutuo ad refectionem,qui habeo rem obligatam,& potior ero. vt l. interdum. & l. idemque.ff.qui pot. in pig. hab. aut mutuo ad emptionẽ rei,& tunc nõ habeo rem obligatam, nisi expressè paciscar, tamẽ habeo actionem personalem.Sed an illa personalis sit priuilegiata? videtur quòd non:ut l.procuratoris.§.planè.ff.de tributo. Econtrà uidetur quòd habeam priuilegiatam: vt l. qui nauem.de priuil.cred. & hoc verum. Nec obst.l.procuratoris.§.planè, quia ibi loquitur in tributoria,quæ sapit naturam realis: quia magis dicitur credere merci, quam personæ,vt l. procuratoris.§.si plures.eo.tit. & ideo non habet in ea priuilegia ex causa, quia in realibus non consi-
17 deratur †priuilegium ex causa, sed ex tẽpore. Vel solue, vt glo. in allega.l. quod quis. quia aut mutuat in comparatione, & habet priuilegium ex causa,vt d.l.licet, aut mutuat simpliciter, & non habet priuilegium:l.cèt inde ematur: vt in alleg.l. pen.vel potes dicere, aut pecuniam mutuat quis in causa, & causam expressit,vt prædium inde ematur: vt in alleg.§ planè, vel potes dicere aut in hypothecaria; vt d.l.licet.aut mutuauit in eam rem, & non est conuentum de pignore. & putat Iac.But.contrahi personalem priuilegiatam: sed nullo modo hypothecaria contrahitur: vt l.quamuis.C.de pigno. & l. quamuis.C.in quib.cau.ius pig.tac. contrahitur:aut mutuat simpliciter. sed non in eam rem vt inde prædium ematur, & tunc licet ex ea petere, sed non contrahitur personalis priuilegiata,nec hypothecaria:aliàs aliter:vt l.si cùm dotem.§.fin. ff.solu.matr.Sed Cyn. in d.l.licet. dicit, ꝙ tunc præfertur,inter reales actiones priuilegiatus ille, cuius pecunia res empta est, cum specialiter fuit conuentum, ꝙ res esset ei obligata: aliàs non,vt ff.de tributo.l.procuratoris.§.planè.Item tunc præfertur inter personales actiones cùm expressè agit, quòd ad hoc mutuat: ut d.§. planè. Bal.uerò in d.l.licèt.dicit quòd res empta ex pecunia mea non est mihi obligata. nisi hoc fit ex pacto. ut l.quamuis. C.in quib.cau.ius pign. tac.contra.& d.l. licèt. Sed an saltem habeat actionem priuilegiatam: quidam dixerunt quòd non, per d.§.planè. ideo fuit in contraria opi. dicens, quòd debet habere priuilegium inter personales actiones. & hanc opi.tenet Iaco.But. per l. quod quis.C.de priuil.cred.sed in l.quamuis. de priuil.credi. dicit, ꝙ pro pecunia mutuata ad nauem fabricandam, armandam, instruendam, vel emẽdam, habet creditor priuilegium inter personales actiones potentius præ cæteris,excepto fisco,nõ habet autem tacitam hypothecam,licèt habeat tacitam, & priuilegiatam qui mutuauit in refectione nauis: vt l. interdum ff qui po.sic intelligitur quod not. in l. qui nauem.ff.de priuil.credi.Sed Bart.in d.l.interdum.dicit,quandoque quis mutuat pecuniã simpliciter, non exprimendo ad rem emendam ex ea,& tunc licet res ex ea ematur, non tamen habet priuilegium mutuans neque in personali: neque in hypothecaria: ut d §.planè. quandoque quis mutuat pecuniam ad rem emendam pacto expressè apposito, quòd sibi sit obligata, & tunc habet priuilegium in personali, non autem in hypothecaria, vt d.l.quod quis.



quis.de priui. cred. Quandoque quis mutuat pecuniam ad rem emendam, pacto expressè apposito ,quòd sit sibi obligata, & tunc habet priuilegium in personali & habet tacitã hypothecã & præfertur prioribus:ut in alleg.l.licèt.nisi sit mulier quæ prætendat ius in pignore ex causa dotis: ut in §. his consequens. in authen. de æquali.do. coll.7.& ita tenet ibi glossa licèt aliter dicat in authen. quo iure. C.qui pot. in pig. habean. & ita uidetur intelligere glo. in allega. l.idemque.circa fi. & dicit gloss.in alleg l. interdum.quòd
18 ille qui † credidit pecuniam ad rem conseruandam, habet tria priuilegia. Primò, ꝙ in personali aliis præfertur. Item quia habet tacitam hypothecam. Item quia ista tacita præfertur prioribus habentibus etiam expressam: & ista est uera secundùm Bart. ibi, si tamen esset mulier quæ haberet rem obligatam: tunc ipsa præferretur in dote. quia in ea concurrũt duo priuilegia:uidelicet priuilegium prælationis in actu personali, & priuilegium in hypotheca: ut in authen. de æquali.de. §. his consequens. Et dicit Bart. in alle l. interdum quòd si quis recipit equum in pignus, quòd pro expensis equi & famuli,& pensione stabuli habet tacitam hypothecam & præfertur anterioribus creditoribus. Et scias,quòd dixit Ang.in d.l. quod quis.quòd uenditor rei pro pretio consequendo habet in bonis emptoris priuilegium prælationis,& secundum hoc mercator,qui cessauit, & fugit, & dimisit in fundo suo multos pannos,quos emerat debet uẽditor pro pretio pannorum prædictorum esse potior aliis creditoribus non priuilegiatis: sed contrarium est uerum, ex quo uenditor habet fidem de pretio:ut est tex.in d.§.planè. & est casus in l.quidam fundum.ff. de in rem uerso. Si autem uenditor non habuisset fidem de pretio: quia dominium esset uenditoris: ideò in pannis præferretur quantuncunque priuilegiatis, uel etiam expressam hypothecam prætendentibus:ut d.§. planè.& idem quod Ange.tenet Bal. in alleg. l. licet. & dicit Bal. in l. si non donationis.C.de cõtrahen. empt.quòd quãdo aliter coniectura potest apparere, uel ẽt quando uenduntur res, de quibus statim secundùm consuetudinem solita est fieri
19 solutio: ut quia in † nundinis nunquam præsumitur habita fides de pretio; ut ff. de polli.l.si soluturus.& l.si quasi.ff.de pigno.acti.unde illi qui uendunt equos,uel alia animalia statim necessaria, nisi statim eis soluatur pretium possunt recuperare, cùm non sit translatum dominium, quia fides de pretio habita non sit. Idem si contractus fieret cum peregrinis, uel persona ignota, uel cum statim recessuro: uel cum suspecto de fuga: quoniam non præsumitur habita fides de pretio:ut d.l. si non donationis.per d.l.si quasi.arg. l.si quis delegationis.ff.de iud.Item quando quis plures specificas mercãtias exercet: puta uini, uel pannorum: licet ille alius priori fuerit, unde quilibet præfertur in mercimonia, in qua mutuauit. dictum singulare Raph.i. ut l. procuratoris.§.si plures.ff.de Trib.secũdùm Lud.in suis dictis in litera M.in dicto, quod incipit Mercator. Item etiam fallit quando ille qui habet plures creditores, assumitur ad aliquod pingue beneficium, quòd si post assumptionẽ beneficij alios creditores adipiscatur: isti postea adepti licet
20 posteriores † præferuntur anterioribus in fructibus beneficii,si omnes habẽt personalẽ.& de residuo debet solui prioribus creditoribus.dictũ est sing.Guil.de Cu.in l.sed an me.ff. quod cum eo.qui alle.tex. fin.& bene probantẽ in l.1.§.sed filii.aliàs incipit, si filius.ff. de sepa.bo. & tenet Ludo.in litera P.dicto,quod incipit,Quidam laicus habet plures creditores.Item ciuitas mutuans pecuniam,non habet ius tacitæ hypothecæ,nisi sit respublica Romanorũ;tex.est fin.in l.regula.C. de debito.ciui.lib.xi.in personali autem,ciuitas habet priuilegium;ut debitore non existente soluendo posset habere regressum contra possessores bonorum illius debitoris, quocunque titulo possideant; ut est tex. in d. l. regula. & ibi Ange.Quid autem in ecclesia cathedrali, dic quòd illa habet priuilegiũ in personali, quando mutuauit sacerdoti; ut in c.eam te. de ætate & qua-

li. fallit quãdo ecclesia scienter, uel ẽt Episcopo sciẽte, & non contradicente talis clericus secũdo contraxit. quia tũc ecclesia talis priuilegiũ amittit: & sic secũdò contrahens præfertur in personali. dictum est sing. Vincen. in d.c. eam te. quem refert Ioan. And. in nouel. secundùm Lud. in litera E. in dicto, quod incipit, Ecclesia cathedralis.

Vnum tamẽ scias, q̃ priuilegiata actio.
21 ne quo ad sortem † non intelligitur priuilegiata quo ad pœnam. text. est sing. in l. si damni. §. sed est communis. ff. de pecul. sed Lud. in l. si cum dotem. §. fi. ff. sol. mat. loquens de mutuante ad emptionem rerum sic dicit. hoc inducunt ad duas quæstiones. Prima est, aliquis uẽdit mercatori posteà fugam accipienti, & fallito: & extat illud, quod est emptũ: quæritur an in re empta debeat præferri ipse uẽdẽs omnibus aliis creditoribus. Pro cuius declaratione quãuis ipse breuiter loquatur:
22 tamen primo est uidendum, an † res uendita non soluto pretio tradita uideatur ipsi uendenti pro pretio tacitè obligata: quia si sit ratione tacita hypothecę præfertur uenditor aliis: & quidem uidetur quòd sic. arg. l. Iulianus. §. offerri. de actio. empt. ubi tex. dicit uenditorem donec pretium soluatur retinere posse rem uenditam loco pignoris, sed contrarium est: quoniam & ibi dicit gloss. illud non esse pignus propriè. quòd patet, quia cùm res uendita existens penes uenditorem si ad hùc in eius dominio: meritò non potest ei pignore esse: ut l. neque pignus. de regu. iur. quòd autem tradit adhuc precio non soluto, non remaneat pro precio tacitè pignorata est expressum subtiliter intuenti in l. 1. ad fi. ff. de rebus eo. & l. 1. in fi. ff. de pericu. & commo. rei uendit. Et pro hoc ita determinat Bald. in l. præcextu. C. cõmo. Ego text. addo clariorem in dicta l. procuratoris. §. planè Nunc pro. declaratione quęsiti sic dic, quòd aut uenditor non habuit fidem de pretio, & tunc iste in rebus uẽditis præfertur omnibus aliis, hoc autem esse uerum probo: quando ex traditione rei uendite non habita fide de pretio non transfertur dominium in emptorem, sed manet penes uenditorem: ut l. quòd uenditi. ff. de contrahen. emp. & l. in ciuili. C. de rei uendi. & insti. de rerum diui. §. uenditæ. succedit ergo
23 doctrina uolens, quòd † pretendẽs dominium in aliquibus rebus penes fallitũ existentibus, in illis rebus, præfertur omnibus aliis creditoribus. Fallit, ut est expressum in l. si uenditor. §. in bonis. ff. de priuil. cred. & l. si uenditor. § quoties. depositi. Aut uenditor fidem de pretio habuit: & tunc cùm dominium si translatum in emptorem: meritò consequens est, ut ipse in illis non habeat priuilegium prelationis, sed cum aliis concurrat, & istẽ est tex. quẽ Dy. reputat singularem in l. cùm quidam fundus ff. de in rem uerso. melior text. hanc distinctionem probans est in d.l. procuratores. §. sed si dedi. Hoc tamen ultimum membrum limitat Bald. in d.l. si cùm dotem. §. fin. nisi fortè tempore uenditionis mercato concepisset fraudem fugendi: quia tunc, cùm dolus dedisset causam habendi fidem, de pretio, perinde est ac si habita non fuisset. & ad hoc allega. text. ualdè not. in dicta l. si
24 quasi. de pigno. actio. dictam † autem fraudem præsumit Ang. ex breuitate temporis: puta si die sequenti fugam arripuerit ut d.l. si uentri. §. in bonis. & argu. c. offi-
25 cium. de elect. In † dubio autem præsumitur habita fides de precio & quãdo nõ. uide Bal. in d.l. si non donationis. C. de cõtrahen. empt. Nunc ad quęstionem si ex pecunia per me mutuata mercator emit res seu merces, ipsæque merces extant ipso mercatore fugiente, seu fallito, post modum ego præferar in illis, alijs creditoribus. Pro hac quæstione bene tractã
26 da duo sunt uidẽda. Primò † an res empta ex pecunia mea sit mihi tacitè obligata, quia si hoc est ratione tacitè hypothecę in illis aliis præferor. & quidem dicendũ est regulariter q̃ nõ. Casus est in l. quãuis. la 3. C. de pignor. Fallit in re empta ex pecunia pupilli, quando illa est sibi tacitè obligata. text. est fin. secundùm unam lec. gloss. in l. idemque. ff. qui potiores in pignore habeãtur ubi Ang. arguendo à simili, tenet idem fore in re empta ex pecunia militis. bene tamen est verum. q̃ si res empta ex pecunia mea mihi obligetur quamuis posterius, tamen in eadem sunt potior alijs creditoribus habentibus hypothecam tacitam priorẽ: ut d.l. licẽt. & in authen. de æqua. doti. §. his consequẽs. & §. quia verò, & in auth. quod obtinet. C. de pignor. Secundò
27 † examinandũ est, nunquid in re empta ex pecunia mea ego habeam inter alios creditores priuilegium exigendi. In quo fuit una opi. in d.l. licet. q̃ non: quia cum alijs in eandem concurrere debeo per d. §. planè. ubi hoc videtur expressum. Secunda fuit opi. Iac. But. dicentis contra. p tex. l. qui nauem. & l. quod quis. ff. de priuil. cre. vbi est expressum, q̃ mutuans pecuniam in emptionẽ nauis est inter alios creditores in exigendo priuilegiatus. Sed illa secundùm Lud. ibidem non obstant, quia loquuntur in casu speciali, s. in mutuante in emptione nauis. quo casu est speciale, ut habeat priuilegium in exigendo is, ex cuius pecunia illa nauis emitur. Etiam ratio specialitatis est, vt deducantur homines ad facilius mutuandum in huiusmodi causam: cùm ex eadem contingit facultas facilius mercandi & negotiandi, quod reipublicę utile est. dicit tex. in d.l. 2. ad fi. ff. de nundinis. sed pro Iac. videtur esse text. in auth. quo iure. C. qui po. in pign. ha vbi est expressum creditorem, ex cuius pecunia res empta est, inter alios fore in eadem re priuilegiatum, & sic ibi videtur casus apertus. Sed respõde, q̃ ibi fuit tex. malè extractus per Irnerium a corpore Authen. quia extractus est a §. is consequens. alleg. qui solum hoc dicit ut apparet ex uerbis literæ ibi, hypothecas quasdam proponere iuniores &c. q̃ is, ex cuius pecunia res empta est: si eadem sit sibi hypothecata, licet posterius, præfertur tamen in ea creditoribus priorem tacitam habentibus, excepta dote. & sic ibi non dicit aliquid de priuilegio prælationis in actione personali. Vnde tertia fuit opi. glo. ord. in alleg. l. quod quis. dicentis, q̃ aut pecunia ad hoc specialiter mutuatur, ut inde res ematur, & tunc in eadem re empta mutuans habet priuilegium prælationis. & ita loquitur l. qui nauem. Aut mutuata est simpliciter. & tunc mutuans non gaudet priuilegijs, sed concurrit cum alijs. ut d. §. planè. Sed certè non reperitur primum membrum distinctionis iure probari. quoniam ut dixit glo. in d.l. cùm quis. & d.l. qui nauem. loquuntur in casu speciali, scilicet in eo. qui mutuauit in emptionem nauis. si-
28 cut etiam est speciale † in mutuãte in refectione ædificij: ut habeat tacitam hypothecam in bonis illius, cui mutuatur, & etiam priuilegiũ prælationis inter actiones personales: ut primum membrũ probatur in l. 1. in qui. cau. pig. ta. contraha. Secundum in d.l. si ventri. §. 1. & l. creditor qui ob refectionem. ff. si cert. pet. & ra-
29 tio specialitatis † est fauore publicæ utilitatis, cuius interest, ne ex destructis ædificis deformis maneat, eadem refici, cùm ad hoc compelli possint: ut l. præses. ff. de offic. præsi. & d.l. ad curationis. de dam. infec. & l. ad singularium. C. de ædifi. priua. licẽt Bart. in l. rebus. C. de iure dotis. videatur tenere hanc opin. alleg. ad hoc tex. no. in l. fin. C. de pign qui tex. nil facit secundùm Ludo. cum secundum eum loquatur in hypotheca bonorum: non autem in priuilegio prælationis inter actiones personales. superuenit post alleg. §. his consequens. & §. quia uerò. in auth. de quali. do. vbi sumitur dicta authent. quod obtinet. C. de pign. & auth. quo iu-
30 re. C. qui po. in pig. ha. uolentes, q̃ † in hac militia empta ex pecunia mea, & mihi obligata ratio hypothecę generalis præferatur omnibus alijs creditoribus habẽtibus hypothecam priorem, excepto creditore dotis, cui mutuo in militia non præfertur: nisi specialiter in hoc mutuauerit, ut militia ex hoc emeretur. & hoc in scriptis probari posset. Vltimum ius ponitur in §. optimum. iuncta glo. in uerbo. ex causis. in authen. de exhiben. reis. co-
31 lens † militiam, quæ morte militantis expirat: ita demum obligari posse, quando obligat creditori mutuanti pecuniam ad huc, ut illa ematur. Conclusio secundùm Lud. q̃ ueritas est creditorẽ in re empta ex pecunia sua non habere prælationis pri-

uilegium: quia casus est expressus in alle. §. planè. & ista est vera opinio, quando simpliciter mutuauit, non expresso quòd inde resematur, durum est recedere ab opin. Azo. Cy. Iacob. But. & Ang. qui tenent quòd tunc creditor habet priuilegium prælationis. licèt Petr. de Ancha. in constitu. M. 40. tenet contra opin. Ludo. Item dicta regula, qui prior. an locum habeat in duobus priuatis, qui habent hypothecam generalem in bonis post obligationem quæsitis, & Barto. in d. l. idemque. in l. fi. ff. qui po. in pigno. ha. tenet ℘ in duobus priuatis qui habent hypothecã generalem, primus est potior in bonis postmodum acquisitis. & dicit quòd est casus in d. l. fi. ff. qui po. in pig. ha. & l. hac edictali. §. omnibus. C. de secund. nuptijs. & l. in rebus. C. de iure do. & recitat Cy. in alleg. l. licèt. & de hoc planè dixit Bart. in l. si is. ff. de iure fisci. & ibi etiam hoc tenet. sed † si creditor priuilegiatus aut fiscus vel mulier cõcurrerẽt cum creditore priuato non priuilegiato: tunc priuilegiatus in bonis etiam postea acquisitis esset potior: ut in allega. l. si is qui. & lege fin. C. qui po. in pig. ha Sed Cyn. in l. licèt. in hoc passu, an si secundus creditor in bonis posteà quæsitis concurrat cum priore quando sunt hypothecarij. arguit pro, & contra allegat. glossa quæ tenet quòd aliàs concurrunt: vt no. in d. l. idemque. ff. de iure fisci. & l. si is qui. vbi glossa tract. sed Cyn. dicit, quòd Iacob. de Are. tenet quòd prior prefertur. & hoc dicit tenuisse in publica disputatione. & dicit quòd non obstat. l. si is qui. supra allegata: qa illud est in priuilegio fisci. vt l. si ignorante. de remis. pigno. Idem Cyn. dicit, quòd aut secundus creditor est fiscus, aut priuatus: si fiscus tunc est potior, quam prior creditor, ratio est: quia † in querendis, tempore quo res potuerunt obligari, non precedit priuatus fiscum: ideo tanquam prior non prefertur. ff. de iure fisci. lege si is qui. aut est priuatus: tunc licet quidam distinguant videtur dicere Petr. ℘ concurrunt: vt in alleg. l. idemque. §. fi. & ita tenet ibi gloss. sed ratio Cy. est illa quã ꝗ. dixi: quia cũ non cõcurrũt priuatus & fiscus nec potest negari, quòd non sit priuilegium fisci. sed Iaco. de Are. dixit ℘ prior prefertur: vt supra dictum est. Sed Bar. in allega. l. licet. dicit quòd primò videtur, quòd prior sit potior in post quæsitis: vt l. qui fundũ. ff. qui po. in pig. ha. & l. diuersi. eo. titu. In contrarium videtur præallega. l. si is qui. & d. l. idemque. § fin. dicit glo. quod ibi creditores debent concurrere. & speciale est in fisco, quòd preferatur, vt d. l. si is qui sed, vt prædixi, Iac. de Are. tenet contrarium, & dicit quòd est casus in d. l. licèt & verum dicit secundùm Bar. ibi quia. in d. l. licet tractatur de bonis post quæsitis. & dicit, quòd † secundus creditor est potior, si res fuit empta ex pecunia, & eidem sit. specialiter obligata: quia si velit dicere. quòd si ista res postea acquisita non fuit specialiter obligata non esset potior. & sic non concurrunt: vt ibi dicit gl. imò † qui prior est in tempore potior est in iure. facit optimè l. fina. in princip. qui po. in pig. ha. pro opi. Iaco. contra glos. intelligendo tex. prout iacet. Preterea † conuentio est illa, quæ quærit ius, non acquisitio ipsius rei. & sic conclu dit secundùm Barto. quòd prior etiam in post quæsitis, debeat præferri secundo. & credo quòd hoc sit ipsa veritas, per text. d. l. licèt. sed Bald. in d. l. si fund. C. qui po. dicit quòd inter priuatos habens generalem hypothecam, prefertur habenti specialem hypothecam, etiam si postea bona fuerunt quæsita: vt l. si pignus. ff. qui po. in pig. ha. C. de remis. pigno. l. si ignoranter. ff. qui po. in pig. ha. l. si. sed in fisco est speciale quòd quæsita per debitorem post contractam obligationem in illis bonis fiscus est potior. ut d. l. si is. Si uerò postquàm fisco competat hypotheca tacita, fiscus habet tacitam hypothecam: & iste aliquis contrahat cum illo in cuius bonis contrahens habet expressam hypothecam posteriorem tempore illa tacita, iste primus est potior, secundùm gloss. in lege j. C. rem alie. geren. sed in l. pignus. ff. qui po. dubitat. vide per Dyn. in regula, qui prior. de reg. iur. in 6. ubi plenè. Si autem fiscus & priuatus habent tacitam hypothecam, an preferatur fiscus. dic vt

not.



not. in l. eos. C. qui po. in pign. ha. ubi glo. quæ dicit, quòd prefertur mulier habenti aliam tacitam hypothecam. Et pro hoc uidetur casus in l. regula. C. de priui. fisci. & idem Bal. in l. diuersis. C. qui po. in pign. ha dicit not. hanc regulam bene, quòd in pignoribus ille qui est prior tempore potior est in iure: & si unus habet hypothecam, alter non præfertur hypothecarius quantuncunque sit posterior: quoniam quesiuit ius in re: ut l. 3. C. qui po. in pig. ha. In duobus autem creditoribus, quorum primus promisit: sed non iurauit: alius posterior secundus contraxit, sed iurauit antequam primus: quis istorum est potior: dic ut per Cy. in l. cùm tibi. C. qui po. in pigno. ha. ℘ in dote primus est potior in aliis secus de quo per Cyn. post Iacob. in d. l. assiduis. Et dicit etiam Cyn. in d. l. scripturas. C. qui po. in pigno ha. ℘ si creditor primus habet tantummodo priuatam scripturam debitoris, cum obligatione bonorum omnium scriptam, propria manu mihi subscriptam testibus, cum hypotheca, quòd secundus creditor præfertur in hypotheca creditori priori & ita dicit tenere Dyn. in regula, qui prior. & ita Azo. in summa in titu qui po. in pig. ha. C. & gl. in alle. l. diuersis.

Et pro intelligentia præmissorum no. quòd † hypotheca aliqua est expressa, & ista fit solùm partiũ conuentione: ut l. j. ff. de pigno. actio. Alia est tacita, & ista fit per legem & datur à lege sine contrahentium expressione. & primò istam habet mulier in dote sibi promissa: ut l. 1. C. de rei uxo. actio. Item etiam eam habet pro rebus paraphernalibus, nisi per specialem & expressam hypothecã sibi prouiderit: quia tunc alii renunciare uidetur, ut l. si. C. de pact. conuen. sed Inn. tenet contra. in c. ex literis. de pig de quo uide per Ludo. in litera D. dicto 16. in uerbo dos. & hoc priuilegium ad hæredes mulieris non transit: ut l. 1. C. de dot. promis. nec hoc priuilegium habet mulier hæretica: vt in authen. de priui. dot. col. vij. Itẽ omnia inuecta & illata in rustico prædio domino sciente, nisi ad tempus inferantur, domino fundi tacite obligãtur. ff. qui mod. ius pig. ta. contraha. l. prædiis. & C. eo. ti. l. quamuis. Itẽ bona tutorum & curatorum tacitè obligantur: ut l. pro offi-
38 cio. ff. de admi. tuto. Sed † bona patris tacitè obligantur filijs pro rebus aduentitiis & rebus eorundem: non tamen imputatur patri, si malè sit ipsis usus: uel in eis malè uersatus sic: ut C. da bonis quæ liberis. l. antepe. & l. fi. §. non autem. Ergo
39 † & bona prælati ad exemplum patris & tutoris etiã tacitè obligantur pro mala administratione. xi. q. 2. illud. 2. que. 7. lator. & est glo. in c. ex literis, de pigno.
40 Item † bona matris transeuntis ad secundas nuptias tacitè obligantur filiis, primi matrimonij. l. hac edictali. §. pen. C. de secundis nuptiis. Item bona hæredis pro legatis & fideicommissis. C. commu. de lega. l. 1. Item bona pro tributis obligantur. C. in quib. cau. pig. ta. contrahi. l. j. Item bona contrahentis cum fisco; ut C. in quibus causis pign. taci. contrahi. l. 1. Itẽ bona primipili, quo casu etiam bona uxoris obligantur. C. in quibus cau. pig. ta. cõtrahi. l. satis. Idem in clerico coniugato obligato ecclesię. l. fi. C. de sacrosanct. eccle. Item bona matris si antequam petat tutorem dari filio transeat ad secundas nuptias; ut C. ad Tertul. omnem. C. in quib. cau. pig. taci. contrahi. l. si mater. & uide Hostien. in summa de pigno. in §. in conuentionalia. In pignoribus uerò prætoriis quid iuris sitẽ an habeat locum regula, qui prior. uide Barto. in l. cum unus. ff. de bonis autho. iudi. pos. & in l. fi. cod. ti. & in l. si decreto. Cum plures ueniunt aut omnes pretendunt pignus conuentionale. & tunc est notare regulam, qui prior in tempore & c. fallit in l. licet. & l. diuersis. suprà allega. & ff. qui po. in pig. ha. l. interdum. & in authẽ. de equali. dot. §. his consequens. Si uerò omnes prætendunt pignus prætorium: ut dic, quòd aut omnes sunt eiusdem tituli; quia omnes ex contractu, vel omnes ex testamento legati, vel omnes ex causa damni infecti: & tunc concurrunt omnes ordine non inspecto. & ita loquitur l. si decreto. & l. fin. C. de bonis authoritate iudicis possidẽdis. & ff. vt in possessione legato l.

si is cui. §. si plures. & §. qui prior est. Aut
func diuersorum titulorum, & tunc quæ
prior est in tempore, vt d. l. si decreto. Si
41 verò † quidam prætendunt pignus con-
uentionale & quidam non tunc habet lo,
cũ dicta regula q prior, vt ff. vt in posse-
sione legat. l. si postquàm. ff. qui potiores
in pigno. habean. l. & secundùm. Cęterà
autem ad intellectum istius materiæ prio
ritatis, vide per Dynum in regula iuris,
qui prior. de regulis iuris. in 6.

Nil nouari.
- appellatione pendente.
- nullitate pendente.
- in integrũ restitutione pẽdẽte.
- pendẽte recursu ad arbitrium boni viri.
- recusatione iudicis pend.
- securitate pendente.
- dilatione pendente.
- accusatione pendente.
- lite pendente.
- supplicatione pendente.
- relatione pendẽte.
- inuentarij cõfirmatione pendente.

## SVMMARIVM.

1 *Clausulæ nil nouari, materia quę sit, et quæ in ea discutienda requirantur.*
2 *Iudex rei ab uno litigantium petitę, an in alterũ possessionem trãsferre prohibeatur.*
3 *Ius offerri, & omnia attentata reuocari, in pristinumq; statum reduci quando pars petere possit.*
4 *Attentatorum & innouatorum reuocatio quando partem petatur.*
5 *Matrimonium contra iudicis inhibitionẽ à muliere cum alio contractum, quando reuocetur.*
6 *Appellationem suam num impugnare, & eã frustrator iam dicere possit appellans.*
7 *Iudex incompetens, si se competentem pronũciauit, an ab illius interlocutoria appelletur.*
8 *Attentatio quãdo per iudicem appellationis, iudici, à quo, inhibita sit.*
*Et quãdo intimatio inhibitionis uim habeat.*
9 *Iudicis & appellantis factum, quando per uiam attentati ex mero iudicantis officio reuocetur.*
10 *Clausula, nil nouari, &c. an in iudice, à quo, cuius officium appellatione pendente conquiescit, locum habeat. Et quid in iudice, ad quem.*
11 *Iudex, à quo quãdo, & quo tẽpore sententiã executioni mandare possit. & nume. 15.*
12 *Innouatio quotuplex sit.*
13 *Actus innouatus, an appellationi expressè & tacitè contrariatur. Et quotuplex sit.*
14 *Attentata quando extraiudiali appellatione pendente, non probata causę ueritate, reuocentur.*
15 *Præoccupatio seu preuẽtio an locum habeat in creditoribus & aliis prętendentibus ius pignoris prætorij aut conuentionalis.*
16 *Iudex num in causa capitali possit sententiam corporalem tempore ad appellandum pendente exequi.*
17 *Condemnatus ad mortem an ante dies decẽ à die latę sententię iudicium patiatur.*
18 *Innocentem occidere, & occidere eum, qui confugit ad iustam iuris defensionem, paria sunt.*
19 *Iurisdictio an per appellationem censeatur iudici, à quo, sublata.*
20 *Regula nil nouari appellatione pendente, an solum inter appellantem, & appellatum locum habeat.*
21 *Appellatio, an sit semper iusta, cùm appellatur à sentẽtia diffinitiua, ut ei defertur.*
22 *Appellationis temerariæ et notoriæ pendentia quo casu suspendat pronunciatum.*
23 *Iudex ad quem, quando possit inhibere uel citare.*
24 *Inhibitio ut sit canonica tria requiruntur.*
25 *Ponderandum est non quod fit, sed quod fieri debet.*
26 *Iuris executio quæ iniuria possit affici.*
27 *Iudex appellationis, quę præmittere debeat antequam iudici, à quo, inhibeat.*

Clausula, Nil nouari gnalis est sub se cõtinens supradictas clausulas, de quarũ qualibet dicamus per ordinẽ. Et primò de
1 clausula, Nil † nouari appellatione pendente. quæ continet amplam materiam, bonam, & quotidianam. pro qua discutienda collige primò regulam, quòd appella-



appellatione pendẽte nil innouatur. ff. nil nouari appellatione pen. per totum & C. de appel. l. appellatione. Fallit quãdo ista innouatio fit per legem, uel authoritate legis per hanc. C. de temp. ap. de quo per glos. fin. ibi. Item fallit quando nouatio fit contra tertium, contra quem innouari non interest appellantis. l. creditor. in princ. ff. man. ubi casus singularis, qui nõ est alibi.

Item fallit quando attendatur id, quod poterat attentari pendente priori iudicio: ut postquàm. §. Imperator. ff. ut legat. no. caue. secundùm Bartol. & ille t ex. non est alibi. secundùm Dy.

Item fallit si innouat appellans: ut l. minimè. & l. eos. §. super his. C. de ap.

Item fallit si appellatio est cuidens, & notoria. & frustratoria, ut in c. cũ appellationibus. de ap. li. 6.

Item fallit secundùm Spe. in ti. de app. in §. nouissimè. cùm reus suspectus est, ut de dilapidatione fructuum rei actio. adiudicata. Nam tunc fructus: quia appellatione pendente, sequestrantur. 2. q. 6. ca. quoties. C. quo app. non reci. l. ab executore. §. fin. & l. Imperatores. §. fin. ff. de appel.

Item fallit, cùm hæres conuictus super legato appellat: non enim defertur appellationi, imò cauet de eo restituendo: ut l. postquàm. §. Imperator. suprà al legat.

Item fallit, quando condemnatus de crimine. appellat. Nam non potest dare fideiussorem, quin sit in custodia, usque quo ueniat ad eum, ad quem appellanit. 2. q. 6. argu. C. de app. l. eos. §. super his.

Item fallit in his casibus, in quibus appellatio non admittitur: ut not. 2. q. 6. c. appellatione. & C. quorum appellat. non reci. per totum.

Item fallit in sententia excommunicationis uel interdicti. Nam quando excommunicatus appellat à sententia excommunicationis, post appellationem potest pronuntiari excommunicatus, de ap. c. pastoralis. & ita tenet Ioann. Andr. in c. uenerabilibus. de senten. excom. §. attamen. super uerbo, appellandum. in 6. & Ange. in l. per hanc. de tem. ap. & in l. 1. ff. nil. no. app. pend.

Item fallit si agatur actione personali, puta ex empto. Nam si res petita alienatur, tenet alienatio. Nec ob. ff. nil. innouari ap pend. n. l. 1. & 2. q. 6. c. appellatione. ubi status causæ non debet mutari, quia die secundum Spec. quòd non mutatur, nec appellationi præiudicatur: quia perinde cõdemnabitur reus: si res petita alienatur, ac si non esset alienata. de quo in Spec. de interro, act. §. fin. uersic. uerum. Nec obstat authen. ut nul. iudi. §. super
2 hoc. ubi prohibetur † iudex transferre possessionem rei petitæ ab uno litigantiũ in alterum: quia hic non prohibetur pars transferre in extraneum: sed iudex sicut ibi. Vnde quòd dicitur, nil innouari appellatione pendente, debet intelligi per iudicem. Nam pars, non obstante sua appellatione, potest uti suo iure: sed si ageretur reali. tunc fateor quòd non posset alienari non ea ratione: quia ap. pend. nil debet innouari, sed quia res est litigiosa.

Item in casu in quo tenet sententia lata: nec reuocatur ut habes de noto. crim. §. 1. uer quid si auditis.

Item etiam non ob. ap. quandoque iudex, à quo interponit suã iurisdictionem propter pericula animarum. Etiam fauore matrimonii. extra de matrimon. contracto contra interdict. eccle. capitu. 2.

Item etiam quia licèt detulerit appellationi: tamen intromittit se de iurisdictione, absoluendo ab excommunicatione, & cautionem nomine ecclesiæ recipiendo. de appel. ca. qua fronte.

Item ordinarius potest post appellationem possessionem turbatam reformare. de ap. c. teneamur. & c. ex parte. de restit. spo. per Ant. de But.

Item quia ubi ordinarius ignorat fuisse appellatum ab superiorem, tenet sentẽtia lata contra appellantem per eum lata. de ap. c. si duobus.

Item quia potest delinquentem notoriè punire, licèt appellantem. de ap. cap propo-

proposuisti. in fi.

Item potest tempus legis moderari. de appel. c. cum sit. primo responso.

Item quia post appellationem potest cogere prosequi appellationem propriã. de app. c. consuluit. in fi. & c. reprehensibilis.

Item quia si sit à iudice præfixus terminus ad prosequẽdũ appellationẽ, & appellãs intra illud tẽpus non prosequitur, poterit iudex ipsã sentẽtiã exequi, uel in causa ipsa procedere. de ap. ca. cum sit Romana. uer. ꝓ si is. & c. ad hæc. Quidam tã, dicũt, ꝓ nõ manet sententia diffinitiua rata, licèt huiusmodi terminus sit elapsus, nisi lapsum fuerit tempus iuris. quod non placet. ut no. eod. titu. c. personas.

Itẽ si est cõmissa causa appellatione remota, nõ obst. app. poterit ꝑ iudicẽ, à quo innouari & sẽtẽtia executioni mãdari, secundùm Inn. & Hos. & in c. pastoralis. de offic. iudic. deleg.

Item tolle hanc regulam, ꝓ attẽtata appellatione pendente, reuocantur per uiã attentati officio iudicis apellationis: ut in c. non solùm. de ap. in 6. est ergo practica, secũdùm Ang. in allega. l. per hãc. ꝓ appellãs uexatus appellat pendẽte, forsan: quia pignoratus, aut multatus aut possessione bonorũ priuatus, cõpareat corã iudice appellationis. & dicat appellatione pendente
3 talia attentata & innouata. & ideo† petat pars ius offerri, omnia attẽtata reuocari, & in pristinũ statũ reduci. Et tũc iudex appellationis ipso facto cognito, ꝓ attentatũ fuit, debet reuocare de facto, sicut de facto attentatũ est: & hoc est uerum, quando fuit appellatum à diffinitiua: quia non debet tunc expectari finis litis per litigantẽ, uel per iudice à quo. & siquidem innouatur debet reuocari per uiã attentati: & hoc est uerum quãdo attẽtatũ pertinet ad iudicium & ad processum. Et scias ꝓ illud dicitur pertinere ad iudiciũ & ad processum secũdùm Ang. in alle. l. 1. ff. nil nouari. quando non potest expedire per iudicẽ à quo, nec ut per iudicẽ, nec per litigãtẽ, nisi ut litigãtẽ, & in forma iudicii. Et ideò si appellas, nec eligas & eligis: non eligis, ut litigator: sed ratione iuris tui. Illo casu electio non est irrita per appellationis pẽdentiã secundùm Inn. in c. dudũ ecclesia. in 2. col. & Spe. in titu. de ap. §. nouissimè. uer. uerũ uidetur. Vnde nimirum si attẽtari põt electio app. pend. licèt autẽ multa possũt attẽtari ap. pen. ut ꝛ. dictũ est: tamẽ si appellans appellatione uincit, omnia ex post facto cessant, quæ iure appellantis cõtradicũt, secũdùm Inn. & Io. And. in c. pastoralis. de ap. Vnũ tamẽ tene fixũ cordi, ꝓ si petũtur attẽtata seu innouata reuocari, & pars opponit, & dicat appellationẽ nullã, seu non tenere. & de hoc posset in cõtinẽti docere, tunc nulla debet fieri reuocatio attentatorũ seu innouatorum, secundùm Io. Mo. in c. cupientes. de ele. in 6. Et ita dicit Bald. in l. appellatione. C. de appel. subiũgẽs unũ no. dictũ post eundẽ. Io. Mo. ꝓ si lite pendente super sponsalibus cõtra inhibitionem† iudicis mulier matri
5 moniũ cõtrahat cũ alio, ꝓ non reuocatur matrimoniũ contractũ, contra inhibitionẽ iudicis lite pẽdente. Ang. no. in l. 1. ff. nil nouari. dicit ꝓ ubi appellatio notaria nõ tenet attentata ꝑ ipsũ appellantẽ debẽt reuocari, licèt nõ sint attentata ꝑ ipsum appellatũ, uel per iudicem. Ratio est quia† nõ põt
6 appellãs suã appellationẽ impugnare, & dicere eã frustratoriã: ut l. si seruus pluriũ. §. fi. ff. de leg. 1. & hoc tenet Inn. de rescrip. c. ex parte. lo 2. Item appellatione iudiciali pendente ẽt super uno articulo, tota iurisdictio iudicis silet super toto: quia tota causa ad superiorẽ deuoluitur: ut in c. cordi. de ap. lib. 6. si tamen corã iudice appellatur, ne unus testis recipiatur tanquam inimicus, uel excommunicatus, si recipitur nõ obstante appellatione, ualet receptio. sed nõ habet uti iudex dicto suo in præiudicium appellantis. & ita dicit Inno. in c. cùm uerò. de elec. Sed si appellatur à simplici testium receptione, nõ impediretur eius officium super aliis testibus recipiẽdis. Quòd aũt dixit, cùm appellatur à iudice super uno articulo, totã causã ad superiorẽ deuolui, si pronunciat bene appellatũ, intellige quando primus iudex erat iudex dictæ causę. aliàs secus.
7 Exẽplũ† si iudex incõpetẽs pronũciauit se iudicẽ cõpetẽtẽ, ab illa interlocutoria appellatur:



pellatur: nam superior de principali causa non cognoscit. Et hoc tenet. Spec. in ti. de appella. §. restat. in fi. & scias ꝓ licèt cùm appellat ab interlocutoria, officiũ iudicis nõ cõquiescat, nisi post inhibitionem canonicè factam. vt d. c. nõ solùm. tũ si iudex, à quo, loco & tẽpore cõgruis requisitus, apostolos dare denegauerit, aut nõ dedit: ex tũc absq; inhibitione, omnis eius ꝓcessus est inualidus, n. si appellationi renũtiatum fuerit vt in c. ab eo. & c. cũ super. de app. in 6. & intelligitur renunciare si appellãs cõparuit corã iudice primo: vt in c. gratũ. & in c. cùm uenisset de ap. secus si cõparuit corã eo, docẽdo de grauamine ꝑpter qd appellauit. licèt de hoc sint opi. magnę. vt refert Ioã. And. in c. si à iudice. de appellat. in 6. Itẽ appellatione interiecta ab interlocutoria: ante inhibitionẽ, si iudex vult, aliquid attẽtare in causa prima procedẽdo, põt: nec debet vlterius citare appellantẽ: vt in c. j. de do. & contu. in 6. Itẽ si iudex vult attẽtare post appellationẽ ab interlocutoria, indistinctè põt, si reuocat grauamẽ, à quo est appellatũ, & reuocat eo tẽpore, quo nõ est ꝑfectè delata ad superiorẽ. tex. est in d. c. si à iudice. Quando verò appellatur ab interlocutoria non est facienda reuocatio attentatorũ antequam constet appellationis causam esse verã. & hoc si fuerunt attentata ante inhibitionẽ: secus si post inhibitionẽ factã canonicè: qui tunc similiter non est expectandus euẽtus litis. & ita tenet Ioan. And. post multa in d. c. nõ solùm. in glos.
8 magna in fi. in ver. sed redeũdo. & est† necesse ꝓ iudex appellationis inhibuerit iudici à quo, ne attentet: nam si solũ intimauit, hæc intimatio nõ habet vim inhibitionis: vt no. Ioan. And. in d. c. non solùm. ꝑ tex. illius c. Si autẽ attentetur per tertiũ, illa non reuocantur per iudicẽ ad quẽ, sed per iudicem ordinarium: saluo nisi per talia attentata per tertium impediatur iurisdictio iudicis appellationis, secũdùm Ioã. And. in d. c. nõ solùm. in gl. fi. circa prin. Si verò aliquid attẽtatur per appellatũ: tũc si de sui natura ipsum attentatũ est licitũ & irreuocabile, vt matrimoniũ, cùm quæstio esset desponsalibus: vt ꝛ. dictum est ꝑ Bal. post Ioã. Mo. & illud nõ reuocatur ꝑ uiã attentati, & si post inhibitionem esset attentatũ: sed expectatur litis euẽtus: si autẽ est reuocabile non reuocatur per viam attentati: & si post inhibitionẽ attentatũ fuisset, cũ attentatũ de sui natura est licitũ
9 vt no. Ioan. And. in d. c. non solùm Ang. verò in l. si cuius. de appellatio. recip. dicit, ꝓ facta† per iudicem, vel appellantem, reuocari possunt per viam attentati, ex mero officio iudicantis. nam si aliquid attentaretur contra appellantem, per tertium non habentẽ causam ab ipso appellante, non potest illud grauamen reuocari, nec per viam ordinariĵ: vt in c. Romana. circa mediũ. de appel. in 6. & no. Ioan. And. in d. c. nõ solùm. si autem attentatur aliquid, quod est reuocabile, & illicitum, vt est spoliatio appellationis. tunc ex mero officio iudicis ad quem, reuocatur attentatum: si autem non est illicitum, attentatum non reuocatur, quia multi sunt casus, in quibus appellatione pendente potest innouari. vt suprà dixit. vbi autem attentatur aliquid irreuocabile: tũc punitur attentans, & interdicitur attentatum, vt desistat omni modo quo fieri potest secundùm Io. And. in d. c. non solùm. Vnũ tamen. no. ꝓ attentata: & per iudicem ad quẽ reuocata, licet pronuncietur post per iudicem ad quem malè appellatum: non propterea debent reponi in illo statu, in quo erant ante reuocationem Bartol. verò in lege j. ff. nil nouari. dicit quòd illud, quod dicitur quòd appellatione pendente nil debet nouari, habet locum in his, quæ pendente priori iudicio fieri, seu peti non poterant, vt l. postquàm. §. Impera
10 tor. vt leg. no. caue. Item† etiam dicit, ꝓ habet locum in iudice à quo, cuius officiũ appellatione pendente cõquiescit. Sed in iudice ad quem non habet locum, quoniam per eum multa fieri possunt & innouari. Item & per lege multa possunt innouari. & sic restant, secundùm eundem, contraria, quę sunt in lege 2. C. de appellatio. & pendente appellatione non potest fieri executio facti, sed iuris sic, vt j. furti. in princ. ff. de his qui no. infa. Et hæc innouata ante victoriam causæ, & post reuocari

vocari possunt, secundùm Inno. in c. dilectus. de excepti. & caueat appellans, si in eodem libello petat principale negotium & attentata reuocari. ne litis contestationem, sed reuocationem attentatorum petat tantum, secũdùm Inno. in ti. de appel. §. nouissimè. & per Ioann. And. in d. c. non solùm. & adde vnum no. dictũ Bar.
11 in l. j. ff. nil no. quòd lapso † tempore ad appellandum iudex, a quo potest mandare sententiam executioni, si appellans non ostenderit de prosecutione & impedimẽto. C. de temp. appel. l. fin. §. illud. & est expressum in l. si contra maiorẽ. C. de appel. & ibi hoc tenet Ang. & dicit Bar. in allegato. quod dico de temporis lapsu, intelligitur, biẽnij: non enim sufficeret primum annum lapsum esse. C. de tẽpo. appel. auth. ei qui licèt de iure canonico innouatur. Contrarium in c. ex ratione. de app. secundùm Bald. & Saly. in l. de appellatione. C. de app. & super hac clausula, nil innouari appellatione pendente:
12 dic, quòd † quædam est innouatio legalis: & ista admittitur, appellatione pendente patet in damnato qui interim efficitur infamis pendente appellatione interponenda, & dato tempore ad appellandum: vt l. furti. in prin. ff. de his qui no. infa. licet si prouocauerit infamis interim non habeatur: vt ibi in secundo responso. Alia est innouatio partis: & tunc aut appellantis aut appellati: si appellantis,
13 & tunc † aut actus innouatus contrariatur apellationi expressè vel tacitè, & admittatur: quia videtur, appellationi renunciare attentans: vt l. ad solutionem. de re iudi. & C. de temp. appel. fi. §. illud. aut actus ille non contrariatur appellationi. & tunc vt est extraiudicialis. & interim admittitur: licet eo postea non appellante, vel succumbente in causa appellationis actus ille per iudicis officium reuocetur. ff. de admi. tuto. l. chirographis. §. j. aut actus ille est substantialis pro institutione, seu iustificatione, seu appellatione, & ille admittitur. C. de tempo. app. l. per hanc. & l. ampliorem. si autem partis appellantis est ille actus, & tunc distingue, aut coram iudice. à quo aut corã iudice, ad quem: si à quo, aut iudicium pendens imponit ei silentium super tali innouatione, & tunc reuocari remedio attentati: vt ff. de appell. l. cùm ex causa. & authen. vt nulli iudicum. §. super hoc. colla. 9. & d. c. non solùm. & ita loquitur l. 2. C. de app. aut non imponit ei silentium, & tunc non debet reuocari per viam attentati. extra de elec. c. cùm nobis olim. & notat Inno. in c. cùm M. de cõsti. Alia & tertia innouatio est iudicis, & tũc aut eius, ad quem est appellatum: & talis admittitur, vt patet tam circa sequestrationem fructuum factam, vt superius est dictum. quàm etiã circa sententiam vt in alleg. l. ampliorem & ff. quod cum eo. l. Titianus. Aut iudicis, à quo, & tunc eius innouatio regulariter non permittitur. vt d. l. ampliorem. quia appellatio suspẽdit pronunciatum: vt l. j. in fin. ff. ad Turpil. quod dictum intellige sanè: iuxta no. per Bal. in l. si causa cognita. C. de transac. vbi dicit, quòd quędam sunt quę in causa appellationis possunt reformari & prorsus tolli & quantum ad ista, appellatio suspendit pronunciatum: quia nũ rescindit præcisè, cum remaneãt interim reliquiæ: vt ff. vt lega. no. caue l. postquam. §. Imperator. & l. j. in fin. ff. ad Turpill. quędã sunt, quæ in causa appellationis nõ ueniunt rescindẽdia, & ista non rescinduntur per appellationem vt litis contestatio, & testium receptio: vt C. de procura. l. ita demum & in cle. testibus. de testib. quædam sunt quę nullo modo pertinent ad iudicem appellationis, sed finiuntur statim, quòd est appellatum? & tunc quo ad ista appellatio prorsus rescindit pronunciatum. ff. iudi. solu. l. cùm apud Sempronium. Quędam ergo transferuntur ad iudicem appellationis cum potestate mutandi, & ista dicuntur suspendi, quia pendent ex euentu. Quędam transferuntur sine potestate mutandi, & ista non suspendunt: quia non pendent ex euentu. Quędam nullo modo transferuntur & ista præcisè perimuntur. vt d. l. cùm apud. Sunt & quędam quæ non possunt pendere vt ea quæ cùm sunt necessaria. trahunt secum executionem, vt infamia, deportatio: & ista per appellationem



rescinduntur. l. furti. §. j. ff. de his qui not. infa. & l. qui vltimo. cum simi. ff. de pœnis. si autem appellatio est extra iudicialis, & actus de sui natura est licitus, dic secundùm Ange. in d. l. per hanc. quòd nunquam reuocatur, sed semper expectatur euentus, nisi probato q̃ electio non fuit canonica. vt not. Ioan. Andr. in d. c. non solum. in gloss. magna. & Innoc. in d. c. cum inter canonicos. de elect. in gl. quę incipit, non verò sufficeret, & sequenti, quæ incipit, sed licet. vbi expressè
14 decidit † attentata, extraiudiciali appellatione pendente, nunquam reuocari, nisi probata ueritate causæ, etiam si appellans obtulisset se in continenti probaturum. quod est notatu dignum: quia limitat. c. interposita de appel. hoc, quod dico non reuocari, fallit in duobus casibus. primò si appellatur coram iudice habẽte iurisdictionẽ: exemplum, si appellatur à confirmatione, nec confirmetur electio prælati: vel si partes appellationis iudicis eligerent communiter, nam tunc attentata, post appellationem à dicto actu extraiudiciali, reuocantur in continenti, secundum Inno. hæc autem appellatio extiudicialis, intra decem dies fieri debet, & in scriptis, & cum causæ insertione, vt in cap. concertationi. de app. in 6 & sic nõ differt ab appellatione interposita in iudicio nisi quantum ad reuocationem attentatorum, vt ex prædictis patet, à quo, ad ipsa attentata, differt in alio, quod est mirum, quia si appello extra iudicium, ne Titius recipiatur in testem coram examinatore meo, ille examinator potest recipere alios, sed si appellatur in iudicio, ne iudex accipiat Titium testem facta inhibitione, nullus recipi poterit: quia per appellationis inhibitionem, totum negotium deuoluitur, ad superiorem: vt in ca. cordi. de appel. in 6 cum ergo appellatur extra iudicium, & ab actu extraiudiciali sola attentata respicientia ipsius appellationis articulum reuocantur, & non alia: sed cum appellatur in iudicio & ab actu iudiciali, non solum attentata respicientia ipsum articulum reuocantur, sed etiã alia respicientia ipsam causam. & no. Innoc. de elec. cap. cum nobis. Circa attentata verò pendente appellatione, dic, quòd cùm postea appellatur à diffinitiua, omnia attentata interim reuocantur, sicut attentata appellatione pendente. vt dicto c. non solum. fallit vt suprà dictum est in sententia excommunicationis & interdicti, quæ lata est intra tempora appellationis, non reuocatur, & est speciale in ea secundum Ioann. And. in ca. venerabilibus. de sententia excommuni. in 6. & hoc tenent domini de Rota in decis. not. decisio. 185. Attentata verò intra tempora app. cũ appellatur postea ab interlocutoria, non reuocantur nisi secuta victoria
15 pro appellante. & ideò † interim iudex potest suam interlocutoriam mandare executioni, per d. ca. non solum. vnde secundum Angel. in l. 2. C. de app. sicut appellatione pendente nil innouantur, ita cum pendet tempus ad appellandum semper intellige, à diffinitiua, & hoc tenet glo. in l. j. nil. noua. appel. & in l. ex iudiciorum. ff. de accusat. si tamen aliquid innouatur, nec post appellatur, non debet reuocari per iudicem, & secũdùm Bal. in l. per hanc. C. temp. appell. pend. app. nihil debet innouari, quod sit contrarium naturæ appellationis: secus si est prosecutum, vt d. l. per hanc. Ludo. verò in l. possideri. §. si seruus. ff. de acqui. posses. dicit sic ad paria iudicantur pendentia appel. & temporis dati ad appel. secundum glo. in d. l. ex iudiciorum. ff. de accus. & in l. si quis post. ff. de testib. & in l. j. ff. nil noua. ap-
16 pel. penden. Iudex † in causa capitali pendente tempore ad appellatio. potest exequi sententiam corporalem, secundum Innocen. in c. quærenti. de offi. dele. & secundum Bart. in l. non tantum. ff. de app. l. & addictos. C. de epi. aud. idem tenet Saly. in l. addictos. C. da appel. Albe. de Rosa. in questione statutorum, in vltima parte. quęst. 24. & hoc vult Bald. in d. l. addicto. de epis. audien. quod non solum ille, qui ad vltimum supplicium dicitur, sed etiam quicunque ad ius potest appellare, si tempora largiuntur. l. si sumus intra x. dies à die latæ sententiæ, ergo appa-
17 ret ex hoc fine, quòd † ante decem dies con-

cõdemnati. ad mortẽ non possunt iudiciũ pati, & sic appellatione interposita differtur executio corporalis, tamen secus est in tempore appellationis interponendæ: vt in d.l.addictos. & hoc idem tenet Guil.in d.l.addictos.de episc.audi.& Bar.in d.l.non tantum.ff.appell.Nec obstat glo.in l.j.ff.nil innoua.appel.pendenq̃ dicit,quòd sicut nil põt innouari post appellationem: ita nec potest innouari intra tempus appellationis. quia illa glo. loquitur in causa ciuili: secus autem est in causa capitali: quia ibi præcedit euidentissima probatio,secundum Petrum. Sed Guil.dicit,quòd ratio est,quia est verisimile,quòd multi intersint ad audiendum condemnationem, quòd si videant eum duci ad supplicium, quòd aliquis pietatẽ motus appellat. quę ratio parum valet: nam dilatio sibi concessa à iure ad appellandum non debet sibi auferriut C.de dilatio.l.siue pars.in alle.c.nõ solum. de appel.breuiter quædam est executio, quæ procedit propter immanitatem criminis, quæ non potest retractari, sicut est executio ad mortem,vel ad membri mutilationem: & in hoc non habent locum leges,quæ loquuntur de reuocatione attentatorum: quia hoc est impossibile: quia irretractabilis est ista executio. Item nõ habent locum leges,quæ dicunt de temporis expectatione: quia hoc est impossibile propter criminis immanitatem. ad hoc.ff.de iniusto rupto & irrito testamẽ. l.si quis filio.§.si quis.sed si esset appellatum, tunc quia recisa esset sententia,executio fieri non posset: imò puniretur iu-
18 dex capitaliter: quia † paria sunt occidere innocentem,& occidere eum qui confugit ad iustam iuris defensionẽ: ut ff. ad l.Iuli.maiesta.l.lege.§.fina. Fallit in notoriis vt quãdo delictum est commissum in conspectu populi, siue sit vehemens indicium.quia per hoc efficitur notorium ipsum maleficium: vt quia interfector cũ gladio sanguinolento visus est fugere per plateam in conspectu populi, secundum Inno.in c.statuimus.de offi.delega.Item fallit quando quis est plenè conuictus & sponte confessus: nam cùm non possit probare contrarium,non auditur: vt C. quorum appel.non rec.l.obseruare.secus si sit semiplenè conuictus: vt ff. de quæstionib.l.maritus. Item illud est verum quando confessio emanauit in figura iudicij ante sententiam: nam si post sententiam confitetur extra iudicium,talis confessio non impediret appellationem: ut ff. de appella.l.non tantum.vbi glo. nor. Et adde quod not.Innocen.de offic. delega. c.quærenti.vbi dicit, quod quando consanguinei vel amici appellant in casu præmisso, pro eo qui dicitur ad supplicium, & nihilominus iudex vult exequi, quòd isto casu impunè possit resistere de facto huiusmodi inquisitioni,& illam impedi-
19 re: quia † per apeellationem sublata est iurisdictio iudici à quo,secundum Inno. vbi suprà. Item etiam dicit Innoc. in ca. pastoralis.de offic. delega.quòd nunquã executor debet exequi sententiam corporalem si eam videt esse iniustam, nam debet referre superiori,& omni ingenio, quo potest, executionem, differre, vel impedire.ff.de quæstio.l.j.§.si quis vltre. vbi est text.Barto. verò in l.qui vltimo.ff. de pœnis.dicit not.quòd quidam sunt effectus iuris ipsius sententiæ, non requirentis factum hominis, ut infamia, & ꝓ quis dicatur seruus pœnę,& in istis statim sententia lata producit suum effectũ: vt l.quod ad statum.ff.de pœnis.& l. qui vltimo.ff.de pœnis.& l furti. ff. de his qui not.infam. Quidam sunt effectus sententiæ requirentis factum hominis,ut est executio corporalis, & in istis sententia non producit effectum, nisi post lapsum temporis ad appellandum concessi. per gloss.in d.l.1 ff.nil inno.ap.pendent.vnde ex hac theorica resultat dec.sio: quicquid dixit Alber. sed Bald. in l. j.si à non
20 comp.et.judic. quòd † regula, nil nouari appellatione pendẽte habet locum inter appellantem & appellatam, non autem quo ad tertium,respectu cuius non dicitur pendere appellatio, pro quo allegatur gloss.singu.in l.creditor, in princip.ff. mand.& videtur text.in cap.Roma §.in alium.de app.in 6.& hoc potest esse verum quando esset tertius, qui nullo mudo uellet adhærere appellationi: secus esset, si tertius ex pendentia appellationis vellet se iuuare, hoc est, ex ipsa appellatione illam fuisse temerariã, vt dicit Bal. in l. qui a latronibus.§. 1.ff.de testa. sed idem Bald.in l.eum qui duas.C.de adul. & l.si quis filio exhęredato.§.si quis post. & in d.l. qui a latronibus.§.1. & in l. appellatione.C.de appellat.ad fi. sequendo Dy.& Bar.dicit,quòd tertius appellatione pendente non potest innouare, & ita non impunè offendere bannitum, ut d.l. 1.ff.nil no.& l.chyrographis. ad fin.ff.de admin.tut. Pro veritate potes sic dicere. An appellatione pendente aliquid possit innouari, aut appellatio pendens est iustè interposita,vel etiam calumniosè, dummodo de tali calumnia manifestissimè non appareat, & tunc aut uis dicere, ꝓ talis appellatio extinguat pronunciatum, vel.l.1.ad fi.ff.ad Turpillia.& l. tale pactũ. §.qui prouocauit.ff.de pact. & clarum est quod nihil debet innouari, nec bannitus interim potest impunè offendi. Aut uis dicere quod suspẽdat respectu futuri euẽtus,& tunc idem,ut similiter conditionali dispositione pendente. conditione non purificata,dispositio non habet effectum. vt ff.si cer.peta.l.pecunia. de verb. oblig. l.quoties in diem. tum etiam, quia siue iusta, siue calumniosa appell.dum tamen nõ sit notoriè calumniosa appellationem suspendit: ut d.l.1.ff.nil nouari appellat. pen. & l. negotiorum .ff. de re iudica. & l.tutor.ff.de usuris: nam dicit Innoc.in c. dilectus filius. la2. de rescript. vt dicit Ang. in l. quoniam iudices. de appell.ꝓ
21 cum appellatur a diffinitiua † appell.semper est iusta, quantum ad hoc, vt ei debeatur deferri, quando continet causam grauaminis probabilis: & ideo interim est supersedendum: quia an appellatio procedat,uel non,& an causa sit vera,vel non, est cognitio iudicis appellat. non iudicis a quo, vt l. quoniam iudices .C. de appell. In casibus uerò, in quibus est licitum appellare, non debet iudex primus supersedere, etiam cum appellatur a diffinitiua nisi postquam fuerit nominatim per iudicem appellationis inhibitium. Sed si ab interlocutoria est appellatum, non est supersedendum: vt in alleg.c.non solum. Et ubicunque dicitur ꝓ ubicunq̃ appellatur ab interlocutoria, non est supersedendum, nisi canonicè inhibeatur: hoc semper intellige, nisi iudex a quo,appellationi detulerit: ut in c.cum appellationibus friuolis.de app. in 6. & ita intelligitur l. constitutiones.ff.de appellat. ꝓm
22 Ang.ibi,aut † appellatio fuit temeraria, & notoriè apparet,& tali casu ipsius pendentia suspendit pronunciatum,vt l.præses.ff.de re iudic.l. quoniam multa.C.ad l.Iuliam de vi. & quod habetur in l. eos. §.ne temerè.C.de appel.& non operatur quominus bannitus impunè possit offendi,nec impedit innouari ad quod ff.de appell.l.constitutiones.& C.quorum appel. non re.l.obseruare. Item quod dicitur ꝓ app.pend.nil est innouandum,est uerum secundum Bal.in l.1.C.de bon. poss. ꝓm tab.in his quæ concernunt ipsam appellationem,& dependentia ab ea: secus,si essent omnino separata.C.de re. cre.l.generaliter.§ sinautem. & §. sequenti. & ff. man.l.creditor.in princ.& d.l. chirographis.§.fi.ff.de admi.tu.si autem appellatio esset deserta,tunc non dicitur innouari,quia nõ pendet. C.de ap.l.eos.in princ. ff.de pac.l.tale pactum.§.prouocauit. secundum dominos de Rota in dec.nouis, decisio.1. Et dicit etiam Bald. in d.l.1.ꝓ appellatio non solum suspendit ea, quæ sunt contentiosæ iurisdictionis, sed etiam ea,quæ sunt uoluntariæ, vt ibi.

23 Superest nunc videre, quando † iudex, ad quem, possit inhibere uel citare, ad hoc vt inhibitio dicatur canonica: dic secundum Ang.in l per hanc C.de tempori app.ꝓ nullum prædictorum facere potest, nisi iudex inspiciat appellatũ ex cã, quę si vera esset,& legitima,& probabilis est censenda: ut in c.Romana.§ cum aũt. de appel.in 6.& dic si citatus vel non citatus comparet coram iudice ad quem, & negat intra decem dies esse appellatũ, aut aliud simile dicit: ut quia dicit non esse appellatum in scriptis, per quod excludit causam non esse deuolutã ad eũ ꝓ appellationem: uel quia renuntiatum appella-

pellationi expressè, vel tacitè, vel non esse appellatum ex probabili causa: tunc iudex appellationis non potest inhibere, nisi primò cognoscat illam causam esse deuolutam ad eum per appellationem, siue appelletur a diffinitiua, siue ab interlocutoria: constare enim debet primo iudici de sua iurisdictione, ut d.cap. Romana. versic. si uerò uocatus. Sit ergo cautus appellatus vt incontinenti cum appellatur compareat coram iudice appellationis, & non expectet se uocari, & narret quomodo est lata quædam sententia pro eo a quo est appellatum ad eum iudicem, & dicat quòd dicta causa per appellationē non est deuoluta, & assignet causam legitimam. de qua suprà & protestetur, ꝙ non inhibeat iudici a quo, nisi primò cognouerit & pronunciauerit iurisdictionē suam esse. Si verò non negatur ad eum deuolutam esse iurisdictionem per appellationem: sed solum negatur appellatum, fouere iustitiam: hoc casu si appelletur ab interlocutoria, non debet inhibere, nisi prius incœperit cognoscere de appellationis causa, ut sit uera, ut in d.uersi. quod obijciatur. saluo, nisi appellans coram iudice, a quo, obtulerit se probaturum incontinenti, & non fuit admissus, seu auditus; quia tunc incontinenti est inhibendum, vt in capitu. interposita de appellat. & in d. cap. Romana. Hæc tamen sententia non habet locum secundū Ang. in appellat. extraiudiciali. Si autem appellatur a diffinitiua: tunc si obijcitur esse appellatum, in casibus in quibus non est licitum appellare: de quibus in l.2. C. quorum appell. non re. non debet iudex inhibere antequam cognoscere incœperit an appellatio sit recipienda vel non: vt infrà eod. cap. versicu. sinautem. post sententiam & poterit iudex cognoscere de hoc etiam parte absente, vt ff. de appell. l. ei cuius, & d. l. chirographis. §. fi. de administ tut. l. 1. ff. nil noua. app. pen. & ita per illas leges determinat Innoc. in cap. pastoralis. in glo. ibi, tutius uidetur. in fi. de offic. delega. Et aduerte bene, quia hæc cognitio, an appellatio sit recipienda præcedit cognitionem illam, an appellatio sit iusta vel iniusta, vt per eundem Innoc. & inhibitio facta præter formam prædictam est nulla, quia non canonica, ut in allega. cap. non solum. Et scias quòd licet Innocen. dixerit, quòd cognitio an appellatio sit recipienda uel non, possit fieri parte absente. tamen contrarium tenet glo. in l. 1. C. quorum appell. non re. quæ vult ꝙ talis cognitio debet fieri parte presente & causa cognita: sed Angel. in l. 1. ff. nil innouari. dicit quòd opin. Innocent. potest esse vera ante comparitionem appellari & contradictionem aliqualiter ipsius appellati: sed post contradictionem ipsius appellati uera est opin. glo. in d. l. 1. C. quorum appella. non re. Secundum ve-
24 nerabiles dominos de Rota in decisi. nouis, decisio. 121. ad hoc † vt inhibitio sit canonica, tria requiruntur. Primò quòd appellatio sit ex causa probabili interiecta tali, uidelicet, si probata foret, deberet legitima reputari, vt in cap. vt debitus. & cap. interposita. de appell. & in cap. pastoralis. eod. titu. Secundò, quòd per talem appellationem negotium deuolutum sit ad iudicem, ad quē. Tertiò, quòd iudex, ad quem, recepta huiusmodi appellatione ex causa probabili interposita incipiat cognoscere, an talis causa uera sit, & hæc habentur & probantur in cap. Romana. in §. ꝙ si obijciatur suprà allega. & tunc his peractis, & non ante, potest iudici, a quo, inhibere, ut ibi: & tunc dicitur inhibitio canonica, post quam inhibitionem nihil valet quod agitur, ut in allega. cap. non solum in §. illa. Et sic si non ex probabili causa uel ex verisimili, sed hæc manifestè friuola appellatur, per talem appellationem, ad superiorem negotiū non deuolutur, de elect. c. quamuis in 6. & d. c. ut debitus. ergo non recipienda per iudicem appell. quæ licet recipiatur, hoc fit de facto, non de iure. ꝙ non curandum,
25 nam † non quod fit, sed quod fieri debet ponderādum est de elect. c. cùm causam. secundum eosdem dominos de Rota, vbi suprà. Et secundum eosdem, siue sit appellatum a diffinitiua, siue ab interlocutoria, potest iudex, ad quem, inhibere iudici, a quo. dummodo constet de appellatione



pellatione & per appellationem ad superiorem causam fore deuolutam. nam iudex debet primò cognoscere, an se appellatum & intra tempus, & ex causa probabili: quia hæc est prima cognitio, vt dixi, quam debet facere iudex appellationis: unde consueuerunt appellantes reportare instrumenta sententiæ, a qua est appellatum, vt sic appareat, an intra decem dies fuerit appellatum, & instrumentum appellationis, per quod iudex cognitionem appellationis recipiat: quo facto iudex potest inhibere iudici a quo: vt no. in d. cap. non solum. & per eosdem dominos de Rota in decisio. nouis, decisio. 12. Dicunt quidam, ꝙ quando est appellatū a diffinitiua statim ius inhibet. ut in cap. non solum. & ff. nil innouari appellatione pendente. per totum. & l. quoniam iudices. C. de appellationibus. ergo iud. x appellationis in executione statim potest
26 inhibere: quia † iuris executio non habet iniuriam: ut in l. continet. ff. ꝙ metus causa. secundum eosdem dominos de Rota, in dicta decisio. 12. & hoc tenet Saly in l. appellatione. C. de appellat. & plus dicit ibi, ꝙ inhibere dicitur, etiam si expressè non inhibuisset. Si uerò est appellatum extraiudicialiter tunc antequam de grauaminibus contentis in ipsa appellatione extraiudiciali constet, & verificetur, non debet iudex, ad quem, inhibere: ut de appellationibus. ca. interposita. & alleg. c. non solum §. fi. & si contra fiat, ipsa inhibitio non est canonica. poterit enim ipsa appellatio esse friuola, cui iudex deferre non tenebatur. ut in cap. cum appellationibus friuolis. de appellatio. in 6. nec pro ueritate causarū in appellatione extraiudiciali expressarum præsumitur, nisi probetur, ut in alleg. cap. non solum. & in cap. Romana. §. cum uerò. allega. hoc uerum, nisi appellans causas appellationis proposicas obtulisset incontinenti probaturum. vt in cap. interposita. suprà allegat. licèt secundum aliquos dicta decretalis, & consimiles possent intelligi de appellatione iudiciali, & non extraiudiciali ueruntamen si dicamus, & intelligamus etiam ipsam loqui in appellatione extra-iudiciali; necessarium est, ꝙ se obtulerit incontinenti probaturum, & in electionibus cathedralium, vel regularium ecclesiarum, hoc speciale est, quod quicquid factum fuerit post & contra appellationem extraiudicialem ex causa probabili emissam, sit nullum ipso iure: vt in ca. si postquàm. de elect. in 6. Secus uerò in electionibus inferiorum ecclesiarum. secundum Ioan. And. & Ioan. Mod. & Archid. in d. cap. si postquam. secundum dominos de Rota. in decisi. nouis, decisi. 150. sed Bal. in d. l. appellatione. C. de appellat. dicit,
27 † ꝙ iudex appellationis antequam iudici a quo inhibeat debet præmittere illam cognitionem, an appellatio sit recipienda, vel non: quia ante huiusmodi cognitionem ad inhibitionem procedere non debet: ut in cap. Romana. in §. si verò. de appellatio. secundum Ang. in d. l. appellatione. dicit ꝙ potest iudex appellationis, etiam dum cognoscit, utrum appellatio sit recipienda, uel non, inhibere iudici, a quo vt in allegato cap. non solum. & hoc ante comparitionem appellantis: eo autem comparente, & negante ex sufficienti causa fore appellatum, non debet inhibere, nisi super insufficientia causæ primę pronunciet. vt in allega. cap. non solum. & sit cautus, secundum eum appellans, ut semper petat renouationem attentatorū de appellat. cap. consuluit. & ibi per Inno. & si appellatur ab interlocutoria super emergenti, supersedendum est in tota causa, si toti causæ inferatur præiudiciū: ut in cap. super eo. de appell. vbi per Innoc. & Bar.

## SVMMARIVM.

1 *Sententia, an pendentia nullitatis non obstante executioni mandetur.*
2 *Iudex dubius an ad exequendum ueloxi esse debeat.*
3 *Defensiones friuolæ non attendendæ.*
4 *Nullitatis probatio quam indaginem requirat.*
5 *Executio, num petendo instrumentum retractari, illudq; usurarium declarari, retardetur.*

*6 Episcopus an inhibitionem, parte aduersa non citata, nec iudicis secularis iurisdictione suspensa, facere possit.*
*7 Sententiæ executio coram quo iudice petēda.*
*8 Cognitio in sententiæ executione qualis esse debet.*
*9 Litis pendentiam an inducat nullitatis obiectio.*

NIl nouari nullitate pendente. Si quæratur an pendentia nullitatis impedit aliquid innouari, seu executionem fieri: dic, ꝙ si nullitas intēctatur principaliter, & per modum actionis: tūc secundum Inno. in c. cum in iure. de offi. deleg. & Ang. in l. 4. §. condemnatum. de re iudi. & per eundem in l. 1 ff. nil nouari appel. pen. nullitas aliter intentata non impedit executionem fieri. nec aliquid
1 innouari: imò sententia † non obstante pendentia nullitatis mandabitur executionis hoc tenent domini de Rota in decis. no. decis. 184. quia nō uidetur iure cautum, ꝙ pendentia nullitatis executionem impediat, secundùm Inn. ibi: imo potius contrarium: ut l. si. C. de ordi. cogn. Bald. uerò in authen. quæ supplicatio. C. de precibus Impera. offe. dicit sic. Innoc. dicit, ꝙ nullo iure cauetur, ꝙ pendente nullitate non possit fieri executio: ita no. ipse in c. cùm in iure. de offi. deleg. ego credo, dicit ipse, ꝙ Inno. senserit, ꝙ si fiat, non reuocetur per modum attentati: sed expectabitur finis negotij: ut in si. authen. quæ supplicatio. non tamen credo, dicit ipse, ꝙ Innoc. tradat regulam super executione interim fiēdam, quia diceret falsum: quia
2 † cum interim sit dubium iudici nō debet esse velox ad exequendum. Et suprà ista materia dic latius, ꝙ aut sententia, quę allegatur nulla: puta sententia banni, aut alia apparet nulla, & sic nullitas allegatur, ex iusta causa, & tunc nil debet innouari, & ita bannitus uigore talis sententiæ interim non potest offendi pendente causa nullitatis, quia non meretur executionē, vt in d. §. condemnatum. & l. si cum nulla. ff. de re iudi. aut allegatur nullitas ex iniusta causa, & calumniosè, & tunc pendentia nullitatis non impedit executionē, & isto casu bānitus interim potest impunè offendi, quia † non sunt attendendæ fri
3 uolæ defensiones, ut l. fi. de procurat. aut dubitatur an causæ nullitatis sint iusta, & tunc est distinguendum, quia aut allegans nullitatem, offert statim se probaturum, & tunc talis allegatio cum suspēdat executionē, tunc bannitus vigore talis sententiæ, quæ dicitur nulla, non poterit interim offendi, per ea quæ not. Bar. & doc. in d. §. condemnatum, & l. fi. C. de ordin. cognit. & l. 3. §. ibidem. ff. ad exhibendū,
4 aut † probatio nullitatis requirit altiorem indaginem, & tunc in ciuilibus non suspēdit executionem, sed posset innouari, & sententia exequitur statim dicetur. In capitalibus tamen, & in criminalibus ubi executio est irretractabilis, pendentia nullitatis impedit aliquid innouari & executionem fieri: secundum Bal. in l. eum qui duas. C. de adult. quod originaliter fuit dictum Pauli de Eleaza. limitantis hanc materiam in cle. 1. de re iud. de quo etiam per Bal. in l. eum qui duas. Et prædicta dicunt Ang. & Imo. in d. §. condemnatum, ꝙ cum instrumenta guarentigiæ habeāt executionem paratam, secundum formā
5 statutorum Tusciæ, ꝙ † licet petatur retractatio instrumenti: tut quia peritur coram ipso instrumentum declarari usurarium: illa peritio non retardabit executionem instrumenti, & hoc est ꝓm eosdē de mente Inn. in d. ca. cum in iure. Et propterea inoleuit mos, ꝓm eum ꝙ iudex ecclesiasticus † inhibeat iudici seculari sub pœna excommunicationis vt super executione
6 supersedeat. An † autem Episcopus possit facere inhibitionem validā, antequam pars aduersa fuerit citata, eo casu quo aliàs non esset suspensa iurisdictio iudicis secularis. Fed. de Sen. tenuit quod non, ꝙ not in c. Roma. de appell. in 6. prout ipse no. in consilijs suis, consi. 190. & quod dixit non impediri executionē sententię, licet pendeat eā principaliter super nullitate, intellige uerū si obijciatur simpliciter de litis pendētia super nullitate: secus si obijceretur exceptio nullitatis, & de illa uellet dicere incōtinenti. nam non est repugnans, ꝙ deductum principaliter per uiam



uiam nullitatis, possit etiam deduci per uiam executionis: & sic uicerit in forma excipiendi. facit quod no. in cap. 2. & fin. de ordin. cognit. per hoc etiam uidetur, secūdum Imo. ibi, quòd si in executione instrumēti opponatur executio usuraria eo casu. debet remitti ad Episcopū: quod quando fit, colligitur ex not. in l. Titia. §. usuras. ff. solut. matri. per Bart. in l. omni innouatione cessante. C. de sacrosan. ecclesi. per Bartol. & Bald. in clem. 2. de iudic. quòd tunc fortè debet supersedere iudex secularis per. ca. tuam. cum ibi not. de ordi. cognit. Si autem nullitas non intentatur principaliter & per modū actionis: sed per modum executionis obijciatur contra sententiam: tunc secundum Bart. in d. § condemnatum. quandoq; ex parte eius qui opponit nullitatem nihil est probandum: ut quia dicit se non fuisse citatum, uel non fuit procurator, qui egit. & ista exceptio nullitatis impedit executionem: & nil potest innouari. sic intelligitur quod no. Innocen. in c. cum in iure. de offic. delega. & in d. l. si cum nulla. & d. §. condemnatum. & l. licet. C. de procu. quod est uerum secundum Ange.
7 in d. §. condemnatum. quando † petitur executio coram iudice condemnante uel eius successore: secus si peteretur corā subdito iudicantis, qui potest precisè cōpelli ad executionem sentētię: ut cū delegatus Apostolicus præcepit ordinario, ut suam sententiam executioni mandet. facit ca. sanè. & c. pastoralis. de offic. delegat. & eod. titu. c. significasti. nam tunc non admittitur talis querela secundum eum: si tamen iudex, super executione aditus suspicabitur sententiam nullam propter aliqua uerisimilia, debet consulere iudicantem & supersedere: quousque secundum mandatum recipiat, secundum Inno. in alle. c. cum in iure peritus. de quo per Bar. in l. à diuo Pio. in prin. de re iudi. Si uerò peteretur à iudice non subdito iudicati, eo fortè adito ad preces & literas iudicantis, secundum no. in l. à diuo Pio. in princ. & §. 1. tunc secundum Inno. in d. c. cum in iure. si suspicatur sententiam nullā, aut iniustam, admittet hāc querelam, & de ea cognoscet. de quo etiā per Bar. in d. l. à diuo Pio. sed dicit Ang. & Imo. ubi suprà. ꝙ quando & quatenus suspicatur de iniustitia, ꝙ potest admittere & cognoscere: non uidetur bene dicere, imò quando sententiam transit in rem iudicatam, ne sint elusoria decreta prætorum: ut l. si prætor. ff. de iudic. per glos. in c. pastoralis. §. quia uerò. de offic. delegal. Quandoque uerò per illum, qui aduersus executionem nullitatis excipiendo opponit, est aliquid probandum in causa nullitatis: & tunc aut ista executio requiret altiorem indaginē: & tunc non impedit executionem. l. fi. C. de ordin. cogn. & l. 2. C. de falsis. Si uerò in continenti probare posset: & tunc impedit executionem, & nil nouari. ut in alleg l. fi. & l. iudicati. C. si ex falsis instrumentis. & de iudiciis. l. si prætor. §. Marcellus. & sic intelligitur dictum Specul. in titu. de sententia. §. quæ sunt. & probatur secundum Bartol. ratione: quia † in executione sententiæ debet haberi cognitio summaria; ut l. à diuo Pio. §. super rebus. de re iudic. & in cognitione summaria non admittitur executio, quæ requirit altiorem indaginem: sed admittuntur illę quæ possunt expediri in continenti; ut l. 3. §. ibidem. ff. ad exhibend. & l. ille à quo. §. si de test. ff. ad Treb. & premissa uera, nisi exceptio nullitatis causa morandę solutionis opponeretur, quia tunc non impedit nouari, & executionem fieri pendentia nullitatis, vt l. 2. C. de falsis. & secundum Iacob. But. postquam post negotium liquidatum opponit præsumitur causa morandæ solutionis fecisse, ut patet in d. l. 2. per eundem attamen quod suprà. dictum est, quòd vbi exceptio nullitatis requirit altiorem indaginem, quòd eius pendentia non impedit executionem. credit Ange. quòd hoc est verum regulariter. fallit tamen secundum eum, quando allegatur nullitas sententiæ ex eo capite, quia sententia dicitur lata per falsas allegationes, falso modo factas contra absentem ex causa necessaria & probabili, vt infirmitatis vel legationis. sic debet intelligi. l. si prætor. §. Marcellus. ver. Paulus, nam tūc de execu-
8

tione cognoscens, non debent ita exequi sententiam: sed debet admittere dictam querelam. Bal. autem videtur illum tex. intelligere quando incontinenti posit docere quod videtur rationabilius per d. l. 3. §. ibidem. Bal. autem super ista materia paucis verbis se expedit in alleg. authen.
9 quæ supplicatio. vbi dicit, quòd † nullitatis obiectio, non inducit propriè litis pendentiam, subdens, aut sententia ualuit, & iudicium non pendet: aut non valuit, & tunc non inducitur pendentia ratione nullitatis motæ, sed ratione primæ causę: & tunc aut offertur probatio prompta nullitatis: & non fit executio, nec innouatur, vt d. §. condemnatum, aut requirit longũ examen: & tunc interim fit executio: ut l. fi. C. de ordin. cog. Item qui dicit testamẽ tum nullum, si in causa succumbat, non repellitur à legato, secundum Bartol. in l. post legatum. ff. de his quibus vt indign. Sed an pendente causa nullitatis posit petere legatum. dic secundum Barto. in dicta l. post legatum. ꝙ non, quia fieret præiudicium petitioni hæreditatis, l. non distinguemus. §. si his. de arbitris.

## SVMMARIVM.

1 *Nouatio, de iure ciuili restitutione in integ. postulata, num de iure canonico fiat.*
2 *Supplicatio quando sententiæ principis executionem impediat.*
3 *Cautio à quibus, ut possessionis manumissio fiat exigenda est.*
4 *Temeritas, cum in petendo apparet manifesta num executionem suspendat.*
5 *Appellatione sublata, an restitutio tollatur. Et an petita in integr. restitut. sententiã diffinitiuam suspendat. nu. 6.*
7 *Restitutio in integr. qualiter imploretur, & an cũ supplicatione similitudinẽ habeat.*

Il nouari in integrum restitutione pendente. Dicit Cyn. in l vnica. C. nil nouari in integrum restitutio. postul. quòd
1 † de iure ciuili in integrum restitutione postulata, nil inuouatur de iure canonico. hoc modificatur, videlicet, quòd non fit executio, ipsa in integrum restitutio pendente, nisi dicta restitutio malitiosè petatur: vt in c. suscitata. de in integrum restitut. tamen aduerte ad unum: quia domini de Rota in decisio. nouis, decisio. 157. dicunt, quòd in d. c. suscitata. potius fuit gratiosa prouisio Papę, quàm iuris decisio. Sed Inn. ibidem dicit, quòd pendentia in integrum restitutionis impedit aliquid innouari, & sententiam exequi, nisi quando sunt præsumptiones contra pendentem: quòd maliciosè petat talem restitutionem, quia tunc ratione talis præsumptionis pendentia litis super restitutione non impedit aliquid innouari, & executionem fieri: vt in alleg. cap. suscitata. Si verò præsumptiones non sunt contra petentem, & sententia est lata per minorem iudicem, tunc restitutio in integrum, impedit aliquid innouari, vt dicta l. vnica. Si verò sententia est lata per principem speciale est in eo, quòd pendẽtia causæ restitutionis nõ impedit aliquid innouari, & ita sententiam exequi. & est ratio, secundum eum, quia aduersus sententiam principis nõ datur restitutio, ni-
2 si per supplicationem peratur, sed † supplicatio non impedit executionem, ut in authenti. quæ supplicatio. C. de precibus Imperatori offerendis. Host. verò in summa in tit. de in integrum restitut. in §. executio sententiæ. dicit, quòd Vincen. dixit quòd executio sententiæ debet retardari, quando aduersus eam petitur in integrum restitutio, licet quandoque videatur, quòd Papa ex aliqua lata causa mandaret executioni sententiam, licet aduersus eã in integrũ restitutio peteretur, attamen de iure debet retardari, vt d. l. vnica. Hoc autem verum est, ꝙ si præsumptio sit contra petentem, cautione præstita de restituendis omnibus ab ipso victore quæ occasione sententiæ ad uictorẽ peruenient, mandabitur sententia executioni cõtra petentẽ, vt est expressũ in d. c.
3 suscitata. Nã † cũ de iure sit ꝙ ab omnibus suspectis exigẽda est cautio, qñ in possessionem mittuntur. C. de legi. hæredit. l. si fraudem de petit. hæredit. l. fina. de rei



rei vendic. l. is a quo. vt leg. nom. caue. l. postquam. de damno infecto. l. prætor. & ca. ecclesia. ut lit. penden. & si non potest præstari cautio, res mobilis debet sequestrari penes iudicem. ff. qui satisd. cogan. l. fideiussor. & ca. fi. & pe. extra ut lite pen. alias si postulans in integrum restitutionem non fit suspectus, nihil debet innouari pendente causa restitutionis in integrum, nec pendente appellatione. 2. q. 6. ca. appellatione. ff. nil no. l. 1. de rescript. c. olim. sicut nec lite pendente. ut lit. pend. per totum. Sed Ludo. in l. possideri. in §. seruus. de acq. poss. post Bar. in l. penul. ff. de autho. tuto. & post Bald. in alleg. auth. quæ supplicatio. dicit ꝙ aut talis restitutio apparet petita iustè, & tunc eius pendentia impedit aliquid innouari, & executionem fieri, ut probatur in d. l. unica. & l. si causa cognita. C. de transact. ideò bannitus interim impunè non potest offendi: aut apparet petita temerariè & tũc licet in suspensione executionis quo ad ci uilia dicatur: ꝙ † aut apparet manifesta
4 temeritas, & non suspendatur executio, etiam si offerat se incontinenti probaturum, secundum Host. in d. cap. suscitata, aut non apparet manifesta, & tunc similiter non suspenditur: licet sit necesse in tali casu præstari satisdationem de restituendo in casu, in quo restitutio obtinea tur, in ca. suscitata. de in integrum restitutio. attamen hoc secundo casu, in criminalibus executio corporalis sententiæ suspenditur, ratione irretractabilis executionis, secundum Pau. de Eleaza. suprà allegat. & ideo bannitus interim non potest impunè offendi. Et not. bene vnum, quod dicit Bald. in l. 2. circa fin. C. si pendente appellatione mors interue. quòd si statutum dicit, ꝙ querelæ bannitorum debeãt admitti, debet intelligi excepta illa, quam bannitus per modum restitutionis in integrum intentat contra bannitum ad eius restitutionem. hoc probatur ex text. in c. 1. de rescript. in 6. vbi licet audientia iudicij aliqua denegetur excõmunicato agenti: ut de iudic. cap. intelleximus. attamen intelligitur denegata illa, quæ aduersus recisionem excommunicationis intenta-
tur, de remedio competenti de iure com
5 muni, & non de iure speciali: vnde † licet tollatur appellatio, non tamẽ rollitur restitutio. tex. est iuncta glo. in l. sicut. C. de præscript. 30. annorum. & authen. qua in prouincia. C. vbi de crimin. agi. oport. & hoc tenent domini de Rota in decisi. nouis, decisi. 154. sed Bald. in alleg. l. si causa cognita. per tex. ibi dicit † quod in integrum restitutio petita suspendit sententiam diffinitiuã: ergo interim non potest exequi: facit. ff. de auth. tu. l. defendente. & istud est verum secundum eum ibidẽ: nisi restitutio quę petitur, sapiat naturam supplicationis, uidelicet, quando petitur contra sententiam principis: sic intelligitur. alleg. ca. suscitata. & ita dicit tenere Inno. secundum unam opi. Sed idem Bal. d. l. unica. C. de in integ. restitu. postu. dicit, ꝙ quando executio esset irretractabilis: puta, quia corporalis, pendente in integrum restitutione interim nõ potest fieri executio: vnde, secundum eundem, donec condemnatus petit restitutionem in integrum, non potest poni in carcerem, quia istud grauamen non potest reparari in diffinitiua l. 2 ff. de appellat. reci. aut est executio retractabilis, & tunc refert an ille qui petit restitutionem, offert paratam probationem, & tunc dicunt quidam, ꝙ aut est præsumprio contra ipsum ex qualitate causæ, vel ex persona pronunciantis: vt quia princeps pronunciauit, & interim fit executio, præstita tamen satisdatione, secundum similem formã quæ traditur in alleg. auth. quæ supplicatio. pro quo facit c. suscitata. & alleg. l. 2. C. de fallis. & de ord. cog. l. fin. Si autem non est præsumptio contra petentem, cessare debet interim executio: ut l. si causa cognita. C. de transact. de quo per Ioan. Andr. in addi. Spec. in ti. de in integ. restit. Sed idẽ
7 Bal. in auth. quæ supplicatio. dicitur ꝙ † restitutio in integrum misericorditer imploratur: ideo quandam similitudinẽ habet cum supplicatione: sed quia tendit ad recisionem & ad reponendum rem in veteri statu, habet similitudinem cũ appellatione: quia non esset in veteri statu, si interim aliquid innouaretur: ideo quidã

sic distinguunt, aut imploratur in integrũ restitutio bona fide, & interim omnia stãt in suspenso: vt in alleg. l. si causa cognita. Si verò imploratur temerè, aut est temeritas euidens: vt quia incoloratè petitur restitutio, & tunc non suspenditur executio: vt ff. de mino. l. minor autẽ magistratus; aut est temeritas velata, & tunc lex præsumit contra petentem: tunc interim fit executio satisdatione præstita, & non aliter. arg. alleg. auth. quæ supplicatio. & hanc viam eligit Papa. in c. suscitata, vnũ tamen no. q̃ antequam uolens intentare beneficium restitutionis in integrum aduersus sententiam, seu aduersus sententias, audiatur: opus est q̃ summariè doceat de aliqua noua causa, propter quam verisimiliter scit ipsum fore læsum. ff. de mino. l. minor. cum sua glo. & tenent domini de Rota in decis. nouis, decis. 2.

*SVMMARIVM.*

1 *Filius patris debitor exhæredatus extraneo instituto an petitione hæreditatis conueniatur.*
2 *Reductionis causa quo tempore finiatur, & qua forma.*
3 *Iusta causa excusat à dolo.*
4 *Querela an a filio exhæredato post quinquẽnium intentetur.*

NIl nouari pendente recursu ad arbitrium boni viri. Reductio ad arbitrium boni viri, secundùm Bal. in addi. Specu. in tit. de arbi. non impedit executionem sententiæ arbitralis, si per formam alicuius statuti habet paratam executionem, & hoc probatur quatuor rationibus. Primò, quia præsumuntur tales reductiones fieri causa morandæ solutionis. C. de falsis. l. 2. C. de ordi. cogni. l. fi. Secũdò, quia causa executionis est summaria: vnde nõ retardatur per petitionẽ, quæ requirit plenariã cognitionem: vt C. de cõpensa. l. fi. & C. de edic. diui Hadria. tol. l. 2. ff ad Trebell. l. ille a quo. § 1. ff. vt in poss. legã. & l. a quo. ff. de re iudi. l. a diuo Pio. § si super rebus. Tertiò, quia istę sunt mutuæ petitiones, & in summarijs summaria cognitio non suspenditur, per reconuentionem causæ non summariæ; vt no. in c. 1. de mutu. peti. Quartò, quia quando duo iudicia sic se habent, q̃ vnũ & alterum sunt penitus opposita, unum non impedit processum alterius. ff. de execu. rei iud. l. si inter me & te. Sed videtur oppositum pluribus rationibus. Primò, ex præiudicialium natura: nam quæstio præiudicialis est præferenda. ff. de iudic. l. per minorem. & no. in l. qui prior. ff. eo ti. & de noxa. l. si ad libertatem. in princ. Secundò, quia non ualet iudex exequi, quãdo sententia postea subiacet retractationi. arg. ff. de excusa tuto. l. dicitur. Tertiò, quia reductio habet instrumenta appellationis. ergo interim nil est innouandum: C. de transact. l. si causa cognita. Quartò quia actio præiudicialis habet instar executionis. ff. de inoffic. testa. l. Papinianus. in §. si filius. Quintò, uidetur casus ex cõuinctione duarum legum. Si enim filius
1 † erat debitor patris, & pater moriens instituit extraneum filio exhæredato: potest filius conueniri petitione hæreditatis ex iure patrio, & habet paratam executionem. ff. de petit. hære. l. item veniunt. §. item rectus. quem tamen filius opponẽdo querelam reijcit. Casus est in d. §. si filius. quod verum credo, quando causa
2 reductionis: intra duos menses, & ita incontinenti non requirens longum tractatum, debet finiri fortè ex forma alicuius statuti. arg. ff. de iure fis. l. aufertur. §. qui compensationi. Si autem ex forma statuti: aut aliàs sui natura requirit longum tractatum: tunc iudex debet exequi recepta cautione de restituendo in integrum. c. suscitata. Sed Ang. in l. 1. C. quãdo prouocare non est necesse, dicit quòd exceptio nullitatis requirens altiorem indaginem, non impedit executionem instrumenti guarentigiæ, nec laudi arbitralis: quoniam causa executiua summaria est in qua nõ admittũtur exceptiones requirentes altiorem indaginẽ l. 2. C. de edi. diui Hadri. toll. & per Inn. c. cum in iure. de offic. dele. in 1. col. vbi dicit q̃ pendentia litis præiudicialis executionis non impedit executionem sententiæ, & quòd non inue-



nitur iure cautum quòd impediat: & subdit Bald. in d. l. 1. C. quando prouoc. & c. quòd si quis recurrit ad arbitrium boni uiri, & recurrens habuerit iustam causam litigandi, quòd excusatur à pœna p̃ glos. ordina. C. quorum appel. non reci. l. ab executore. iuncto tex. cum gloss. quæ incipit, distinctione habita. quæ est not. Et præmissa faciunt ad quæstionẽ, in qua consuluit Dyn. cuius consilium incipit, Ptolomeus Manetis, quòd si aliquis promisit arbitramentum non reducere ad arbitrium boni uiri sub certa pœna, & postea fecit reduci, succubuit, quòd incidit in pœnam: quia per illam sententiam fuit declaratum ipsum debitum reduxisse. quod placet Bar. in l. qui Romę. §. duo fratres. ff. de uerbo. oblig. ubi dicit esse casum secũdum illam opi. qua dicitur in d. §. fuisse malè iudicatum. & tamen pœnam fuisse commissam: sed ibi dicit, quòd cum ipsa quęstio de facto occurrisset Perusij, & amgnum scandalum ibidem generasset, idem Bar. consuluit contrarium, & adhæsit opi. gloss. l. tres fratres. ff. de pact. quæ dicit quòd licet committatur pœna, tamen obstat exceptio. doli. & idem sensit gloss. in d. §. duo fratres. post medium. in uersic. finautem dicas quòd malè &c. Et hãc partem etiam ipse Bar. tenuit allegando pro hoc, quod no. Guil. de Suzar. in sum. in tit. de arbi. uersi. sed nunquid. ubi dicit quod si talis petens reductionem, habet iustam causam litigandi, excusat à pœna sicut etiam propter iustam causam litigandi, excusatur quis ab expensis. l. qui solidum. §. etiam. de lega. 2. cum concordantiis. & alleg. l. si quis fortè. ff. de pœn. & l. si debitor. ff. de peti. hæred. quę leges. satisfaciunt ut potest petere rectè intelligenti, licet Ange. dicat, quòd non uide qualiter faciant & allegat. ultra prædicta, quòd debeant
3 excusari à pœna: † quia iusta causa excusat à dolo. l. igitur. ff. de libe. causa. & l. si plagii. C. de plagiariis. & hanc opi. uidetur tenere Ioan. Andr. in titu. de arbi. §. fi. uer. quid si promissum. quę scripta non uidetur Bart. uidisse, cum non facit mentionem. Si ergo iusta causa litigandi excusat à pœna: fortius si appareat sententiam esse iniustam: sed hanc partem dixit tenere Ange. fore uerissimam, maximè si contra petitorem absentem lata fuit sententiam. per l. Papinianus. § memi nisse. & l. qui repudiantis. §. fin. ff. de inof fic. testa. nã licet ibi loquatur in pœna legãli, tamen uidetur in pœna conuentionali ex identitate rationis, adducendo pro hoc. ff. de uerbo. oblig. l. quidam cum filium. uersic. si filius sit uictus iniustè in querela. nihilominus potest petere pœnam promissam si fuisset exhęredatur, & sic in iudicio pœnè potest uerificari quæstio iniquitatis primæ sententię per illum qui succubuit. Nec potest illi rex. responderi, secundum eum, nisi diuinando subaudiatur, quòd ibi filius † in querela succubuit, ex eo: quia illam post quinquennium intentauit: sed hęc diuinatio est refugium miserorum, ut dicit gloss. in l. filium quem habentem. C. famercis. & sic remanet quòd dicta respon. non est bona. & hanc partem tenet Bald. in d. §. duo fratres clarius in l. tres fratres. ff. de pact. Et secundum Ang. non obstat d. §. duo fratres: quoniam ipse tenet lecturam Rogerii, quòd ibi fuit bene iudicatum. Item nõ obstat, si dicatur, quòd post sententiam non potest obiici exceptio, quæ habeat ipsam impugnare. ut ibi per eum, & plenè est dictum suprà in clausula, si tibi constiterit.

*SVMMARIVM.*

1 *Recusationis effectus quid sit.*
2 *Appellatio & recusatio in æquiparentur.*
3 *Iudex recusatus an sine recusatoris consensu causam committere possit.*
4 *Delicti enormitas de facili corrigenda.*
5 *Iudex delegatus an ex sola uoluntate vt suspectus recusetur.*
6 *Appellatio ab interlocutoria num processum nullum reddat.*

NIl nouari recusatione iudicis pendẽte: Ang. in l. 1. ff. nil noua. app. pẽd. dicit si uertat in dubiũ an pendente causa recusatiõis iudicis suspecti reputari aliq̃d

posit innouari, & innouatum reuocari, dicit q̃ Inn. in c. cùm speciali. de appel. dicit q̃ meminit se legisse processũ iudicis recusati nõ tenere, nisi appelletur, aut causa alio modo sit reuocata per superiorẽ: sed hodie factus est nouus casus, q̃ si iudex recusetur ex causa legitima, quod nil innouatur: ut in c. legitima. de appel. in 6. Si ergo recusatio facta est sine causæ inserione, stabo. Inno. secundum Ang. Hostien. uerò in sum. in titu. de offic. iudic. delega. sub rubricella. de recusatio. §. quid
1 sit effectus. dicit, quòd † est effectus recusationis, vt iurisdictio recusati suspendatur, causa recusationis pendente, sicut pendente appellatione causa suspenditur, & regulariter est verum: nam sicut per appellationem recedit ab audientia iudic. sic, & per recusationem: nec habeo necesse appellare, sed sufficit recusatio, sicut innuitur in cap. secundò requiris. de appellatio. & tertia quæstio. 5. quia suspecti. C. de iudic. l. apertissimi. & sicut sententia post appellationem istam est ipso iure nulla: vt in cap. cum olim. de off. deleg. ad fin. & de appellat. c. dilectis filiis. §. quia verò. sic post recusationem lata est nulla: sicut audiuit ad not. Innocen. qui hoc tenet, ut ipse dicit ibidem. & hoc uerum est in utroque, si causa proposita uera & legitima
2 est alioquin contra. de appella. c. cum speciali. ubi † hæc duo æquiparantur appellatio & recusatio: ideo dicit rubrica de appella. & recusa. quia diuersis sunt modi p̃ quorum quemlibet ab audientiam iudi. recedit: & ubi non est locus appellationi, non est locus recusationi. de appella. c. super eo. lo ij. primo responso. Sed an sit uerum, quòd recusatio ipso iure suspẽdat iurisdictionem iudicis, ut est dictum Innocen. in alleg. c. cùm speciali. tenuit, q̃ non: & ideo dixit tenere processum iudicis recusati nisi fuerit appellatum. Sed Barto. tenuit contrarium, in l. quia poterat. ff. ad Trebellia. dicens esse casum in l. 1. C. si quacunque prædi. pote. sed posset de facili responderi; quia ibi speciale est in casu illo; ut dicit Innocen. in c. insinuante. de offi. de lega. & sic fortè de iure posset defensari sententia Innocen. in c. cum speciali. Nec obstat glos. in l. de iure. ff. ad muni. quam alleg. Barto. quia illa non uidetur procedere; sed opinio. Barto. tenuit Hostien. ut est supra dictum quem refert Ioan. Andr. in c. cum speciali alleg. & fuit originaliter opinio gloss. in c. quoties. 2. quæstio. 6 & 3. quæstio. 5. cap. quia suspecti. & hanc opinionem secutus est Pet. de Anchara. in c. iudex. de offi. de leg. in 6. per dictam l. 1. C. si quacunq; prę di. potesta. per dictum c. iudex. ubi di-
3 cetur † quòd iudex recusatus post recusationem propositam, non potest causam committere sine recusatoris consensu, excipitur sic; moltò fortius non debet posse in principali causa procedere; argu. authen. multomagis. C. de sacrosanct. eccles. Sed certè si quis diligenter aduertat, ille tex. potest induci ad appellationem; quia si potest commitere causam de recusatoris consensu; ergo non desinit omnino ipso iure esse iudex; aliàs priuatorum consensu non posset facere eum esse iudicem. l. priuatorum. C. de iurisdictio. omnium iudi. & extra de offic. deleg. c. significantibus. & sic patet, quòd habebat habitu iurisdictionem, licet contra exercitium posset obiici exceptio, & hoc etiam uidetur posse colligi ex eo quod ibi dicitur in fin. uidelicet quòd lata sententia super recusatione, quod ipse recusatus, intelligo à qua non sit appellatum, ut intelligit Lapus. arg. l. 1. in fi. ff. ad Turpillia. omnino desinit esse iudex: ergo apertè innuit quòd ante latam sententiam, non omnino desierat esse iudex, & sic uidetur quòd ex quo habet habitum iurisdictionis ante sententiam super recusatione; licet contra exercitium posset obiici exceptio; quòd si procedat non obstante exceptione, licet aggrauet partem, debeat tenere processus, si non fuit appellatum. & sic videtur quòd ille tex. non habeat obstare. Nam requiritur ubi potest obiici exceptio, quę processum iudicis, uel exercitium iurisdictionis eius quod si obiiciatur, & illa non obstante procedat ad ulteriora, uidetur tacitè pronũciasse sup̃ exceptione. & tenet p̃cessus si non appelletur; ut patet ex not. in c. ex parte.



parte. de ap. & in l. à procedente. C. de dilat. ubi etiam per Bar. & facit quod not. in l. ait prætor. § permittitur. ff. de mino. & non obstat q̃ non habetur de offic. delega. c. prudẽtiam. vbi nõ valet processus unius ex duobus delegatis, sine clausula, uel cum clausula, quòd si ambo, &c. ante purificationem clausula; quia non habẽt iurisdictionem, sed exercitium, non valet processus, si procedat: licet vterque dicatur habere iurisdictionem in solidum: vt etiam tetigit Bar. in l. Pomponius. ff. de re iudic. nam ibi ideo, quia nunquàm ab ipso initio alter tantum habuit exercitiũ in solidũ: & si nõ obiiciebatur exceptio, nõ est dubium, quòd tenuisset processus. facit quod not. glo. in cle. 2. vt lit. pendente & ex quo habuit exercitium, licet potuerit elidi exceptione. sumus sub regula de qua supra in d. c. ex parte. & d. l. à procedente. Non obstat d. l. j. C. si quacunque prædi. po quia speciale est † propter
4 enormitatem delicti vt alij de facili corrigantur. arg. l. si quis seruo. C. de fur. vt superius est tactum. Et patet ex prædictis quòd duplex fuit opin. an teneat processus iudicis recusati. nam una fuit Inn. q̃ teneat nisi fuerit appellatum. Alia fuit opi. Hostien. & Bar. & de Pet. de Anchar. quòd non valet ipso iure. Tertia fuit opi. Lap. in d. cap. iudex. q̃ processus interim fit in pendenti, & pendeat ex futuro euẽtu. nã si pronunciabitur pro recusante, detegetur p̃cessus nõ ualuisse, secus si cõtra eũ quia detegetur valuisse, & p̃ hoc optimè facit quod dicitur in simili de appell. ab interlocutoria: quia si iudex, à quo, procedat ante iurisdictionẽ sibi factam pendet processus ex futuro euentu; quia si pronunciabitur pro appellante, detegetur processus irritus fuisse: aliàs secus: vt in cap. non solùm. de appel. libr. 6. & in c. exhibita cum si. & sic nõ debet plus ista recusatio valere, quam ipsa appellatio ab interlocutoria. Nam & ibi ille, qui appellat, prætendit iudicem suspectum ratione grauaminis, facit quod habetur in c. ad hæc. de appel. & propriè loquendo videtur interim tenere, si sit factus ante inhibitionem, an in veritate ualeat, uel non. hoc declarabitur ex futuro euentu. facit quod not. glo. pe. de exceptio. c. cùm venerabilis. & hæc fuit opi. Innocen. in l. quidam consulebant. ff. de re iudi. de quo per eum in l. quia poterat. ff. ad Trebel. de iure canonico, secundùm quod, debet allegari causa sufficiens & probari. de offic. delegat. c. suspicionis. sed † de iure ciuili ex sola voluntate potest recusari iudex delegatus vt suspectus, nec est necesse aliquam causam allegari, vel probari: vt no. in l. apertissimi iuris. C. de iud. vnde tunc tantum videtur operari recusatio de iure ciuili facta delegato sine causa. quantum recusatio facta cum causa de iure canonico, lata sententia, omnino desineret esse iudex: & sic processus tunc ipso iure non ualeret. & ita videtur de iure ciuili, quòd ex hoc solo quòd facta est recusatio ipso iure desinit esse iudex: & per consequens non ualebit processus. & hæc est noua cõsideratio in hac materia. & sic patet concordari posse opiniones prædictas. quia opin. Hosten. & Bartol. possunt procedere de iure ciuili. opi. Innoc. pos-
6 set saluari dè iure canonico: tamen † quia est appellatum ab interlocutoria illa appellatio non reddit processum nullum ex hoc solo, quòd est appellatum, si non est factus post inhibitionem iudicis ad quẽ, per not. in c. non solùm. de appellatio. & si multo minus ex hoc solo q̃ facta est recusatio non debet processus prius factus esse nullus, ne hoc detegatur ex post facto probata veritate causæ, & lata sententia pro recusante. Baldus verò in l. apellatione. C. de appellatio. dicit quòd sicut appellatione pendente nil est innouandũ, ita nec recusatione iudicis pendente, vt not. 3. quæstio. 6. c. pateat. & per Hostien. de appella. c. 1. & c. super eo. & c. cum teneamur & c. constitutus. & c. bonę. & de materia vide plenè per Lapum in suis alleg. allegatione prima.

*SVMMARIVM.*

1 *Securitas quotuplex sit, & quibus cõcedatur.*
2 *Concessioni determinatæ standum an sit.*

*Insi-*

3 *Infinitas vitanda.*
4 *Verba hęc toties, quoties, quid sua natura importent.*
5 *Voluntas morte, aut officij expiratione finitur.*
6 *Securitate pendente nil nouandũ. Et an seruanda sit perpetuó, ualeat. nu. 7. & 8.*
9 *Assecuratus an possit offendi, cùm securitas purè concedetur.*
10 *Securitas generaliter data, ad quas causas se extendat. Et quos cõprehẽdat. nu. 12.*
11 *Promissio quando iustificanda.*
13 *Verba generalia quas personas includant.*
14 *Securitates & saluos conductus qui cõcedere possint, & quibus casibus. nu. 23.*
15 *Saluus conductus cum alterius damno & iniuria non concedendus.*
16 *Vtile in actu dubio & separabili, per inutile non uitiatur.*
17 *Participatio cũ quibus personis non licita.*
18 *Cautio à quo, & ad quid coacte interponenda sit nu. 19. & 20.*
21 *Bannito de quopiam delicto inculpato, num pro maleficio saluus cõductus cõcedatur.*
22 *Homicidæ saluum conductum dare, num iudici permissum sit.*
23 *Saluus conductus, seu fidantia, datur hosti, subdito, aut alij non subdito pro casu.*
24 *Securitas data an ad delicta de nouo committenda extendatur.*

Nil nouari securitate pendente. Et scias, secundùm Barto. in l. j. ad l. Iuliam maiestatis. ꝙ † securitas est multiplex. quę
1 dam est, quæ datur de iure gentium, ut legatis, & ambasciatoribus, & istis de iure gentium habent securitatem, & nemo eos impunè potest offendere, vt l. fi. ff. de leg. & l. sanctio. ff. de rerum diuisio. Quæ dam est securitas, quæ datur per iura ciuilia: & non porrigitur ad hostes, ut l. mercatores. C. de commer. & mercato. Exemplum, quicunque venit ad nundinas, non debet inquietari, ut l. 1. C. de nundinis. & ideo licet statutum ciuitatis det securitatem ueniendi ad nundinas, non tamen poterunt venire banniti, seu relegati ciuitatis, nisi expressè sit actum, quòd banniti seu relegati venire possint. & sic concessio ciuitatis facta est occasione certæ causæ, vt puta concessa est securitas veniẽdi & redeũdi pro pace faciẽda, debet intelligi quòd possit ire & redire donec pendet tractatus pacis. ut l. continuus. & l. insula. ff. de verborum oblig. & l. veteres. cum l. seq. ff. de itine. actuque priua. Si verò concessio est facta generaliter, non occasione certæ causæ: sed generaliter, tunc si pars petiit securitatem eũdi & redeundi pro vna via tantum, & ista petitio est certa, & princeps concessit indeterminatè, tunc illa determinata concessio intelligitur facta, secundum determinatam petitionem, insti. de inuti. stipu. §. præterea. & l. si fine. §. interrogatũ. ff. de interro. act. Quandoque petitio est indeterminata, quia nõ dicit pro vna vice, vel duabus: sed generaliter est petita licentia eundi & redeundi: sed concessio principis non fuit determinata, puta pro vna vice tantum, vel duabus tantum,
2 & tunc † stamus concessioni determinatæ sicut iudex indeterminatum iuramentum taxat & limitat: ut l. fin. §. pe. ff. de iureiuran. nam in eius potestate est concedere, vel non concedere. Si verò fuit indeterminata petitio, & indeterminata concessio, tunc intelligitur pro prima vice tantum: vt l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbo. signi. cum simi. Sed si dictũ fuerit, toties, quoties placuerit, non potest venire, nisi bis. l. fideicõmissa. §. siquis decẽ. ff. de lega. 2. Ideò dixit Ange. in l. si finita. in princip. ff. de damn. infect. quòd siquis promittit iudici aliquem præsentare toties, quoties opus fuerit, quòd liberatur, si bis tantum præsentauerit, & nõ est ulterius obligatus. quod probatur rõne, vt
3 † infinitas euitetur, vt l. qui bona. §. fin. & ibi Bart. Secundò probatur, quia ex qualibet præsentatione generatur nouũ grauamen, ut puta sumptum, & expensarum: præsentari ergo &c. vt d. §. siquis decem: & idẽ tenuit ipse Ang. in l. oratione. ff. de feriis. & in l. 2. §. qui exhibendi. ff. de custo. reo. pro quo facit quod voluit Specu. in tit. de arbi. §. sequitur. uersic. quid si in compromisso pœnali. ut refert Bald. in l. si duo. §. semel. ff. de arbi. & sentit Cyn. in l. cùm anteà. C. de arbi. ꝙ si in contractu dictum



dictum fuerit, quòd pœna toties committatur, quoties fuit contrauentum, ꝙ non committitur nisi bis, per dictum. §. si quis decem. Item facit quod dixit Bal. in simili se consuluisse in l. j. C. vti pos. imò vt in pos. lega. l. j. quòd si arbitro. data est potestas sententiandi intra decem dies cum potestate prorogandi, quod non potest prorogare nisi usque ad tres menses & hoc ratione infinitatis vitandæ. Sed est aduertendum: quia licet hæc opinio sit notanda. tamen secundùm Lud. in l. si finita. in princip. est falsa: quia illud quod dicitur infinitatem vitandam, procedit nisi illa ex partium voluntate oriatur: quia tunc est toleranda: vt ff. de fideiusso. l. si ita & l. q bona. §. fi. & d. l. si finita. in prin.
4 de dam. infect. Sed constat, quòd † per hęc verba, toties quoties, pars præsentare promittens, se in infinitũ obligauit: quia natura illorum verborum hoc importat: vt est glo. in d. l. si finita. in prin. l. veluti. ff. de eden. ergo tenetur pars etiam decies præsentare, si opus erit. & hanc opi. sequitur Imo. in d. l. si finita. & idẽ Ludo. quia ex quo fideiussor. de iudicio sisti aut de præsentando est obligatus vsque ad sententiã: vt l. Græcè. §. post litẽ ff. de fideiusso. iniquum esset, quòd si quis reum ante sententiam præsentauerit, si opus esset tertiò vel quartò eundem repræsentare, non teneretur, cùm esset ad hoc obligatus ex quo dictus §. post litem. indistinctè & non determinatè eum obligat. Sed hoc probatur per Bartolus in simili. in lege si quis eum alias incipit, si quis ita. ff. de fideiuf. vbi si fideiussor promisit quem præsentare ad omnem iudicis voluntatem, videtur eum promittere præsentare post sententiam, si opus erit, non distinguendo, an ter vel quater eum præsentauerit. licet Baldus in l. qui crimen. qui accusare non possunt tenuerit contrarium: allegando quandam glossellam ex inuentione Bene dicti de Plum. in l. duobus. §. ex fideiussore. in versicu. si videtur. in verbo, exhibuerit. ff. de iureiurando, dicentem fideiussorem de pręsentando liberari, si semel præsentauit duntaxat, cum tex. coniugatur, quam non tenet Ludo. ex generalitate dicti. §. post litem. & quod no. glo. in l. si seruus hæreditarius. de diuer. & temporali. præscrip. Et ex his infert ad reprobationẽ eius, quod voluit Ang. in d. §. qui exhibendi. dicens quòd promittens præsentare ad iudicis voluntatem, liberatur præsentando bis. hoc enim non est verum, quando reseruata iudicis voluntate in infi
5 nitum procedũt, & † quia voluntas mortis, aut officij expiratione finitur: non autem ex bina, aut trina vice. ad hoc. ff. locati. l. 4. ff. de leg. j. le. si ita legatum. §. illi si volet. extra de reseri. c. gratiosè. & quod no. C. de postulan. l. j. & faciunt quæ dicũtur in l. centesimis. §. fi. de verb. obli. & vide Bar. & Imo. in alleg. l. si finita: & in alleg. l. qui bona. §. fi. & Bal. in l. superuacuã. C. de his quæ pe. no. vbi dicit quòd dictio toties quoties, intelligitur quatuor vel pluries, secundùm gloss. parnam in l. cum quis. C. de leg.
6 Sed † an pendente securitate sit aliquid innouandum, & dic secundùm Ludo. in l. 3. §. seruus. ff. de acqui. pos. quòd aut habet securitatem stante tẽpore securitatis, & nullum delictum committit: aut com-
7 mittit. Primò † casu, aut securitas data est à principe. & clarum est quòd debet seruari, & nihil est innouandum. ff. de quęstio. l. j. §. fi. & ff. de pœnis. l. relegati. Aut data est securitas ab inferiore: & tunc aut ex iusta causa, & cum causæ cognitione: & illa etiam seruanda est, si securitas sit tẽporalis: non autem perpetua: vt in allega. l. relegati. & ff. de re militari.
8 l. cum vno. §. fi. Si † verò sit securitas perpetua nõ valet. vt in tex. in auth. de mãdatis principũ. ĩ §. sed neq;. Et est ratio: qa quãdo est perpetua videtur sẽtẽtiã principis tollere: quod non põt l. iudex postquã. ff. de re iudica. extra de officio deleg. c. in literis. Aut est data ipsa securitas sine causæ cognitione, & tunc illa seruanda non est, & impunè potest innouari: vt d. l. relegati. & l. fi. in fi. ff. de officio procurato. Cæsa.

Secundò casu principali quando penden securitate delinquit videtur dicendũ
9 non posse innouari: nec † assecuratũ posse offendi, cum securitas videtur sic cõcessa purè,

purè ergo non debet subintelligi tacita conditio, scilicet nisi deliquerit: vt ff. de verborum obligationibus lege quicquid astringendę. ff. commo. l. in commodato. §. sicut. Contrarium tamen est dicendũ: quia imo debet in securitate cõcessa subintelligi conditio, nisi assecuratus assecurantem offenderit: vel nisi ipse offensionis causam præbuerit. Ad primum. ff. locati l. quero. §. inter locatorem. ff. de verborum obligationibus. l. his qui seruũ. & de legatis & fideiconmissis. j. l. quid ergo. §. si hęres. Ad secundum. ff. de verborum obligationibus, l. quidam cùm filiũ. cum ibi notatis. Item debet dicta securitas subintelligi rebus in eodem statu permanentibus. ff. de solutio. l. cùm quis. in princip. & l. si cùm Cornelius. ff. de hæreti. capi. fin. de renuncia. cap. cùm inter P. Sed clarum est quòd delinquens pendente securitate rempublicam offendit: vt. ff. de captiuis. l. si quis ingenuam. §. in ciuilibus. Item & ipse nouam offensionis causam sibi prębet ratione delicti nouiter cõmissi: vt ff. de publicanis lege licitatio & lege item vulneratus. ff. ad legem Aquiliam. & si res in eodem statu non permanet: ergo securitas expirauit, & impunè potest assecuratus offendi. & contra eum innouari. & ita debent intelligi quę in hoc passu ponuntur per Ioannem Andreę. in additio. Specu. in titu. de accusatio. in tractatu bannitorum. in secunda quæstione suarum additionum. & Alber. de Rosa. in tractatu quæstionum statutorum. in vltima parte quæstionis. 48. & Barto. in dicta l. is qui reus. ad fi. ff. de publi. iudi. & in l. relegati. & Bald. in leg. j §. non fuit. ff. de dolo & l. libertas. ff. de statu homi. & Cyn. in l. præsenti. C. de his qui ad eccle. confugi. & si data est potestas aliquibus aliquem bannitum eximẽdi de banno si eis videatur tan pendente tali deliberatione bannitus interim possit offendi, & contra eum possit aliquid innouari. vide Bartolum in lege Iulianus verum debitorem. in repetitione sua de condictione indebiti. & per Baldum in lege si creditores. C. de fideiussoribus. & vide glossa in procemio Clement. circa finem.

10 Et aduerte ad vnum: quia † securitas data generaliter nisi expresse caueatur, non se extendit ad causas criminales: vt lege 2. cum glossa C. de his qui ad eccle. confugi. & hoc tenet Barto. in consilio suo, quod incipit, Ciuitatis Tuderti dicit statutum. Item securitas data non se extendit ad debita fiscalia: vt nota. in authent. de mandatis principum. §. pupillorũ. Itẽ talis securitas aut est promissio, aut gratia aut vtrunque simul continet si promissio facta est tunc debet restringi ex bono & æquo, vt non comprąhendat personas, quas comprehẽdere esset iniustum: iustificanda † est. n. omnis promissio, quanto magis potest iustificari. ff. de verborũ obligationibus l, quidam cùm filium, sed † iniquum esset si comprąhẽderet furem, aut fugitiuum, aut aliter criminosum: nam gratia facta Barbario Philippo non fecit eum liberum: quia fugitiuus, & fur erat ff. de officio prætoris l. Barbarius. hoc populus & princeps possent, tamen non præsumuntur voluisse: Si verò gratia est concessa per rescriptum: tũc quia rescriptum imitatur ius commune, in similibus casibus. vt. ff. de vulgari & pupillari. l. ex furto. & ius commune non vult gratiam tẽporis vel loci fugitiuis opitulari: vt not. C. de furtis. lege finali. nisi rescripto fieret specialis mentio fugæ vel delicti, aliàs nõ valet gratia. de rescriptis. capitu. dilectus filius abbas Sãcti Stephani. Si verò gratia continet vtrunque, adhuc non includuntur ea, quæ princeps non esset verisimiliter concessurus. ff. de pigno. l. obligatione generali. nec includitur casus insolitus: nam quę rarò fiunt non includuntur. ff. de contrah. emptione. l. fistulas. §. frumenta. in dubio non præsumitur concessisse contra alium: quod contra se deberet dedignari sibi esse concessum, de solutio. lege. j. nec † in generalibus verbis, personæ insignes, & maximæ prąeminentiæ & dignitatis intelliguntur includi: vt in ca. sedes. de rescrip. & no. per Ioann. Andr. & alios in cap. 2. de rescriptio. lib. 6. & ita consuluit Bald. in consilio suo, quod incipit, Iacob. Olcarius. Nam de iure communi etiam in generalibus capitulis pacis, vel alijs. non comprehenduntur proditores & insignes criminosi: ut puta Deo & hominibus exosi. in l. Lucius. §. Lucius Titius damam. ff. de legatis 2. ubi sub generalitate non ueniunt illi. qui dominium & patriam offenderunt. ad hoc capitul. licèt. de priuilegiis. libro. 6. & quod nota. Bartol. in l. 3. §. si tibi iudicium. ff. de condictione ob turpem causam. & hoc tenet Petrus de Ancha. in suo consil. quod incipit, Visis & diligenter discussis conuentionibus, 14 &c. Et tales † securitates, siue saluus conductus, secundùm Angel. in l. conuentionum. ff. de pact. duces belli, qui bellum, & guerram facciunt nomine proprio: ut sunt reges, & duces, concedere possunt: non autem ducentes, seu facientes bellum nomine alieno: ut sunt capitanei armorum, saluos conductus concedere possunt: ut in d. l. conuentionum. Nam si mandatum dictorum capitaneorum se extendat ad guerram, non faciunt treugas seu inducias, nec contrahent amicitiam præter mandatum domini: quia habens mandatum non transigit, neq; paciscitur, neq; ad tempus, neque in perpetuum: ut l. mandato generali. ff. de procurat. iuncta l. qui Romæ. §. si Callimachus. ff. de uerbo. obligatio. qui not. est ad hoc. nam ibi apertè dicit, quòd diem solutionis non prorogat procurator, nisi hoc habeat in mandatis. Idem uerò Ang. in disputatione quam disputauit Bononię, seu ciuitatis bannitus dicit: Iudex habens iurisdictionem ratione proprietatis: ut sunt reges, & principes, duces, comites, & barones, aut alii, qui saltem de facto, superiorem non recognoscunt. unde quando solùm ad eorũ præiudicium iurisdictionis tractatur: sine dubio saluum conductum concedere possunt liberè, licitè, & impunè. ff. de pœnis. l. relegatorum. & sic intellige opinio. Bar. in l. is qui reus. ff. de public. iudic.

Si uerò iudex habet iurisdictionem ordinariam, uel delegatam, à suo superiorè concessam: ut uidemus in rectoribus ciuitatum, qui loco præsidum habentur l. fi. C. de lõgi temporis præscripto, coniuncta gloss. cùm superiorem habeat auctoritatem, aduersus cognitionem criminum, aut executionem sententiarum, quarum executio non spectat ad eos, sed ad superiores, saluum conductum concedere non potest. nec enim directò uel per obliquum in alia iurisdictionem possunt falcem immitere. de aqua pluu. arcẽn. l. penultima. de iureiurando. cap. ad aures. aliàs, ad nostram. Bar. in l. 1. ff. à quibus appellare non licet. & ita intelligitur opinio Oldradi, qui tenuit quòd iudex potest dare saluum conductum, si causa est talis in qua non interuenit procurator. Subdens idem Angel. in l. utinam. ff. de sepul. uiolat. quòd † saluus conductus 15 cum alterius damno, seu iniuria concedi non debet, in l. 2. §. si quid à principe. & §. meritò. ff. ne quid in loco public. licèt hoc malè seruetur. facit ad hoc, de confirmatione utili, uel inutili. c. dilectus. concludendo ibidem, quòd saluus conductus interdum subdito, interdum hosti, interdum propter represalias fortè timenti uenire ad ciuitatem Bononiæ, si datur hosti, non est seruandus, nisi detur à duce belli. ff. de dolo. l. 1. §. non fuit. ff. de pact. l. conuentionum. & ibi nota. si post saluum cõductum datum fieret pax, seruandus est, secundùm Iaco. de Belui. in dicto. §. sed neque. de mandatis principum, sed si non datur à duce belli: tunc seruari potest, nisi priuatus non seruans iniuriam publicam exequatur, non seruando saluum conductum. ff. de religi. l. minimè. & in auth. de manda. princi. §. sed neque. & in §. non fuit. hunc autem saluum conductum perpetuò nemo concedit, nisi solus princeps. ff. de pœn. l. relegati. temporalis ergo saluus conductus concedi potest per inferiorem à principe, iusta causa subsistente. puta si bannitus Bononiæ, uel de alio crimine diffamatus, uult securitatem à iudice ut posit comparere, & se excusare: ut. ff. de public. iudi. l. is qui reus. faciunt not. in l. de ætate. ff. ad Treb. & quod no. in cle. pastoralis. de re iudic. Saluus uerò conductus subdito nõ hosti. concedi potest p inferiores à principe, ex iusta causa, cuiusmodi

modi causæ cognitio, pertinet ad iurisdictionem concedentis saluum cõductum. Exemplum pone cum timet aliquis per aliquem offendi. Nam petitio cautionis de non offendendo, iudicis arbitrio moderanda est, ff. de damno infecto. lege, qui bona. §. qui damnum. Sed si quis habet saluum conductum pro quatuor hominibus secum euntibus, & ducit quinque. vel habet saluum conductum pro aliquibus rebus: & portat vltra illas aliàs res, an saluus conductus sit in totum ruptus, vel valeat pro contentis in saluo conductu. Bartol. in l. principalibus, ff. si certum petat. in simili ponit, quòd si statuto cauetur quod nullus possit deferre vinum extra, sine licentia, nisi ad vsum suum, & aliquis detulit vltrà: nunquid perdat totum. Iacob. de Aret. tenet quòd totum, quia venit priuilegium ergo illo non debet vti. l. Iudæos. C. de Iudeis. & C. de nautico fœnore. l. cum proponas. & de aquæ ductu. l. eos. libro 11. Sed Guil. de Cugn. quem sequitur Bal. in dicta l. principalibus. tenet contra-
16 rium. quia † sumus in actu diuiduo & separabili vbi vtile per inutile non vitiat l. certi condictio. §. primo. ff. si certum petat. & l. 4. §. si quis stipulantis. ff. de verbor. obligationibus. & l. j §. Trebatius. ff. de aqua quotidiana. & æstiua. & l. j. §. publicanus. ff. de publicanis & vectiga. Iacob. de Are. loquitur de priuilegiis, quę sunt contrarius, sed licentia reducitur ad ius commune, & non est odiosa. & sic nũ admittitur per abusionem. argument. l. si vnus. §. pactus. ff. de pactis. & per Bal. in d. l. cùm proponas. supra allega. & per Bar. in l. ead. §. dominus. ff. de public. Et sic ex prædictis apparet decisio, quòd saluus cõductus in totum non est ruptus: sed tamen illi, qui sunt vltra numerum, debent capi, & publicari, & quando quis habet saluum conductum pro se, & quatuor, seu quinque sociis, non potest secum ducere personam reprobatam, puta hostem, vel hærcicum: nisi hoc expressè caueatur,
17 quia † cum illis nullum habemus participium, secundùm Bar. in l. 1. ff. ad leg. Iuliam maie. Iudæum autem bene potest ducere in sua comitiua. secundùm Angel. in l. utinam. ff. de sepulchro uio. Item non potest hominem maiores præeminentiæ, & dignitatis seu conditioni ducere quàm ipse sit, qui dictus saluus conductus est cõcessus in clemen. non põt. de procura. & l. si. de uino tritic. & oleo legato. & in cap. sedes. de rescript. & taliss saluus conductus etiam rebellibus est seruendus per concedentem: ut l. conuentionum. ff. de pactis. de quo per glo. in l. 1. §. non fuit. ff. de dolo. & qui ipsum frangit & in crimen lęsę maiestatis incidit secũdùm Bartol. in l. nullam uim. ff. de suscept. & arca. c. lib. x. Item omnis qui habet. securitatem ab homine standi in ciuitate, si eam habet legitimè; quia à publico ei data est, dicitur eam habere a lege, eo quòd nullo modo potest offendi. ff. ad leg. Cornel. de sica. l. 3. §. transfugas. & ibi Bartol. illi uerò, qui timent offendi, an securitas sit præstanda, Bartol. ponit in l. illicitas. §. ne potentiores. & §. quies ff. de officio præsidis. & in l. qui bona. §. si quis iussit. & Cyn. & Guiliel. de Cuneo l. in præsenti. C. de his qui ad ecclesiam confu. & Bar. in l. 1. C. in quibus causis colo. censi. lib. 11. & dic post eos & Angel. quod aut inimicitia puenit absque mea culpa. & tũc dominus potest cogere quẽ, de non offendendo ut mihi caueat, per dictum. §. si quis iuxta. sumpto argum. à cõtrario sensu, aut aliqua culpa mea subest. quare mihi quis inimicari debeat, & tunc
18 † aut petitur cautionem interponi, ante aliquam offensam à nemine factam, & potest peti cautionẽ præstari iudicis officio. & ita intelligitur dicta l. illicitas. §. ne potentiores. & in l. 1. §. quies. ff. de offic. præfecti vrb. ad hoc. supra de usufruct. l. æquissimum. de re iudi. l. quod iussit. in gloss. parua facit quod nor. Innocent. in cap. in presentia. extra de probat. & maximè si ex tali dissensione respublica lædatur, vt plerunque solet, vt ff. de captiuis l. si quis ingenuam. §. in ciuibus. Aut petitur cautio post offensionem per potentem factam, à tali casu. (quicquid dicat Bartol. secundùm Ludouic. in dicto. §. si quis iuxta. cui assentit Angel. offensus. non



19 † nõ potest cogi ad cauendũ ad petitionẽ partis, sed bene per iudicem potest arctari ad cautionem interponendam ad hoc facit l. stipulatio. C. de sent. l. furti §. pactus. & §. si iussu. in gl. ff. de his qui not. in fam. & est ratio. quia cùm præcessit culpa offendẽdo. ergo ei caueri nõ debet: facit ff. de minor. l. auxilium. in princip. & d. §. si quis iuxta. de usuris. c. quia frustrà.

Duobus enim casibus puto Barto. saluandum. Primus est quotiescunque lis aut inimicitia longissimo tempore durasset, aut duratura esset, adeò quòd sequeretur ambarum partium destructio, tali
20 enim † casu potest iudex cogere ad cautionem interponendam, aut ad pacem faciendam, & eum cogere potest, ut super lite transigat, quæ diu durauit: textus est qui non est alibi. 90. distinct. cap. placuit secundùm dominum Anto. de Butr. de mutuis peti. cap. 1. & 2. quod not. & tenementi: quia limitat no. in l. transigere. per glo. & doct. C de transact.

Secundò casu quando peteretur cautio ratione eius rei, quam is, a quo cautio petitur, habere desiderat, ad hoc extra de restit. spoliat. c. literas. Et ita debent intelligi quæ sunt a hoc articulo notantur per Ioan. And. in addi. Spec. in titu. de pigno. §. sequitur. uersi. sed quid si timeo. & Bal. in d. § quoties. ita intelligitur l. præsenti. & quod ibi not. per Cyn. Guil. C. de his qui ad ecclesi. confu. & cautio quæ præstabitur, tunc præstabitur cum determinatione certi temporis; non autem in infinitum tenebitur. ad hoc. ff. de dam. infect. l. qui bona. §. fi. & uoluit Ang. in l. 3. §. si iura. ff. de dam. infecto. Et licet superius sit satis dictum an securitate penden te aliquid sit innouandum: dic tamen latius, & aliter secundùm Io. de Imo. in l.
21 is qui reus. ff. de publi. iudic. ubi sic † dicit: an bannito pro maleficio, si inculpatur de aliquo delicto, sibi possit dari saluus conductus Bart. per l. is qui reus. concludit quod sic per glo. fin. dictæ l. is qui reus. cum tex. & ex hoc uidetur q̃ si bannito proueniendo, potestas dat saluum conductum, quòd non possit ipsum posteà capere, & decapitare, durante saluo conductu. & hoc uidetur tenere Cyn. in d. l. præsenti. ad finem. contrarium uidetur uelle glossa in §. neque autem homicidas, in authen. de manda. princip. allegat: quæ glo. est singularis. & non est alibi. & idem tenuit ibi Iac. de Belui. dicens quòd talis impunè non obstante saluo conductu, potest decapitari, quasi de iure non teneat illa talis datio salui conductus. Guil. de Cuneo in l. 1. §. non fuit. de dolo uidetur uelle, quòd si detur existenti in loco, ubi poterat capi de iure per dantem saluum conductum: tunc non teneat datio salui conductus: secus si erat in loco, in quo capi non poterat: nec inuitus extrahi: & sic dicunt colligi posse, ex dicto §. neque. iuncto §. præcedenti. & per hoc uidetur sentire quòd si potestas bene det saluum conductum bannito pro homicidio, existenti in territorio Bononiæ ubi poterat capi, quòd non teneat datio salui conductus: secus si fuisset in territorio Ferrariensi: & si in alterius territorio, in quo non potest capi per potestatem Bononiæ. imò si esset captus, ciuitas Ferrariensis posset eum repetere: ut est glo. quæ repotatur singularis in l. quis sit fugitiuus. in §. apud Labeonem. ff. de ædil. edict. potes concludere in quæstione supradicta. quia aut potestas Bononiæ dat saluum conductum ex causa, ut propter inuestigandam ueritatem alicuius rei: & tunc debeat seruari. argumen. d. l. is qui reus. coniuncta glo. aut saluum conductum dat absque aliqua causa: & tunc si dat existenti in loco de quo inuitus poterat extrahi & capi: & tunc uidetur quòd non teneatur seruare, nec debeat, per dictum §. neque. supra allegatum cum gl. sua, & quod not. Iaco. de Beluis. & hoc etiam uidetur sequi Bart. in l. is qui reus. allegata in una solutione, inquantum dicit quòd §. neque autem. loquitur quando datus est saluus conductus est fidantia ad finem, ut effugiatur punitio delicti, & non est iusta causa. & hoc etiam sentit Guili. in d. §. non fuit. licet Cy. sentiat contrarium. in d. §. præsenti. Sed non uidetur bene responsum ad §. neque. qui uidetur reprobare eius opinionem. si autem

autem ille, cui datur saluus cõductus fuisset in loco, de quo inuitus capi non poterat, est maius dubium propter id quod dixit Guil. in d.§.non fuit. tamen de rigo-
22 re iuris videtur, quod † non sit permissum iudici sine causa dare saluum conductum homicidõ, per dictum.§. neque autem.& ideo non videtur totum se submittere tunc literis salui conductus. Accedat ad.hoc quod habetur in c. accedẽs.lo ij. extra vt lite non contesta. vbi est text. valde no. quòd non tenetur quis se submittere fidei capitalis inimici, etiam cum literis vel saluo conductu: & hæc faciũt ad id, quod quotidie iudices maleficiorum faciunt, qui dicunt capto pro maleficio, & sibi promittunt, quòd si fateatur veritatem, quòd non patietur aliquod malũ: nam talis promissio videtur nulla, per ea quæ supradicta sunt. & facit quod habetur in l. iurisgentium. §. si paciscar. l. ius publicum. de pac. & hoc in foro contentioso. & facit quod habetur per gloss. quæ reputatur singularis in ca. cupientes. de elect. lib. 6. quę dicit, quòd fouens iustam causam potest se defendere etiam per cauillationem: in foro autem conscientiæ fortè non est licitum mentiri, nam mendacium indistinctè videtur prohibitum: licèt vno casu sit maius quàm alio. 22. q. j. c. 1.

Prolatori tamen doctrina huius mate
23 riæ est aduertendum, quòd † considerari possunt tres casus vt tetigit Iacob. de Bel. in d.§.neque autem. nam aut fidantia seu saluus conductus datur hosti, aut datur subdito, aut datur alij, nõ subdito pro casu: si datur a lege seruari debet. exemplum in l. fi. ff. de legationibus. si autem non datur à lege: sed datur ab aliquo authoritate legis, debet seruari exemplum quando datur fidantia à duce belli. Hostien. in l. conuentionum. ff. de pact. Si verò datur ab alio sine legis authoritate, non est seruandus, si talis prosequitur iniuriam publicam. vt d. §. non fuit. si autem priuatam tunc potest seruari, si vult: sed non tenetur, nisi pax fuerit facta: vt d.§.non fuit. iuncta l. j. & l. conuentionũ. ff. de pac. Secundo casu quando datur à superiori subdito: tunc si datur à l. est seruanda: vt dicta lege præsenti. & §. sed neque. in authen. de mandatis principum. Idẽ si ab alio authoritate legis. vt probatur in d.§. sed neque. secus si datur sine legis authoritate. vt dicto §. sed neque autem homicidas. Tertiò casu si est solennis & obligatoria, seruari debet: quia graue est fidem fallere. l. j. ff. de constitu. pecu. idem est, si est obligatoria, sed non solennis: vt quia non potest probari: nam tuoc deficit probatio, sed non ius l. duo sunt Tirij. ff. de testamen. tute. secus si sit solennis: vt quia apparet probatio, sed non obligatoria: vt quia pacto nudo: nam secundũ leges non obligat. l. iurisgentium §. sed cum nulla. ff. de pactis. sed secundũ canones secus: vt extra de pac. c. j. Et ad prædicta bene facit quod no. Bar. in sua quæstione, quæ incipit, Statuto Lucanæ
24 ciuitatis. an † autem securitas data extendatur ad delicta deinde noniter contracta. Ange. in l. penul. §. illud. ff. quod quisque iur. dixit quòd rescriptum ex parte imperantis, per quod quis sibi posuit prouidere, non extenditur ad futuras obligationes. arg. l. si ita scriptum. ff. de uerbo. obli. & l. si ita stipulatus fuero illud, aut illud §. cùm stipulamur. eod. titu. & l. à colono. de auro & argen. lega. & l. si ita. & l. Rutilia. de contrahen. emptio. inde dixit ibi Ange. quòd. si imperaui vt non tenear meis creditoribus respondere vsque ad quinquennium, non vtor eodem rescripto cõtra creditores futuros; arg. iurium prædictorum.

### *SVMMARIVM.*

1 *Innouatio dilatione pendente non fit nisi ex causa dilatiò abreuietur.*

2 *Cautio ex causa ad quid pendente dilatione sit præstanda.*

3 *Tempus condemnantiì ad soluendum datum num miserationis causa datam sit?*

4 *Captura qua occasione, quibusve causis fieri possit.*

5 *Iudicis officium, num pendente dilatione conquiescat.*

Nil



1 NIl nouari dilatione pẽdente. † Nil est innouandum dilatione pendẽte. ut l. siue pars. C. de dilat. quod est uerũ secundùm Cyn. in d.l. siue pars: nisi vellet ex causa dilationem abbreuiare: vt l. qualem. in fin. ff. de arbitris. Item nisi pendente dilatione altera pars fugere vellet: vt ff. de his quæ in fraud. cred. l. ait prætor. §. si debitorem. Item nisi sit alius articulus, super quo non est data dilatio: nam cum datur dilatio ad unum articulum, potest procedi super alio. C. de rebus cred. l. generaliter. §. his autẽ. dummodo sit separatum nõ connexum, aliàs secus. extra de appellatio. ca. super eo. & c. Bald. verò in l. omnibus. ff. de iudicijs. dicit, pendente dilatione ad soluendum, debet præstari cautio de soluendo adueniẽte termino: ut l. in omnibus. ff. de iudi. & ideò pendente dilatione aliquãdo aliquid
2 potest innouari: quia † debet præstari cautio ex causa. de quo dic, ut not. Cyn. in l. vniuersa. C. de preci. Impera. offe. ff. solu. matrimonio. l. 2. & l. si constante. §. quoties. an hoc locum habeat in contractibus stricti iuris, sunt glo. contrariæ. in l. in omnibus. ff. de iudic. & l. in possessionem ff. ex quibus cau. in possess. ea. & illa communiter approbatur, per l. si creditores. ff. de priuileg. cred: adde quod no. Cyn. in l. 2. C. de hæreditate vel act. vendi. & dicit idem Bald. in l. si debitori. ff. de iudic.
3 quòd condemnatus † vt soluat intra certum tempus, potest capi pendente termino, seu dilatione, vt satisfdet. certum est enim, quòd tenetur satisfdare. vt l. si debitori. alleg. & est ratio: quia istud tempus datur miserationis causa. ff. de compen. l. si cùm militi. §. cùm intra. ergo interim debet satisfdare. ff. soluto matrimo. l. si constante. §. quoties. C. de preci. Imper. offe. l. uniuersa. & quod dicitur, q̃ potest interim capi, est uerum, q̃ potest capi interim, ratione satisfdationis, non ratione debiti, & ideo debet prius constitui in mora super ipsa satisfdatione, nisi esset debitor suspectus de fuga. de pignor. l. quæsitum.

Practica autem qualiter suspectus de fuga capiatur, & quæ sunt necessaria antequam: quis possit capi, ponit Ang. in l. si creditores. ff. de priuilegijs credi. & dicit inter cætera, q̃ iuramentum non sufficit. Bal. uerò in l. apertissimi. C. de iudic. dicit q̃ non sufficit iuramentum, sed debet allegari causa, puta: quia forensis, vagabundus, & non possidens immobilia: vt l. fideiussor. in fi. qui satisd. cogan. & in auth. de exh. ben. reis. §. sancimus.

Probatis autem his causis summatim, tunc sufficit iuramẽtum suspicionis, aliàs non facit ff. de priuil. cred. l. creditores. & ideo iudex debet esse cautus ad interrogandum de qualitate causæ seu causarum suspicione, & si fuerint causæ verisimiles,
4 tunc † poterit procedere ad capturam occasione debiti liquidi, non autem occasione debiti incerti: quia non debet incipi ab executione, maximè ad capturam personaleu: vt l. j. C. qui bo. cede. pos. & not. in l. 3. §. tutores. ff. de suspect. tutor. ff. ad Trebellia. l. Imperator. C. de sententiam pas. leg. fin. & de iure dot. l. vbi adhuc. & secundùm Bald. dicitur dilatio assignari miserationis causa. quia non venit secundum naturam cõtractus, vel actionis intentatę: sed extra naturam ipsius rei, siue sit dilatio legalis, siue iudicialis & secundùm Ange. in l. si debitori. alleg. si debitor confitetur. debitum etiam dilatione pendente, quæ iudicatis debet dari: vel etiam si non confitetur, & est condemnatus, & non est appellatum, capi poterit vt satisfdet inter tempus quod datur iudicatis ad soluendum per hanc literam, ista enim dilatio datur miserationis causa: vt in l. si cùm militi. §. j. ff. de compens. & ideo non debet esse nociua creditori, quin debeat esse cautus & securus, vt adueniente tempore sibi satisfaciat: & pro pœna sit cautus iudex maleficiorum, vt si tali dilatione pendẽte concessa condemnato pro crimine ad soluendum, potest capere ipsum condemnatum, quòd non tardet eum capere, nec timeat propter pendentiam dilationis, & ita vidi seruari dicit Ang de facto in quodam rectore, q̃ cœpit malefactorem dilatione pendente, & eum relaxauit: nam fuit condemnatus ipse tempore syndicatus. Bal. a tẽ in l. si-

F ue

ue pars. C. de dila. dicit q† pendente dilatione iudicis officium conquiescit, nisi iudex dilationem reuocauerit, vt in gl. l. siue pars. C. de dilatio. vel nisi ille, cui est data dilatio, sit suspectus de fuga: vt d. l. siue pars. quod est no. secundùm Cy. uel nisi super alio articulo, super quo non pēdet dilatio. arg. C. de rebus credi. l. generaliter. §. si autem. Sed an sit nullum id quod fit pendente dilatione, & contra dilationem? dic q ficut no. in l. j. ff. de ferijs. & ita tenet Cyn. sed certum est, q reus non pôt aliquid facere intra dilationem: vt quia vnus de se arctauit. dicit Bal. post Guil. de Cu. q adhuc debet expectare: licet nil posset facere in isto termino: quia adhuc durat terminus. de hoc habes glo. ordinariam in ca. vbi maius periculū. de elec. in 6. & facit c. commissa. de elec. in 6.

## SVMMARIVM.

1 *Possessione pendente controuersia nemo sua priuatur. & nu. 2.*
3 *Remedium ad sequestrum impediendum.*
4 *Honores, de crimine postulatus, num nouos assumat.*
5 *Litis pendentia an tantum operetur: quantū sententia condemnatoria, ut officium interdicatur.*
6 *Administratio quibus personis ratione postulationis sit interdicta.*
7 *Superiorem cum accusato dispensare num litis pendentia impediat.*
8 *Prælatus suspectus ab administratione repellitur? Et an tutori æquiparetur. nu. 9.*
10 *Administrator negligens non remouendus, sed ei datur coadiutor.*
11 *Aequiparatio de prælato ad tutorem accusatum an bona.*
12 *Inquisitiones, cùm de dilapidatione inquiritur, quot & qualiter fiant.*
13 *Prælatus quantuncunque nobilis, secundùm ecclesiæ facultates expensas temperare debet.*
14 *Prælatus ob quid a subditis timetur.*
15 *Parte confitente an alio in inquisitione generali opus sit indicio.*
16 *Punitio malefactorum aliquid prodest.*
17 *Damnatus per inquisitionem an sit infamis:*
18 *Generalis accusatio non admittenda.*
19 *Inquisitio generalis, stante statuto uel consuetudine, cuius uigoris sit.*
20 *Liberto patronum accusare num permittitur.*
21 *Accusatore non extante nemo punitur.*
22 *Reipublicæ interest, quòd crimina puniantur.*
23 *Actio una an, etiam pœnis concurrentibus, aliam tollat.*
24 *Consideratio puniendi criminis multiplex.*
25 *Parricidium sine homicidio fit, sed homicidium sine parricidio non.*
26 *Pœna extraordinaria imposita, an quis alia puniri possit.*
27 *Iudex quando iniuriam propriam uindicare uideatur.*
28 *Hominis mortui memoria quibus in delictis damnanda. & num. 29. Et an delinquens delicto commisso omne dominium amittat. num. 30.*
31 *Alienatio in fisci fraudem uel aliorum a delinquente facta, num reuocetur.*
32 *Fratis, qualiter, & in quos, committatur.*
33 *Sententia super crimine, ut bona publicentur, an sit necessaria.*
34 *Verbum, mox, uel incontinenti, in lege expressum quid importat.*
35 *Hæreticus an dominium habeat.*
36 *Fiscus non nisi lata sententia apprehendit delinquentis bona.*
37 *Donatio post delictum commissum uxori facta num reuocatur.*
38 *Delinquenti accusato, & fugitiuo, bonis administrandis interdicto an solui possit.*
39 *Libertas donata an reuocetur.*
40 *Fiscus si in eius fraudem alienata reuocat an emptoribus teneatur ad precij restitutionem.*

1 NIl nouari accusatione pendente. Dicit Ang. in l. defensionis facultas. C. de iure fisci. lib. 10. q† pendente controuersia cum fisco, super aliquibus bonis, nemo debet sua possessione priuari, nec incorporari eius bona in fiscum. Hinc descendit quod no. Inn. in c. querelam. de election. quòd si iudex abstulit



stulit alicui possessionem, illo non requisito, potest illam reuocare, illo non citato, in quem trāstulit. hinc descendit quod
2 dicimus, q nemo† debet de facto, sua possessione priuari. C. vnde vi. l. si quis in tantam. & l. meminerint. & si per vim, vel alio modo. l. fi. imò quilibet est in sua possione tuendus & defendendus: vt not. de præben. c. de multa. & facit quod not. ff. ne uis fiat ei. per totum.

Itē accusatione pēdēte descripto bonorū sit in signū incorporationis. vt pingere arma fisci. C. vt ne priua. l. 2. & l. si quādo. C. de bo. va. & ista nō debēt fieri lite pēdēte, quia non debet fieri executio ante sententiā, ut l. defensionis facultas. alle. & in l. j. C. de execu. rei iudi. Quēdā est descriptio. ordinata solū ad finē, vt omniū rerū habeat notitia, & ista pōt fieri accusatione pēdente, vt ff. de req. reis. l. fi. ff. de. vend. in poss. mit. l. j. §. pe. ff. de bo. aut. in pos. l. fi. ff. loc. l. d ñi. ff. de cōtrah. emp. qa nemini affert piudiciū, licet trū incorporatio fieri nō possit lite pēdente. trū p p timorē baratationis pōt venire ad sequestrū, ut l. Imperatores. ff. de appe. de qua sequestratione vltra omnes doc. mūdi, loquitur Archid. 11. q. 1. c. quia res. si tamen possessor vult satisdare de seruādo rē, semper sequestrationem euitat. de reb. eccle. non alien. c. si quis diaconi. vnde Cy. qui hoc dicit in l. j. C. de prohibita sequestra. dominus Bartol. in l. litibus. de agric. & censitis. lib. 11.
3 dat remedium† ad sequestrum impediendum, & dicens quòd ille, qui vult impedire sequestrum, aut etiam facere reuocari, debet interim satisdare de restituendo, etiam absque alia destinatione, vnde non sufficit simplex satisdatio, nisi dicta reponantur, quòd colligitur ex litera in alleg. l. litibus hoc remedium est secūdùm Bal. in l. j. de prohibit. sequestra. pecu. est verum quando inter actorem & reum cadit satisdatio, aliàs non cessat sequestratio. ut l. Imperator. ad Trebel. & quòd descriptio fieri posset, ut est dictum, ponit Bartol. in l. fin. ff. de requiren. reis. & in l. post contractum. ff. de donat. & Bald. in l. defensionis. allegata. & dicit gloss. in d. l. defensionis. quòd hæc quæstio, an Titius deliquerit, de cuius bonis quæritur debet præcedere omnem incorporationem bonorum, & in aliis fiscum præcedat, vel nō. pro quo l. j. C. ubi causę fiscales. uel etiam si liquet de delicto debet liquere an bona sint illius, vt l. fin. C. de bonis vacan. Item idem Angel. in l. 1. C. de reis postu. libr. x. dicit, quòd postulatus de crimine nouos honores non assumit, nisi suam ignorantiam excusauerit. ideo dicitur postulatus de crimine, quia si postulatur debitor quantitatis, non prohibetur honores assumere, nisi esset debitor ex causa vectigalium: vt l. rescriptum. §. debitores. ff. de mune. & hono. & l. 1. C. de debi. ciui. vel nisi inferretur sibi quæstio omniū bonorum, vel maioris partis ipsorum. ff. de excusatio. tuto. l. propter litem. uel nisi sibi moueretur quæstio status. Item ideo dicitur postulatus, quia si nondum postulatus est, vel est postulatus, sed accusator desistit, non prohibetur ad honores assumi. ff. de mune. & hono. l. rescripto. §. siquis. Item ideo dixit, nouos, quia veteres retinet, ut l. aufertur. §. siquis in reatu. ff. de iure fisci. Item ideo dixit honores, quia à muneribus non excusatur, sicut nec infamis: in l. unica. C. de infamibus libr. 10. Illud autem nota, quòd sicut postulatus de crimine, dignitate repellitur, ita & à testimonio, ut l. testimonium. ff. de testibus. Item ab officio procurationis, ut l. reum. C. de procura. & dicit Bald. in d. l. reum: quòd accusatus de crimine capitali, non potest esse alterius
4 procurator. ut d. l. reum. ratio † quia tantum operatur pendentia litis, quantum sententia condemnatoria, quantū ad interdicendū officiū ff. de mun. & hono. l. reus delatus & c. olim. de accusa. Si uerò loquimur de crimine non capitali. ratio est, quia lex uult, quòd intendat purgationi criminis, & quòd non suscipiat officium procurationis. argu. ff. de public. iudic. l. is qui reus. & per d. l. reum criminis. dicunt doct. quòd prælatus accusatus de dilapidatione in curia Romana, non potest interim tanquam syndicus monasterij agere, uel conuenirī, quod not. & si administrator legitimus, puta platus, tutor, cu

6 rator postuletur de crimine ratione †huius postulationis interdicitur sibi administratio: ut l.reo criminis.ff.de solu.vide c. omnipotens Deus. de accusa. & in capitul. accusatum. de simo. vbi Innocen. sic dicit accusatum suspēdi ab officio, & hoc est propter infamiam, & non obtinet solùm in simonia, sed etiam alijs criminibus C.de reis postu. l.1.lib.10.& 40.q.5. c.presbyter. & propter suspicionem quis se mouetur ab administratione.3. quæst. 2.& c.quia ea. Item prohibetur ab ordinibus, qui suis accusatus.& etiā de quo fit inquisitio.81.dist. tantis,arg u.C.de procura.l.reum:sed non credunt quidam, ꝙ ab electione prohibeatur, & est arg. quia procurator constitui non prohibetur, sed procurationem exercere: ut l.reum. C.de accusa.alij contra. hoc autem non extendimus ad exceptionem uel denunciationem: quia quantumcunque excipiatur uel denuncietur, nihilominus tamen eligitur, & confirmabitur. & consecrabitur in alia ecclesia, uel electione quam in illa,de qua excipitur.& de hoc no.de spon sa.impube.c.ad dissoluendum.& eodē.modo uidetur dicendum quibusdam in accusatione,& fortè non malè.c.accusatum.de simo.tantum loquitur in inquisitione. & exponunt accusatum id est infamatum,& propter infamiam contra eum procedit inquisitio.specialē enim dicunt inquisitionem: ut nullus contra quem proceditur inquirendo possit eligi. Et est ratio. quia cùm inquisitio non debuit fieri, nisi contra diffamatum: ergo iste, qui diffamatus est eligi non potest sed accusatio, nunciatio, & exceptio est in optione cuiusque: etiam nulla infamia præcedente, & ita per consequens esse in potestate cuiusque: & in optione cuiusque, quēlibet ab electione reuocare uel remouere, & hoc plus consonat rationi. & dicebat
7 Inno.in ca.dudum.de electio.quòd.† pendētia litis super crimine non impedit superiorem, quominus cum accusato possit dispensare: de quo uide tex.de iudi.c.at si clerici. & etiam dicebat Inno. in d. ca.dudum.quod pendentia litis inter confirmatorem ex una parte, & electum,uel eligē tur ex alia,non impedit superiorem cum possit de beneficio illo alteri prouidere, idem no.in c.cum M. de constitu.Io.verò de Imol.in l.quòd si fortè.§. sunt quidam.ff.de solutio.dicit inquantum Bart.
8 hic dicit, quòd † si prelatus,etiam si probatur suspectus,non remouetur ab administratione,nā hoc est falsum,ut probatur in cap.licet Hely. & ibi per Innoc. extra de simo.& per gloss.& Ioan.Andr.in c.venerabili.de officio.deleg.& 3.q.2.ca.quia ea. Sed quæritur quare prælatus statim cùm accusatur de suspecto,non remouetur ab administratione, sicut fit in tutore,ut l.eū quē.C.de suspec.tuto.cū † prælati equiparentur tutoribus, vt l. Orphanotrophos,cum ibi not.C.de episc.& cler.
9 & in cap.qualiter & quando. Io 2. de accu.respondit Innoc.in d. cap. licet Hely. quia pleniorem & pinguiorem curam & administrationem habet prælatus,quàm tutor,cùm possit vti fructibus ad suam utilitatem,& sic tanquā procurator in rē suam,quod non est in tutore, ideo per solam pēdentiā accusationis de suspecto, ipso iure interdicitur tutori administratio: tamen secus est in prælato,si tamen vltra pendentiam accusationis sit aliqua verisimilis suspicio contra prælatum, tunc non in totum interdicitur administratio prelato,sed ei datur coadiutor, & ita loquitur capitu. venerabili. primò allegato. Si uerò posteà probatur suspicio,tunc ex toto remouebitur,vt patet ex d.c. venerabili.& c.licèt Hely. Ang.autem in d. §.sunt quidam.hoc non declarabat,sed solùm dicebat simpliciter,quòd potest dari coadiutor, vbi prælatur est suspectus, vel de dilapidatione diffamatus,de quo coadiutore habetur tex.in c.gandi.de excess.
10 lib.prælato.in 6.& idem † dicit, quando administrator est negligens, nec potest remoueri propter negligentiam, quia potest ei dari coadiutor, ut in ca. gandi. allegato. & de dicto coadiutore habetur tex.cum gloss.id l.si pręses. C. quomodo & quādo iudex.& d.c.uenerabili.Itē adde inquantū Bar.simpliciter voluit. quòd si tutor accusatus de suspecto est coniunctus pupillo,quòd nunquā debet remoueri,



ri,etiam si probatur suspicio.nam glo.tenet contrarium, quando. sibi adscribitur culpa, & non dolus: sed tunc uerba habent reparari,ne infametur argum.l.non debet.ff.de dolo.ita tenet gl.in l.1.§.ostēdimus. ff.de suspectis tuto. licet.gloss.non bene se firmauerit in l.si tutor aliquo uinculo.eo.titu. Bar. tamen ibi dixit hoc arbitrarium in hoc ultimo casu. Et per pre-
11 dicta patet, quòd † non procedit equiparatio glo. quam facit de prelato, ad tutorē accusatum de suspecto, propter pendētiam accusationis: ut quia perdat administrationem: licet gloss. hoc senserit in §. hoc autem. institu. de suspect.tuto. Ioan. uerò de Ligna. in c. licet. Hely.de simo. dicit quòd Hostien.ibi ultra glo. dicit, ꝙ si euidenter constat de suspicione dilapidationis,uel uideatur Papæ, suspendi tur ab administratione.nam & ad hoc sufficit secundùm Inno.leuis suspicio:ut l.quòd si fortè.de solu. & ff.de suspec.tuto.§.3.præterea quando ipso administrante accusatio intendit ur.tunc enim alius in administratio subrogatur: & sic intelligas. 3.q.2.quia ea. arg. C.de suspec. tuto.l.eū quem. de accusa. cap.olim. & secundùm hoc intelliguntur not.in c. uenerabili. de offic.dele. dicebat. Hostien. quòd † quan-
12 do de dilapidatione inquiritur,fiunt duæ inquisitiones: prima de suspicione:secunda de ueritate. De prima fit inquisitio summaria:ideo quia timetur, ne is contra quem de ueritate inquirendum est, officiales corrumpat: & etiam inquisitionis ueritatem impediat, si in administratione perseueret: ideoque si per summariam informationem factam super suspicione suspectus appareat, ab administratione remouetur: ut allegato cap. licet Hely. & 3.q.2.quia ea secūdùm Goffre.sicut aliàs per suspicionē fit sequestratio.ff.de appellatio.l.Imperatores.2.quæst.6.quoties. & sacerdos ab executione ordinum suspenditur,in c.accusatum.de simo.ca.quoties. de purga.cano. & c.inter solicitudines. & tutor ab administratione, si ipsum suspectum liqueat apertissimis argumentis. ff. de suspect.tuto.l. 2.§. præterea.qui, si ob fraudem remouetur, fit infamis. C. de suspect.tuto.l.fi. aliàs autem non remouetur, nisi probata suspicione:ut in dicto capitulo. licèt. in authen.de non alienandis.§ quia uerò Leonis. & §. si quando colla.2.probatur suspicio per coniecturas: ut si ecclesia magnos habet reditus, nec requiruntur magnæ expensę: & nihilominus est prælatus magnis debitis implicatus: ut patet in dicto capitu. licet. aliàs nec excuset se prælatus obtentu nobilitatis:
13 quia † quantuncunque nobilis sit restringere & temperare debet expensas, secundùm ecclesiæ facultates: ut patet in eo, quod legitur,& not.in capitu.quoniam.1. responso. de uita & hone. cle. & de institu. capitu. 1. & capitu.authoritate. probata uerò suspicione, suspecto suspenso, inquiritur de ueritate dictæ dilapidationis, non summatim, ut prius, sed plenè;sed si ueritas reperitur, nec possit se excusare, omnino deponitur ab administratione in perpetuum, & dabitur non coadiutor,sed administrator.C.de sacrosanct.ecclesi.l.iubemus. 12.q.2.uobis. & per primam sententiam super suspicione remouetur ab administratione,temporalium,ne impediatur inquisitio ueritatis,& ne interim bona ecclesiæ dissipet; ut in nuitur in dicto capitu.licet. & 3.q.2.quia ea. quia interim &c. nihilominus tamen prælatus remanet in administratione in spiritualibus. 12. q.2.uobis. & c.Vulteranæ.8.q.4.cap.nonne.16.quæst.fi. cap.fin. ut lite pendēte per totum secundùm Goffre.quod intelligas, nisi de ipsius malitia uerisimiliter præsumat; puta astringit sibi illos,q ueritatem sciunt: uel alio modo corrūpit, uel minatur,ne ueritatē dicant. de testibus.c.cum literis.§.i.& c.constitutus.1.responso.tunc.n.& à spiritualibus suspendi posset. de concess. præla.c.tanta nē
14 pè timere† possunt subditi cū ipsius iudicio nunc possunt opprimi, nunc erigi pro libito uoluntatis.15.q.2.capit.1.post medium. ad idem quod legitur & no.de accusa. c.olim. In secunda uerò sententia ferenda super acquisitione ueritatis, & quo ad administrationem, & quo ad ius omnino remouetur ab administratione temporalium & spiritualium.de accusa.c.

qualiter.lo 2.§.1.in fi. & licet remotus in ordine suo remaneat.executionem tamē sui ordinis non habeat, cum per sententiam remaneat.infamatus.C. de suspect. tut.l.fin.quia eius delictum factum est notorium iuris.de tēpo.ordi.c.fi.de cohabi. cle.& mul.c.uestra.& c.fi. secundū. Goff. si verò conuinci non potuerit, purgare se poterit: ut legitur & nò.in c.cùm P. Manconella.§.fin. & c. veniens. de accusa. & idē quod suprà dictum est per dominum Io.de Lign.idē in effectu,& quasi in verbis dicit in d.c.licèt Hely.Anto.de But.& adde prædictis quod alibi dicit Innocen. in c.bonæ.de elec. ꝙ ex inquisitione generali nemo uidetur damnandus, nec est sufficiens inquisitio generalis ad aliquem condemnandum cùm uideatur fieri ad inueniendum, & ad inuestigandum,non ad puniendum. & sic uidetur fieri,ut prēparet uiam inquisitioni speciali, & sic dicit ibi Innocen. quòd seruat totus mundus. Idem uidetur sentire.Bart.in l.2. §. si publico.ff. de adulteriis. & idem tenet Bal.in titu.de elec.super Innoc. ubi punctaliter sic dicit ex recep. ergo super generali inquisitione non sequitur condemnatio alicuius specialis personiæ, quia nec citatur aliqua specialis persona, nec seruatur ullus ordo iudiciorum in generali inquisitione,secūdùm Inno.in capit. bonæ.de elec.facit quod no.institu. de publi.iudi.in princip.& quod not.in l.fi.ff.de bono.possef.l.3 §. si causa cognita. ff. de
15 re milita. l.3.§.si ad diem.si † tamē pars confiteretur super generali inquisitione hic,non esset alio iudicio opus, cap. per inquisitionem.de elect. Nam ex quo cōstat de maleficio non curamus de modo. idem Baldus idem tenet in titu. de elect. in suis additio.ubi dicit not.quòd si maleficium est notorium, sed malefactor est incertus,puta apparet, ꝙ aliqua monialis est prægnas, sed nescitur quis concubuerit cum ea uel corpus mortuū publicè apparet, sed nascitur quis eum interfecerit: ut ff.ad Silla.l.j.§ illud.tunc totus mundus pro contingente tali maleficio notorio iudicem adit,& statim inquirit iudex generaliter,nō contra certā personā, & tunc nullo uocato iudex potest recipere testes,quis fecerit illud maleficium, qui testes ualēt ad instructionē iudicis ad hoc ut iudex habet necesse formare specialem inquisitionem, & tunc scilicet in ista secunda inquisitione speciali citabitur reus, & audietur sua defensio, & testimonia recepta primitus ad informationem,nō ualebunt ad probationem; sed denuò oportet,quòd deponant,ut in cap. ueniens: de testib. & c.bonæ. secundùm Innocen.Idem tenet Bal.in l.edita.C.de eden. in sua repetitione Paduana, dicens quòd Barto.in l.2. de adulte.§.si publico. dicit,quòd ex probatione super generali inquisitione non potest sequi condemnatio,sed sequitur specialis inquisito,ex qua sequitur condemnatio, secundum Nicol. de Matta. quod mihi non placet, dicit Bald. Nam si citatur super generali, respondet inquisitioni; & confitetur, uel committitur, puta eum condemnandū:
16 aliàs non † purgaretur prouincia malefactoribus ex ui generalis inquisitionis, cùm ex ea non sequeretur punitio.quòd est contra l.congruit.& dicit Innocen. quòd practicat totus mundus in cap.bonæ.de elect.ad quòd inquisitus responderet,& litem contestaretur, si non posset condemnari,uide promateria prædictorum dominum Angel.in repetitio.l. si uacantia.de bo. uacanti.libro x. & eundem Ang.in allegato §.si publico.Et ideò dum Barto.in l.infamem. ff.de publi.iud.
17 dixit quòd † damnatus per inquisitionē est infamis, dū tamē sit damnatus de tali crimine, ex quo esset infamis,si per accusationem esset damnatus, per dictam l. infamē.licet contrarium notauerit glo.in l.3.§.præterea.ff.de suspectis tutor. & in l.secūda.C.de modo multa.quas sequitur Dyn.& bene not.quia reputantur singulares.Bal.autem in dicta l.infamem. & dicit,quòd putat hoc dictum Bartol. uerum,quando quis damnatur ex inquisitione specialiter formata cōtra aliquem, de certo & de terminato delicto, secus in damnato ex inquisitione generali. Exemplum,quando tempore syndicatus cōtra assessorem, vel officialem formatur inquisitio



quisitio generalis, & eius vigore de aliquo delicto condemnatur: quia tunc non est infamis ex eo,quòd extra ordinem est condemnatus,cùm illa inquisitio nō posset succedere in locum generalis accusa-
18 tionis, cùm generalis accusatio non admittatur l. libellorum.ff.de accusat. allegat etiam Bald. quod not. in cap. qualiter & quando.de accusatio.& in cap.cùm oporteat. de accusatio. secundùm tamen Ioan. de Imo. in d.ca.infamem. alleg.potest dici,quòd dictum Bald. potest proce
19 dere, quando in loco,vbi fiebat † inquisitio generalis, erat consuetudo vel statutum: vt vigore generalis inquisitionis fieret condemnatio. Ang in l. ea quidem. de accusat. dicit ꝙ est inquisitio specialis circa personas, & generalis circa delicta, & illa non requirit solennitatem l.libellorum.Exemplum,inquiritur contra turorem ad remotionem ex eo, ꝙ dicatur in administratione malè versatus, vel contra prælatum, & istæ non sunt tantæ potentiæ, vt ex ea sequatur condemnatio, sed debet posteà contra infamatum specialiter inquiri, & iterum in hac inquisitione speciali debent testes examinari, quando ex primis probationibus, nulla condemnatio sequi potest: sed solùm in illis, quæ fiunt in inquisitione speciali. quod tenet Spec. titu. de inquisitio.§. 1.& ibi per Ioann.Andr.in addit. Bart. in l.2. §. si publico.ff.de adulter. Ego autē hæc omnia limito, quando istæ inquisitiones generales formantur solùm ad inuestigandum crimen. & ad istum finem solū tendunt.sed ubi tenderent, & ordinarentur ad finem punitionis, & probarentur in ea,delicta & circunstantiæ, non video quare sequi non posset condemnatio in rectoribus ciuitatum, qui sic dicantur: nam contra eos formatur inquisitio generalis de multis delictis, & super ea examinantur, & si singulariter probantur, uirtute illius inquisitionis generalis condemnantur. Idem dico, dicit Ang. in prælato & tutore generaliter inquisito ad finem remotionis.vt l.3.§.præterea.ff.de suspe. tuto.& si tutor non gesserit.l.1. & de hoc in Specu.in titu. de inquisit. vel potest dici, quòd ex inquisitione generali de facto potest sequi condemnatio, sed non de iure: tamen,siue de iure,siue de facto fiat, videtur per rationem Bald. quòd cōdemnatus sit infamis.fortiter facit l.1.in fi.C.
20 si tutor non gesserit. Nam † ibi patet ꝙ non permittitur liberto accusationem famosam contra patronum instituere: tamen illi permittitur, quòd promoueat inquisitionem contra patronum in casu, in quo accusatio esset famosa, & si ex inquisitione patronus deberet infamari,videretur quòd inquisitio deberet denegari liberto, sicut & via accusationis, cùm eadem esset ratio: ex quo uia inquisitionis esset famosa, & sic & ipsa accusatio. unde fortè opin. glo. posset sustineri per illum tex. Nec obstat l. ordo. de accusat. quia ibi loquitur quando fit mutatio de ordine solenni ad non solennem, vt ibi patet: nam quando fit mutatio de una uia ad aliam diuersam uiam, in qua dispensator procedit contra regulas iuris: vt est videre in viam inquisitionis, per quam in certis casibus dispensatiuè proceditur. de quo in l.2.§.publico.alleg.per glo.& Bart. quod tamen est contra regu
21 lam iuris: quia † nemo sine accusatore punitur, ut l.rescripto. §.si quis accusatorē. ff.de mune. & hono. & cap.1. de accusat. lib.6.& si iudex aliquem de crimine puniuit extraordinariè, an possit puniri ordinariè de eodem delicto? Anto.de Butr. in ca.1.de falsis tenet quòd non. Cyn.ponit in l.nullum.C.de testib.& l.vbi.C.de falsis. & dicit, quòd aut iudex extraordinariè puniendo ipsum, puniuit plenariè, & tunc de cæterò non poterit accusari, & sic intelligunt quidam quod no.C.de testibus.l.nullum,aut non plenariè,sed modicè puniuit, & tunc poterit de nouo ac-
22 cusari, vt plenariè puniatur.quia † reipublicæ interest,ne crimina remaneant impunita.l.ita uulneratus.ad leg. Aquil. sed hic remaneret ita punitum,quatenus nō ad plenum pœna delicto responderet. & ita tenet Pet.in l.vbi allegat. Alij contra, quia de delicto unius hominis non est sæpius quærendum, ut l.licet.in fi.ff.nau. cau.stabul.& ꝙ cùm agit vna via ad vindictam,

dictam, non potest alia intentari: vt dicit idem Cy. in l. sepulchra. C. de sepulchro viola. vbi sic dicit: nunquid si eligitur via statuti, qua pœna minor imponitur, posset agi via communi, quæ imponit maiorem. vel econtra, si maior esset pœna statuti? videtur ꝙ sic: vt l. qui cum vno. §. qui post. versicu. nam & qui. ff. de re milit. & ff. vi bonorum rapt. l. 2. & l. cùm vno. ff. de act. o. & oblig. & C. quando ciuilis actio. crimi. præiud. l. 1. econtra videtur ꝙ non: ut ff. de accusa. l. senatus. vbi faciunt quidam casum. & ff. de iniurijs. l. quod senatus. Non obstat prædicta l. in contrarium inducta: quia verum est, quoties sunt plures viæ agendi, ꝙ una via peracta, agitur, alia in quam plus est, scilicet vbi utraque competit interesse: sed si vtraque competit ad vindictam: tunc secus, ut not. in d. l. quod senatus. & hoc tenet Cyn. ibi. & in l. 3. ff. de libero, homine exhibend. Pet.

23 videtur sentire, ꝙ † quatenus pœnę concurrunt, vna actio tollat aliam, quatenus excedunt in eo, ꝙ una excedit aliam potest agi, sicut in ciuilibus: vt ff. de act. & obligat. l. cùm ex uno. & l. 2. vi bono. rap. sed Iacob. de Ra. tenet, quod prius dixi

24 ꝙ vbicunque † crimen punitur diuersis legibus sub eadem consideratione: vt dicit idem Cyn. in l. qui de crimine. C. de accusa. Quandoque ex vno facto procedit unum crimen tantum, quod vna duntaxat l. punitur. Quandoque ex uno facto procedit unum crimen, quòd duabus legibus punitur, sub una consideratione tantum. Quandoque ex eodem facto procedunt plura crimina sub diuersis considerationibus.

Re'deo ad primum, & dico quandoque ex vno facto procedit unum crimen tantum, & una tantum lege punitur: verbi gratia: aliquis interfecit hominem: hic est vnum crimen homicidij, quod una lege punitur, scilicet lege Cornel. de sica. & in hoc casu non est dubium, quòd non potest accusari nisi ab vno: & ita exemplificatur principium l. qui de crimine. alega. Quandoque ex eodem facto procedit unum crimen, quod diuersis legibus punitur, sub una tantum consideratione: verbi gratia: quando iudex pecuniam recipit a subiecto, ut negotium faciat, uel non faciat: ex isto facto resultat vnum crimen sub una consideratione, quod quidem crimen duabus legibus punitur: vt lege Iulia repetundarum, & lege de calumniatoribus: ut ff. ad legem Iuliam repetundarum. l. 3. & isto casu licet diuersimodè puniatur istud delictum: tamen non potest nisi per vnum accusatorem puniri, & sic intellige l. senatus. ff. de accusatio. Quandoque ex eodem facto procedunt diuersa crimina: & circa istud membrum refert, aut unum se habet ad aliud, tanquam species ad genus. verbi gratia. aliquis interficit parentem suum hic committit crimen homicidij, & crimen patricidij seu parricidij: & vnum se habet ad aliud, tanquam genus

25 ad speciem: nam † parricidium non est sine homicidio, sed homicidium bene est sine eo. Isto casu si accusatio facta sic super homicidio non potest iterum super parricidio fieri: quia ex quo se habent inuicem, tanquam genus ad speciem, vnum continetur sub alio, & ideo non potest super hoc accusari. argumen. dictæ l. senatus. & hoc dicit ibi gloss. Quandoque ex eodem facto diuersa crimina procedunt: quorum vnum se habet ad aliud, ut excedentia & excessa. uerbi gratia: quando aliquis cognouit consanguineam suam alij nuptam: licet committat adulterium & incestum: & vnum potest esse sine alio. unde si accusatus fuerit super uno, & potest super alio accusari ab alio: ut ff. de adulterijs. l. si adulterium. & sic etiam intellige. lege qui de crimine. alleg. Bald. autem in lege vbi.

26 alleg. dicit † dum quæritur, an imposita pœna extraordinaria possit quis postea puniri pœna ordinaria? dicit quòd Petr. dicit ꝙ sic: quia extraordinaria pœna crimen non est punitum, ergo &c. Ad quod facit l. omnibus. C. de sportulis: alij dicunt contra: quia una pœna ad vindictam aliam tollit: sed dic quòd istud est verum, quando quælibet de per se sufficit: vt not. extra de iudic. c. at si clerici: tu dic, dicit Bald. ꝙ Petr. dicit verum alia ratione:



ratione: quia iudex puniens extraordinariè. non prosequitur, n si iniuriam suam: vt l. nullum. C. de testibus. ergo poterit ordinariè procedi. quia duæ personæ iniuriatæ ergo, &c. arg l. j. §. vsque. ff. de iniurijs. Iac. Butr. in d. l. nullum alleg. dicit

27 quòd † iudex puniendo testem, qui eius aures offendit ex suo officio, videtur propriam iniuriam vindicare. Et ideo nihilo minus poterit posteà lege Corneli. de falsis accusari. Item quia quãdo iudex eum punit ex suo officio extraordinariè, minor pœna ei imponitur, quàm quando accusatur lege Cornelia de falsis. Ludouic. autẽ in leg. post contractum. ff. donat. dicit quòd de iure communi, accusatione pendente nil est innouandum, nec administratio bonorum accusato interdicitur: vt l. aufertur. §. si quis in reatu. ff. de iure fisci vnde dicit secundum Barto: in l. post

28 contractum allegat. quòd † in criminibus in quibus potest damnari memoria hominis post mortem. de quibus per glo. in l. ex iudiciorum. ff. de accusat. & in §. per contrarium. institut. de success. ab intestato. & in quibus fit reuocatio ipso iure propter immanitatem criminis, vt in crimine iæsæ maiestatis & hæresis, nil potest innouari per patrem sed innouata reuocantur ipso iure, per l. vltimam, & penult. C. ad leg. Iuliam maiesta. necessaria tamen est declaratio: vt in c. cum secundum leges. de hæreticis. in sexto. sed in casibus in quibus non fit reuocatio ipso iu-

29 re, dic † quòd quędam sunt delicta, in quibus memoria hominis nõ damnatur, neque ipso iure fit reuocatio: tamen propter delictum statim dominiũ bonorum perditur, & in fiscum transit: vt l. commissa. ff. de public. & in authent. incestas. C. de incestis nupt. & in l. Imperatores. & ibi per Dy. & Bar. plenè. ff. de iure fisci. & tunc nihil est innouãdum. & si innouatur puta alienando bona: vel aliàs non valet

30 alienatio, cum † dominium non habeat, cum statim post delictum amiserit. Quædam sunt delicta, in quibus licet dominiũ non perdat, statim ipso iure interdicitur administratio: vt l. quæsitum. ff. qui & à quibus. & l. ex iudiciorum. ff. de accusat. & tunc non potest alienare alienatione voluntaria, necessaria sic vt l. reo criminis. ff. de solutio. & l. alienationes. ff. fami. erciscun. l. & l. peto §. prædium. ff. de leg. 2. & intellige profuisse alimentis, aduocatis, & scripturis ad causam facientibus: vt l. fi. C. de ordin. cogni. & in c. ex parte. de accusat. Quędam sunt delicta, in quibus non interdicitur administratio: vt est regulariter de iure communi: vt l. aufertur. §. in reatu. ff. de iure fis. & tũc si est alienatio irretractabilis, vt manumissio: & tunc interdicit vt. l. pœnæ. ff. de manumiss. sed si est reuocabilis. tunc non interdicitur alienatio. vt l. post contractum. ff. de do-

31 nat. Sed † si in fraudem fisci, vel aliorum facta fuerit, tunc reuocatur: vt l. si quis. ff. de donat. caus. mor. & in l. in fraudem. in princip. ff. de iure fisci. siue facta fuerit alienatio ex causa lucratiua, siue ex causa onerosa: vt ibi innuit, & præsumitur alienatio facta in fraudem delicti, vt sub spe delicti committendi. Primò, si donauit omnia bona sua, vt l. omnes. §. Lucius. ff. de his, quæ in frau. creditor. & ibi Dyn. & ibi loquitur in donatione. Idem in venditione, secundum Angel. in l. qui testamentum. ff. de probatio. & ita consuluit Accur. in suo consilio, quod incipit: Quęstio, super qua consilium petitur, talis est, pater vendit filio spurio, &c. Et secundũ

32 Bartol. ista † fraus potest committi aduersus prędentes creditores & futuros, & in authen. sed iam necesse. C. de donatio ante nupt. & qualiter hoc fiat, ponit Bartol. in l. post contractum. & Cyn. & Bald. in authen. sed iam necesse. alle. Itẽ quando donauit coniunctæ pesonæ: vt l. data. C. de dona. & l. pen. C. de bo. quæ lib. vel filio spurio, vt. l. j. C. de natura. lib. debet esse aliqua causa ex qua præsumatur fraus, aliàs sola causa proximitatis non sufficeret l. si quis posthac. C. de bonis proscript. versi. si quid. sed ex coniunctione personarum præsumitur, quia debet scire, vt l. de tutela. C. de in integr. restitu. & l octaui. C. vnde cognati. & in remotione venditionis requiritur quod emptor sit particeps in fraude antequam posset reuocari, vt l. ait prętor. §. si quis par-

particeps.ff.de his, quæ in fraudem credito. Item si post alienationem vel donationem ipse alienans vel donans reperiatur possidere.l. sicut.§. superuacuum.ff. quib.mod pig.vel hypo.soluitur.& quod not. per Cyn.in l.siquis.C.de repudiã.hęredita.licet tunc potius videatur simulatio secundum Bartol. Item si alienatio fiat clam.vt l.fin. C.de ritu nupt. Item si post alienationem de proximo sequatur delictum: vt leg.si ventri.§. in bonis.ff. de priuileg.credito. Item si fiat alienatio sub conditione illa: si contigerit bona mea publicari: vt l.fin.& ibi not.ff.de stipu.seruo. Item in crimine erat deprehensus: vt l.fin.in princip.ff. de his, qui sibi mortem consciuerunt. Et supradictis adde quæ dicit Bartol.in l.Imperator.ff. de iure fisci: vbi dicit, quòd hæres propter delictum statim cadit à dominio: vt d.l.Imperator. & sic dicit Cy.suprà argu. contra hæreticos. vt ipso iure perdãt dominium rerum cũ cœperint esse hæretici. Sed circa hoc dicas, cum delinquitur circa rem contra prohibitionem legis, dominium ipso iure applicatur fisco: vt d.l.Imperator. & l.cõmissa.ff.de public. & l.j.§. an bona.ff. de iure fisci. Quandoque non delinquitur circa bona: sed aliàs committendo delictum, puta homicidium: vel crimen læsæ
33 maiestatis, vel hęresis tunc † est necessaria sententia super crimine, vt bona publicentur. vt l.ex iudiciorum.ff. de accus. & l.post contractum.ff.de dona.& l.aufertur.§.in reatu. ff. de iure fisci. tamen in crimine lęsę maiestatis, vel hęresis perdit dominium rerum. vt C.ad leg.Iul.maiesta.l.penult.& fin.& l.donationis.in fin. ff.de dona.& leg.ex iudiciorum. alle. Ista sunt verba Dy.certè primum membrum Dy.quando delictum committitur circa rem, est verum: sed quando committitur extra rem, bona non publicantur, nisi secuta sententia: hoc est verum in dubio, secus si in lege aliter exprimeretur, vel
34 † vteretur lex verbo, mox, vel incontinenti: vel diceret, statim amittant, vel similia: quia tunc ipse iure amitteretur bona: vt in authen.de incestis nuptijs.§.j.licet ibi Iacobus de Bel.aliter dicat. Idem si lex vteretur verbo præteriti temporis, vt sit priuatus: quia tunc intelligeretur ipso iure: vt l.iubemus.§.sanè. C.de sacro sanct.eccl. Et tertium dictum Dy. quòd in crimine hæresis, & læsę maiestatis bona publicentur de iure canonico, hodie
7 dicendum est, quòd † relatio facta principi potest dici duplex. Vna verbalis, qua iudex inter locutus est referendum esse principem, & istam potest iudex reuocare. & diffinitiuam ferre. Alia est realis, quia iam negotium instructum misit & literas suas princeps recepit, & tunc aut missionem istam de partiũ vtriusque voluntate facit, & sententiam fert diffinitiuam, & valeret, vt ff. de appel. l. ad Imperatorem. & l. fi. ff. de prẽto. stip. aut facit partibus inuitis, aut altera inuita tantum, & hic stat dubium nostrum, in quo meo iudicio est videndum, an terminus instantiæ per hanc remissionem suspendatur, vel non, vt primò casu non possit reuocare, nec valeat sententia interim lata. Secundo casu distinguatur, aut est lata in termino, quia expectauit vsque ad finem termini, non tamen labi permisit, & valet sententia: sed si displicet, appellari potest, aut superat adhuc multum de termino, & scribit, & tunc valeat, & robur recipiat aut princeps intra terminum instãtiæ rescribit quid finiendum, & tunc sen-
8 tentia prius lata non valet, & sic † ab hoc futuro euentu validitatis sententiæ pẽdet sicut & aliàs pendet, in l. generaliter. §. 1. C. de iureiur. & no. in l. cum iudex. C. de sentẽtiis & interlo. om. iud. & ratione huius dubij, & dependentiæ licet appellare; ut l. 1. C. de rela. alle. Et ex prædictis infertur ad quæstionem, statuto cauetur ut si petatur, quòd causa debet committi consilio sapientis non suspecti, & quòd iudex teneatur pronunciare secundùm consi-
9 lium sapientis assumpti pone quòd † iudex non expectato consilio sapientis pronunciat: an teneat sententia. & tenet Bartol. in l. 1. C. de rela. quòd sic. per dictã l. 1. coniuncta prima expositione gloss. & idem tenet nil nouari appellatione pẽdente. ego aliter dico, ut patet ex proximè dictis, quòd aut tempus instantiæ non currebat usque ad præsentationem consilii, & sententia interim lata non ualet: aut currebat, & interim lata sic est in suspenso: aut quia, aut nullum consilium præsentabitur intra terminum: & tunc ualet: aut præsentabit: & tunc aut contrariũ sententiæ, & non ualet sententia, quia iudex non tollit illam secundùm consilium sapientis ut debuit nec illud dicitur sequi quod nondum erat: sed antecedit & proprio motu fecit, & sic statuto non deseruiuit. & prouoc. accedat l. fi. ad fi. C. ad legem Falci. & ff. de admi. tuto. l. Titium & Męuium. in princi. ideo consilium est, ꝙ de neuo pronunciet secundùm tenorem consilij. arg. C. quomodo & quãdo iudex. l. prẽses. Io. uerò de Imo. in l. 1. §. quæsitum. ff. de appel. dicit quòd Ange. dixit in d. §. quæsitum quòd partibus consentientibus potest ferre sententiam non expectato consilio: alle. quod habetur in l. fin. C. de rela. coniuncta gl. ubi dicit esse casum. sed melius facit l. j. eo. ti. de rela. & per hoc patet secundùm eum, ꝙ non cogitur iudex sequi consilium, ex quo non cogitur expectare: alle. quod habetur in d. l. Titium & Męuium. alle. Sed aduerte quia cõtra ipsum facit quod habetur in l. iubemus. C. de app. vbi dicitur nil innouandũ soluit idem Ang. ꝙ ibi dicitur nil innouare per quęstorem, quasi sibi adiungantur alii duo qui simul iudicent, qualis debuit esse responsio ad consultationem. Itẽ facit contra prædicta quod habetur in l. ex illo. alle. ubi dicitur ꝙ cõsultatione pẽdente nil est innouãdũ, sed ibi respõdet, ꝙ ibi reducta erat tota causa ad principem per relationem, sicut dicit ibi patere in litera. Sed ista responsio non videtur bona, quia etiam in d. l. 1. cuasa erat ad principẽ relata. & tamen uidetur, ꝙ pendente relatione posset iudex, qui fecit relationem pronunciare, unde uidetur aliter posse responderi ad l. ex illo. quia ibi dicitur non debere relatione pendente aliquid innouari: non tamen dicitur quid iuris, si aliquid fuerit innouatum, & fuerit sentẽtia lata per iudicem referentem. unde tunc standum d. l. j. & sic licet iudex malè faciat interim pendente relatione ferendo sententiam per dictam l. ex illo. tamen
10 † si illam ferat de mero iure tenebit & poterit appellari, per dictam l. 1. & hanc solutionem sentit & tenet Bart. in d. l. ex illo. & Bart. ibi & hoc etiam tenuit Bartol. in d. l. ad principem. ff. de appellatio. vbi dicit, quòd si iudex commisit causam consilio sapientis uel superioris, põt suam emissionem reuocare sicut aliam interlocutoriam per l. quod iussit. ff. de re iudi. quod intelligit Bal. in d. l. ex illo. esse uerum, nisi ex forma statuti iudex teneretur committere causam consilio sapientis: quia tunc postquàm commisisset, deberet expectare consilium sapientis, aliàs non ualeret sententia: allega. quod habetur in capitulo. in veteri. de elec. Et aduerte, quia etiam statuta communiter disponunt, quòd quando committitur causa consilio sapientis secundum formã statuti teneatur iudex, sententiando sequi consilium sapientis: & si aliter sententiaret, non valeret tunc sententia, & sic quotidie seruatur, & practicatur. Sed si iudex non ex forma statuti, sed voluntariè causa commisit consulendam an possit indifferenter reuocare commissionem: dic, quòd partibus consentientibus clarum est quòd sic, per id quod habetur in l. prima. §. & post operis. ff. de no. ope. nunci. & quod habetur in l. ad Imperatorẽ. secũdùm vnũ intellectũ. allegat. sed si uellet reuocare inuita alia partium, tunc est dubium, nam uideretur ꝙ quòd nõ possit, per dictam l. ad Imperatorem, à contrario seu contrarium tenuit nos.

Bartol. in d.l.ad principem.per l.quod iussit.ff de re iudi. Et aduerte, quòd licet probare ꝙ faciat in hoc ultimo, quòd habetur in l. ad Imperatorem.ff.de appella.si ibi fiat punctus post uerbum, consentientibus: attamen facit contra si fiat punctus post uerbũ, remissam. Nam tunc cum dicat partibus consentientibus, posse pręsidem audire causam: à contrario uidetur innuere, secus fore si partes ante non consentiant. Item contra ipsum faciat ꝙ sententiam interlocutoria postquã missa est executioni non potest reuocari, nisi partibus consentientibus: uel nisi ex iusta causa reuocaretur: ut legitur & no. per eundem Bar. in d.l.1.ad fi.ff.de præto.stipu.& ideo cum interlocutoria de referendo ad superiorem, sit missa executioni per relationem factam per iudicem; uidetur quòd non possit reuocari absque consensu partium: prout etiam innuitur in d. l.ad Imperatorem. Et dicit Ioan.de Imo. in l.1.alle.de præto.stipu.circa fi.punctaliter sic not. singulariter istam gloss. quam ita bene alibi non reperies, secundum

11 Ange. quòd sententia † interlocutoria postquàm executioni est mandata, non potest reuocari, nisi in duobus casibus. Primò, quando hoc fieret de partium uoluntate. Secundo quando ex causa: ut si diceretur erratum in ea & sic debet limitari l. quod iussit. alleg quando non est interlocutoria executioni mãdata: ad huc aliàs regulariter reuocari posset, nisi in duobus casibus præmissis: & ita debent limitari notata. per cano. in c.cum cessan-

12 te. de appella. Sententia † uerò diffinitiua in duobus casibus præmissis etiam non reuocatur, per ea quæ habentur in l. & si errauerit. ff. de arbitris. & l. si diuersa. C. de transact. & in l. 1. C. quando prouoca. non est neces. & hoc ex officio iudicis. nam per † uiam appellationis & similia re-

13 media bene posset reuocari. Et aduerte: quia quod dixit de sententia missa executioni, idẽ dicit notab. Bar. si statim sententia secum trahit executionẽ. Item quatenus est dictum, ꝙ si iudex fert sententiã post relationem factam interim pendente relatione, ꝙ ualet sententia, prout uidetur tenere Ang. in d. § quæsitũ. & Bar. in d.l. ad principem. & Bal. in d. l. ex illo.

14 Contra illud uidetur facere, quia † appellatio, relatio. & recusatio uidentur æquiparari quo ad suspendendam iurisdictionem: ut est dictum: ut not. per. Io. Andr. in d. c. legitima. de appella. l.6. in nouella. & sic uidetur, quòd sicut actus, qui fit per iudicem post appellationem legitimam non ualet: ut in cap. pet tuas. de sententia excommunica. & eo. titu. cap. licet in 6. sed uidetur, ꝙ non ualet actus factus post relationem illa pendente: sed attende: quia ab ista ratione posset defensari dictum Barto. si teneremus opi. Inno. in cap. cum speciali. de appellatio. & ibi tenet, quòd licet malè facit iudex recusatus procedere post recusationm: tamen processus erit aliquis. & sic uidetur secundum hoc, quòd prædicta tria parificantur, quo ad hoc ut interim non debeat procedi: sed non parificantur quo ad omnia, si interim procedat. Hostien. tamen in d.c.cum speciali. & gloss. in cap. quoties. 2.q. 6. & 3. q.5. quia suspecti. in uerbo, canonicè. tenuerunt processum factum post recusationem, non ualere. & hoc etiam tenet Barto. in l. quia poterat. ff. ad senatusconsultum Trebellia. & si teneamus istam opinio. tunc bene facit ratio supradicta contra Barto. & sic uidetur scripsisse Bal. in dicta l. fin. & pro hoc uideretur sibi fuisse cõtrarius in eo quod dixit in dicta l. ex illo. quæ autem opi. ex prædictis sit uerior, uide ex dictis suprà nil nouari recusatione pendente.

Item contra opinio. Barto. & Bald. in dicta l. ex illo. facit text. in capitu. licet. de officio lega. ubi aperte uidetur esse casus contra prædictos. nam ibi dicitur, quòd si legatus Apostolicæ sedis, qui cœpit cognoscere de causa referat negotium ad Papam: si postea post relationem reassumat cognitionem, illud quòd faciet erit nullum, tanquam factum à iudice incompetenti. & illud etiam tenet Specu. in titul. de rela. §. fin. c. cum quo ibi transit. Ioann. And. & etiam idem uidetur. uelle in dicto capitul. legitima. & tenendo istam opi. pro qua uidetur casus in



in dicto. cap. licet. posset responderi ad iura per quæ mouetur Bart. Et primò ad l. j. C. de rela. potes dicere quòd ibi, non dicitur, quòd processus teneat, seu ualeat: sed quòd potest appellari, per hoc autem non sequitur necessario, quòd proces-

15 sus debeat ualere, † quia etiam à sententia nulla potest appellare, ut legitur & not. in l. si expressim. ff. de appellat. de quo per Ioan. And. post Inno. & Hosti. in c. dilecto. de appell. Item ad l. ad principẽ. potest responderi quòd si teneamus lectu ram glo. illa nihil facit probare, licet faciat secundùm lecturam, quam ibi ponit extra glo. unde potest dici, quòd illa non est bona, & per ea, quę habentur in dicto cap. licet. Item ad l. ad Imperatorem. potest responderi, quòd illa facit contra eũ, si præsentetur post uerbum remissam, ut superius est dictum. unde uidetur conclu dendum, quòd si iudex inuita altera partium procedat ad sententiam pẽdente relatione non ualet sententia, secus si de cõsensu partium hoc fácit, quia tunc ualebat, per id quod habetur in dicta l. ad Imperatorem. alleg. quamuis glo. ibi uideatur intelligere, quòd demum ex noua cõmissione tenebit processus. sed ille intellectus diuinat ad illam l. Plus voluit. Hostien. in Specu. in præallegato loco, quòd ita demum ualebit sententia, etiam si de uoluntate partium feratur, antequàm relatio fuerit præsentata superiori, nã aliàs etiam de consensu partium non posset ab illa recedi, ꝙ id quod habetur in c. bonæ. in versi. nec nocebit. de postu. prælato. qd' est not. nam per hoc limitatur dicta l. ad Imperatorẽ. sed secũdùm prædicta videt limitandũ etiam prædictũ c. licet præallega. & de iure ista uidetur uerior opin. ex quo habemus casum. in d.c. licet. & satis potest responderi ad contrarium per ea quæ superius dixit.

Sed Legistæ communiter consueuerunt transire cum opinio. Barto. sed uidetur, quòd debeat intelligi quando partibus cõsentientibus uellet ferre sententiã, aliàs secus, imò secundùm opinio. Host. ita demum partibus consentientibus põt fieri, si relatio non fuisset pręsentata superiori. si quis uellet aliud dicere fortè de iure ciuili. & aliud de iure canonico, non

16 uidetur tutum, quia † in dubio non uidetur esse discordantia inter ius canonicum & ciuile, si aliud fieri potest, argu. l. j. C. de inofficiosis dona. & in c. cùm expediat. de elect. in 6. Ang. tamen in d.l. ad Imperatorem. tenet, quòd iudex, qui causam misit principi consulendam de consu partium, non potest iudicare, nisi & consensus principis intercedat. & hoc uidetur etiam tenere gloss. n.l. fin. & in l. ad Imperatorem. & sic uidetur sibi contrarius in l. j. § quæsitum. de appell. vbi dicit, ꝙ de cõsensu partiũ põt cognoscere. nec dixit ibi, ꝙ requiratur consensus principis. Sed pro opi. Ange. in d.l. ad Imperatorem. facit cap. licet. alleg. pro opi. Ang. in d.l. 1. §. quæsitum. facit l. ad Imperatorem. & l. ad principem. alle. l. 1. C. de rela. quæ nihil dicunt de consensu principis requirendo. potest dici interdum, quòd quis abdicat se à iurisdictione ex toto, puta renũciando officium in manibus superioris, & tunc procedit quod dicit gloss. in dicta l. ad Imperatorem. quia ille efficitur omnino priuatus, seu priuata persona.

17 & † ideo non posset prorogari eius iurisdictio, cùm nullam haberet. l. priuatorũ. C. de iurisdictio. omnium iudicum. & sic loquitur §. & cùm placuisset. allega. in gl. dictæ l. ad Imperatorem. & l. legatus. ff. de offic. proconsul. Interdum quis non renunciat ex toto officio, sed remittit, uel refert unam causam ad iurisdictionẽ suam spectantem ad superiorem, ut contingit in casu l. ad principem. & l. ad Imperatorẽ. & l. 1. C. de rela: tũc tùm remaneat iudex in aliis, uidetur quòd de consensu partium absque cõsensu superioris possit prorogari eius iurisdictio, uel sic possit de causa; quam remisit ad superiorem cognoscere. & iste uidetur uerus intellectus illius l. ad Imperatorem, absque diuinatione & uiolatione literæ quicquid dicat ibi glo. fi. & Ang. ibi.

Sed nũc restat respõdere ad c. licet allega. ad quod potest dupliciter responderi. Primò, quòd illud capitulum loquitur, quãdo pręsentata fuit remissio & relatio ipsi

ipsi Papæ, quo casu non videtur absque eius consensu, quod etiam de consensu partium possit iudex se intromittere, per id quod habetur in capitu. bonæ. el 2. versicu. non nocebit. de postu. prælat. & not. Specu in tit. de relatio. §. fi. ad finem. sed l. ad Imperatorem intelligitur, quando relatio seu remissio non fuit præsentata principi: quo casu de consensu partium potest iudex de causa cognoscere sine consensu principis, & sic videtur voluisse Spec. in loco præallegato. Verum quia ista solutio ad l. ad Imperatorem, videtur diuinare cum simpliciter loquatur, & sic etiam in casu quo fuit præsentata remissio, seu relatio principi: Potest dici secundò quòd aliud fit de iure ciuili, secundum quod sufficit solus consensus partium sine principis consensu, etiam post præsentatam remissionem principis, per l. ad Imperatorem. & alia iura præallega. & aliud de iure canonico, quo casu procedit quod dixit in prima solutione.

18 † Et potest ratio diuersitatis assignari, quia facilius fit deuolutio causæ ad Papam omissis medijs de iure canonico, quàm fiat deuolutio ad principem de iure ciuili omisso medio: vt dicunt docto. in l. Imperatores. ff. de appellatio. & ideo non esset mirum, si dicatur, quòd Imperator uoluerit, & ius ciuile, quòd licet relatio fuerit præsentata principi, quòd nihilominus possit de consensu partium absque consensu principis. iudex, qui remisit, causam terminare: tutius tamen esset ad euitandas opi. habere consensum principis, quando fuisset sibi præsentata remissio: uidetur tamen per prędicta, quòd possit satis de iure sustineri, quòd etiam sine consensu principis posset iudex causam terminare. & istum intellectum videtur omnes Legistæ sequi, & potissimè Bar. Bal. & Ang. & pro tanto in foro seculari puto, quòd seruaretur opin. quòd non requiratur consensus principis: & prædicta procedunt, quando relatio fuit facta ad principem, vt d. l. ad principem. ad fin. vt consulat quid iuris, cum tunc iudex referens non uideatur ex toto abdicasse iurisdictionem, cum tunc iudex referens habeat iudicare in causa secundum consilium, quod fuerit datum à principe, ut l. 1. §. quæsitum. ff. de appella.

## SVMMARIVM.

1 *Hæres non confecto inuentario, an à creditoribus conueniatur, & quibus causis.*
2 *Silentium super rebus legatis quousque imponatur.*
3 *Titulus, quòd quisque, iuris, quando locum habeat.*
4 *Testatoris anima, an usuris non restitutis, pęnis affligatur.*
5 *Tempus conficiendi inuentarij quando currere incipiat. & nu. 6. Et an illud causa cognita iudex abbreuiet. nu. 7.*
8 *Inuentariũ an omisso crucis signo nũ teneat.*
9 *Consuetudo legum interpres optima.*
10 *Inuentarium nunquid de iure canonico sit necessarium, ut ultra uires hęreditarias hæeres non teneatur.*
11 *Hæredibus, de iure canonico, vindicta num permissa sit.*
12 *Tabellionibus pluribus dependentibus an magis credatur, quam totidem testibus non tabellionibus.*
13 *Inuentarium qualiter fiat. & nu. 16.*
14 *Creditorum nomina in inuentario scribenda.*
15 *Tutoris inuentarium an iudicio fieri debeat.*
17 *Debitum non est pupilli res, sed creditoris.*
18 *Inuentarij forma.*
19 *Testes quot & quales cum notario ad inuentarij perfectionem adhiberi debeant.*
20 *Inuentarium de quibus rebus fieri debeat:*
21 *Nomen istud, rei, an generale sit, & omnia compræhendat.*
22 *Creditores absentes nunquid sicut legatarij de necessitate sint citandi.*
23 *Citatio absentium, quando necessaria sit.*
24 *Inuentarium solius hæredis est actus.*
25 *Inuentarium confectum & non confectum quos producat effectus.*
26 *Sacerdotes, & prelati, vel magistratu existentes, an sicut legatarij & creditores possnt p iudicẽ laicũ in inuentarij confectione requiri.*



27 *Iudex an intra territorium suum forensem citare possit.*
28 *Iudex & pars faciendo quod possunt, an ad ampliorem obseruantiam teneantur.*
29 *Iudex an possit se in inuentario subscribere, uel per aliam.*
30 *Hæres omnia solennia seruans, & in uno solo peccans, an in totum Falcidio priuatur.*
31 *Bona fide sit, quod legitime sit.*
32 *Res a defuncto detentæ, quamuis non suæ sint in inuentario poni debent.*
33 *Protestatio num doli præsumptionem repellat?*
34 *Factum legitimè ex superuenienti casu non uitiatur.*
35 *Rerum demonstrationum per signa & latera, ut in libello fieri debeat.*
36 *Iuramentum an taxetur.*
37 *Hæres dispositionem de inuentario conficiendo factam non seruans, an creditoribus in solidum teneatur.*
38 *Hæres an per unius rei in inuentario omissionem Falcidia priuetur, & an legatarijs & creditoribus insolidum teneatur.*
39 *Nullum, & inutile, æquipollent.*
40 *Tutorem pupillo minus idoneum petere, & res in inuentario ponendas dolosè occultare, paria sunt.*
41 *Priuationis hæreditatis pęna quando matri sit imponenda.*
42 *Inuentarij solennitas in susceptione tutelæ an de iure Digestorum adinuenta sit.*
43 *Pęna actus nullitatem inducit.*
44 *Inuentarium, an non facta omnium rerum descriptione, reddatur nullum.*
45 *Mater, & qui cum ipsa gerunt, quando successione priuentur.*
46 *Hæredis inuentarium an ab inuentario tutoris multum discrepet.*
47 *Locorum consuetudo quando seruanda.*
48 *Hæredis inuentarium cui prosit, cessione beneficij facta.*
49 *Delictum an alij noceat, quàm delinquenti.*
50 *Fiscus bona uacantia occupans an ad inuentarij confectionem teneatur.*
51 *Ecclesiæ, hospitalia, & pauperes fisco æquiparantur. Et an hæreditatem damnosam dimittere possint. nu. 52.*
53 *Ecclesia instituta, & hæreditatem agnoscẽs, ad quod teneatur.*
54 *Ecclesia an pupillo æquiparetur, & quare.*
55 *Imperator, quia legum conditor, an omnia iura in sui pectoris scrinio habeat.*
56 *Executor testamenti non ex inuentarij omissione ultra uires hæreditarias tenetur, ut hæres.*
57 *Hæres quibus casibus ultra uires hæreditarias teneatur, si inuentarium non fecerit.*
58 *Inuentarium nisi conficiatur, an quis ad aliquid teneatur.*
59 *Testis annulum ad sigillandum non habens an cum alieno sigillare possit.*
60 *Subtractio rerum qualiter probetur.*
61 *Exceptio quælibet æquitate nititur.*
62 *Inuentariorum species multiplex.*
63 *Inuentarium quid sit.*
64 *Inuentarium nunquid uno contextu faciendum.*
65 *Verbum factum præteriti temporis, denotat rem perfectam.*
66 *Tutoris datio an per aliquorum omissionem uitietur.*
67 *Inuenturium an ab uno & eodem tabellione, & coram eisdem tabellionibus, & testibus faciendum sit.*
68 *Inuentarium intra quantum tempus per tutorem uel curatorem fieri debeat.*
69 *Paupertatem pupilli diuulgare inhumanum est.*
70 *Hęreditas an ante inuentarij confectionem sit adeunda.*
71 *Inuentarium debet fieri de omnibus rebus & iuribus, quæ in pupilli substantia sunt.*
72 *Attiliano quando locus sit.*
73 *Inuentarium an idem quod repertorium.*
74 *Inuentarium intra quantum tempus debeat compleri.*
75 *Inuentarium nunquid coram iudice ordinario fiendum sit.*
76 *Instrumento de alio mentionem faciẽti, num sit adhibenda fides?*
77 *Notarius num sufficiat unus ad inuentarium faciendum?*
78 *Citationes debent esse clarę.*

79 Res

79 *Res & instrumenta pupilli describi debent.*

80 *Inuentarium quare sic dictum sit:*

81 *Tutor quare ex inuentario conueniri possit.*

82 *Inuentarium quæ ratione per tutorem faciendum sit.*

83 *Pars num instrumenti publicatione sit uocandæ.*

84 *Inuentarium quando uitietur.*

85 *Hæreditas, quæ de nouo obuenit pupillo, nunquid sit in inuentario describenda.*

86 *Mora in confectione inuentarij commissa an purgari possit.*

87 *Tutor an interim cum facit inuentarium sit de pupilli bonis alendus.*

88 *Tutor, si agit, an totius inuentaeij copiam reo facere debeat.*

89 *Iudex an necessariò in additione, quæ fit cum in inuentario additur debeat esse præsens.*

90 *Inuentarium in iudicio fieri debet: et an illud à domi facto differat.*

91 *Inuentarium per unum notarium, ceptum, an possit per alterum perfici.*

92 *Tutor ut administrari possit, debet inuentarium facere.*

93 *Necessaria in inuentarij conuentione quot sint.*

NIl nouari inuentarij confectione pendente. Cy. in l.fi.§.donec.C.
1 de iure delib.dicit, quòd † donec hæres intendit inuentario, non debet inquietari a quibuscunque creditoribus, siue conueniatur, ut hæres, siue tanquam alius licèt quidam dixerint, ꝓ haberet priuilegium, dum conuenitur vt.hæres duntaxat, per l.de eo.§.fi.ff. ad exhibend. ꝓ non placet Cy. in causis verò pijs, in quibus agitur de periculo animæ, quæ omnibus rebus est præferēda, ut l.sancimus: C.de sacrosan.eccl. non habet locum dicta decisio secundum Cyn. post Richar. Malum. & ideò si testator iussit restitui usuras incontinenti potest conueniri. ad hoc facit ff.de administ.tut.l.tutor. qui re pertorium. in prin.versi.iterum nihil, &c. Bal. verò in d.§.donec. dicit, quòd hæres intra tempus conficiendi inuentarij non potest a creditoribus, nec legatarijs conueniri.

Hoc tamen fallit in relictis pro anima, & in restitutione vsurarum, quia non recipiunt moram temporis, secundùm Cy. post Richardum, prout est dictum. sicut nec expensæ funeris: poterit tamen conueniri vt possessor alicuius rei venditæ, licet non poterit conueniri tanquam hæres. ff. ad exhiben. l.de eo.§.pen.& fi. nisi pro rebus legatis ageretur rei vendicatione. Nā
2 † super legatis est impositum silentium, durante tempore confectionis inuentarij, quacunq; actione: ut l.fi.§. donec allega. vnde dicit Bartol. in d.§. donec ꝓ ista exceptio, ꝓ quis est intra tempus conficiendi inuentarij, impedit litis contestationem: ut apparet ex tex. ibi, ad iudicium vocare. Item apparet ex d.§.donec. quòd dicta exceptio, ꝓ quis est intra tempus conficiendi inuentarij, impedit processum, ꝓ apparet ex eo, ꝓ dicit inquietari, & per hoc tota die practicatur, ꝓ executio instrumentorum non fit contra hæredes intra tempus conficiendi inuentariū,
3 & licèt videatur, ꝓ † hæredes non possint etiam alios conuenire per titulum, quod quisque iuris. tamen in contrarium est veritas: quoniam ille titulus habet locum quando alicui conceditur priuilegiū ad sui postulationem, sed istud priuilegium non est huiusmodi. Angel. verò in tractatu suo inuentarij, dicit, quòd donec pendet dilatio inuentarii beneficium sibi impartitur, vt a nullo possit uexari, ut d.§. donec. fallit si conuenitur vt hæres: sed vt simplex possessor fortem reali iudicio, ꝓ intentari potest contra quemlibet possessorem, etiam non hæredem, ut ff.de re iudic.l.Nesennius.§. fundum.

Secundò fallit si vexatur pro legatis ad pias causas factis, quæ non requirunt dilationem, vt legata alimentorum pauperibus relicta, qui morerentur interim fame: vel pro restitutione malè ablato-
4 rum, vel vsurarum, quibus † non restitutis anima testatoris pœnis affligitur. Idem dicas, si quid fuerit relictum pro funere faciendo, & hoc tenuerunt Richar. Malum. Bal.& Cyn. in d.§.donec.

Tertiò



Tertiò fallit si ipse alios inquietat, ut hæres: quia illa dilatione pendente poterit conueniri ut hęres pulsatus ab eo. argumentū optimum. ff. de iudic.l.2.§.legatis.& C.de sentē.& interlo.om.iud.auth. & consequenter. nisi alios conueniret necessitate compulsus, ex eo: quia dilatio est periculum ablatura: ut quia debitores hæreditarij cum pecunia fugiunt: aut domus uicina minatur ruinam super domos hęreditarias. Et secundùm Cyn. tempus † inuētarii conficiendi incipit currere à tē
5 pore mortis, & aditæ hęreditatis: ut glos. hic dicit in l.fi. in prin. C. de iure delibe. & ibi Cyn. hoc tenet: licet gloss. in auth. sed cùm testator. C. ad leg. Fal. tenuerit, ꝓ à die quo sciuit sibi fore deletam. & illam sequitur Richar. sed no. Cy. quia machinationi quam allegat Richar. possunt creditores obuiare, uidelicet instando, ꝓ hęres adeat: per gloss. ibi, quę incipit, Sed nonne. & pet l.si quis instituatur. ff. de hæredi. insti. Bald. autem in l. fin. in princ. alleg. dicit ꝓ tempus inchoandi inuenta-
6 rium intra 30. dies, incipit † currere à tempore mortis, & adicæ hęreditatis: quia ipso conueniri non potest nisi probetur hęreditatem agnouisse: ut not. ff. solu. ma. l. si cùm dotem. §. transgrediamur. & l. proinde. ff. si cer. peta. & l. fin. alle. §. si uerò postquàm. & sufficit inuētarium fuisse completum intra tres menses. licet nō fuerit intra 30. dies inchoatum: quia neglectum in primo termino, potest reperiri secundo. ar. ff. de successo. edic. l. 1. §. sed uidendum.

Et scias, ꝓ Nico. de Mat. in d.l.1. quæsiuit † nunquid tempus conficiendi inuen-
7 tarium possit per iudicem abbreuiari causa cognita: & dic, ꝓ non. quia dilationes à lege datæ super his, quę in iudicio aguntur, sunt arbitrariæ: ut l. siue pars. C. de dila. tamen secus est in his, quæ extra iudicium aguntur, secundùm Odo. & Nico. de Matt. ego credo dicit Bald. quòd sit uerùm, ꝓ non possit abbreuiari, quia est tex. in d.§.donec. ubi imponitur silentium iudici. nec potest iudex reuocare factum legis ex sui capite: ut ff. quæ sen. sine ap. rescin. l. 1. §. item cùm contra sacras iudex sit necessarius non ꝓ necessarium decretum: sed pro citatione absentium Ang. autem tractatu suo inuentarij dicit, quòd si inuentarium non est inchoatum intra 30. dies, prout debuit inchoari. ut l.fi. alle. est tamen finitum & completum intra tres menses secundùm Vber. de Bobio, non ualet, ꝓ est seruo forma d. l. fin. pro hoc inducebat d.l.fi.§.si uerò postquàm. & per §. & si præfatam. & §. si uerò non fecerit. ibi secundùm hanc figuram. pro quibus facit. l. cum hi quibus. §. si prætor. ff. de tran. & de reb. eorum. l. magis puto. §. si cùm alieno. C. de agri. & cen. l. quemadmodum. li. x. Idem tenuit Ioann. An. in ti. de instrū. edi. §. fi. uer. item postquàm, & idem tenuit Mar. Sil. per dictum §. si uerò postquàm. & per §. si præfatam. Multi autem tenuerunt contrarium, quia suspicitur effectus. & hoc secus fuit. Cyn. Bart. in d.l.fi. & etiam Bal. ut suprà est dictum, mouentur: quia est leuis omissio: ut l. 1. §. fin. ff. de uentre inspi. & de ele. ca. cupientes. lib. 6 primam ōpi. Angel. semper tenuit per tex. dicti §. si uerò non fecerit se-
8 quendo Ioann. And. etiam, ꝓ † signum crucis quantuncunque sit leuis solennitas, si non fueris scriptum manu propria ipsius hæredis scientis, uel non scientis literas, cum quibus dictum signum facere sciat, inuentarium non tenebit. quoniā lex desiderat formam traditam obseruari. & hoc tenuit Old. & Hostien. consuluit, ꝓ fieret in c. Raynaldus. de testam. ad fin. per tex. dicti §. & si præfatam. ibi, solidauerit. & Odo. & Hugo. de la Fonte, tenuerunt contrarium per l. 1. §. fin. ff. de uentre inspi. argu. l. præscriptione. C. si contra ius uel uti. pu. prima tutior secundùm Ange. & ita dicit, ꝓ † seruatur de
9 consuetudine, quæ est optima legum interpres.

Adde supradictis quod dicit Ioā. And. in ti. de instrum. edi §. fin. uer. quid si hæres non fecit illud. in addit. 1. ubi dicit, ꝓ tempus quo debet confici inuentarium, hæredi instituto incipit currere immediatè post hæreditatem delatam, & cùm sciuit sibi delatam, & eodē modo fideicommissario currit immediatè post diem fidei commissi

commissi cedentem, nisi per institutum in geratur difficultas confectionis inuentarii. Tu autem dicas secundùm Angel. in suo tractatu inuentarii, ꝙ hæredi non curritempus nisi post aditam hæreditatem: nam inuentarium debet confici per hæredem, non per illum, qui hæres non est: ergo non ante currit tempus, quàm sit hæres: ut ff. quor. lega. l. 1. §. quod autem. & ff. de statuliber. l. statuliberos. §. si quis hæredi. quod etiam tenet Bar. saluo, nisi dolo adire distulerit in perniciem legatariorum & creditorum. & hoc tenet gl. in l. fi. §. si nautem dubius. C. de iure delib. & fuit sententia Cy. & Bar. & bene.

10 Sed † nunquid de iure canonico sit necessarium inuentarium: ut hæres ultra uires hæreditarias non teneatur. Bal. in l. fi. alleg. circa principium. dicit aut loquimur in foro pœnitentialia: ut in foro iudiciali.

Primò casu non attenditur inuentariũ nec confectio inuẽtarii, quę fingit hæredem subtraxisse: ut in authen. de hæredi. & Falcid. §. scimus. & ideo licet hęres non fecit inuentarium, non tenetur ultra uires hęreditarias, seu bonorum: vt not. in capitulo quanquam. de vsuris. lib. sexto. & de sepultu. capitul. parochiano.

Secundo casu in foro iudiciali, aut loquimur in obligationibus, quæ de iure ciuili non descendunt in hæredes, nisi quatenus ad eos occasione maleficij puenis-
11 se probatur. & idem ut in obligationibus ex delicto & de refamiliari, nam † ad vindictam etiam de iure canonico non transeunt ad hęredes: quia uindicta morte finitur: de collatione bonorum. l. cum emancipati. §. 1. facit quod not. 12. q. 3. ca. fraternitatis. nam hoc esset contra naturalem rationem, & etiam contra ius canonicum. aut loquimur in obligationibus descendentibus in hęredes, ut ex contractibus: & tunc in foro ecclesiastico seruabo hæc iura quæ de inuentario loquuntur, cùm ius canonicum nõ contradicat. Apud Theologos tamen quia forum pęnitentiale considerant, non attenditur ius ciuile; sed iudicant prout Deus esset iudicaturus sola ueritate inspecta. Hostien. uerò in summa in ti. de testa. §. ad quid hęredes teneantur. uers. quid non sufficiat. dicit, ꝙ si hęreditas non sufficiat ad debita persoluenda secundùm leges, si hęres non fecerit inuentarium tenetur ultra uires hæreditarias: iuxta l. fin. C. de iure delib. & idem uidetur secundùm ius canonicum in cap. Raynaldus. §. pen. & fin. in iudicio autem animę non tenetur hæres ultra quàm ad ipsum peruenerit de ipsa hęreditate, quamuis sibi imputari possit quo ad detractionem Falcidię faciendam.

Sed an de generali cõsuetudine oporteat seruari tot solennitates. Bald. in d. l. fin. dicit post Orlan. in sua summa artisno tariæ sub rubrica, inuentarium ab hęrede confectum. quòd ut plurimum dictæ solennitates, de quibus in princip. l. fin. allegat. de consuetudine non seruantur: & tamen inuentarium suis uiribus non frustratur. & dicit Angel. in suo tractatu inuentarij, quòd solennitas inuentarij quatenus est a iure ciuili introducta potest statuto seu consuetudine tollit, non autem sollennitas quę à iure gentium est introducta, scilicet ut in ore duorum uel triũ stet omne uerbum. & hoc tenet Spec. in titul. de instru. edi. §. fin. uers. quid ergo si hæres fecit scribi. in fi. Sed pone, quod tres notarii subscripserunt inuentarium nullo alio teste adhibito, nũquid sufficiat, Bald. in authẽ. sed cùm testator. C. ad leg. Fal. dicit, quòd gloss. in corpore in auth. de hęredit. & Falc. unde sumitur d. authẽ. dicit, ꝙ sic: quia unus uidetur alteri attestari, nec minus creditur eis, eo, quia sunt tabellones: imò plus istud est ualde notabile. ex quo secũdùm eum sume argumẽ
12 tum, ꝙ † pluribus tabellionibus deponentibus magis creditur quàm totidem testibus non tabellionibus. quòd tenementi.

Ad unum tamen aduerte secundùm Bal. in l. defensionis facultas. de iure fisci. lib. x. quòd pendente quęstione petitionis hęreditatis, si hæres non facit inuentariũ; non currit tempus ei: sed finita quæstione incipit currere tempus: argument. ad hoc ff. ad Silla. l. si quis in graui. & l. fin.



l. fin. & l. qui posthumus. quod est not. & dicit Bart. in l. tutor qui repertorium. de
13 administ. tuto. quòd † qualiter inuentarium debeat fieri tex. in l. tutores. de administ. tuto. dicit ꝙ in præsentia publicarum personarum. glo. tamen ibi intelligit, quòd sufficiat unus notarius. & ita ẽt dicit glo. in l. tutor qui repertorium. alle. & ita etiam dicit Bar. ibi, quod communiter seruatur Bal. in authen. sed cùm testator. dicit, quòd licet uideretur, quòd duo tabelliones requirerentur: vt in auth. de hære. & Fal. §. si verò absunt. Bald. tamen ibi cõcludit, quòd tabellio vnus sufficit cum legitimo numero testium. & glo. tam in l. tutores. alleg. quàm in l. tutor qui repertorium. alleg. videntur tenere, quòd inuentarium debet fieri coram iudice: argumen. l. chirographis. ff. de admin. tuto. Dicit Bart. in d. l. tutor qui repertorium. quòd doct. dicunt & bene, quòd quantũ ad tutorem sufficit fieri extra iudicium: sed quantum ad hoc vt inuentarium fa-
14 ciat fidem cõtra creditores, quorum † nomina describũtur in inuẽtario, requiritur vt coram iudice fiat, vt d. l. chirographis. & debent poni instrumẽta nominum per extensum in inuẽtario, ut l. chirographis. alleg. & hoc videtur tenere Specu. in titu. de instrumen. edi. §. dicto. vbi dicit, quòd contra inuentarium opponitur, quòd instrumenta non sunt scripta per extensum: puta dicit Bartol. quòd si quis vellet, quòd inuentarium faciat fidem & probaret, quòd esset necesse, quòd esset confectum coram iudice præsentibus vel citatis, quos tangit legitimè ad hoc: aliàs inuentarium non faceret fidem: vt in authent. si quis in aliquo documento. C. de eden. & quod dico, citatis, ad hoc intellige. clarè scilicet quòd appareat coram iudice ad videndum confectionem inuentarij, in quo exemplatur tale instrumentum debiti, debet enim esse clara citatio, vt l. aut qui aliter. ff. quòd vi aut clã ff. de adulterijs. l. denuntiasse in princip: Sed quantum ad tutorem volentem gerere sufficit, quòd effectus seu sententia instrumenti ponatur in inuentario: licet nõ totus tenor extensus. Bal. uerò in l. defensionis facultas de iure fisci. lib. 10. dicit ꝙ
15 † tutoris inuentarium debet fieri in iudicio, vt l. tutor qui repertorium. alle. quia inuentarium ipsius tutoris ordinatur ad sententiam, id est, ad decretum recipiendæ administrationis. C. de magistra. conuenien. l. fi. in princ. quod non est in inuẽtario hæredis, vt probatur in l. defensionis facultas. alle. quod ostenditur, quia inuentarium hæredis potest scribi per aliũ notarium, tanquam per illum qui præest actis: ergo non est necesse inuentarium fieri seu scribi in iudicio: tunc enim non posset in scripturam redigi, nisi per notarium, qui est apud acta, vt l. in fraudem. §. quoties. ff. de iure fisci. & no. ff. de testi. l. curent. puto tamen, quòd si tutor recipit administrationem cum decreto, confecto inuentario a pupillo, postea adueniat quædam magna hæreditas: puto ꝙ de bonis postea obuenientibus possit facere inuentarium etiam extra iudicium: quia non ordinatur tale inuentarium ad decretum, cum iam interpositum in primo inuentario recipiat extensionem etiã ad bona postea quæsita, vt no. in l. quamuis. de bo. autho. iudi. pos. Angel. autem
16 in tractatu sui inuentarij dicit, ꝙ † confectio inuentarij requirit præsentiam iudicis, & in eius præsentia debet fieri allegat l. nulli. §. cùm autem. C. de episc. & cleric. & l. de creationibus. C. de episco. audien. Bald. vero in authen. sed cùm testator. quærit an in fine inuentarij requiratur decretum iudicis? videtur ꝙ sic: arg. l. fi. C. arbitrium tute. In contrarium facit illa glo. singularis in l. pen. §. cùm autem. C. ad Trebel. vbi acta sufficiunt etiã sine adiectione decreti: simile in codice rationum.

Item inuentarium potest fieri coram iudice delegato: quod non esset si requireretur interpositio decreti. ff. de proba. l. ab ea parte.

Item inuentarium non est actus fori, cùm extra iudicium præsentibus partibus fieri possit. Non obstat l. fin. arbitrium tutelæ. quia ibi est inuentarium tutoris, vbi administrator debet committi: de hoc C. de episc. & cler. l. nulli. de bo. proscri. l. si

l.siquis posthac.C.de iure fisci.l.defensionis facultas,allegata. & debent poni omnes res,etiam instrumenta, ut l.fin.C.de alimen.pupil.præstan.& l.tutores. alleg. debita tamen quę debet pupillus non de-
17 bent ponere nisi uelit:quia † debitum nõ est res pupilli sed creditoris, & si sunt credita,de quibus non apparent instrumenta,secundùm Bar.in l. tutor qui repertorium.alle. non tenetur ponere in inuentario illa credita, sed postquàm exegerit, debet in inuentario ponere, sicut res de nouo obuenientes,vt l.fi.§.tali.C.de curfurio. Ang. tamen in tractatu suo de inuẽtario alle.dicit, q̃ si hæreditas mortuo testatore propter fructus & accessiones recipit incrementum quo ad legatarios., nõ debent poni in inuentario, si dictæ accessiones non debent hæredi in Falcidiam imputari,& tex. in d.l.fi.C.de iure delib. loquitur solùm de his, quæ reperiuntur tempore mortis, quo uerò ad creditores, vel vbi debent hæredi in Falcidiam imputari secundùm Ang.est secus: nam hæreditatem augent, ut l. quod de bonis.§. fructus.ad leg.Falcid.

Caueant autem omnes hæredes qui volunt gaudere beneficio inuentarij, vt cùm adeunt,vel se immiscent semper offerant se velle inuentarium conficere, & eius beneficio vti. aliàs tanquam certi de hæreditarijs viribus videntur hæreditatem agnouisse: nec conficiendo postea inuentarium quicquam eis prodesset, ut d.l.fin.§.cùm igitur. ibi nullo indiget inuentario. quod exponit Richar.Malumbra, quòd sibi prosit,qui dicit de dubitante, vtrum adeunda sit hæreditas vel repudianda, sit ergo cautus aduocatus agentis contra hæredem,qui objicit de inuentario iam confectio aut de conficiendo, dum asserit pendere adhuc, & superesse de tempore ad inuentarium faciendum: vt replicet quòd nec conficere potest, vt sibi prosit, nec confectum eum iuuat: eo quòd ante ipsum inchoatum velut certus de uiribus hæreditatis hæreditatem agnouit.. vel eidem se immiscuit, & pro hærede se gessit putè & simpliciter nulla protestatione præmissa,quòd vellet facere inuentarium, & eius beneficio gaudere: ac demum postea articulet, probet actus,quos fecit hæres,qui in dubio præsumptionem inducunt, quòd ipse se gesserit pro hærede. de quibus habetur in l.pro hærede. & l. gerit.ff.de acquirenda hæred.

Per hanc enim viam infinitos excludes hæredes, qui se putant posse conficere inuentarium, vel iam facti beneficio gaudere. Ang. in suo consilio, quod incipit, Punctus quæstionis super quo petitur consulendum, talis est Blasius minor 25.
18 annis &c. dicit,quòd † forma inuentarij est vt primò citentur creditores & legatarij, quòd certo loco & tali die compareant ad videndum confectionem inuentarij, & dicendum contra, in corpore de hære.& Falc.§.si verò scripti. & debent sigillatim citari, si certi sunt, aliàs sufficit generale proclama. Primum probatur ff. de ventre inspi.l.1.§.denunciari. & §. de inspiciendo.ff.de seruit. rustic. præd.l qui fundum.de consti.ca.cùm omnes.Secundum probatur.C.de remis.pign.l.si eo tẽpore.quod tenuit Rich.Malum.Iac. Bur.
19 Cy.& Bar.in d.l.si eo tempore: hoc † fit facto adhiberi debet vnus notarius, qui dictum inuentarium conficiat, & debent adhiberi testes, qui hæredem cognoscãt, vt l.fi.§.cùm igitur.alle.& isti sunt duo testes, qui ad cõfectionem & perfectionem inuentarij adhibentur. Item debent adhiberi tres alij testes eiusdem ciuitatis optimæ opinionis & famæ locupletes,qui cognoscant hæredem, & cognouerunt defunctum,& isti adhibendi sunt loco creditorum & legatariorum absentium.in corpore,de hęred.& Falc.§.scimus.& §.si verò absunt.& no.gl.ff.in d.§.cum igitur.& versi.cæterùm.Vnde si esset dare casum, q̃ nulli essent legatarij ut creditores, dicti tres testes non essent necessarij imò sufficerent solùm duo,& in omnisi quinque testium pręsentia instrumentum debet confici & perfici, vt ad hoc hæres nullam malignitatem possit circa testatoris defuncti substantiam committere, & præmisso venerabili signo crucis manu hęredis: quo facto hæres se subscribere debet propria manu sua, si scribere scit, in qua subscriptione manifestare debet quantitatem rerum defuncti, & quòd nulla malignitate circa ea vsus est,aut vtetur in posterum, si autem subscribere nescit, adhibendus est vnus notarius, qui pro eo dictam faciat subscriptionem. vt d.l.fin.§. finautem dubius. allega. & omnibus ita peractis notarius de confectione inuentarij rogatus illud in publicam formam redigat & reducat. Si autem dicta solennitas obseruata non fuerit, dictum inuentarium non ualet,& est nullum: ut d.§.& si præfatam, saluo nisi fuerit omissa solennitas signum crucis: quoniam illa est modica: vnde non curatur, vt l.1. in fin.ff.de ven.inspi.& ita tenent omnes. & sic licet idem An. tentat in tractatu suo de inuentario,quòd modica solennitas,& ita omissio signi crucis vitiet inuentarium, in consulendo tamen secutus est opi.Cyn. Bar. & Bal.& bene: quia ita communiter tenetur,& practicatur vbique: vt l. minimè.ff. de legib. vide Salyc. contrarium in allegata l.fi.§.si verò postquàm.C.de iu.deliberan.& Ioann.And. in addit. Specul.de instru.edi.§.porrò. & secundùm Ang.in dicto tractatu, signum crucis debet fieri per ipsum principalem, si potest principaliter interesse, aliàs per procuratorem ad hoc specialiter constitutum: vt l.fin.§. finautem a locis.C. de iure deliberan. Et secundùm Angelum in dicto tractatu in-
20 uentarij,debet † fieri inuentarium de rebus in hæreditate inuentis tempore mortis defuncti: ut l. fin.§. finautem. alleg. & dicit ibi glo. mobilibus vel immobilibus. Tu adde secundùm Ang. & nominibus debitorum, & etiam si sibi hæredi aliquid debetur uel debeat, ne confundat actionem in eius præiudicium vel fauo-
21 rem: nam istud † nomen rei, generale est omnia comprehendens; vt l.1.in fi.ff. si certum pet. coniuncto §. in computatione.l.fi.C.de iure deliber. vbi loquitur de eo, quod ipse debet, vel sibi debetur, & si dictus hæres aliqua posuit in inuentario non ponenda, vel absque dolo non posuit,subuenendum est saltem ex clausula generali.l.fi.ff.ex quib.cau. maio. & C.de iuris & fac.ignor.l.cùm falsa.& hoc tenuit Spec.in d.§.fi.versic.quid si hęres. arg.tamen est contra arbi. tute.l.fi.æquiparando tutorem hęredi.nam tutori, qui posuit bona propria,non ponenda, ei nullo modo succurritur: vt ibi per gloss. & hoc credo verum, si bona propria, secus si aliena, quæ hæreditaria putabat. nam tunc est quilibet excusandus: sed,vt omnium saluetur opinio,hodie inoleuit mos quòd hæres & tutor in principio. & fine inuentarij protestetur, quòd si aliqua posuerit non ponenda, vel omiserit apponere, quòd apposita pro non appositis habeantur, & quòd non apposita licet apponere, & hæc protestatio multum releuat ad suorum iurium conseruationem, nisi probetur dolus aut machinatio ipsorum: ut l.si debitor.C.qui po.in pig. habe.& l.si debitor.ff.quibus modis pignus vel hypo.soluitur per gl.l.communi diuidundo ff.communi diuid.

Possunt adijci etiam in illa protestatione ad cautelam etiam illa verba, quòd si quid in hæreditate postea inuenit, q̃ illud ponet in inuentario, cùm primum ad sui notitiam peruenerit. Bald. in l. fin.
22 in princip. allega. quæsuit nunquid † est de necessitate quòd citentur creditores absentes sicut legatarij, glo. dicit quòd sic.C.ad legem Falcidiam. authent. sed cùm testator. argum.l. fin.§. & si præfatam. verisimile cum satis alleg. Idem tenet Oldr.cùm eorum intersit confectioni inuentarij interesse ne aliquid in eorum præiudicium occultetur cùm si occultetur in eorum præiudicium, fiat inuentarium: vt l.fin.C.de autho. tuto. in auth. vt sponsal. largi.§. ad hoc quoque sancimus.ff.de adoptio. l. nam ita diuus. & si hæres nomina creditorum ignorat fiat citatio generalis, sicut aliàs fit.ff.ex quibus causis in possessio. eatur.l. hoc autem.§. finautem. Item dicit Bart. quòd si non citentur creditores, quòd non valet inuentarium. sed Nico.de Mat.dicit quòd de citatione creditorum non est iure cautum: & idcò esto, quòd si creditores non sunt citati, vel loco creditorum absentium, cùm fortè præsentes sint legatarij

rarij, non sunt tres testes adhibiti nõ pro
prerea vitiatur inuentarium. ego credo
dicit Bal. quòd quãtum ad citatos valeat:
sed quantum ad non citatos vitietur: vt
ff. de re iudicata. l. de vnoquoque. nam si-
cut actus iurisdictionis contentiosæ no-
cet citatis. & non obest non citatis. C.
de fide instrumento. l. 2. ita in actu volun
tariæ iurisdictionis. quam distinctionem
in l. fin. in principio. alleg. tenet Nico. de
Matta. in legatarijs. sed dicit Bald. in d. l.
fin. alleg. Ego idẽ dico in vtrisque argu-
mento. ff. de appellatio. l. si quis separa-
tim. §. quoties. in inuẽtario tutoris dicit,
23 Bald. ibi quòd † non est necessaria citatio
absentium, nisi quando ex inuentario
quis vellet eos conuincere: & est ratio,
quia eis non prejudicat in aliquo: vt l.
chirographis. in princip. ff. de admini. &
periculo. tutorum.

Ex prædictis patet, quòd in inuen-
tario hæredis est necessaria solennitas,
scilicet absentium creditorum & legata-
riorum citatio. argu. contra. ff. de bono.
possessio. l. 3. §. penul. C. quorum legato-
rum. l. 1. & quia in confectione inuentarii
non possunt creditores facere aliquid,
nec contradicere: quin hæres dicat ver-
ba, quæ vult, & faciat ea scribi: quia
24 †inuẽtarium est actus solius hęredis. vn-
de si potest fieri eis inuitis, ergo & igno-
rantibus & irrequisitis: vt no. in simili. ff.
de acq. hęr. l. si quis mihi bona. §. iusu m.
sed ibi loquitur in actu penitus extraiu-
diciali: vt in c. licet. de præben. lib. 6. & vi
de quod not. ff. cõi diuid. leg. Sabinus. in
vltima glo. & an sufficiat citare procura-
tores absentium dic. vt no. in §. si verò ab
sunt in authen. de hęredi. & Fal. in glos.
sed qualiter. Bal. in auth. si omnes. in fi. C.
si vt se ab hęredi. absti. dicit quòd si hæ-
res fecit inuentarium quibusdam solẽni-
ter citatis: & quibusdam non citatis, quòd
inuentarium valet in prejudicium citato-
rum. nec est nouum, secundùm ipsum, ꝙ
res iudicata valeat respectu vnius perso-
næ & non respectu alterius: vt C. qui res
iudica. non no. per totum. & ff. de infami.
l. Lucius. & l. 2. de fide instru. & sufficit in
inuẽtario vna citatio cum non fiat ꝓpriè
ad litem, sed ad interessendũ certo actui:
quasi extraiudicialis. argu. eius, quod no.
in c. 1. de hæreticis. in cle.

25 Effectus autẽ † quos producit inuenta-
rium dum conficitur: & qui effectus se-
quuntur si non conficitur. Primus, quan-
do conficitur, quia Falcidiam hæres de-
trahit. Item non timet creditores. Tertiò
non tenetur vltra vires hæreditarias.
Quartò aliud pro alio soluere potest.
Quintò non conuenitur intra tempus
conficiendi inuentarij, nisi in certis. Si
verò non conficitur inuentarium, perdit
Falcidiam: vt in auth. sed cùm testator. C.
ad legem Falcid. De Trebelianica sunt
opin. de quo per Cy. in authen. sed cùm
testator. alleg. & per Bartol. in l. Marcel-
lus. ad Trebel. ff. & tenetur, quando est
malè factum, ac si nullo modo esset factũ:
vt l. fin. §. & si præfatam. alleg & exceptio
inuentarij confecti seu beneficium inuen
tarij potest opponi post sentẽtiam in exe
cutione secundum Iaco. But. in l. fi. §. licẽ
tia qui dicit; quòd quidam dixerũt, quòd
est exceptio peremptoria. & sic vsque ad
sententiam potest opponi. Alij dixerunt,
quòd est declinatoria, & sic vsque ad litẽ
contestatam: sed tu dic, dicit ipse, quòd
sicut illa excepti, ne quis condemnetur,
nisi quatenus facere potest, opponitur
etiam in exceptione.

Ita & ista l. ex diuerso. ff. solu. matr. &
l. Nesennius. ff. de re iud. & ibi per Barto.
Nam exceptio, quæ non respicit iniquitatem
sententiæ, sed moderationem con-
demnationis, potest quandocunque oppo
nitta & ista. Nam hæres non dicit se iniu
stè damnatum, imò iustè: sed petit non in
plus fieri executionem, quam sit in bonis.
Et attende quia secundùm Bal. in l. defen
sionis facultas. alle. quòd tutor primò cõ
ficit inuentarium hæredis, posteà aliud
conficiet nomine suo, eo: quia tutor. & de
isto loquitur Bal. in d. l. defensionis facul-
tas alleg. & ad hãc sententiã accedit bene
cõiunctio duarum legum. dicit lex, quòd
si tutor omittit aliquid in inuentario scri
bere, ꝙ sibi nõ decernitur administratio,
& punitur: vt. l. j. §. solẽt. ff. de offic. prefec.
vrb. Alia lex dicit officialẽ publicũ fisci,
qui



qui cępit iã administrare, si hęreditas fis-
co delata sit, & per fraudẽ non plenè con
scribit inuentariũ puniri, nõ tñ dicit remo
ueri. C. de bonis proscrip. l. si quis post, in
tra, colligitur expressè ex dictis legibus
differẽtia, quã fecimus, ꝙ aut inuẽtariũ or
dinatur ad suscipiendum administrationẽ
per decretum: aut ad eam exequendam.

26 Restat uidere, an † possint requiri
sacerdotes, & prælati, uel existentes..
in magistratu, sicut requiruntur credi-
tores & legatarii in confectionem inuen-
tarii, per iudicem laicum. & do. Ange. in
dicto tractatu dicit, quòd sic; quia casus
est in d. §. sancimus. & credo dicit ipse,
quòd etiam poterunt requiri per iudicem
laicum: quia illa requisitio non fit ad fi-
nem, ut litigetur, nec ut requisiti uenire
compellantur; sed tantummodo. ueniant,
si uolunt, & si eorũ putauerint interesse:
& sic dicta uocatio fit ad eorum commo
dum nõ in commodum. d. §. sancimus. Et
sic non obstat de foro competen. c. si dili
genti si tamen superior prælati requiren-
di faciliter potest adiri, tutior uia est ꝙ
iudex laicus, corã quo inuentarium debet
confici, scribat illi superiori, quòd mo-
neat & requirat illum prælatum, ut
si sua putauerit interesse compareat co-
ram dicto iudice ad uidendum confectio-
nem inuentarii supradicti. Hæc enim ge-
neralis forma atque doctrina, ubicunque
uult requirere non subiectum, ut scribit
iudici iurisdictionem habenti sub illo non
subiecto in forma prædicta; ut no. in l. om
nes. §. si uerò apparito. C. de. episco. & cle.
& de re iudica. l. à diuo Pio. §. sententiam
Romę dictam ff. de bo. autho. iudi. poss. l.
cùm unus. §. fina. Si autem de facili co-
pia dicti superioris haberi non potest;
sufficiet uocatio supradicta; quoniam
uim habet; & obtinet cuiusdam simpli-
cis denunciationis, quæ extra iudicium
fierit potest; & credo, quòd sufficiat una
requisitio; etiam si ponatur uerbum, & pe
rẽptoriè, considerato quòd iudex nullam
habet ferre sententiam; sed tantummo-
do coram eo debet explicari actus inuen-
tarii. Adde quia in istis publicationibus
de iure communi est iudex competẽs iu-
dex secularis; non autem alius iudex ec-
clesiasticus, per l. consulta diualia. & l. te-
stamenta omnia. C. de testamen. & de iu-
re constitutionem regni pertinet ad baiu
los ergo si baiulans est iudex causę, igitur
omnium, quæ dictæ causæ debent adesse,
& quilibet uolens opponere, siue sit cleri
cus, siue laicus oportet quòd opponatur
coram eo, qui est iudex causæ; ut ff. de re
iudica. l. à diuo Pio. §. si super. Item quia
citatio quæ fit. de hærede non est simplex
nec absoluto citatio, sed potius conditio
nalis in effectu scilicet si uult se oppone-
re. Si autem se non opponit, non est ad-
uersarius; ut no. in l. ea quidem. C. si man
ci. ita fuerit ali. unde dicta citatio potius
dici potest edictum, quàm citatio: & edi-
ctem omnes astringit. extra qui ma. accu
sa. possunt. c. cùm in tua. & in c. fi. de elec-
tio. lib. 6. & potius uidetur citatus ad ex
quirẽdam uoluntatem quàm ad causam.

Idem dico, si hæres esset forensis; quia
27 † iudex bene potest citare forensem
intra suum territorium. & ita fuit con-
sultum Perusii per antiquos sapientes &
bene: quia licet requiratur citatio, ta-
men actus iste est quasi uoluntariæ iuri-
sdictionis; ut no. in l. 1. c. qui admitti. Item
prætor hic nihil fecit; sed aliquid ex or-
dine facit. ff. de bonis auct. iudi. possidẽ. l.
cùm unus. quem ordinem debet seruare,
quatenus potest saltem de facta; ar-
gu. ff. de uerbo. obligatio. l. quidam cùm
filium. necessitas ergo & qualitas cau-
sæ facit ut dicta insinuatio ualeat; quia
28 † iudex & pars faciendo, quod possunt,
non tenentur ad ampliorem obseruan-
tiam. de conditio. institu. l. mulier. §. 1. Bal.
in l. testamenta omnia. de testamen. & se
cundùm Bal. in l. defensionis. allega tabel
lio in fine inuentarii se subscribat, hoc
modo, acta sunt in tali ciuitate, in tali lo-
co, in præsentia talium legatariorum, &
talium testium trium bonæ opinionis, &
famę, & fide dignorum, & res immobiles,
& facultates in dicta ciuitate possidentiũ,
qui dictum hæredem se agnoscere asse re
bant, in quorum præsentia dictus hæres
scribere non ualẽs, præmisso prius uenera
bili signo Crucis me subscripsi; in subscri

ptione autem hæredis, uel eius, qui pro eo subscribit comprehende quę supra dixit. dicendo. Ego talis notarius ab ipso hęrede ad hoc uocatus ut pro ipso hęrede subscriberem, huic inuentario me subscribo uoluntate dicti hęredis asserentis se subscribere nescire uel non posse: & prædictas res omnes in hoc inuentario scriptas se in ipsa hæreditate inuenisse, & eas remāsisse apud se, & quòd nullam malignitatem in hoc fecit, nec facit, protestās et, quòd si qua aliqua ad eum peruenirent de hęreditate prędicta. quàm cito poterit addere, addere intendit, & addet in ipso inuentario. Et licet tex. dicat, quòd † hęres debet se subscribere perse aut tabellionem: ut dicta l. fin. allega. tamen per procuratorem ad hoc specialiter constitutum poterit se subscribere: quia ex quo permissum est hæredi per procuratorem inuentarium facere: ut l. fi. allega. in §. & si præfatam ergo & omnia sine quibus inuentarium fieri non potest: ut l. 2. ff. de iurisdictione omnium iudicum. Iacob. uerò But. in l. si in princip. dicit quòd tabellio de mandato hęredis se subscribit, quando hæres nescit scribere, & sic se subscribet: ego talis de mandato hæredis specialiter adhibitus me subscribo in hac forma: dixit hæres quòd nulla malignitate fuit conscius: & iste tabellio nil aliud facit, quàm istam subscriptionem, & facit eam antequàm generalis notarius, qui omnia scripsit, se subscribat dicens, acta fuerūt hęc oia in tali loco &c. ut sic ꝓbet mandatū fuisse illi, qui se subscripserit pro hærede, & subscriptionem ita fecisse.

Item requiruntur tres testes, ut est dictum, ad solennitatem inuentarii: & ut est dictum debent citari legatarii & creditores. & si non uenerint, loco ipsorum tres testes bonę opinionis, in eadem ciuitate patrimonium possidentes se subscribent, uel tabellio se subscribet hoc modo: Tales in defectum legatariorum & creditorum sunt adhibiti, qui sunt bonæ opinionis & famæ, & in eadem ciuitate patrimonium possidentes. Si autem † hęres omnia solennia seruauerit: sed in uno solo peccauerit: quia unam rem subtraxit & dolo eam occultauit, secundùm Angelum in suo tractatu inuentarii. iure antiquo in totum non priuabitur, nisi Falcidia rei subtractę. ff. de his quibus ut indignis. l. rescriptum. hodie autem beneficio inuentarii priuari uidetur: quia non conficit inuentarium secundùm formam à lege traditam, nec formam traditam seruauit: ut hic tenet gloss. in §. si uerò non fecerit in uerbo, lucrari. in authen. de hæredi. & Falcid. Cyn. in authen. sed cùm testator. C. ad legem Falcid. dicit, quòd si hæres subtrahat unam rem, & non ponat eam in inuentario. quòd gloss. in §. si uerò non fecerit. in authen. de hæredi. & Falcid. uoluerit dicere, quòd hæres priuetur in totum Falcidia: quod non placet Iaco. de Rauen. quia Imperator uidetur innuere in corpore, unde sumitur authē. sed cùm testator. quòd unum solùm addit ad confectionem inuentarii ad l. sancimus C. de iure deliberan. si de præsentia legatariorum. & secundùm hoc etiam adderet aliud de priuatione totius Falcidiæ per subtractionem uniùs rei: ut in §. hinc nobis. de hæredi. & Falcidia. licet ibidem gloss. uoluerit dicere quòd de iure antiquo priuabatur hæres Falcidia. detrahendo: per legis beneficium subtrahendo: quod non est uerū: ut patet expressè. ff. de his quibus ut indignis. l. rescriptum. Bald. autem in l. fin. allega. in princip. quærendo, an si hæres omiserit ponere aliqua in inuentario pro hoc carcat toto beneficio inuentarii: & dicere uidetur, quòd sic argumēto l. fi. §. si uerò postquàm. allegato. Et ita nota. in corpore, de hæredib. & Falcid. §. si uerò non fecerit. & hoc tenet Bar. ff. ad legem Falcidiā. l. Paulus. Sed Nicol. de Mattare. dicit contrarium. quia aliam pœnam patitur, si malitiosè celauerit: si autem non celauit malitiosè non patitur pœnam, sed tenetur de illa re, ac si in inuentario esset apposita: ut dicta l. fi. §. licētia. secundùm Nicol. de Mattare. Tu dic, quòd aut omisit bona fide: & tunc inuentarium nō uitiat: quia † uidetur legitimè factum quod bona fide fit. ff. de conditionibus & demonstrationibus. l. quamuis. aut dolosè occultauit; & tūc nihil



nihil valet inuentarium, quia propter maleficium perditur beneficiū. sicut diximus in filio, qui habet beneficium abstinendi: & tamen propter nimiam rem subtractā implicatur omnibus oneribus hęreditarijs perdito beneficio abstinendi: vt ff. de acquirenda hęreditate. l. si seruum. §. prætor ait, ibi, aliquid autem &c. Idem si ponit inuentario aliquam rem mentiens esse suam, cùm sit hęreditaria. quia nihil interest, subtraxit, an hęreditariam esse negauit: vt ff. ad legem Falcidiam l. hæreditatum. §. fina. si verò hęres bona fide fecit inuētarium, & post subscriptionem & perfectionem inuentarij aliqua de nouo inuenit, hæres in prima subscriptione debet protestari, quòd si adhuc ad eum aliquid peruenerit de bonis hæreditariijs in inuentario addere intendit: & ideo si postea aliquas res inuenerit, eas addere debet. C. de curatore furiosi l. finali. §. tali. & esto, quòd si protestatio talis facta non esset, addenda tamen essent: vt propter hoc ostendat hęres se malum animum non habere, scilicet celandi res ipsas: & sic non patiatur pœnam dupli. de qua in l. fin. §. de illo allega. nec puto, quòd in tali additione sit necessaria tota solennitas inuentarij, cùm hoc sit pars primi: argumen. ff. de testamē. l. hęredes palam. §. sed & si notā. secū dùm Nicol. de Matta. & † debent poni in inuentario res, quas defunctus tenebat, quę tamen non erat suę. ff. de petitio. hæredi. l. & non tantum. & dicit Bal. in l. item videndum. §. nunc videamus. in fin. de peti. hęredit. quod per illum textum fuit consultum; quod in inuentario debent poni non solum res proprię, sed etiam res detentę. & secundùm Bald. in authen. sed cùm testator. C. ad legem Falcidiam. allega. illud, quod glos. dicit in §. si verò non fecerit. in authen. de hęredi. & Falci. ꝓ si hęres subtrahit vnam rem, quòd per hoc totum inuētarium ruit: est verum, quando interuenit dolus: secus si culpa: nam culpa nō nocet sibi quatenus est res: nec etiam putat Bald. ibi, quòd noceat culpa leuissima. & multò minus iustus error: vt ff. ad senatusconsul. Trebel. l. mulier. §. si hęres. & l. quamuis. ff. de cōditionib. & demonstra. & no. secundùm eū ibi. quòd est vtile faciētibus inuētariū protestari: vt supra est dictum, ꝓ si quid in posterum inuenerit. quòd ponet inuentario. nam † protestatio repellit doli præsumptionem, vt no. C. vti. posi. l. i. & ff. vti posi. l. si duo. & C. vnde vi l. si quis in tantam. & si non seruat protestationem: quia post quàm venit in notitiam, non ponit res in inuentario: non propterea perdit beneficium inuentarij, nec circa illā rem, quia † quod legitimè factum est ex superuenienti casu non vitiatur. argum. l. quid ergo in princip. ff. de his qui no. infa. & quia secundùm Barto. in l. tutor, qui repertorium. in princip. ff. de administra. tuto. versicu. si quis igitur. coniuncto. in princi. l. ille qui non facit id, ad quod scit, vel scire debet se teneri ratione officij, est in dolo prēsumptō. simile, de custo. reo. l. carceri. ff. mādati. l. si ꝓcurator. §. dolo. ff. ad leg. Fal. l. dolo. ideo si tutor nō posuit omnes res in inuētario dolo facere videtur, vt l. tutores. contra alle. non tamen per hoc repellitur ab agēdo contra debitores, nisi prius remouetur vt suspectus.

Prędicta vera, nisi aliqua iusta causa esset, propter quam nō posuerit, puta quia illa res erat sibi occulta, & quando non ponit omnes res in inuentario tutor, iuratur contra eum in litem: ut l. tutor qui repertoriū alleg. & iuratur propter dolū & non latā culpā, vt l. in actionibus ff. de in litē iur. & sufficit si sit dolus verus vel prēsumptus vt l. tutor alle. & est speciale hoc in tutore, vt iuretur contra eū in litē propter dolū præsumptū, vt no. gl. in d. l. in actionibus. & iuratur in litē, siue inuentarium non fecit, siue fecit, sed omnes res non posuit, vel si posuit, ita obscurē posuit, ꝓ de earum bonitate non apparet, vt l. in lege. ff. de contrah. emp. & l. cùm res. §. item si res. ff. de leg. 1. debēt † n. res demonstrari ꝓ signa & latera sicut in libello, vt l. si quis rē. ff. de rei vendi. Bart. aūt in cōsi. suo, qd incipit, Cū pdicta examinarem cōsi. 150. m. i. vol. quærendo cū pupillus agit cōtra tutorem dicēs ipsum

non posuisse omnes res in inuẽtario, quæ probatio ad hoc requiritur. & dicit, ꝙ debet esse talis, ꝙ concludat tutorem in dolo vel culpa. s. ꝙ tutor sciuerit illas res pupilli, vel ꝙ communiter sciebatur, vel ꝙ diligens paterfamilias hoc inuestigasset. Sed qualiter sit probandum, ꝙ cõcludat, & videtur ꝙ sufficiant indicia nec requiratur probatio: vt C. arbi. tute. l. si defunctus. ibi, alijs indicijs &c. Sed certè illa videntur intelligi de indicijs. i. probationibus liquidis & claris. arg. optimum. imò tex. C. de iure delib. l. fi. §. licentia. ibi, legitimis modis &c.

Sed circa hoc aduerte quia tria sunt, s. res ipsa. Item quantitas earum. Item valor rerum. Pone ergo contra tutorẽ probari vestes fratrum & libros fuisse in bonis, sed non probatur quot uestes vel libri, vel quanta fuerit quantitas fratrum, vel quanti valoris, posito ꝙ probetur taliter, ꝙ includatur dolus vel culpa tutoris. Respondeo sicut contra tutorem qui nulium fecit inuentarium iuratur in litẽ: vt l. tutor qui repertorium. alle. in princi. In eadem ratione, si fecit, & aliqua omisit ponere in inuentario, pro illis quę non posuit in inuentario, iurabitur in litem: quia quantum ad illas res inuentarium non fecit. & verba illius l. sic debent intelligi: tutor qui repertorium non fecit. i. quatenus non fecit: vt l. Stichus qui meus, erit, de uerb. obl. Super isto igitur iureiurãdo venit quantitas rerum & æstimatio, sicut si nullum inuentarium factum esset, vt ibi,
36 quod iuramentum † taxabitur taxatione præmissa l. videamus. §. iurare. ff. de in litẽ iur. & hoc contra principalem. sed contra hæredem tutoris debet plenè probari: vt C. de in litem iuran. l. 2. in fi. & quasi per totum ti. Ioan. autem 1mo. in l. Paulus. ff. ad legem Falc. dicit, ꝙ secundùm iura Digestorum si hæres subtrahebat vnã rem non ponebat in inuentario, solùm perdebat Falcidiam in illa re subtracta, sed hodie perdit in totum. & ita glo. in §. sancimus. in auth. de hære. & Fal. in verbo fortè. & in § si verò non fecerit. in verbo lucrari. & hoc sequitur Bar. in d. l. Paulus. sed Cyn. in auth. sed cũ testator. C. ad leg. Falc. tenet, ꝙ d. l. Paulus. ff. ad leg. Falcid. non est correcta. Ang. verò in d. l. Paulus concordat opiniones, quia dicit: quia quo ad beneficium detractionis Falcidiæ procedit glo. in d. §. sancimus, quia non debet illo vti ex quo illo est abusus: sed quo ad hoc, vt non teneatur vltra vires hęreditarias, tenet aliam opinionem: quia per hoc non tribuit beneficium, sed reddirur ad ius antiquum. l. is qui quadraginta. ff. ad leg. Falcid. & quia text. in d. §. sancimus. dicit se nil velle addere ad l. fi. C. de iure deliber. de pœna, sed solum de forma cõficiendi inuentarium. pro hoc concludit, ꝙ si hæres sciẽter omittit vnam rem ponere in inuentario, ob hoc solùm nõ teneatur vltra vires hæreditarias, sed bene priuabitur beneficio Falcidiæ, quod est notandum. & pluries dicit de facto habuisse & tenementi. Et videtur intelligere Ang. ꝙ non tenebitur hęres qui subtraxit rem hæreditariam, seu omisit ponere in inuentario vltra vires hæreditarias ad legata. nam sic erat de iure antiquo l. 1. §. is qui quadraginta. ff. ad leg. Falcid. sed in creditoribus erat secus, vt ibi patet. vnde Ange. fortè voluit sentire contrarium, in creditoribus tamen fortè de iure potest defendi vt creditoribus non teneatur vltra vires hæreditariam; sed tenetur ad duplum rei subtractæ computandum sibi: quia sic erat de iure codicillorum. l. fi. §. illo de iure deliber. quæ lex in hoc non reperitur correcta per ius Authenticorum, quia tex. in d. §. sancimus. & §. hinc nobis. solùm videtur priuare hæredem potestate detrahendi Falcidiam: ideo quo ad alia remanebit. in d. l. fi. correcta.

Non obstat quod habetur in eodem auth in §. si verò nõ fecerit. quia loquitur qñ hæres non fecit inuentarium. & sic secus qñ fecit, sed omisit ponere vnam rẽ, si aliàs seruet formam l. fi. alleg. pro quo bene facit d. l. fi. §. & si præfatam. iuncto §. illo. vbi patet ꝙ licet dicatur. in §. & si præ
37 fatam, quod † si hæres non seruauit dispositionem factam de inuentario conficiendo, tunc tenebitur in solidum creditoribus. & tamen in §. illo: dicit, quòd si facit inuentarium, sed omittit aliquam



quam rem ponere, quòd solùm punitur in dubium illius rei. sic eodem modo uidetur intelligendum in d. §. si uerò non fecerit. Nec obstat, quod dixit hęredem ex toto priuari Falcidia propter rem omissam in inuentario: quod habetur in dicto §. sancimus. in uer. illo solo. adiecto ubi uidetur dici, quod Imperator solùm adijcit ad l. fi. alle. id, quod dicitur de præsentia legatariorum in confectione inuentatii. & sic videtur quòd ex quo per dictam legem finalem non priuabatur Falcidia per omissionẽ vnius rei ita nec hodie. & hoc tenuit Cyn. in d. auth. sed cùm testator. quare responde quòd circa formam: confectionis inuentarij illud solùm addit, sed quo ad effectum inuentarij etiam additur & aliud, scilicet, quod si vult posse detrahere Falcidiam, debet purè seruare legẽ: & sic nihil omittere, vel subtrahere. & pro hoc quod not. glo. in dicto §. si vero non fecerit. vbi glossa etiam enumerat aliqua quæ adduntur in l. fin. circa materiam inuentarij.

Ex prædictis apparent tria declarata.
38 Primò, † scilicet an per omissionem vnius rei in inuentario priuetur, Falcidia in omnibus rebus. Secundò an ex tali omissione hæres teneatur in solidum legatarijs. Tertiò an ex omissione teneatur hæres creditoribus in solidum. Petrus uerò de Ancharano in consilio suo, quod incipit, In causa consulenda omissa, & cætera. dicit sic, licet tunc temporis, scilicet tempore confecti inuentarii omnia in inuentario non posuit poterit tamen postea ponere. nã quod ponantur omnes res à principio nulla lege cauetur. Sed descendendo ad secundùm dubium, quod fuit si mater scienter omisit ponere quasdam res in uentario, dicatur ex hoc minus legitimè tutelam assumpsisse. t& per consequens tanquam nullo modo assumpserit, priuatur successione filii pupilli in pupillari ætate defuncti. Super quo dubio reperio contraria consilia excellentium doctorum tenentium, quòd priuetur: & fundant se principaliter super l. quoties uiciosè. ff. qui satisda. cogan. & in c. inter corporalia.
39 de translatio. nam † nullum & inutile æquipolent: ut dicta l. item si omisisset omnia ponere: licet administrasset priuatur: ut not. in l. 2. in § si mater. ff. ad Tertul. in glos. ergo idem, si partem rerum: ut l. quæ de tota. ff. de rei uendic. Item ad pa
40 ria † iudicantur tutorem minus idoneũ pupillo petere: uel dolosè res quas debuisse in inuentario occultare: ut est tex. iuncta gl. in l. 1. §. solent. ff. de offi. pręfectur. & sic mater tenetur petere tutorem, secundùm legem: ut dicit text. in l. sciant. C. de legi. hæredi. & ita etiam uidetur. quòd & ipsa debeat suscipere secundùm legem. Sed lege cautum est quòd ipsa conficiat inuentarium: ut l. fi. C. arbitrium tutel. ergo debet perficere perfectè, non perfunctoriè & dolosè, quod præsumitur, cùm scienter non posuit, quæ inuenit. ff. de admini. tut l. tutor qui repertorium, ego, dicit Petr. prædictus, in hoc nouo dubio contrarium sentio, scilicet, quòd
41 ista pœna priuationis hæreditatis non sic imponẽda matri etiam scienter omittenti ponere plures res in inuentario, si alia solennia sunt seruata.

Moueor primò quia hæc pęna priuationis non reperitur iure expressa ergo per rationes non debemus ad ipsam leges extendere. capitul. in pœnis. de regul. iur. in 6. Secundò, quia inuentarij substantialia uidẽtur fundari super præsentia iudicis & aliis de quibus in l. fin. arbitr. tut. ponere autem omnes res non uidetur de substantia inuentarii: quod patet, quia non minus dicitur sollenne: ut not. Bar. in l. tutor qui repertorium ad finem. patet etiam, quòd post confectum inuentarium possunt poni, & sic non potest dici talis positio de substantia, siue solennitate inuentari: ut Ioã. And. subtiliter in c. quanquam. de usuris. in 6. in nouel. ad finẽ. non enim omnia quæ ponũtur in constitutione quę aliquid statuit dicuntur esse de forma substantialis adeo quòd eorum omissio reddat actũ nullum: maximè illę quæ non debent fieri uno contextu ut est rerum descriptio. Ad hoc c. quia propter. & quòd ibi no. de elect. & quod no. Bal. in l. non dubium. C. de legib.

Præterea subtilius considerandum est,

42 q̃ de iure Digestorum est ad inuenta solennitas inuentarii in suscepcione tutelæ: ut patet in l. tutor qui repertorium suprà alleg. Item eodem iure infringuntur pœnæ non conficienti, uel dolosè omittenti aliqua ponere in inuentario: ut d.l. 1. §. solent. ff. de offic. præf. ct. urb. licet noua lex Codicis mandet strictius inuentariũ cõficiq; & saluis pœnis antiquis pęnã imponat. tamẽ si aliter cõfectum fuerit inuentariũ, quàm illa l. fi. arbit. tute. statuat, non uidetur per hoc posse dici nullum, postquam ista pœna nullitatis non est inducta per legẽ nouiter editã: no. gl. singularis in simili in clem. 1. de iure patro. est † enim pœna inducere nullitatẽ actus: ut l. senatus: ff. de contrahen. emp. & no. Bar. in l. nõ dubium. C. de legibus. Sed propter omissionem certarum rerum in inuentario, quòd reddatur nullum. & perinde fit, ac si nullũ factum fuisset, non cauetur lege: imò est contra mentẽ legũ, dum aliæ pœnæ adeuniũt, & ipsum ut suspectum tutorẽ remoueri præcipiunt. nam ex eo q̃ remouetur apparet uerus tutor. ar. l. decem. de uerb. ob. & c. ad dissoluendũ. de despon. impube.

43

Ex quibus infero, q̃ si in prima figura apparet inuentarium legitimè confectum respectu decernentis tutelam, & personæ, cui decernitur, & personæ decretæ, & modi decernendi, satis apparet per ista solenniter esse confectũ: ar. l. 1. ff. de confirma. tut. & uitia inuisibilia, quæ etiã ex dolo causarentur, ut † non est facta descriptio omnium rerum, nõ habent reddere inuentarium nullum. ad hoc optimè l. 1. §. hæc autem. coniuncta l. quoties. §. fi. ff. si familia fur. fecisse dicatur. facit quod no. Bart. in l. post legatum. ff. de his quibus ut indi. & l. fi. C. de edi. diui Hadri. tol. & confirmatur hoc per simile de inuẽtario hæredis, in quo, si per dolum omisit, ponere quædã hæres propter hoc non perdit beneficium inuentarii: sed tenetur proutiribus hereditariis, si apparet aliàs legitimè factũ, licet aliter puniatur. ut patet in l. fi. §. illo uidelicet. alleg. & per prædicta satis apparet responsum ad cõtraria: nam ex eis q̃ non sunt omnia in inuentario descripta, non potest dici in utile. Item si leges alias pœnas imponunt dolosè omittenti scribere omnia, non tamen istam pœnam priuationis, & satis dicitur inuentarium cõfectum secundùm leges, cùm uitiosum nõ appareat in prima sua essentia & figura. & satis uidetur ista op.. concordare cũ mẽte

44

gl. in d. §. si mater. † ubi tunc dicit matrẽ priuari successione, cùm ipsa uel alii gesserũt nõ petita tutela à iudice, uel inuẽtario cõfecto, à contrario ergo sensu cùm fuerit per iudicem decreta sibi, & confectũ fuerit inuentarium: licet quædam in eo omisit ponere, non uidetur priuanda. dicta, ergo glo. quæ alle. in contrarium facit pro ista. Sed quid si testator facit inuentarium de omnibus bonis suis, & tradit hæredi, an hæres teneatur de nouo facere inuentarium aliud, & uidetur quòd non: quia sicut dicimus, quòd insinuatio facta à testatore prodest hæredi. ut l. omnium. C. de testa. ita uidetur in inuentario. Item quia hęres non potest addere uel detrahere. ut in auth. de iureiur. à morien. præsti. ergo frustrà repetit idem per idẽ: quia sufficit semel: dic secundùm Bal. in l fi. alleg. in princ. quia hęres tenetur facere inuentariũ: quia inuentarium incipit ab hęrede, nec potest seruari forma istius l. maximè in tempore; nisi inuẽtarium fiat post mortem testatoris. Item non potest testator hęredi inuentarij confectionem remittere: q̃a non põt ordinare aliquid in pręiudicium creditorem, licet confectio inuentarij tutoris possit remitti tutori; ut l. fin. C. arbit. tutel. ex quo patet, quod † inuentarium hęredis multum discrepat ab inuentario tutoris, quod fit pro se ipso pro consequenda administratione tutelę. Sed an prosit pupillo, vt sic cedat pro duplici inuentario tutoris & hęredis; & dicendum est quòd non. quia talia inuentaria multum distant, & in causa & in forma, & in finali effectu, nisi forte essent seruatę solennitates ad utrunque inuentarium requisitę, nam tunc bene prodesset pupillo; cùm etiam ante aditam hęreditatem possit fieri inuentarium hęredis de uoluntate, non dico de necessitate. Item & tutor antequàm satisdet, hoc põt l. fin. de

45

46

tuto.



tuto. & cur. qui non satis dedit. In quibusdam autem locis est consuetudo, quòd inuentarium tutoris sufficiat pupillo & hæredi, & in † hoc seruanda est consuetudo locorum, ar. l. 2 C. quemad. test aperian. tamen cum consuetudo sit facti debet probari, aliàs est iudicandum secundum ius commune. Item secundum eundem. Bal. in d. l. fi. in princi. inuentarium pupilli prodest suo substituto pupillari, quatenus conuenitur ex facto, & respectu patris, & paternæ hæreditatis. quia beneficium inuentarij transmittitur per hæredem ad suos successores, cum sit in rem scriptum, nec posset assignari aliqua rõ cur non transmittatur: ergo &c. vt l. hæredem. ff. de regu. iur. sed quatenus conuenitur tãquam nouus hæres pupilli fortè ad legata uel fideicommissa relicta in secundis tabulis, uel à creditoribus pupilli, non paternis: tunc inuentarium pupilli non prodest substituto pupilli, sed requiritur nouum inuentarium, ac si pupillus maior factus sib. fecisset testamentum. de noua enim hæreditate tractatur, & de nouis bonis, vt ff. de vulgari & pupil. substitut. l. sed & si plures. § ad substitutos. & argumen. ff. ad legem Falcid. l. pater filium, ex quo tres.

47

Item inuentarium factum per minorẽ habens substitutum vulgarem, si beneficio ætatis se abstinet ab hæreditate, prodest substituto uulgari, quinimo, si velit nouum inuentarium alter facere, non videtur q̃ possit, cum transeant in ipsum acta iudicij. ff. de re iudic. l. ex contractu. dũmodo sint facta bona fide. ff. de acqui. hære. l. si minor. & dicit idẽ Bald. in auth. sed cum testator. C. ad legem Falci. quod inuentarium † hæredis prodest fideicommissario uniuersali facta cessione beneficij secũdum Richar. Malum. & Cy. ff. ad Treb. l. si hęres pecuniam. ipse tamẽ Bal. dicit quòd non requiritur cessio, quia ius excipiendi transit etiam non cessum. ff. de iureiur. l. etiam. & dolus hæredis non facientis inuentarium non nocet fideicõmissario vniuersali, quia † deleictum non nocet alij, quam delinquenti. de quo per Bar. in l. in ratione. §. quòd vulgo. ff. ad legem Falci. & secundum Bal. in l. fin. suprà alle. in princ. Mulier, rusticus, & minor, qui non fecerunt inuentariũ ex ignorantia iuris, uel fecerunt: sed minus solẽniter, videtur quòd in eis non pręsumitur dolus, ut l. vbi in prin ff. de edẽn. pręsertim si non potuerunt cõsulere peritiores, vel errauerunt secuti errorem consultoris, & non ex propria culpa: vt ff. de bo. possid. in bonorum & istud esset facis æquum, tamen cum non sit lege cautũ, stãdum est rigori, ut subueniatur ei sicut nec militibus. Ad hoc. C. de iur. & fact. igno. l. fi. & quod no. eo. titu. l. 1. pro quo in auth. de hære. & Fal. §. fi. minor tamẽ restituitur in integrum. iuxta glo. in l. auxilium. ff. de mino. Fiscus † autem qui occupat bona vacantia, non tenetur facere inuentarium, nec tenetur vltra vires hæreditarias, vel bonorum, vt l. j. §. an bona. ff. de iure fis. Idem quando succedit ex delicto, quia nõ est propriè hæres, sed vindictę causa succedit, ut ff. de in integ. resti. l. non solum. §. fi. & ff. de noua; l. quoties. in fin. & l. nouatio. Et † idem est in ecclesia, hospitalibus, & pauperibus, quod in fisco. vnde † si hęreditas est damnosa, possunt eam dimittere absque alia restitutione in integrũ. C. de sac. san. eccle. l. sicut alienatio, quod est notatu. dignum. do. Ange. in l. fi. § fi C. de iure deli. dicit, hodie verò milites non excusantur secũdũ uerũ intellectum per §. ultimum. in authen. de hære. & Fal. q̃ tex. loquitur in milite vtriusque militiæ, tam cęlestis, quam terrestris, & etiam loquitur in Imperatore ad hæreditatem uocato. Et propterea dici potest quòd † si ecclesia est instituta, & hæreditatem agnouit, & inuentarium nõ confecit, q̃ legatarijs & creditoribus tenetur in solidum per illum tex. licet Bar. indiscussum reliquit. potest tamen restitui aduersus inuentarium nõ confectum, nam † ecclesia æquiparatur pupillo, & pupillus potest restitui. vt dicto authen. §. pupillus. & ita poterit restitui miles armatæ militię, non autem posset restitui Imperator, ipse enim legem † condidit, & omnia iura in scrinio sui pectoris habet, ut l. omniũ. suprà de testa. & eodem

48

49

50

51

52

53

54

55

modo

modo forsan doctor minor 25. annis non posset restitui, quia non potest iuris ignorantiam allegare: ut l. 1. C. qui & aduer. quos. In mulieribus autem & rusticis cõtradico, si habuerunt potestatem consulendi peritiores. ff. de bonorum poss. l. in bonorum. facit ff. de iur. & fac. igno. l. regula. §. fin. Hæc Ange. dominus Raphael Fulgo. in authen. sicut alienatio. C. de sac. san. eccle. dicit, quòd do. Bal. in d. authen. determinauit, quòd si ecclesia adierit aliquam hereditatem damnosam sine beneficio inuentarij, quòd non tenetur ultra vires hæreditatis: alias oportet non dicere, quòd aditio esset nulla. Istam quæstionem formauit Barto. in l. fin. ad finem. C. de iure delib. & reliquit insolutam. dicens se determinaturum. in authen. sed cum testator. C. ad leg. Fal. vbi nihil dicit. hæc determinatio Bal. videtur cõtra tex. in authen. de hære. & Fal. §. quia verò duplex. vbi illam constitutionem disponentem &c. dicit habere locum in omni persona, siue militari, siue clericali, nec casus allegatæ authenticæ, sicut alienatio. habet eandem rationem, quia loquitur ibi de prædio infructuoso: hic autẽ de hæreditatibus, quæ sunt valdè desperatæ. imò potius debemus dicere aditionem nullam esse, ita determinatur in corpore vnde sumitur alle. auth. sicut. melius est ergo dicere aditionem tenere, & ecclesiam teneri vltra vires hæreditatis, sed adiuuabitur beneficio restitutionis in integrum ad instar minoris. l. 2. C. si ut se ab hære. absti. quod autem dicitur in alle. authen. nõ auderẽ extendere ad minorẽ sed minori hoc casu consuleretur beneficio restitutionis in integrũ. qa nõ per om
56 nia parificantur, scias ꝙ † omissio inuentarij non obligat executorem testamenti vltra vires hæreditarias, sicut hæredem. Ita dicit Ioann. Andr. in addi. Specu. in titul. de instrum. edi. §. nunc verò aliqua. Item non obligat in foro conscientiæ hæredem institutum. no. Ioan. And. in c. quâquâ. de vsu. lib. 6. & Bar. & Bal. in rub. de acquir. hære. ff. Itẽ non obligat successorem in bonis vacantibus: nã ille nõ tenetur vltra vires, dicit Bar. in alleg. rubr.

Item scias, quòd in inuentario est cautela, quòd æstimentur res inuentæ, & seriatur estimatio. dicit Bar. in l. fi. C. de magistra. conueniẽn. quod tenet dominus Barto. de Saly. in l. veteris. C. arbi. tute. vbi dicit, ꝙ dicta lex loquitur etiam in immobilibus: quia non simpliciter dicit, sed cum adiuncto dicens quantitatem substantiæ suæ, &c. & sic de omni substantia loquitur, & fortè etiam ideo dicit quantitatem ad denotandum, ꝙ nõ solum res & substantia pupilli debent in inuentario describi, sed etiam rerum æstimatio, ne vilis precij pro alia maioris precij postea restituatur, & sic pupilli fraudẽtur: quod frequenter euenit. & videtur mihi probari. C. de magistra. conue. l. fi. & si hoc iure non cauetur, æquitas suadet, & adde,
57 quòd † hæres non tenetur vltra vires hæreditarias, etiam si non confecerit inuentarium in casibus infrascriptis.

Primus est in monasterio, quod successit ingresso religionem, secundum Baldum in authen. causa quæ fit cum monacho. C. de Episc. & cler.

Secundus est, si creditores seu legatarii hæreditarii confitentur se scire non sufficere bona hæreditaria pro soluendis debitis. ita dixit Angel. in l. filium. C. famil. erciscun.

Tertius casus est, quando testator antequam decedat cedit bonis. ita not. dicit Bal. in l. fi. C. qui bo. ced. poss.

Quartus casus est, quando hæres dolo inductus adiuit hæreditatem. ita dixit Bald. in l. fi. ff. de dolo.

Quintus casus est, si legauit alimenta. ita Bal. in l. voluntas. C. de fideicom.

Sextus casus est in ecclesia. ita Bald. in l. fin. C. de iure delib. & Bar. in l. fi. C. de sac. san. eccle. licet Ange. tenuerit contrarium in l. 1. §. pen. ff. si cui plus quàm per leg. Falci.

Septimus casus est, quando testator dixit, quòd volebat omnia solui de bonis suis. ita Bar. in l. vnica. C. de his quæ pœnę nomine.

Octauus est quando aliquid relinquitur ecclesiæ, ꝙ relictum non potest ecclesia petere ultrà vires hæredit. Ita Bart. in l. 1. C.



l. fi. C. de sacrosan. eccle. Ratio, qua ecclesia debet viuere secundum forum conscientię c. nouit. de iud.

Nonus casus est, in executore, qui loco hęredis habetur ita Bar. in l. Centurio ff. de vulga. & pupil. & est tex. in c. cum tibi. de testamen.

Decimus casus est, in instituto gravato, vt omnia bona distribuat inter pauperes Ita Ioan. And. in addi. Spec. in ti. de instrumen. edi. §. nunc aliqua. in addi quæ incipit, Iaco. de Are.

Vndecimus est in marito & alijs qui non possunt exigere, nisi quatenus facere possunt, & in vsurario, per not. in regula, peccatum. de reg. iur. in 6. & c. cum tu. de
58 vsur. Vltra istos, & similes, quilibet † tenetur, nisi inuentarium confecerit. & dicit Bal. in alleg. l. fi. quòd si res sunt in pluribus prouincijs, viderentur plura inuentaria necessaria propter diuersitatẽ locorũ & testiũ, & tabellionum, tamẽ secundũ Odof. contrarium est verum. nam hæres inuenit omnes res vbicunq; sunt per se, & per alios, & postea conuocatis testibus & legatarijs & his, qui conuocandi sunt ad hoc incerto loco, dicet has res inueni in tali loco, & in tali parte, & has alias in tali, & de omnibus adimplebit solennitatem. & ideo datum est ei à lege certum tempus ad prædicta peragenda: vt primò perquirat res & postea cum solennitate prædicta in scriptis reducat: & si non possent omnes res stare in vna charta ponet in pluribus, dum tamen sic sint coniunctæ, quòd in hoc non posset esse dubium: quia hoc non est prohibitum: vt ff. ex quibus cau. maio. l. necnon. §. quod eris. & in hoc est arg. ff. de testa. l. ad testium. in fi. & sic seruat cõsuetudo. Consilium tamen est, vt iali casu ad remouendum dubium seu dubitationem, in prima charta fieret mentio de secunda, per hunc modum. Et quia in hac charta res omnes comprehendi non poterant: ideo ad eam alia est coniuncta per talem modum, in qua dictum inuentarium com-
59 pletur, sicut & cum testis † non habet annulum ad sigillandum, sigillet cum alio, vel cum alieno: insti. de testa. §. possunt. & cum hęres non potest subscribere adhibeat alium subscribentem: & facit de hoc mentionem, vt eius occasione dubietas non orietur, secundum Nico. de Mar. & si hęres & fideicommissarius fecerint diuersa inuentaria, tanquam excedentia, & excessa: nunquid tanquam contrarię scripturæ sibi derogent secundum Bal. in auth. sed cum testator. alle. dic, ꝙ non: quia res inter alios acta &c. ff. de infa. l. Lucius.

Et secundum Bal. ibidem, post decre-
60 tum † interpositum per iudicem in inuentario potest probari subtractio rerum: & probatur etiam per vxorem, & domesticos: vt no. in l. 2. C. quãdo & quibus quarta pars debetur. li. 10. & per torturam seruorum perseuerantium & non vacillantium: vt no. ff. de quęstio. l. edictum. & an beneficium inuentarij habeat locum in hæreditate locupletę. ita quòd si agitur contra hæredem, qui adiuit hæreditatem locupletissimam an possit allegare contra creditores agentes contra eum quòd non potest conueniri durante tempore inuentarij conficiendi? videtur quòd nõ
61 quia † omnis exceptio innitur æquitate, vt l. qui ęquitate. ff. de doli excep. sed huic non est ęquum exceptionem dari cum alterius iactura, ergo per doli replicationem exceptio elidatur, quia non indiget inuentario vt sibi prosit: & hoc tenet Rich. vt refert Cy. quod non credit Bald. verum etiam locupletę existente hęreditate expedit habere beneficium inuentarii, quę multa sunt. l. fina. alle. §. & si præfatã & in l. computatione. & ideo etiam si locupletissima sit hæreditas, potest hæres beneficium inuentarii prętendere: argu. ad hoc. ff. ad Trebel. l. quia poterat vers. nec interest. Adde hic quòd tutor datus ad vnum articulum non tenetur facere inuentarium tutius tamen est, ꝙ faciat secundum Iac. de Are. vide Bar. in l. tutor qui repertorium. ff. de admin. tuto. & not. omnia prædicta: quia quotidiana.

Vltimò pro condimento huius mate-
62 rię, scias † quòd multiplex est species inuentariorum: est enim quoddam inuentarium,

tarium, quod sit de bonis confiscatis: de quo C.de bon.proscrip.l.si quis posthac: & l.si quis intra.de bonis vacan.l.fi.li.10. Item est aliud inuentarium, quod fit ab Episcopo in casu.C.de episc. & cler.l. nulli. Item aliud, quod fit ab hærede de suprà latè est dictum.& vide in l.fi.§ finautem dubius.C.de iure deliberand. & ibi per doct. & in authen. de hæred. & Falc: §.si verò absunt. & vide tractatum domini Ange.in l.2.ff.si cui plus quam per legem Falcid. Item aliud, quod fit per curatorem datum ventri: de quo habetur de ven.in possess.mitten.l.1.§.pen. & no. de curato.bo.dan.l.1. Item aliud quod fit per curatorem datum bonis: de quo in alleg.§.pen.& l.1.de curato. bo. dando. Item aliud, quod fit a creditoribus de bonis debitoris. de quo de bonis aucto. iudi.possid.l.fin.circa medium. Item aliud, quod fit per curatorem adulti, vel tutorem pupilli: de quo in l.tutor qui repertorium.ff.de administ.tuto.& C.eo.l.tutores. & istud differt ab inuentario hæredis in hoc: quia contra illud admittitur probatio in contrarium: ut C.de iure deliberan. l.fin.§.licentia. sed contra istud inuentarium no.ut C.arbi.tute.l.fi. Item differunt: quia in illo non inferuntur tenores instrumentorum, sed solum designantur: sed in isto tutoris sic: vt l. chirographis.ff.de administ.toto.cum glo.& de isto inuentario, licet supra aliqua sint dicta, hæc alia pono, quæ dixit Bald.in alleg.l.tutor.

63 Secundò quero † quid sit inuentarium respondeo, inuentarium est quædam scriptura, in qua describuntur omnia quæ in hæreditate, vel bonis alicuius sunt inuenta: ut not. in alleg.l. tutor. in glo. sic dictum &c. & C. de administ. tuto.l.tutores. & arbi.tute.l.fin. in glo. super verbo, facto. & in authent. de hæredi. & Falci. §. si verò absunt, super verbo inuentarium.

64 Tertiò quæro, nunquid † inuentarium istud sit faciendum vno contextu. & videtur, ꝙ sic argu. C.de testa.l.cum antiquitas. & ff.de testa.l. hæredes palam.§. fin. Contrarium puto, & dico ꝙ fiet secundum ꝙ res inueniuntur: vt not.in alleg.t.tutor.& l.tutores. & in authent. de hæredi.& falci.§.si verò absunt.& l. fina. §.tali.C.de curato.furio.hanc etiam opinio. tenet Salyce. in alleg.l. tutores. Sed dicet quis, antequam tutor possit administrare, inuentarium debet esse factum: vt in alleg.l.tutor qui repertorium. ergo diu stabit, quòd administrare non poterit. non enim sufficit inuentarium cœptum esse: vt not. Specul. in tit. de curatore.§.generaliter. versic. fiat autem. &

65 bene † quia illud verbum, factum est præteriti temporis, & sic notat rem perfectã: vt l.1.§.hæc verba.ff.quod quisque iuris. Et ego respondeo, dicit Salyc.ibidem, sequendo Bartol. ꝙ habetur pro perfecto, quando ab ipso tutore est habitum pro facto: arg.C.de fide instru.l.contractus:

66 nec † aliquorum omissio vitiat dationem tutoris.& probatur.infrà de magistra.cõue.l.fin.

67 Quartò quero, nunquid † inuentarium sit faciendum ab vno & eodem tabellione, & coram eisdem tabellionibus, & eisdem testibus: & videtur ꝙ sic, quia segnius expediuntur, &c.l.3.§. apparet.ff. de admin.tuto. Item ne rerum turbentur officia. C.de testa.l.consulta. & pro hoc C.de offic.consul.l.1.& C. de sportu.l.1. & ff.de tuto.cum similibus. quod puto verum dum tamen possit haberi copia eiusdem notarij, & testium, alias poterunt alij adhiberi.ff.de iudic.l.si longius. & d. l.vnica.de offic. consul.C.de testa.l.cum antiquitas.§.si tamen. & de vacatio.mu. l pen.§.si post.&c. de ventre inspi.l.1.in principio.

Quintò quæro secũdum eundem Bal.

68 intra † quantum tempus debet fieri inuẽtarium per tutorem vel curatorem, glo. C.eo.l. tutores. post multas opin. videtur sentire quòd mox, statim, cum primum potest, nisi ex iustissima causa differat: vt in princ.d.l.tutor. secundum Cy. & potest esse iustissima causa secundum Saly.in alleg.l.tutores: quia fortè testator remisit l.fin. C.arbi.tute. vel quia sic est consuetudo, vel statutum in loco: vel quia iudex remisit, quia non expediebat patri-



patrimonium pupilli manifestari propter creditores: vt ff.ad Tertul.l.2. §. tractari. & C.de alimentis pupillo præstandis.l.fi. & C.quando & quibus quar.pars debe.l. 2.lib.10. Et idem tenet Bal.in alleg.l.tutor dicens quòd testatoris prohibitio est iusta causa.nam dicit, quòd sicut tutor habet necesse inuentarium conficere, ita cauere rem pupilli saluam fore: sed testator potest releuare tutorem à præstatione satisdationis.vt inst.de satisda.tu.§. 1. ergo & ab inuentarij confectione, pro quo est text.expressus.C.arbitr. tute.l.fi. circa finem. Item dicit, quòd est alia iustissima causa, quando creditores credunt pupillum habere magnas facultates, propter quòd differunt eum conuenire, & tamen in veritate pupillus est pauper.certè hoc casu est causa legitima & iustissima non faciendi inuentariũ. Si enim fieret in præsentia tabellionis, creditorum ac testium, diuulgaretur † pupilli pauper

69 tas, quod satis esset inhumanum.C.quando & quibus quarta pars debe.l.2.§ mobiles.lib.x.secundum Petr.& pro hoc facit.de alimen.pupillo præstan.l.fi.

Sextò quæro, nunquid illud tempus cedat statim à die scientiæ & aditæ hæreditatis, vel debet prius adiri hæreditas.glo. in dicti l.tutores.innuit quòd primo debet adiri hæreditas. sed hoc non potest procedere, quia hæreditas debet adiri de auctoritate tutoris. vnde tutor non potest auctorari, nisi prius facto inuentario: vt in alleg.l.tutor.videtur ergo melius dicendum, quòd prius debeat confici inuentarium. Sed tunc iusto, quid ergo ponetur in inuentario, cum pupilus adhuc aditam hæreditatem nihil in bonis habeat, potest dici, quòd tutor ponat inuentario, quomodo inuenit in bonis habere pupillum ius adeundæ hæreditatis vel repudiandæ, & nihil aliud dicat tunc inuenisse posteà verò cum ipse debeat bona quęsita ponere in inuentario, ponet ibi hæreditatem, quam eius auctoritate adiuit. vel potest dici, ꝙ detur alius tutor specialiter ad adeundam hæreditatem, ut not. ff.de acquiren.hęre. l.nemo. & hæc vera in pupillo extraneo, secundum Iaco.de Rauenna.secus si esset suus, cum existentia sui hæredis habeatur pro adhibitione, potest statim conficere inuentarium secundum Cy.arg.inst.de hæred. quæ ab intesta.§.2.do.Bar.de Saly. in alle.l.tutores latius supradictâ quæstionẽ

70 examinat dicens. Quæro † cum gloss.an ante confectionem huius inuentarij debeat esse adita hæreditas, & dicit Iacob. de Are.& Cyn.quòd gloss. 2. ibi dicit, ꝙ sic.& intra tempus positum in l.fi.§ 1. C. de iure deliberan. sed attende, quod ibi loquitur de inuentario, quod facit hæres, vt gaudeat beneficio Falcidię, & vt teneatur vltra vires hęreditarias, nos de eo, quod facere tenetur tutor, vt administrare possit, vnde lex illa non habet aliquid commune cum ista.

Sed redeundo ad quæstionem dicere videtur glo.in allega.l.tutores quòd hæreditas debet esse addita, & ante tempus non currat. Contra quod facit, quia hæreditas non potest adiri sine auctoritate tutoris.l.potuit.C.de iure deliberan. sed ipse non potest auctorari, prius quam cõfecerit inuentarium, vt d.l.tutor qui repertorium.ergo &c.pro gloss. facit, quia

71 † inuentarium debet facere de rebus omnibus & iuribus quę sunt in substantia pupilli, vt in allega.l.tutores. & C. arbi. tute.l.fin.§.illo.sed ante aditam hęreditatem nihil est in substãtia pupilli, ergo &c. huius timore dixit Iacob.de Are. ꝙ aditio hæreditatis non requiritur, sed tutor ipse legitimus, vel datiuus, cum ei decreta erit administratio, dicet quòd volens facere inuentarium non reperit ad prę-sens in bonis pupilli, nisi ius adeundi hęreditatem patris, quod in principio sui inuentarij describi facit, & hoc facto poterit auctorari pupillo, vt adeat, vel eius nomine adire, si infans fuerit, & postea adita hęreditate describet bona hæreditatis.quęsitę in inuentario, si autem esset tutor testamentarius, tunc, inquit ipse, ꝙ recurritur ad Attilianum tutorem, cuius auctoritate adeat, vt institu. ad Atriliani tuto.& postea testamentario decernetur administratio, qui inuentarium rerum quęsitarũ conficit.& ita intelligunt gloss. alle-

alleg. l. tutores. & hoc nisi existentia sui
72 hæredis confirmet tutelam : quia † tunc dicit Attiliano locum non esse, & statim hæreditatis aditæ inuentarium post decretam administrationem confici posse, & ita pertranseunt quasi omnes . Sed vt non fileam, animi mei motum attende : quia an existentia sui hæredis confirmet tutelam dubito, ut dixi in l. 1. C. de testamentaria tute. vbi dixi, quia si existentia sui hæredis confirmat tutelas testamentarias: remediũ Attiliani tutoris erit quodammodo superuacuum, & frustratoriũ, cum pater non possit tutorem filio dare : nisi eum habeat in potestatate: vt institu. de tutel. § permissum. & no. in l. mater. in princip. C. de testa. tutel. & restringe illud remedium ad casum, quando pater ei dedit ad substitutum, quod nõ videtur de mente prædictarũ legũ. Itẽ meo indicio nõ fuit de intentione legũ, quòd legitimus vel datiuus faceret inuentariũ de iure adeundi, sed de rebus ipsis & instrumẽtis, & substantia eius, vt patet ꝓ tex. dictæ. l. tutores. & l. fi. C. arbi. tute. Item ab
73 allusione vocabuli, quia † inuentarium, quod idem est quod repertorium, est de pluribus, non de uno tantum, & quod nõ potest esse nisi vnum. Præterea isti suppo nunt vnum in se falsum quòd hæc potentia adeundi sit ius, quòd non est verum, sed solum est facultas quędam adeundi. & inter hæc est longa differentia, ut no. dominus meus in l. cum antiquioribus. C. de iure deliberan. & ibi dicam.

Ex prędictis infero, quòd tutor legitimus vel datiuus statim cum est ordinatus, id est, ei decreta est administratio, potest adire pro infante, vel auctoritatem præbere pupillo vt adeat hæreditatem, & post aditam inuentarium de rebus omnibus & instrumentis conficere. vt hic nec aliud inuentarium de iure adeundi est necessariũ. Nõ obstat quòd nõ potest prius gerrere vel auctorari, quia verum, nisi illud in quo auctoretur, vel quòd gerit, non possit expectare dilationem confectionis inuentarij, vt ibi dicit litera, qualis est aditio hæreditatis quæ necessariò precedit. & ita soluo obiectũ gl. in l. tuto res. allega. quæ aditionẽ precedere requirit, remanet simpliciter vera. hæc pondera, licet aliàs sint ibi inaudita.

Septimò quæro secundum Bald. intra
74 †quãtũ tẽpus debet cõpleri, dico cũ primum põt de rebus nũc acquisitis, & de iuribus, sed si postea alia reperiantur, vel obueniant, tunc & illa ponũtur, & sic inter plures vices poterit fieri & cõpleri secundũ cõtingentias rerũ & casuũ, l. vt C. de curato. furio. fi. §. tali. & no. gl. in prin. alle. l. tutor. & C. e. l. l. tutores. in fi. necne.

75 Octauò †quæro, nunquid istud inuentarium debeat fieri coram iudice ordinario, glo. in dicta l. tutores. super verbo, personarum, uidetur sonare quòd sic. & idem uidetur sentire in prima glo. dictæ l. tutor qui. Et hanc opi. tenet Azo in summa de admi. tuto. sed quidam Moder. dicunt, quòd etiam si coram iudice factum non fuerit, dum tamen sit factum per tabellione, quod satis est quantum ad tutores si uolunt agere ex eo, sed per alias probationes, si uerò uoluerint ex eo agere & probare, tunc oportet fieri coram iudice, & ita intelligitur l. chirographis. ff. de admi. tuto. Communiter tamen obseruatur, quod fit per solum tabellionẽ, sed videtur, quòd debeat fieri coram iudice, quia inuentarium facit fidem contra debitores pupilli, vt d. l. chirographis. quod non faceret, nisi coram iudice fa-
76 ctum esset, quia instrumento † facienti de alio mentionẽ nõ adhibetur fides, nisi sit auctoritate iudicis publicatũ, vt C. de eden. auth. fiquis in aliquo. & in auth. vt fratrum filij. §. illud. C. de testamen. l. publicati. ergo corã iudice debet fieri, qa tabelliones nõ possunt publicare. arg. C. de testamẽ. l. cõsulta. certè ego vidi sæpe multa inuentaria fieri, quæ nõ fiebant corã iudice, sed in præsentia tabellionis solum. Ratio enim conficiendi inuẽtarij fuit, vt per illud possit apparere & ꝓbari quot sunt res & quales, quas tutor accepit de bonis pupilli ergo sufficit si inuentarium faciat fidem, vt C. eo. l. tutores.

Nec obstat ꝓ dicitur instrumentũ faciens mentionẽ de alio, nõ facit fidẽ, nisi sit publicatum, verũ est, nisi cõtra esũ, qui facit



facit copiam illius instrumenti. vt ff. de eden. l. si quis ex argentariis. §. prohibet. & ff. de iure fisci. l. in fraudem. §. neque. vnde dico, ꝓ quando fit inuentarium de iuribus, debent vocari debitores & creditores pupilli, & tunc tutores debent scribi facere in eorum præsentia, & eorum voluntate, qualiter talis debitor debet tantũ pupillo, & talis tantum. Item qualiter tali creditori pupillus debet tantum & quantum : seu qualiter est solutum : & sic de singulis. hoc etiam casu inuentarium faciet fidem contra illos tales debitores & creditores, in quorum præsentia, & de quorum voluntate sic fuit scriptum : sic intelligo dictam l. chirographis. vbi de hoc per Petr. do. Bart. de Salyc. in alleg. l. tutores. dicit, ꝓ si quæratur quantum ad hoc vt tutor possit administrare, sufficiet inuentarium per tabellionem factum esse : si uerò quantum, vt ex inuentario possit probari contra debitores, oportet instrumentum inuentario esse descriptũ. & ita descriptum iudicis authoritate insinuatum esse : aliàs velut exẽplum instrumenti non probaret, & etiam aliæ subscriptiones tabellionum requirentur. de quibus dixi in auth. si quis in aliquo documento. C. de eden. & ita debet intelligi l. chirographis. ff. de admin. tut. alleg. vt ibi per Dy. & per Cyn. in alleg. l. tutores. & Bar. in alleg. l. tutor qui. & secundũ eun-
77 dem Salyc. sufficit † vnus notarius ad faciendum inuentarium licet text. in alle. l. tutores. videatur loqui in plurali numero, quia non obstat, vt ibi not. glo.

Nonò quæro secundum Saly. in alleg. l. tutores. ad declarationem proximè dictorum, in instrumenta describi debeant de verbo ad verbum in inuentario. respõdeo ꝓ huiusmodi solutio patet ex prædictis. nam vt tutor gerere, seu administrare possit, sufficit ꝓ tutor effectum, & summam instrumenti ponat : sed quantum ad hoc, vt si casu periret instrumentum, vel chirographum possit probari per inuentarium, est necesse totum instrumentum in inuentario describi. & facere insinuari inuentarium, & per consequens instrumenta, & citari debent debitores pupilli, & clare, nõ confusè sub inuolutione
78 verborum : nam † citationes debent esse clarè, vt l. aut qui aliter. in prin. ff. quod vi aut clam. & l. denunciasse. ff. de adult. Citabuntur igitur ad videndum confectionem inuentarii, in quo exemplatur tale instrumentum, in quo reperitur, vel asseritur illum esse debitorem pupilli ex tali causa, in tanta quantitate scriptum manu talis notarii, & hæc de instrumentis, per quæ probatur alios debere pupillo, sed instrumenta, per quæ probatur pupillum debitorem esse, dixit Bart. in inuentario non esse necesse apponi, licet posset si vel-
79 let. quod probat ipse: quia † res & instrumenta pupilli debent scribi: vt alleg. l. tutores. sed tale ius non est res pupilli, sed creditoris sui. vt probatur. C. de alimen. pu. præstan. l. fi. ergo &c. Pro hoc etiã induco, quia tutor tenetur vtilia facere, & inutilia prætermittere : sed talis emissio est vtilis pupillo. & eius posito est inutilis & damnosa: ut d. l. fi. ergo &c.

Sed ad oppositũ vidi induci glo. signatam in allega. l. tutores. super verbo, instrumentorum, quæ incipit, Non est necesse citari creditores : ex quo inferebat quidam magnus aduocatus, ꝓ instrumenta creditorum erant ponenda, sed creditores non erant citandi : quia de eorum commodo tractatur. Sed gloss. ad alium effectum dixit, videlicet propter inuentarium, quod fit ab hærede, ad cuius confectionem creditores sunt citandi, & eandem gloss. statim sequitur. Item dixit Bart. quòd si qua deberentur pupillo, de quorum probatione non reperiretur instrumentum in bonis pupilli, tutor non tenetur ponere in inuentario, antequam
80 exigat : quod ipse † sic probat. inuentarium fit de rebus repertis & inuentis in bonis pupilli, & inde dicitur inuẽtarium : vt notat prima glo. in allega. l. tutor qui reperto. sed istud propriè inuenitur. quod manibus apprahenditur : ut insti. de rerum diui. §. lapilli. & C. de fideiuss. l. Barsatoram. & not. doct. in l. licet. C. de acq. possess. sed talia debita non inueniuntur : quia nec manibus tangi possunt, nec aliquod eorum instrumentum. igitur in inuen-

inuentario non possunt poni, vel scribi: post quam autem erit exacta, tunc exactum in inuentario describetur, sicut cæteræ res post ea obuenientes: vt l. fi. C. de curato. furio. in §. tali.

Decimò quero secundum eundem Saly. in allega. loco. circa res: quomodo illæ describentur in inuentario. dicit Bart.
81 quòd taliter describi debent, quòd † tutor ad illas restituendas ex inuentario conueniri possit. vt leg. fin. C. arbi. tute. Ex quo infert, quòd res in eadem forma debent scribi, & designari in inuẽtario: quia describi & designari debent in libello. & sic vt dicitur in l. si in rem. ff. de rei vendi ca. & depositi. l. j. §. si quis argentum. & de furtis. l. in actione. §. j. Ego sum in opinione, quòd hoc solum non sufficit, sed quelibet res mobilis saltem debet æstimari: & eius æstimatio iuxta ipsam rem describi, ne fraudetur pupillus aliam consimilem ei restituendo, sed non eiusdem æstimationis, vel bonitatis: & hoc videtur mihi probari in l. fin. C. de magistra. conue. & ita vidi quoddam inuentarium factum in vna ex ciuitatibus Marchiæ, licet in Bononia non habeatur in obseruãtia, sed. de pupillis.

Vndecimò, quæro secundum Bald. vbi suprà nunquid in tali inuentario sint de necessitate vocandi illi quorum interest? & videtur quòd sic. argu. in auth. de testibus. §. penulti. Item pro hoc de adoptio. l. nam ita diuus. cũ concor. Item in inuẽtario heredes vocantur. C. de iure deliberan. l. fin. §. fi autem. gloss. in alleg. l. tutores. tenet contrarium super verbo, instrumentorum: scilicet, quòd non sint vocandi, quod satis puto verum: quia nulla
82 lege hoc cauetur. Item quia † inuentarium istud non fit per tutorem ad hoc vt prosit creditoribus vel debitoribus: sed illa ratione tantum, ne minor decipiatur in computatione rerum suarum, sicut ergo quod omnes. tãgit, debet ab omnibus approbari, ita à contrario quod nullos tangit &c. C. de aucto. præst. l. fin. dico tamen quòd debent, & sunt vocandi, vt habeãt copiam instrumentorum & debitorum in diem vel purè. sic intelligitur d. l. chirographis. secundũ Pet. de Bella Pertica.

Duodecimò quero, & attende, quia istam questionem dixit de facto habuisse do. Bartolo: Archamanus tutor, dum volebat adire hereditatem, & facere inuentarium; dicebant propinquiores pupilli, nos volumus interesse, quia nostra interest, quia sumus substituti vel propinquiores ipsi pupillo, vtrum bene dicant, & videtur quòd sic, quia ipsos tangit, ergo debent vocari. l. in diem. ff. de aqua plu. arcen. & spes est, quòd tangitur, sicut dicimus in testibus, qui aliàs recipiuntur ante litem contestatam in quorum receptione pars debet vocari ratione futuri interesse. ff. ad leg. Aqu. l. si delictum. & de vsuris pupilla. l. vltima.

In contrarium videtur, scilicet quòd non debeant interesse. Nam dicit lex, q̃ vbi aliquis adipiscitur aliquid, quòd est spes, vel dubium alteri restituere debere, debet hoc facere coram personis publicis, videlicet tabellione, & iudice, vt possit esse certum, quid debeat restitui in futurum, si casus contingat. C. de edic. diui Hadria. tol. l. fi. ff. deposi. l. j. §. si pecuniam. & arg. C. si minor se ab here. abstiauthen. si omnes. & in corpore vnde sumitur. de spõ. lar. §. ad hoc quoq; ibi, quãtitate earum in actis manifestanda, &c. non autem dixit quòd debeant esse propinqui, & illi qui sperant restitutionem, quàsi præsumptio sit, quòd iudex & tabellio. cũcta bene scribant. sic dicamus hic in iudice & notario interuenientibus in confectione inuentarij. pro hoc facit quod not. in authen. si quis in aliquo documen
83 to. C. de eden. videlicet an † in publicatione instrumenti pars sit vocanda, satis tamen potest dici, quòd interesse debeat cum tutor adit hereditatem, & conficit inuentarium, ex quo spes est, quòd dicti substituti vel propinqui tangantur, arg. C. de suspec. tuto. l. pietatis.

Decimoterciò quero, an qui fecit inuẽtarium & aliquid omisit, possit pro illo omisso agere. & dicit idem Bal. quòd nõ quia non est administratio sibi in illo concessa, nam licet vniuersalis sit concessio



cessio & officium: tamen administratio est diuidua. & hoc in obtinendo, secus in differente, qui post tempus posuit, ante tamen quàm ageret pro illa re: quia habet officium & exercitium per iudicem concessum & donec remoueatur agere potest, secundum Fede. de Scalis, qui hoc disputauit, dicit Saly. in alleg. l. tutores, q̃
84 † si tutor non posuit omnes res in inuentario, inuentarium propterea non vitiatur: verum quia omnes res ponere debuit: vt in alleg. l. tutores. si scienter omisit, ipse est in dolo præsumpto, vt in d. l. tutor qui repertorium. ideo potest remoueri vt suspectus, secundum distinctionem, quam posuit idem Saly. in l. 2. C. de suspec. tut. antequam sit remotus, agere non prohibetur.

Decimoquartò quæro secundum Bal.
85 nunquid † hæreditas, quæ de nouo obuenit pupillo, sit describenda in eodem inuentario? & videtur quòd non: imò poterit poni in alio: quia in l. dicitur inuentaria in pupillari ætate in casu, quando erat vnus solus pupillus. l. siue. in prin. C. de admin. tut. de tutel. & ratio distra. l. 1. §. de seruis. & hoc satis dici potest, si res illius hæreditatis non possunt decipi in alio inuentario. aliàs secus, de cura. furio. l. fi. §. tali.

Decimoquintò quærit idem Baldus
86 † an mora commissa in confectione inuentarij possit purgari? & dicit, credo q̃ sic: si pupilli non interest: sicut video moram purgari in alijs casibus re integra: de optione legata. l. mancipiorum. de leg. 2. l. cum quidam.

Decimosextò quæro secundum Bald.
87 an † tutor sit alendus de bonis pupilli interim cum facit inuentarium: puto quòd sic, si est pauper: arg. ff. de tute. & ratio. distrahen. l. 1. §. pupillus. si autem sit diues, non. arg. l. tutoribus. §. pen. ff. de admin. tut. nisi ipse tutor occasione inuentari. plus expendat. argum. ff. famil. erc. l. ex parte. in princ. ad exhib. l. sed si hereditas. §. 1. de petit. hæred. l. sed & si. §. quod autem. puto etiam quòd inuentarium erit soluendum de bonis pupilli: arg. l. fi. §. in computatione. C. de iure delibe. secũdum doct. dic q̃ tutor non debet recipere mercedem pro officio, q̃ gratuitum esse debet, sicut mãdatum. ff. de nego. gest. l. qui sine vsuris. circa medium. sed pro sumptu, cũ proficiscitur sic ff. mãda. l. idemq; §. idem Labeo.

Decimooctauò quæro secundum Bal.
88 si † tutor agit, an debeat facere copiam totius inuentarij reo. & dic vt Iaco. de Are. in l. maritus. ad leg. Falcid. dominus Bart. de Saly. c. in l. tutores. alleg. dicit q̃ si dicta copia petitur, vt constet, an habeat legitimam personam: quia ante illius confectionem non potest agere: tunc copia danda est, sed non totius: sed solum illius partis, per quam aduersarius instruatur, an persona tutoris sit legitima, vel non: dabitur ergo eius copia absque descriptione rerum, ponendo solum principium vsque ad res, ponendo tamen principium rerum: puta in primis, &c. & postea ponat finem dum dicit, actum & publicatum. Res enim ideo non datur: quia illa particula spectat ad alium: ideo edi non debet. vt ff. de eden. l. argentarius. §. edi. & etiam ne facultates pupilli manifestentur alijs: ut C. de alimentis pupillo præstandis l. fin. & C. quando & quibus quarta pars debe. l. 2. lib. 10. Sinautem petitur copia etiam rerum, quia dicat, quòd eum vult accusare de suspecto & facere eum remoueri: quia non omnes res describi fecit: tunc licet forsan quibusdam videatur, q̃ tunc rerum copia descriptarum deberet dari. argum. l. 1. §. editiones ff. de eden. tamen ueritas est, q̃ non tenetur dare. & ratio est, quia ista petens habetur suspectus, q̃ non faciat animo differendi litem ei motam. argumen. l. 3. C. de fals. & ideo audiendus. Item quia hoc petit, vel alienam, non propriam iniuriam prosequatur, sic non audiendus: secundum Bart. vt l. neganda. C. qui accus. non poss.

Decimononò quæro secundum Bald.
an in additione quæ fit cum additur in-
89 uentario, sit necesse, q̃ † iudex sit præsens, & videtur q̃ sic. arg. C. de nupt. l. in copulandis. In contrarium facit, quia inuentarium est quid vniuersale, & in vniuersali-

uersalibus dispositio porrigitur ad futura ergo & decretum porrigitur vel extenditur ad augmentum l. inter socerum .§. cum inter de pactis dotalib. l. eadem. de fundo instructo. Pro prima parte facit. ff. de testament. & qui testamen. facer. poss. l. hæredes palam. §. 1.

Vigesimò quero secundùm Bal. prædictum, an in confectione inuetarij sit necesse interponi decretum, an sufficiat iudicis presentia: & fuit consilium Florentiæ, quòd sufficiebat præsentia iudicis, per lege tutores. alleg. nam nihil vltra lex requirit: ergo nec nos debemus requirere; vt qui admit. ad bono. pos. possunt. l. fi. dicunt doct. quod licet notarius posit cum tutore, & testibus ire ad domum pupilli ad scribendum res, tamen poterit postea illa scriptura per tutorem & notarium coram illis testibus legi, & publi-
90 cari: quia †in iudicio debet inuentarium fieri. dicta l. tutores. dicitur enim tunc instrumentum forense, vt not. Innocent. de probat. cap. 1. & illud est propriè inuentarium, non illud, quod domi fit, sed illud est præambulum huius & est descriptio facti, & non iuris: nisi notarius de commissione iudicis hoc fecisset. argumẽ to notatorum. C. de iure fisci. l. instar. & C. de lib. causa. l. iubemus. quod metus
91 causa l. fi. in fi. cùm si. Et an †si unus notarius cœpit facere, alter posit perficere est gl. ordinaria. in princip. §. si verò ab funt. de hæred. & Falc. argum. q̃ inuentarium imperfectum non valet. vt nõ. de le. 3. l. fideicommissa. §. 1.

Vigesimoprimò quero secundùm Saly. vbi s̃. an quod dictũ est de confectione inuentarij, procedat in omni tutore. glo. in alleg. l. tutores. Respõdit, & bene, quòd sic. siue sit testamentarius, siue legitimus, siue datiuus. In datiuo addit Dya. nisi sit datus ad vnum articulum tantũ, puta ad adeundam hæreditatem: quia ille non facit inuentarium: argument. C. de tutore & curato. qui nõ satisdederũt. l. fi. & ff. de tutor & cura. da. ab his. l. impuberi. confirmo, quia ridiculum est dicere, quod faciat inuentarium de eo tantum, ad quod datur: q̃a & in actis iudicis constat. solum enim ius seu facultatẽ adcũdi põt ponere in inuentario: at iudex, qui eum dedit, vt adeat hoc iam supponit, igitur, &c.

Vigesimosecũdò quero quid de tutore honorario, vel qui datur causa notitiq; nõ rñ habet administrare, dic q̃ nihilominus cũ alijs debet cõficere inũtariũ: q̃a & ipse particeps est tutelæ, vt ff. de testa. tute. l. 3. & nec puret. & q̃a ei soluti põt. ff. de solutio. l. q̃ si fortè. §. 1. & ita tenet gl. in d. l. tutor. q̃ repertorium ẕm Sal. vbi s̃.

Vigesimotertiò quero secũdũ Sal. dixi
92 q̃ † tutor vt posit administrare debet inuẽtariũ facere, sed an alia teneat facere gl. 3. vltra mediũ in alle. l. tutores. dicit q̃ sic, q̃a debet decreto iudicis accipere administrationẽ, vt C. arbitr. tute. l. fin. & de hoc ibi latius, & satisdare rẽ pupilli saluã fore. C. de tutor. & curato. q̃ nõ satisdederũt. l. 1. & ibi dicit. Itẽ debet iurare vtilia facere, & inutilia præmittere, vt in auth. vt 2. qui obligat se hab. per hib. & c. §. fi. C. de curat. furio. l. fi. §. sed cùm antiquitas. & ita ẽt no. in d. l. tutor qui repertoriũ. & l. legitimos. in princip. ff. de leg. tuto. & sic
93 †sunt necessaria quatuor in confectione inuentarij. Addunt hoc quintũ, scilicet q̃ expressè promittat defensionẽ pro pupillo suscipere, vt l. fi. §. defensionem. C. de administr. tuto. & dicit Bar. propter huius promissionis defectum se vidisse multas tutelas cassari. vnde inspicienda sunt bene instrumenta tutelaria. quia multoties in hoc deficiunt, & cassantur glo. in l. legitimos. in princip. ff. de legitimis tutor. vbi tantum illa glõss. quatuor enumerat, & istud quintum omisit: & etiam glo. in alleg. l. tutor qui repertorium. istud nõ ponit. Potest addi sextum in matre, & auia, vt per eas prædictæ promissiones fiant cum expressa hypotheca bonorum suorum, per ea quę no. C. quando mulier tu. offic. fungi potest. authen. matri, & auiæ. vltra medium. ver. sed dubitari & hoc nisi sit data in testamento, licet sit confirmata, p̃ ea, quę no. C. de cur. furio. l. fi. §. sed cùm antiquitas. quod omnino vide. Prędicta igitur sunt necessariò fiẽda antequã administraret, p̃terquã in his, q̃ dilationẽ nõ recipiũt, vel q̃ simpliciter ad commodum



commodum pupilli spectarent. nam tũc valent per tutorẽ gesta, licet non interuenerint prædicta, vel eorũ aliquod, ut d. l. tutor. qui repertoriũ. circa prin. & C. de tut. & curat. qui non satisdederunt. l. ulti. & alia quæ reperiuntur in tutela. vide in l. legitimos. ff. de legitimis tutor. & ibi p̃ glo. & Bar. & Bal. & per Cy. in l. fi. §. omnẽ aũt. C. de administ. tut. vbi ponũt, plenè quid debeat facere tutor antequàm manus extendat ad administrandum.

Vltimò de tutore, qui studio, non imperitia, malè confecit inuentarium: an debeat puniri, & remoueri, & an si non cõfecit inuentarium tempore, quo tutelam acceptauit, an posit ei opponi, si vult agere vel administrare, & contra proprium inuentarium posit probari error, & q̃d debet facere tutor antequàm accedat, vide no. per Bal. in l. j. §. item solent. ff. de offic. præfect. vrbis.

*SVMMARIVM.*

1 *Verba enunciatiua quæ sint.*
2 *Verba enunciatiua, quæ finalem causam sapiunt, quid importent.*
3 *Verba enunciatiua in quibus proferantur.*
4 *Verba enunciatiua quando vim dispositionis non habeant.*

DEdit donauit Titio propter eius merita, & grata, ac accepta seruitia. Ista clausula loquitur de verbis enũciatiuis de quibus per Barto. in l. ex hac scriptura. ff. de dona. & per Bal. in l. ex his verbis. C. de testa. mi. & in l. 5. C. de test. & in l. 1. C. de falsa cã adiec. legat. & ibi Cy. & per doct. in l. non epistolis. & l. rationes. C. de proba. & l. optimam. C. de contrahen. & commit. stipul. & per cano. in cle. 1. de probat. & in c. si Papa. de priui leg. lib. 6. & aliqualiter per Innoc. in c. fi. de successio. ab intesta. Et pro declaratione dicendorum est sciendum, quòd Bal. in l. j. C. de falsa causa adiecta lega. dicit
1 quod verba † enunciatiua sunt quoddam procemium, seu præambulum: & nõ sunt ipsa dispositio, & ita dixerim, verba enunciatiua non stant per se: nec consistit voluntas in eis: sed in alium transeunt: & non est verbum principale orationis, quæ verba dispositiua stant per se: quia emanant principaliter propter se, & in eis sistit volũtas. l. ex hac scriptura. ff. de dona. & tunc sit nunciatio propter se, quando terminatur ad sese & non ad aliud, scili-
2 cet uerba enunciatiua, † quæ finalem causam sapiunt, tacitam causam sui effectus disponunt. vt illa propriè est enunciatio: quæ veritatem continet; aliàs est abusiua quædam locutio.

Verba enunciatiua, †aliqñ proferũtur in
3
- Iudiciis.
- Contractibus.
- Vltimis voluntatibus.
- Rescriptis seu priuilegiis.
- Actibus liberatoriis.
- Actibus, in quibus agitur de obligatione cõtrahenda.

Et secundum Cy. in l. j. C. de falsa causa adiect. lega. ad hoc vt sciatur quando verba enunciatiua inducant dispositionẽ, & quando non refert, quia aut sunt propter se principaliter emissa, aut sunt emissa incidenter propter aliud: si sunt emis-
4 sa incidenter propter aliud: tunc † nunquam habent vim dispositionis: verbi gratia, credebam aliquem liberum, cum esset seruus: & credebam tecum habere hæreditatem communem. vnde dico sic in libello contra talem fratrem meum, quòd ipse tenetur, vnde peto hæreditatem diuidi: vel dico fratri meo, vel tali liberto meo, lego fundum. Ista verba nunquam habent tacitum effectum: & ideo non prę iudicant mihi. C. de probatio. l. non nudis. & l. non epistolis. & l. ex his verbis. C. de testa. mil. & l. qui familiæ. ff. famiercis. Si autem illa verba enunciatiua emittuntur propter se: tunc subdistingue: quia aut proferuntur in vltima voluntate: aut in vltimis voluntatibus: vt inferius plenè declarabitur.

*SVMMARIVM.*

1 *Probationem an inducant ante litis contestationem verba enunciatiua.*

2 *Verba enunciatiua à quibus proferantur ante litem contestatam.*

3 *Libelli receptio an dicatur de lite.*

SI verò verba enunciatiua proferuntur in iudiciis Bar. in l. ex hæc scriptura. ff. de dona. dicit, ꝙ ante litis cõte. nõ inducunt
1 † probationẽ, quia pôt pẽnitere ante litẽ contestatã, postea verò post litẽ cõtestatã probationẽ inducũt, licet possit contrariũ ꝓbari. & dicit, ꝙ lex q̃ familiæ. ſ. allegata, est lex magis vtilis, q̃ sit alia. & verba enũciatiua in iudicijs aliqñ ponũtur in libellis, aliqñ in positionibus, aliqñ in sentẽtiis. Primo casu qñ in libello dicit Bald. in l. l. cùm precum. C. de liberali causa. ꝙ aut quæritur, an verba enunciatiua ꝓlata in libello probent contra offerentẽ li-
2 bellum. & dic, & quòd aut ante litem † cõtestatam, proferuntur ab errante, aut à sciente, aut dubitatur. Primò casu probato errore, verba illa non præiudicant, neque probant contra proferentem. C. de iuris & fac. igno. l. error. & quod plenè ꝓ Bar. & alios in l. non fatetur. ff. de confessis. & in l. de ætate §. Celsus. ff. de interroga. actio. & ita pôt intelligi vno modo, l. q̃ familiæ. ff. famil. ercis. Secũdo casu, quãdo à sciente proferuntur, aut libellus continet quid certum, aut incertum. Primo casu aut aduersarius, contra quẽ libellus porrigitur in totũ libello cõtradicit, & tũc verba libelli sibi nõ prosunt, neque pro eo prbant, quia non potest quis iuuari ex eo, quod nixus est impugnare. l. quæsitũ. cum simi. ff. de acqui. hær. & quando, nõ per Bar. in l. post legatum. ff. de his quib. vt indig. & expressè firmat idem Bal. in l. si magnum. C. qui accus. non pos. Secundo casu, scil. cet qñ non cõtradicit, & tunc dicendùm est, quòd statur verbis enũciatiuis libelli contra ipsum libellantẽ. l. cùm precum. C. de liberali causa. ff. rem ra. habe. l. ne satisdatio. C. de omni agro deserto. l. cura, aliàs, rura, lib. 11. & hoc intelligendũ est de verbis enunciatiuis, in quibus stat cõclusio libelli. in allis aũt incidẽter probatur ꝓ aliud nõ statur, secundum Bald. ad hoc allega. & Pe. in l. Titia. in fin. principii. ff. de leg. 2. Alio verò casu, quando libellus continet quid incertum, & tũc non probant contra libellãtem, quia omnimoda incertitudo vitiat confessionem. ff. de confessis. l. certum. & iste secundùm eum potest esse alius intellectus in d. l. qui familiæ. alleg. Tertio casu principali, scilicet, quãdo dubitatur, an fuerint prolata à sciẽte, vel errante dicendum est, ꝙ aut probat errorem, & tunc præsumuntur prolata vt ab errante, vt d. §. Celsus. cum simi. aut non probat, & tũc ut à sciente, intra tamẽ quantum tempus possit error libelli probando reuocari. de hoc dic, vt per Bar. in l. non fatetur. alleg. & per Bal. in d. l. error. & hæc procedunt ꝓparationis iudicii & ante litẽ cõtestatã.

Aduerte tamẽ ad vnũ, quod dicit Pet. de Anchara. in suo consilio, quod incipit, quondam A. tenebatur. vbi dicit post Bal. in rub. C. de in ius vocã. ꝙ quãtum ad iu
3 dicem libelli † receptio dicitur de processu, sed quantum ad partem non est de processu, nisi postquàm pars est citata, & ideo ei, qui obtulit, suum libellum, semper est licitum, eum recipere, & recuperare, donec pars sit citata, vt l. Sempronia. libellos. ff. de furtis. Barto. verò in l. certum. §. si quis absente. ff. de cõfes. dicit, ꝙ si quis aliquid in libello confiteatur: licet libellum det fieri parte absente, tamen præiudicat sibi. vt l. cùm precũ. alle. Ideo enim libellus datur iudici, vt per eum detur parti, vt C. de lit. contesta. authen. offeratur. & C. quomodo & quãdo iudex. authen. qui semel. & sic quodammodo per quandam epistolam, seu iudicem, vel nuncium videtur fectum, parte præsente, de quo ꝓ Bal. in l. fin. C. de iura. calũ. Anto. verò de Butr. in c. ex parte. de cõfessis dicit ꝙ quis in libello videtur confiteri contenta in eo, in l. cùm precum. C. de libe. causa, in tantum quòd præiudicat, etiam absente parte, quia ideo datur libellus iudici, vt per eum detur parti, vnde mediante iudice videtur pars confiteri, quę in libello comprehenduntur, ut C. de lit. contest. authen. offeratur. & non solùm in libello, sed etiam excipiendo quis videtur confiteri, ſm Bar. vbi suprà:

imò



imò omnis responsio in iudicio habetur pro confessione. ff. de donat. l. quidam in iure. quinimò & interrogando quis confitetur? no. Ioan. 22. q. 2. quod ait. dicit tamen Ioan. And. ꝙ licet ponendo quis cõfiteatur, non articulando, vel capitulando, vide eum in c. cùm in positionibus. de iureiuran. lib. 6. in nouel. hæc vera, quando in illo comprehenditur quid dependens, vel ꝙ dependeat ab eius voluntate: aliàs non statur verbis enunciatiuis libelli: ut l. non epistolis. C. de probatio. vbi Bar. hoc tenet. Bal. verò in l. 1. C. de confessis. sic dicit. Item dicit Innocen. quòd confessio facta in libello, vt in alia scriptura iudicij, producta aduersario absente, perinde valet, ac si eo præsente: extra de exceptioni. c. cùm venerabilis. facit C. de liberali causa l. cùm precum. & C. de pac. l. postquam liti.

## Enunciatiua verba in positionibus.

### *SVMMARIVM.*

1 *Probationem plenam quando inducant uerba enunciatiua.*

2 *Negatio, uel confessio in dubio respicit substantiam facti, de quo contrahitur.*

3 *Verbum, credo, quid importet.*

SI verò verba enunciatiua proferũtur in positionibus, & quis respondeat tali positioni simpliciter per verbũ, credo: videtur confiteri solùm deducta principaliter in positione, nõ autem enunciatiuè narrata puta: puta, si pono, ꝙ Petrus filius & hæres Ioan. sui patris fecit talem procuratorem ad lites: nam respondens credo, videtur eum confiteri procuratorem: non autem, ꝙ fuerit filius vel hæres. & hæc singulariter ponit Spec. in tit. de positio. §. 7. versi. 11. Imò plus, si positio sic diceret, ꝙ talis cognouit carnaliter Bertam vxorem Titij, & ille respondet se carnaliter cognouisse dictam Bertam, non videtur confessus illã qualitatem, videlicet ꝙ fuit vxor Titij. & ita consuluit Bart. forte tamen posset dici secundùm Mathesylanum, prędicta procedere quo ad vim probationis, sed quo ad vim semiplenæ probationis potest dici eũ semiplenè confessum enunciatiuè narrata: arg. l. non nudis. & l. non epistolis. C. de proba. Sed contra prædicta facit quod no. Bar. in l. ex hac scriptura. ff. de dona. vbi dicit, ꝙ enũciatiuè prolata post litem contestatam in iudicio indu
1 cunt † plenam probationẽ. Sed potest responderi, ꝙ illud dictum debet intelligi in eo, qui explicitè ponit verba enunciatiua: puta ponendo, vel capitulando, non autem in eo, qui implicitè exprimit uerba enunciatiua: vt, quia respondet positioni alterius, in qua sunt verba enunciatiua, non ut uerba principaliter prolata propter se. Ioan. de Imo not. in l. si dubitetur. ff. de fideiuſ. post Bar. dicit ꝙ simpli
2 citer negatio, † vel confessio in dubio respicit substantiam facti, de quo contrahitur: non autem singulas facti qualitates, & ideo si fideiussor conuentus vt soluat debitum porrecto libello contra eum negat narrata, prout narrantur contra eum fore vera & petita fieri debere, sic intelligitur, in effectu negare se debitorem esse, seu debere soluere: non autem se esse fideiussorem: licet hoc in libello etiam fuerit narratum, & ideo non perdit beneficium diuisionis: quia non negat id, quod est causa beneficij: quod est singulariter notandum: & adde quod ipse idem Bart. dicit in l. si cui. la 2. §. si a filio. ff. de lega. j. vbi dicit, ꝙ respondens simpliciter posi-
3 tioni per verbum † credit, facit præiudicium, ac si expressè confiteretur, vt not. glo. no. in c. ex literis. de iureiur. confessio tamen simplicicer, vt dixi. nõ refertur ad singulas qualitates facti: ꝙ procedit secundùm Bald. in addit. Specul. in simplici confessione. sed si confessio est generalis, quia inquisitus confiteatur omnia contenta in inquisitione: tunc videtur, ꝙ debet referri etiam quo ad qualitates: vt d. versi. 11. alleg. & ita consuluit Dy. & ita tenet Iaco. de Butr. in suo consi. quod incipit, Cauetur statuto, ꝙ si quis offenderit aliquem officialem. & ita tenuit do.

Rayne.de Monte Vrbiano,doctor maximæ auctoritatis in suo consilio,quod incipit,In Dei nomine Amen,& totius cœlestis. & vnum tenens, ꝙ quis ponendo,& producendo in iudicio videtur confiteri contenta in ipsis:de quo per gl.in ca.cùm in positionibus.de re iudi.lib.6.& per Io. And.ibi in nouel.& per Ant.But. in c. ex parte.de confess.& dicit Bar.in l.certum. §. si quis absentem. alleg. ꝙ videtur etiã confiteri quę ponit in suis exceptionibus, sicut quæ quis ponit in libello: nam sicut ex parte actoris conuentionalis dicitur libellus: ita ex parte rei debet dici libellus contradictionis.C.de his qui pœnæ nomine.l.1.& ff.de excep. l.1.

## Enũciatiua verba in sentẽtiis.

### SVMMARIVM.

1 *Debet esse medium inter actum unum, & alium.*
2 *Litis contestatio qualiter probetur.*
3 *Contestatio litis est de substantia iudicij.*
4 *Authoritas sententias quæsit.*
5 *Citatio semper probanda.*
6 *Verbis enunciatiuis notarij an regulariter credatur.*

SI verò verba enunciatiua proferantur in sententijs.Ioan.de Imo.in l.sciendum.ff.de verb. obli. dicit si iudex in sententia dicat,visa litis contestatione, positionibus inter talem &c.an probentur ob hoc prædicta in processu interuenisse? videtur ꝙ non: quia illa tunc non potuerunt interuenire,cùm debeat esse aliquod medium
1 † inter unum actum,& alium. & hoc tenet Inno.in c.quoniam contra falsam.de proba.& ibi per Ioan. And. adde hoc uerum secundùm Ang. nisi sententia fuerit lata contra præsentem,qui non contradixit,nec appellauit: nam tunc de omnibus in iudicio agitatis, de quibus in sententia fit mentio,præsumitur pro sententia, sed non de agitatis extra iudicium, quæ in iudicio asseruntur producta,vt procuratorium & simile. & sic dicit ille Inno.rectè intelligendo in c. cùm in iure peritus. de offi.dele.in vlt.gl.mag. vbi dicit ꝙ productio instrumenti procuratorij, vel alterius,si est de actis: sed non ipsum instrm, & sic licet appareat ꝓdictum esse instrm procuratoris, non præsumitur illum esse ꝓcuratorem nisi de instro originali appareat,sed certè ibi Inn.recitat opi. aliorum dicentium oppositum.s.ex quo apparet productionem esse factã, præsumitur esse procuratorem,nisi aliud appareat, & idẽ si non apparet productio,si fuit lis contestata, vel habita pro contestata cum eo tanquã cum procuratore,quia præsumetur procurator, nisi doceatur de oppositoʒvt l.Pompon.§.rati.ff.de procu.& hoc tenuit Inn.in c.qm̃ contra falsam. de proba.& in c.nouit.de eo qui fur. ordi.susce. & in c.1.in ver.absente.de elec.in 6.& idẽ voluit Bar.in auth. si quis in aliquo documento.C.de eden.& in l.fi.C.qm̃ app.fit. Item adde,quod videtur idem, et si sententia fuerit lata contra partem absentẽ, dummodo contumacem,per id,quod notat Io.An.in d.c.quoniam. super vlt. gl.& Io.Cal.ibi,in suis addi.& Inn.in ca.bonæ. lo 1.de ele.& Io.And. in ca.in præsentia. de renun.& præsertim quando de longinquo lata est sentẽtia,per id quod no.Bar. in l.admonendi.ff.de iureiur. & Io. And. post Host.in d.c.in præsentia. & hoc etiã si non fit mentio de lite contestata in tenore sententiæ:vt volunt doct.prędicti.& Spec.in tit.de sent.§.fi.versi. in sententia. ad fi. & multofortius qm̃ facta est mentio: licet legistæ in hoc communiter sequantur opi. Bar.sed non bene, per prædicta,& quia præsumitur pro sententia, qm̃ non est appellatum ab ea:vt legitur & no. in l. Herennius.in §. Caia.ff.de euict: & hæc pręsumptio transfert onus probandi in partem aduersam.facit quod no. Inno. in c.cùm in iure peritus.de offi. deleg.

2 Qualiter aũt ꝓbabit ista negatiua † ꝙ lis nõ est cõtestata: dic, ꝙ ꝑ inspectionem actorũ in qbus nõ reperit litis cõtestatio: vt l.2.C.de errore aduoca. cum ibi no.ꝑ Burr.& hoc tenet Bartol. in suo consilio, quod incipit,Punctus talis est: cùm sententia



tentia lata est &c. unde cautela est,quòd, producantur omnia acta,& fiat articulus, quod fuit & est absque eo,quòd alia acta fuerint in dicta causa: & sic etiam fateatur notarius. Sed aduerte, quia contra
3 prædicta facit: quia cùm contestatio † litis sit de solennitate substantiali iudicij: nec illi partes possint renunciare: ut no. glo. in c. de causis.de offi.deleg.in ca.1. de lit.cõtesta. & no.etiam in l.1.C.de litis contest. sed uidetur, quòd non sit standum instrumento sententiæ & eius uerbis enunciatiuis: in quo continetur dictam solennitatem interuenisse. per ea, quæ dicta sunt superius per l. si fortè.ff. de castren.pecu.& in l.si donatione.C.de colla.potes dicere,quòd non præsumitur ex eo, quia facta est mentio: sed ex eo, quia pars contra quam lata fuit non reclamauit. Hinc est etiam,si non fuisset facta mentio in sententia de actis,nihilominus præsumeretur pro ea, ut pro actis, scilicet, ꝙ processerunt legitimè: ut no.Spec. in ti.de sen.§. fin. uersic. in sententia. & hæc. præsumptio transfert onus ꝑbandi contrarium in partem aduersam:argu.l. siue possidetis.cum sua materia.C.de ꝑba.& not. Ioan.And.in d.c.quoniam contra falsam.alleg.super glo. & ibi Calde.in suis addi. Item ex prædictis deciditur, quòd si arbiter tulit sententiam partibus præsentibus, & consentientibus uirtute compromissi, quod asserunt partes in eũ fecisse, poterit peti executio laudi licet de compromisso aliter non doceatur:quoniam partes tunc ipsum compromissum facere potuissent:sed non potuissent eum facere iudicem ordinarium, nec delegatum ut l.priuatorum.C.de iurisdi.omniũ iud.& in c.significantibus. de offic. delega. & ideò si negaretur talis iurisdictio, non mandaretur executioni nisi de illa appareret: saluo nisi sententia transiuisset in cõtractum:ut l.2.C.communia utriusq. iudic. Adde etiam, & sic uult Ange.in l. sciendum. de uerbo. obliga. alleg. quod pro fundamento iurisdictioni ordinarii, non pręsumitur. Sed gloss. sentit contra rium in ordinario.in cap.cùm in iure peritus.alleg.Satis enim uidetur, ꝙ tanquam ordinarius fuit cõmuniter reputatus: argu.l.Barbarius. de officio præto. In delegato autem sentit quod dictum est supra. sed Innocen.in c.2.de eo qui furt.ordin. susce. sentit hoc nullum quando pars antequàm fuit in iudicio, & sic processum fuit contra illum absentem, licet fortè contumacem, secus si fuit in iudicio, & litem contestatus omissa exceptione defectus potestatis: quia tunc & multò fortius in toto iudicio usque ad sententiam nil dixit, præsumitur tunc pro potestate iudicis delegati, argum.l.Pomponius. §. rati.allegat.& quod ibi no.& idem sentit. Inno.in c.quoniam contra falsam. de proba.& in c.2.de eo qui fur.ordi.susce.idem no.Ioan. de Imo.in l.4.§ condemnatum. de re iudi.dicit quod illud quod Bar.in §. condemnatum.ff.de re iudi.quòd dicens se non citatum propriè, tenetur, dato ꝙ etiam non appellauerit. quod est uerum, quando in sententia non fit mentio de citatione propter auctoritatem rei iudicato ex quo non est appellatum nec suppetit tempus appellandi.argum.no.in capitu. in præsentia. de renuncia. & hoc tenuit Specul. in titu. de sen. §. ut autem. uersi & nor. & sic dicit ibi Ioann. And.post Guid.de Suza.seruari de consuetudine. dixit tamen idem Guido, quòd de iure uidentur dicta uerba prolata à iudice non probare, per nor. in capitu.quoniam contra falsam. de proba. sed illud ca,uideretur intelligendum, an esset appellatum,uel non, per eã,quæ ibi no. Ioan. And.super gl.fi.& per Ioan. Cal.in suis distinctionibus, ut suprà est dictũ,fatetur tamen Ioã.And.quòd probat opinionem,ut supra dixi producẽdo acta ex quorum inspectione appareat nõ esse descriptum citatum,per nota.in l.fi.de error aduo.& in c.cùm sedem.de restit.spo. & quæ plenè notantur in materia negatiuæ, in cap. bonæ.de elect. Plus etiam sentit Spec. in loco præallegato, quòd licet in sententia non fiat mentio: ex quo tamẽ nõ est appositũ,præsumitur pro sententia etiam respectu processus. & pro
4 hoc facit. quia auctoritas † sententię uidetur esse illa,quę præsumptionẽ inducit,

quando est appellatum: quæ ratio hoc casu uendicat sibi locum. Hostien. tamen in summa in titul. de proba. §. quid. debet probari. uersicu. item licet pro sententia. sic dicit. Item licet pro sententia prima facit præsumatur propter auctoritatem iudiciariam. de elect. c. bonæ memoriæ magnum. in §. quoniam. & de renuntia. capi. in præsentia. de re iudica. capitu. inter nos: & .c. sicut. & sic præsumantur omnia solenniter acta. insti. de fideicom. §. fi. hoc uerũ, quãdo nihil obiicitur cõtra processum: nam si dicat non fuit citatus, necesse est, quòd† citatio probetur. Idem
5 si dicatur, non fuit lis contestata, non uidi tẽstes iurare, non fuit uocatus. & hoc est, quòd dicit, non præsumitur pro processu, nisi quatenus legitimis constiterit argumentis. & ideo scribendæ sunt citationes recusationes, exceptiones, positiones, responsiones, interrogationes, & confessiones. ipse tamen Specu. eod ti. §. fi. versi. in summa. uidetur uelle, quòd demũ præsumitur pro sententia respectu processus: quando est lata contra præsentem, uel cõtra contumacẽ. & sic ẽt uidetur sentire. Ioã. Cal. in cap. quoniã contra falsam. de proba. Bar. autem in authen. si quis in aliquo documẽto. C. de eden. sensit solum præsumi pro ea, quæ lata est, parte præsẽte, & facta est mentio de actis in tenore sententiæ: sed ut appareat ex prædictis, saltem quando lata est contra præsentem uel contra contumacem; licet non fiat mentio de actis in sententia; uidetur præsumi pro sententia propter transitum in rem iudicatam: idem uidetur si non sit lata contra præsentem nec appareat de contumacia: si tamen sententia iudicis faciat mentionem de citatione peremptoria ad sententiam audiendam, nam saltem de consuetudine sic uidetur seruari: ut est superius dictum post Ioan. And. & Guid. de Suza. de hoc dic, ut no. in clausula, renunciat omnibus bonis: in articulo, dum tractatur an possit renunciari iuris solennitatibus. ubi autem iudex in sententia hoc non dixisset, nec esset lata in præsentem, nec appareret, quòd fuisset contumax, & sic legitimè citatus esset: maius dubium tamen, si apparuit, quòd pars habuerit notitiam sententiæ, nec appellauit in tempus debitum, uideretur quòd surgat ex hoc præsumptio pro sententia: ut uoluit Spec. in d. §. & no. & licet partes sint præsentes licet non citata, uideatur ualere sententia per not. per Bartol. in l. prima. ff. de in ius uocan. & quæ habentur in l. in causæ. in §. causa cognita. ff. de mino. & quæ not. Ioan. Andr. in cap. fi. de elect. in nouella.

Tamen cautela est ad omne dubium tollendum, q̃ iudex moneat partes ad sentẽtiam audiendã. Iacob. Bu. in auth. si quis in aliquo documento. dicit, quòd si narratur aliquid per iudicem seu notarium illa die, seu in illo loco actum esse, quòd illa die seu illo loco tunc non potuit fieri, nõ facit fidem. & ita intelligitur dicta authẽ. si quis in aliquo documento. ideo si dicit iudex in sententia, litẽ corã nobis contest. &c. non probat litis contestationẽ, nisi in præiudiciũ præsentis & patientis hoc inseri in sententia, & nihil opponentis. argu. l. optimã. C. de contrah. stipu. non inter extraneos. secũdùm eũdẽ Iacob. in d. l. optimã. Si uerò narrat aliquid, quod tunc & illa die fieri potuit tunc probat. & ita intelligitur gl. in l. 1. C. de fide instr. & iure hastę fisca. lib. x. Bal. uerò in l. optimã. C. de contrahẽ. stipula. dicit post Inn. in c. cũ in iure de off. deleg. in gl. hoc uidet, q̃ uerbis enũ
6 ciatiuis † notarii generaliter creditur de his, de quibus tabellio testimonium fert de uisu: ut cùm dicit actum in tali loco: uel cùm dicit præsentibus talibus testibus: sed si in instrumento sententiæ aliquid enunciatur per notarium, quod potest interuenire, cùm enunciatur: exẽplũ, quia dicit facta citatione. & de re tali, statur enim tunc in hoc instrumento sententiæ, quòd citatio & admonitio præcessit, per Ioann. Andr. in addi. Specu. in titul. de citatione. secus autem si talis actus interuenire non potuit: tunc ut quia dixit, uiso libello, non propterea probatur libellus oblatus: uel quia dicit litem contestatam: nam non probatur litis contestatio, nec creditur ei, nisi de litis contestatione appareat: & hoc



hoc not. Innoc. ibi in cap. cum in iure. & cap. quoniam contra falsam. ut superius est dictum. & probatur in l. j. C. de fide instrumentorũ, & iure hastę fisca. lib. x. Et propterea si vnum instrumentum de alio facit mentionem enunciatiuè, nisi originale ostendatur, non facit fidem. in auth. si quis in aliquo. allegata. & ibi Bar.

## Enunciatiua verba in contractibus.

### SVMMARIVM.

1 *Verbis enunciatiuis quando stetur.*
2 *Instrumentum non probat id, super quo non est confectum.*
3 *Casus in quibus verba enunciatiua, habent tacitam dispositionem.*
4 *Verba enũciatiua emissa simpliciter propter se, disponunt in eo genere dispositionis, quod tunc geri potest.*
5 *Iuramentum testatoris interpositum super verbis enunciatiuis, an operetur dispositionẽ quãdo agitur de præiudicio tertij.*
6 *Venditio facta iudicis auctoritate legis imò facta præsumitur.*
7 *Res inter alios acta non præiudicat.*
8 *Fictio quando requiratur, & non ueritas nunciationis actus.*
9 *Cõuenitur actione utili q̃ expresse fatetur.*
10 *Verba enunciatiua quando præiudicium afferant.*
11 *Assertioni an semper credatur.*
12 *Confessio emanans inter prohibitos an probet.*
13 *Verba enunciatiua quando inducant probationem, non autem dispositionem.*
14 *Verba narratiua alterius instrumenti inter easdem partes an faciant probationem.*

I verò, verba enunciatiua proferãtur in cõtractib. Bal. in d. l. optimam. allega dicit, q̃ verbis enunciatiuis inter contrahẽtes
1 † statur, qñ contrahẽtes sunt tales, q̃ sibi præiudicare possunt, uel sunt tales contrahentes, in quibus lex fraudem non præsumit inter se. Ita not. Bart. in l. si fortè. ff. de castren. pecul. & per eundem in auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosanc. ecclesi. Vnde Barto. in d. l. si fortè. allega. dicit sic. hæc lex facit in argumentum ad infinita, nos dicimus in l. optimam. C. de contrahen. stipula, quòd verba enunciatiua in contractibus probant inter easdem partes, ego dico, quòd illud est verum, quando illa verba enunciatiua emanant super eo, super quo partes possunt renuntiare, aut sibi præiudicare, aliàs verba enunciatiua non probant, nisi probentur, ut l. si fortè. pro hoc dico in quę stione, si aliquis donauit alicui pro bonis meritis, & seruitijs habitis, & receptis, si quidem ista donatio fit ab eo qui posset donare liberè nullis præcedentibus meritis, tunc ista verba enũciatiua inducunt dispositionem, & probationem inter easdem personas & partes: sed si de necessitate requirantur benemerita, & aliàs donare non posit: tunc illa verba non probarent merita præcessisse, sed esset probatio facienda, vt no. in l. si donationem. C. de colla. Si verò enunciantur ea, quæ non sunt de substãtia actus. Exemplum, si enunciantur fines plebanatus, non statur eis, nisi partes de finibus disponere possint. de censi. c. cùm olim per Innocen. & Ioan. Andr. de priuil. cap. si Papa. lib. 6. & per Inno. in cap. cùm inter R. de elect. Ange. in l. cùm aliquis, de iure deberan. dicit, quòd verba enunciatiua inter ipsos contrahentes, qui possunt de re, de qua enunciatur, disponere, probant, & dispositionem inducunt, inter alios non probant, & ideo si inter Episcopum Florentinum & Pisulanum confinentes, in instrumẽto inter eos cõfecto, dicantur, & apponantur talia verba enunciatiua: actum in tali domo, posita in finibus Episcopatus Florẽtiæ. per hæc verba enũciatiua probabitur domum & solum esse de diœcesi Florentiæ, sic intelligitur quod habetur in l. optimam. C. de contrahen. stipu. Bal. verò in d. l. optimam. dicit, quòd si notarius dicit actum in tali loco in districtu Perusij, & hoc reperitur scriptum in multis instrumentis, quod præsumitur esse uerum, quòd sit de districtu Perusij, secundùm gl. d. l. optimã. allega.

allega. sed per unum instrumentum non probatur, quòd sit de districtu: quoniam
2 instrumentum † non probat id, super quo non est confectũ. & licet ista demonstratio in districtu Perusij esset falsa, tamen ista demonstratio non uitiat instrumentum, sm Innocen. in dicto capit. cùm in iure. & in capit. quoniam contra falsam. allega. ubi dicit, quòd non creditur instrumẽto, nisi in his quæ eodem die, & loco fieri potuerũt & in esse produci. Alia uerò sunt enũciatiua, quæ nõ possunt probari per tale instrumentum, nec de illis intelligitur tabellio rogatus. & dicas glo. positam in l. optimam. alleg. esse ueram, si fortè inter duos plebanos de finibus cõtendentes, & ad quos plebanos ipsorum finium dispositio spectabat, si talia uerba enunciatiua in eorum instrumentis scripta reperiantur: aliàs secus, ut exemplum, si inter duos priuatos notarius conficit instrumentum, & dicit actum in tali loco de finibus talis plebenatus, & ita intelligitur glo. in l. cùm aliquis. C. de iure delibe. Iacob. But. in d. l. optimam. dicit. Aut instrumentum cõtinet ea, quę secundùm tempus instrumenti confecti fieri potuerunt, & tunc probat ita esse cõtra omnes, ita loquitur gl. in l. j. C. de iure hastæ fisca. lib. x. quæ dicit, quòd si in instrumento interuenerunt solennia, ꝙ præsumuntur omnia contenta in ea esse vera, aut continet seu enunciat ea, quæ secundùm tempus instrumenti nõ potuerunt interuenire, neque fieri, & tunc non probat in præiudicium aliorum, seu tertij, sed in præiudicium patientis sic inseri in instrumento, unde si iudex præsentibus partibus ferat sententiam & dicat in ea litem contestatam coram nobis legitimè &c. sententia probat litis contestationem inter partes, quæ passæ sunt inseri in sententia, non inter alios, ut superius sæpe est dictũ. Cy. uerò in l. j. C de falsa causa adiect. leg. dicit, ꝙ si uerba enũciatiua proferuntur in contractibus inter uiuos, tunc regulariter non habent tacitã dispositionem, & ideo non habẽt locum remedia quę ex dispositione competunt, ut ff. depositi. l. Publia. §. Lucius.

3 Fallit in casibus, unus † est, ubi tacitam dispositionem impotant. uerbi gratia, interrogatus quis in iudicio, confessus est se debere, illo casu habent effectum: ut ff. de interroga. actio. l. de ætate. §. qui interrogatus. & ff. de dona. l. quidam in iure.

Secundus casus est ubi enunciatur inter uiuos ad liberandum, & adijcit salario præsente: nam tunc inducunt dispositionem fauore liberationis, & possunt dicipactum: ut ff. de pact. l. tale pactum. in principio argumen. ff. de actio. & oblig. l. Arrianus. licet gloss. uelit in d. l. tale pactum. dicere, quòd ideo ibi habent effectum, scilicet, dispositionis: quia referuntur ad uerbum confiteor te nolle teneri: sed si simpliciter & merè intelligerentur: tunc non haberent dispositionem. & sic ibi glo, adderet ad l. quod non est dicendum. Bald. uerò in l. ex his uerbis. C. de testamẽ. milit. dicit, quòd cõfessio: est qd
4 enunciatiuum sicut contestatio, ut not. in l. non nudis. C. de proba. uerba † enunciatiua emissa simpliciter propter se disponunt in eo genere dispositionis: quod tunc geri potest: quia debent aliquid operari ut l. ex hac scriptura. ff. de donatio. secus uerò. si emanant propter aliud, quod tunc non erat in fieri iure impediẽtis: unde uerba enunciatiua circa ea, quæ non consistunt in consensu, non inducũt dispositionem per actum uerborum enũciatiuorum, sed per realem actum, qui probatur uerbis: ut l. Publia. §. fina. allega. si autem esset talis actus, qui sic geri possit, tunc talia uerba enunciatiua disponerent: ut l. quidam. in fi. ff. de consti. pecu. nisi errore: ut l. fi. eo. ti. & in l. optimã. C. de cõtrah. stipula. & nõ fuerunt ibi simpliciter uerba enunciatiua, qm̃ ille, qui cum alio ibi contraxit, contraxit tanquam cum tali: & ex illa qualitate pendet acquisitio talis actus, & uidetur non simpliciter enunciare: sed confiteri illum talem esse talem: & ideo non potest negare: quia ueniret cõtra suum contractum: & in l. uerba. C. de testamen. uerba enunciatiua ideo non disponere: quia ibi illa uerba enunciatiua negabant actum uerũ de præterito: & ideo non disponunt propter



pter ipsius veritatis naturam ipsis verbis mendacibus resistentem, secus autem vbi verba enunciatiua non habent contrariam veritatem, vel habent, sed talem quę per pœnitentiam tollitur, & tolli potest, vt in d. l. verba no. Itẽ iuramentum
5 † testatoris interpositum supra verbis enũciatiuis non operatur dispositionem, quando agitur de præiudicio tertij, & ita loquitur l. verba alleg. sed duntaxat, quãdo agitur de præiudicio testatoris, aut eius hæredis. & ita loquitur authen. quod obtinet. C. de proba. Item speciale est propter auctoritatem decreti, pro quo præsumitur accedente ei testimonio publici instrumenti enunciantis solennitates intercessisse, quãdo partes erant præsentes & neutra contraxit, sed tacite vtraque consensit, & sic quòd prius erat contractio facta, est conuentio & consensus: vt l. 1. C. de rela. & operatur, quòd dictis verbis enunciatiuis, referentibus actum de præterito separatum à præsenti, credatur: iuxta not. per gloss. in l. 1. C. de fide instrumen. & iure hastæ fisca. lib. 10. Ange. verò in l. Imperatores C. de priuile. cred. in gloss. fin. ibi secundum Ioan.
6 sic dicit, decidit ista glo. ꝙ venditio † facta auctoritate iudicis præsumitur facta legitimè, & sic præsumuntur solennitates extrinsecæ: & idem tenet gloss. in l. 1. C. de fide instr. & iure hastæ fisca. lib. 10. quod tenuit Dyn. si instrumento venditionis saltem sit mentio de omnibus solennitatibus. & ita intellexit illam gloss.

Sed huic opi. obstat l. quæcunq; §. fin. ff. de publi. eo, quia enunciationi factæ in instrumento in præiudicium tertij nunquam statur, quando enunciata non poterat interuenire tempore confectionis instrumenti, secundum Innocent. & Ioã. And. in c. quoniam contra falsam. de probatio. licet stetur in præiudicium ipsorum contrahentium, vt l. optimam alleg. & ibi per Iaco. But. uam potest defensare gl. d. l. Imperatores. & d. l. 1. C. de fide instru. & iure hastę fisca. lib. 10. alleg. nisi dicas quòd speciale sit propter auctoritatẽ decreti, secundum Ange. vide per Bal. & alios doct. de materia in l. sciendum. de verbo. obligatio. & Innocen. in d. c. quoniam contra falsam. alle. dat pro theorica, quòd si notarius asserit aliquid, quod dicit non sub illo die factum, quòd in illo non loquitur tanquam notarius. vt putà hodie conficit instrumentum mutui, & asserit, quòd heri in sua præsentia. fuit numerata pecunia, nil probat de numeratione, quia tempore numerationis non fuit rogatus, sed hodie imò quòd est plus licet falsum diceret, non punitur pœna falsi, quia loquitur vt priuata persona, & non vt iurata persona seu publica, secundum Bald. in d. l. ex his. C. de testa. mil. & secundum eum ibi speciale est in principe, vt eius verbis enunciatiuis in facto proprio credatur, vt in cle. 1. de proba. sic creditur aliquid referenti sine die & consule, vt prima constit. C. §. fin. Bald. in l. cùm quis. C. de iure deliberan. dicit not. argu. ꝙ licet dicat instrumentum actum in ponte nouo Perusij districtus: non tamẽ probatur pro hoc, quòd sit Perusini
7 districtus, quia res inter † alios acta, vel dicta non prejudicat, sed inter ipsos contrahentes præiudicat, unde ratione taliũ verborum Perusij sortitur forum: nec potest declinare fortũ, licet neget esse de districtu. C. de contrah. stipul. l. optimã. Itẽ quòd dicit gloss. in d. l. cum aliquis: quòd per verba enunciatiua instrumentorum non probantur fines plebanatus, hoc verum, nisi instrumenta antiqua hoc attestentur: nam probant communem opinionem hominum, quæ præsumitur esse uera, de flumi. l. 1. §. 1. de fundo instr. l. cũ delationis. §. a finã. de infamibus. l. athletas. in princi. de supell. lega. l. Labeo. de condi. & demon. l. in testamento. la 1. & considera, ꝙ aut tabellio aliquid describit in instrumento circa circunstantias: & dic, vt modo dixi, aut circa qualitatem personarum, & tunc aut in actu obligatiuo: & dic vt in l. optimã. alle. aut in non obligatiuo ipsius, & loquitur l. ex his. C. de testamento mili. Aut est quæstio uoluntatis, aut est quæstio alterius ueritatis, si quidem est quęstio uoluntatis, & statur instrumento. C. de probat. l. cũ precibus: aut sunt verba enũciatiua; & tũc dic

vt per

vt p Cyn.& Cy.in l.ex his verbis. C.de testamento mili si verò est quæstio veritatis,& tunc refert aut talis veritas poterat tunc inesse produci simul cũ voluntate:quia voluntas erat causa veritatis. & tunc supposita voluntate,probata est veritas.ff.de donatio.l.ex hac scriptura, aut talis veritas nõ poterat tunc in esse produci sola voluntate: & tunc aut sunt verba prolata per modum confessionis: aut per modũ nudæ enunciationis:primo casu,aut confessio habet annexam dispositionem eius generis. & non cuius est assertio,seu confessio, aut diuersi generis, & etiam naturę:aut neutram.primo casu loquitur lex generaliter. C. de nõ nu.pecu.declaro hoc etiam,si nõ confiteor me debere decem ex quodam contractu, q̃ per chirographum, vel stipulationẽ, vel constitutam pecuniam promitto. certè cũ tali cõtractu, scilicet, stipulationis, & constitutæ pecuniæ quælibet causa congrua statur scripturæ: vt d.l. generaliter. Secundo casu loquitur lex, in cõtractibus eo. tit. declaro: nam si confessio mutui probaret ipsam naturalitatem, ista confessione non congrueret chirographo,idest, contractui literarum, in quo requiritur
8 †fictio, & non veritas enũciationis actus: vnde post biennium non probat veram numerationẽ:ergo biennium nescit contractum literarum, non prima veste, sed secunda,id est confirmatoria: nam prima tunica istius contractus sunt literæ: vt instit.de literarum obligat.& iste contractus est æquipollens naturali, sed non per oĩa,vt not.in l.assiduus. C.qui po.in pig.habe. in glo. de dote confessata. quia glo.est vera.quia priuilegium tacitæ hypothecæ datur actioni, & non reperitur hoc priuilegium indultum.

Ex prædictis etiam apparet ratio l. Aurelius.§.fin.de li. lega. nam ibi causa erat,de genere contractuum, & dispositio erat à genere legati. vnde illa causa non potest supponi pro vera,quę haberet suum causatum perimere,vt l.si creditor.ff.de leg. 1. tamen de equitate cano.ille §.non continet veritatem.1.q.2. c.quoties cordis oculus. & ar. extra de succes.ab inte.c.fi.Tertio casu qũ confessio nullã habet annexam dispositionem, expressam, vel tacitam, & tunc refert, an est veri rememoratiua, & non disponit,sed refert retro dispositum .ff. deposi. l.Publia.§.fin. Contractus enim depositi ibi non contrahitur, quia nõ põt cõtrahi nisi vno mõ,scilicet re, aut est falsi enunciatiua,& tunc aut p errorẽ, & nihil operatur.ff.de constit.pecu.l.fi. aut ex certa scientia,& tunc q̃ fatetur formiter, id est
9 cum cã,expressa † conuenitur vtili ex eadem causa,argumẽ.ff. de iureiur.l.si duo §.fi.& si informiter,id est,sine causa,tunc potest conueniri condi.ex l. si quis argentũ.qa videtur donare,arg.ff. de ver.obliga.l.si diuortio.aut dubitatur & in dubio præsumitur confessio vera.ff.deposi. l.fi. fallit in mutuo & dote,vbi non pręsumitur veritas præcessisse,sed spes veri, nisi post sua tẽpora.ff.si cer.pe.l.qui pecuniã. C.de nõ nume.pecu.l.si ex cautione. Itẽ fallit.ff.de proba.l.qui testamentũ .ff. de leg.3. l. cum quis decedens .§. codicillis. de dona.ante nupt.auth. sed iam necesse. & in l.per diuersas.C. de mandati. & in singulis istis casibus propriam rationem inuenies. Si autem verba enũciatiua sint aliter commemoratiua, quam per modũ confessionis tunc aut negãtur contraria veritati,& nõ statur eis. C. testam.l.verba.nisi talis veritas posit annihilari ex voluntate loquentis, vt ibi not. secundũ Ioan. aut sunt enunciatiua alterius euentus,& dic:vt l.peto.in prin.ff. de leg.2.& de usufr.lega.l.generali.in princi. & adde no.ff.de rei vendica.l.emptor.§.fin. & de leg.2.l.Titia.§.Lucius.cum simi. Ang.in l.j.C.de iure hastæ fisca.lib.10. dicit verbis enũciatiuis notarij afferentis,aliquã solennitatem interuenisse,non creditur, nisi quatenus probatur,vt in corpore de tabu.circa princi. & habet plenè p Innoc. in c.qm̃ cõtra falsam alle.de quo in auth. si quis in aliquo documẽto. & in corpore vnde sumitur, nisi notarius dispositiuè,& non enunciatiuè testaretur,ex eo,quia de qualibet solennitate conficit instrumentũ,sed videtur q̃ credatur verbis enunciatiuis notarij,quãtũ pertinet ad pręiudiciũ con-



contrahentium. vt in l.optimam. C.de cõtrahen.stip. & in l.cum aliquis. C.de iure deliberand. & hoc veritas est, sed hoc in quantum agitur de præiudicio tertij:vt l. j.allegat. de iure hastæ fisca.libr.10. & in quantum d.l.optimam. allegat.videtur di
10 cere, quòd verba enunciatiua † inferunt præiudicium: est verum in contractibus, in quibus partes possunt sibi ipsis præiudicare,non autem extraneis: & ideo non probantur per eos fines plebanatus, quando super eis sibi præiudicare non potuerunt. Io.verò de Imo.in l.sciendum. ff.de verbo.obli.sic dicit. Ange.dixit in l.sciendum.quòd vbicunq; per partes in instrumento aliquid enũciatur super illo, super quo partes habent potestatem disponendi, statur eorum assertioni:& sic intelligitur. l. optimam. allega. & sic intelligitur glo.in l.cum aliquis. C.de iure deliberan. secus si super eo disponere non possint. sic intelligitur quod not. de finibus in d.l. optimam.sed cu dic,quia ad præiudicium partium inter quas conficitur instrumentum,statur verbis enunciatiuis in instrumento etiam si non habeat potestatem disponendi: vt probatur in d.l.optimam. sed in præiudicium tertii non: ut in auth. si quis in aliquo.C. de eden.& ideo per instrumentum confectum inter aliquos nõ fieret præiudicium uillæ quæ debet resarcire damnum illi, cui est illatum intra fines plebanatus, si dicant esse de finibus plebanatus. & hoc probatur per solum instrumentum confectum inter partes.partibus autem bene præiudicatur si deberent fortè decem solui gabellæ uillę de tali contractu inito intra fines plebanatu.& conclude si in instrumento fit mentio de solennitatibus extrinsecis, tunc præsumitur, & probatur si possibile fuit tunc illas interuenire tempore confecti instrumenti.& ita debẽt intelligi.l.1.cum sua gloss. C.de iure hastæ fisca.lib.x.si uerò interuenire non potuerunt tempore confecti instrumenti, & tunc inter easdẽ personas præsumitur. l. optimam alleg. dummodo sit talis solennitas, cui partes potuerunt renunciare,seu dummodo.personæ sint habiles ad renunciandum illi.solennitati. aliàs secus.arg. l. doli exceptio. §.diuersũ.ff.de noua.& arg.eorũ quæ habentur in l.cùm lu.§.sed cùm lis. ff de trã sac. & de castren. pecu. l.si fortè. & C.de colla.l.si donatione.& adde casum l.prædia.cum ibi no.ff. de acquir. poss.quia licet in instrumento confecto in alienatione rei dicatur talis uendidit, & tradidit tali talem rem,licet traditio tunc non potuerit interuenire: operantur tamen dicta verba,vt videatur data licentia appręhẽdẽdi possessionẽ auctoritate ꝓpria, vt ibi no.& dicit Lud.in l.Aquilius.ff.de dona.quod si pater dicat,se donasse filio pro
11 pter eius merita pręcedentia,an eius assertioni seu enunciationi credatur,& stetur.dicit Bal.in l.illud.C.de sa.san.eccle. q̃ aut exprimit certa qualitas meritorũ, & statur tunc eius assertioni: ut l. Aquili. alle. Aut exprimuntur merita in genere, & tunc non statur eius assertioni nec dicta uerb approbant:ut. C.de col l.si donatione.in glo.& in authen.vnde si parens. C.de inoffic.testa.Bar.uerò in l. si fortè. C.de Castren.pecu.dicit,quòd verba enũciatiua à contrahentibus prolata,super his, quæ non pendent à mera eorum uoluntate,vel potestate,nihil operantur, neque probant probatur hoc per l. si fortè alle.& per glo.in d.l.si donatione. Item quòd licet uerba enunciatiua prolata ab eo,qui posset non præcedentibus meritis donare liberè, inducant probationem meritorũ,vt l.Aquilius Regulus.ff.de do. attamen prolata ab eo, qui non potest libere donare,nisi benemeritis præcedentibus, ut à patre respectu filii in potestate cõstituti,nõ inducunt probationem meritorũ,& ideo oportet aliter probari, ut in gl.magna d.l.si donatione.ibi, nec inspecto,si dixerit pater,dono vt extraneo. & istam conclusionem cõmuniter sequũtur doct.& Bal.in l.si donatione.alle.referendo Nico.de Mat.Huius aũt est ratio,quia
12 cõfessio emanãs inter † ꝓhibitos,vt hoc casu nõ est probationis inductiua.ut l.qui testamentum.ff. de proba.& de leg. 3.l. cũ quis decedẽs. §.codicillis.& de ista confessione benemeritorũ an probet,& quid operetur,uide per Bar,& Bal.in l.p diuersas.

sas. C. manda. & per Bal. C. ne liceat pot. l. 2. imò secundum Ludo. d. l. Aquilius. uel le uidetur, quod nullo modo debeat stari dictæ assertioni ad euitandas fraudes: ut l. conuenire. ff. de pact. dota. tamen secundum hoc hodie nulla donatio egeret insinuatione: quia semper hodie in omnibus instrumentis ponitur, dedit, donauit propter eius grata & accepta seruitia. Cy. uerò in l. testamentum. C. de iur. & fac. igno. dicit quòd uerba enunciatiua emissa per modum confessionis, ꝑ uerba dispositiua inducunt dispositionem, & obligationē. C. de postu. l. si sub specie. ut si confiteor illos libertos esse meos, & eis libertatem do. si uerò sunt tantummodo enunciatiua, non emissa dispositiuè, tunc non præiudicant, nisi quantum ad probationē. ut l. Publia. ff. depositi. §. fin. & tunc est uerum, quòd inducunt probationem, quādo animo cōfitendi proferuntur: alias si nō intenderet confiteri, tunc nō operantur probationem: uerbi gratia, dominus obuias seruo dicit, Bene uenias liberte me. nihil operantur, quia uerba, quatenus carent consensu seu effectui consensus nihil operantur. ff. de act. & obli. l. obligatio. ad fi. & in authen. de exhiben. reis. §. illud. & §. scimus. colum 6. &c. Bar. uerò in l. ex hac scriptura. ff. de dona. dicit, ꝑ uerba enunciatiua apposita in contractibus, si proferantur ad liberandum, dispositionem faciūt: ut l. tale pactū. in prin. ff. de pact. & hoc uerum, quando uerba enuntiatiua sunt emissa principaliter propter se: sed si ob aliud incidenter tunc non inducerent dispositionem; ut l. cum precum. C. de libera. causa. Si uerò uerba enunciatiua proferuntur ab obligandum, tunc distingue, aut emittuntur principali-
13 ter propter se, † & tunc inducunt probationem, non autem dispositionem, ut l. Publia. §. fi. ff. depositi. si propter aliud & tunc aut in contractu aliquo inter præsentes celebrato, & tunc inducunt dispositionem. seu probationem, donec probetur contrarium, ut l. optimam. alle. & l. quidam. ff. de proba. si simpliciter sunt emissa absenti tunc probationem non inducunt, ut l. epistola. in princ. ff. de pac. & l. non nudis. & l. nō epistolis. C. de proba.

Ad unum tamen est aduertendum, ꝑ si illa uerba enunciatiua proferuntur super aliquo iure, in quo sit dare quasi possessionem illius iuris, cōstituunt illum, ad quem uerba diriguntur, possessorem illius iuris. ut l. non nudis. & l. non epistolis. all. & l. fi. ff. de proba. ubi autem dixi inducere dispositionem, intelligas semper inter præsentes, uel inter absentes per nuncium uel epistolam. Idem Bar. in consilio suo, quod incipit, quidam Petrus Matthæi de urbe ueteri. dicit, ꝑ aliquando in instrumento continentur aliqua dispositiue, & alia probant, & ad illa refertur iuramentum in instrumento appositum, & in illis operatur, aliquando instrumento continentur quædam enunciatiuè de his, quæ fuerunt gesta tunc tēpore contractus, seu confecti instrumenti, puta quia qui confitetur recepisse, & habuisse tunc tale quid, &c. & tunc idem est, quia probant, & dispositionem inducunt, & ad illud etiā iuramentū refertur: quia cū sit gestum tunc ab ipso contrahente, uidetur iuramentū interpositum pro obseruatione prędictorum; & ita loquitur in authē. sacramenta puberum. ibi, de contractibus rerum suarū non retractandis. C. si aduer. uend. aliquando in instrumento quædam alia enūciatiua ponuntur de prętérito, de his quę sunt gesta per alios, uel de aliis, quæ tēpore celebrati contractus geri non potuerunt; & tunc per tale instrumentū nō probantur, nec iuramentū in eo appositū ad illa refertur; ratio, quia dictum limitatur secundùm causam, uel rationem: ut l. hæc actio. de calum. de his, quæ in testa. dele. l. cancellauerat. de leg. 2. l. cum pater. §. dulcissimis. sed cā iuramenti fuit pro obseruatione prædictorum: sed in eo, quod est iam factū, & præteritum, nullum cadit obseruatio: maximè cū ex facto proferentiū non depēdet: melius ergo debuisset cōcipit uerba iuramenti, si quis uellet, ꝑ ad prædicta referuntur, uidelicet ꝑ iuraret ea q̄ narrata sūt, uera esse. & tunc haberet locū auth. qd obtinet. & l. rationes. C. de pba. & deleg. 3. l. cū quis. §. codicillis. & idem Bar. in l. consilio suo, qd incipit Quę ritur



ritur in dubio reuocatur, an Franciscus.
14 dicit, ꝑ verba narratiua † seu enunciatiua alterius instrumenti seu negotij inter easdem personas., inter quas dictum instrumētum, seu negotium, de quo fit mētio fuit celebratum, faciunt probationem vt l. optimam. alle. ff. de ædil. edic. l. quæro. in fi. ff. de inoffic. testam. l. multum interest. & facit quod not. ff. de nego. gest. l. Pomponius. scribit. vbi ratihabitio facta, parte absente, sufficit.

Item fauore dotis verba enunciatiua inducunt plenam probationem: vt l. 2. C. de dot. promis. & ad minus semper in dote faciunt semiplenam probationem. & dicit Bar. in suo consilio, quod incipit, Titius & Seius fratres uenerunt ad diuisionem. & dicit Bar. in auth. si quis in aliquo documento. alleg. & Bal. in notulis seu. in c. 1. ꝑ si instrumētum dicit, ꝑ capitulum vendidit præcedentibus legitimis tractatibus habita licentia Episcopi &c. ꝑ ista nō probantur per hoc instrumentū, licet videretur, ꝑ sic inter easdem personas, per l. optimam. alleg. sed dicta lex debet intelligi in personis, quę possunt sibi prę-iudicare confitendo, alienando, & obligādo, secus in alijs. ratio, quia eadem facilitate; qua vendunt, eadē facilitate ista verba asserūt: vt l. doli exceptio. §. diuersum. ff. de noua. & quando quis dat alicui pecuniam, vt mercatori, vel vt artifici, vel tibi conficenti te artificem, vel mercatorem; an probent istum esse talem? dic per Bar. in l. si donatione. C. de colla. & per supradicta per Bar. in l. si fortè. de castr. pecu. potest decidi præsens dubium.

## Enunciatiua verba in vltimis voluntatibus.

### SVMMARIVM.

1 *Verba enunciatiua in vltimis uoluntatibus, quomodo emittantur.*
2 *Verba hæc narratiua quando disponant.*
3 *Verba enunciatiua in oneratum relata, non disponunt.*
4 *Affirmare nostrum, uel negare, non facit aliter rem se habere.*
5 *Verba causatiua in prateritum non inducūt legatum, imò præiudicant.*
6 *Verba negatiua dominij, aut obligationū, quid importent.*
7 *Verba enunciatiua per testatorem, quot effectus habeant.*
8 *Fauor libertatis & ultimæ uoluntatis an causæ sufficiens.*
9 *Verba quæ non continent certam quantitatem, uel speciem quando inducant dispositionem.*
10 *Verba enunciatiua probant in cōtractibus, sed non disponunt.*
11 *Verba enunciatiua simpliciter quæ sint.*
12 *Testator an possit confessionem reuocare.*
13 *Potest contrahi in ultimis uoluntatibus.*
14 *Actus ambiguus in testamento, an possit declarari.*
15 *Confessio facta in fraudem non ualidatur iuramento.*
16 *Assertio facta in ultima uoluntate, an probet dominium, & obligationem.*
17 *Confessio absente parte facta, an probet.*
18 *Confessio quando simulata præsumatur.*
19 *Iure confessionis quod non ualet an ualeat iure legati.*
20 *Deterioris conditionis esse non debet confessio iudicialis, quàm extraiudicialis.*
21 *Hæres an possit uenire contra uoluntatem defuncti.*
22 *Verba quando operari de præterito, & induci de præsenti possunt, & quando non.*

SI uerò uerba enunciatiua proferantur in vltimis voluntatibus. & tunc dic ꝑ verba enunciatiua emissa propter se principaliter: vt l. ex hac scriptura ff. de dona. ad grauatum directa: ut not. gl. in l. peto. in prin. ff. de leg. 2. l. scienter. & l. 2. C. de fal. cau. adiec. eorum, quæ per defunctū sunt disponibilia, vt l. 1. C. arb. tute. & l. cū pater. §. pater filio. de legat. 2. dispositionem inducūt, quatenus verborum significatio, seu natura patiatur: ut l. Titia. §. Caius. ff. de legat. 2. aliàs si propter aliud proferuntur incidenter: ut l. ex his. C. de testa. mil. ad oneratū directa: vt l. verba ꝓm unam lect. C. de test. & l. generali. ff. de vsufruct. lega. errore seu ignoranter quæ per defunctum non sunt disponi-

ponibilia quatenus verborum significatio seu natura non patiatur, dispositionē non inducunt. & dic quòd verba enuncia
1 tiua † in vltimis voluntaribus, quæ emittuntur propter aliud, quandoque emittuntur per modum modi, aliquando per modum demonstrationis, aliquando per modum conditionis, aliquando per modum causæ, aliquādo per modum modi, tunc disponunt, vt l. fi. C. de his, quæ sub modo. verba enunciatiua, quæ emittuntur propter aliud per modum conditionis distingue, aut in eis non est expressa certa quantitas, vel species, aut fuit expressa, si non est expressa, tunc non disponunt, etiam si in modo dispositionis fuissent prolata, in l. Titia. in prin. ff. de leg. 2. & l. cum post. §. gener. ff. de iure do. si fuit expressa certa quantitas, aut species, aut quæris. an inducant dispositionē in eo, quod deuenit in conditionem, aut in alio antecedēti vel consequenti, quod poterat per testatorem induci, & inducunt dispositionem, si erat antecedens necessarium: vt l. Proculus. ff. de vsufru. in prin. l. denique. ff. de pecu. leg. & l. penul. de colla. do. fallunt prædicta, quando verba conditionalia proferuntur per ablatiuos absolutos, vt l. ratione. §. tametsi ff. ad leg. Falci. Si verò verba enunciatiua emittuntur propter aliud, per modum causæ, quādo in causa venit aliquid, quod per testatorem poterat disponi, si errasset, inducunt dispositionem etiam quo ad actionem, secundum glos. in l. socer. §. Lucius. ff. sol. matr. & Inno. in c. fi. de succes. ab intest. a. licet gloss. dicat, & teneat in l. emptor. §. ancilla. ff. de rei vendi. quòd solum quo ad exceptionem, & ita, ut dictū est tenet, & dicit Bar. in l. ex hac scriptura. ff. de dona. Bald. verò in l. uerba. C. de testamen. dicit, quòd verba enunciatiua, aut negant preteritā veritatē, aut enunciant veritatem de futuro.

Primo casu, aut negant veritatē rei, & dicit vt in l. Titia. §. Caius de lega. 2. aut negant veritatem actus, & tunc si est talis actus, qui potest per pœnitentiam reuocari, & reuocatur ope executionis, sed si non potest per pœnitentiam reuocari, tunc talia verba nihil operantur, vt lege verba. C. de testament. in text. & gloss.

Secundò casu, aut enunciant veritatē persuasiuè, aut dispositiuè, vel præceptiuè: aut dubitatur.

Primò casu non disponunt: quia sapiūt causam impulsiuam.

Secundò casu disponunt: quia sapiunt causam finalem. ff. de vsufruct. lega. l. generali. in princip. & ff. de lega. 2. l. vnum ex familia. § fi.

Tertiò casu, aut verba enunciatiua sunt præteriti actus, non existentis, sed in postremum effectum tendentis commemorationem principaliter & propter
2 se prolata † & tunc disponunt. ff. de donatio. l. ex hac scriptura. sed si sunt prolata incidenter propter aliud, tunc non disponunt ff. de testamen. milit. l. ex his verbis. nisi fortè sint prolata ad liberandum ab obligatione seu vinculo, quod posit tolli nullo consensu, vt ff. de pactis. l. tale pactum. in princip. sed si dicunt, ꝓ ibi fuerunt verba dispositiua, Item ibi fuerunt prolata principaliter ad effectum liberationis. Si autem verba enunciatiua sunt futuri commemoratoria: talis actus, qui dependet ex animo, & tunc aut diriguntur grauato, & videntur directa per modum præcepti, aut diriguntur onerato, & tunc aut includunt dispositionem saltem ope exceptionis, vt ff. de rei vendicatione. l. emptor. §. ancillam. aut sunt verba ab omni grauamine absoluta, & tunc nō disponunt vllo modo, vt not. in l. peto. in principio. ff. de legatis 2. & scia rationem l. Titia. §. Caius. vbi verbis enunciatiuis falsam causam continentibus nihil operatur annexa dispositio. Et sic ratio, quia si causa esset vera, dispositio esset superuacua, vt l. petitor. ff. de liber. lega. si autem non esset vera tunc legatum fundatur super falsa causa finali, & ideo non valet, nisi probetur, quòd testator non legare voluit, ita quòd non fuerit causa finalis, sed impulsiua, quæ legatum non uitiat, vt ff. de condit. & demonstratio. l. cum tale. §. falsam. glo. tamen, vt dixi in l. emptor. §. ancillam. alle.

dicit



dicit quòd in d. §. Caius. competit exceptio, non actio: sed falsum dicit quo ad dictum §. Caius. sed quo ad dictum §. ancillam. dicit verum. nam quia ibi filia posfidebat, merito sufficit ei exceptio: iuxta nota. C. de collationibus l. filiæ. & l. si soror. Item etiam scias rationem, quare
3 verba enunciatiua † in oneratum relata non disponunt: vt not. in l. peto. in prin. ff. de legatis 2. nam ratio est: quia uerba deprecatiua ad oneratum directa sunt potius consilij quam præcepti. & aliud est persuadere: aliud iubere. Item scias, ꝓ ratio l. ex his verbis est: quia non tenet principale dispositum facti seruo testatoris. C. de necess. seruis hæredi. instituen. l. quidam §. illo. ergo alia uerba, quæ sunt propter illud non tenent ff. de seruitu. vrbano. prædiorum. l. 3. §. qui habet. Item ratio l. verba. C. de testamen. est: quia
4 nostrum affirmare, † vel negare, non facit ueritatem aliter se habere. Cynus verò in l. verba. C. de testament. dicit, quòd aut uerba testatoris sunt dispositiua, aut demonstratiua, aut causatiua, aut enunciatiua: si dispositiua, seruāda sunt: vt in §. disponat: in authentica, de nuptijs. & l. 1. C. de falsa causa adiec. nisi sint iniusta, & impossibilia, tam de iure, quàm de facto. C. de instit. & substit. l. reprehendenda. de fideicommiss. lib. l. fin. & l. filius. ff. de condi. insti. & l. quidam. & de lega. 1. l. apud Iulianum. §. fin. aut verba sunt demonstratiua, siue vera, siue iusta sit demonstratio, non impediuntur relicta. ff. de auro & argento lega. l. Quintus. & de condition. & demonstration. l. demonstratio. in princ. & l. falsa. nisi testator errasset in demonstratione, non legatarij, si falsum sciuisset. ff. de condit. & demonstrat. l. cum tale. §. fin. & de lega. 1. l. legata inutiliter. Si verò verba sunt causatiua, siquidem in præteritum, idem quod in demonstratione, seruandum est
5 per eadem iura: si in futurum, tunc † non inducunt legatum imò præiudicant. ff. de lega. 2. l. Titia. in princi. Si uerò sunt verba enunciatiua refert, aut sunt emissa in præiudicium extranei & non valent. vt l. uerba. C. de testa. & C. de proba. l. ex emplo: aut sunt verba assertiua, aut negatiua: si quidem sunt assertiua, & præiudicant, ut ff. de dona. l. ex hac scriptura. & de leg. 2. l. Lucius. & de auro & argē. leg. l. qui uxorē. de legat. 3. l. Lucius. §. 1. Si
6 verò sunt verba negatiua † aut sunt negatiua dominij, aut obligationis: si dominij, non præiudicāt, ut l. Lucius. §. Caius. de lega. 2. nisi aliud probetur, si sunt negatiua obligationis aut directè, vt talis mihi nō debet, & tunc obtinet quod dicitur in l. 1. C. de fal. cau. adiec. Si uerò indirectè, tunc obtinet, quod dicitur C. de probatio. l. rationes. & auth. quod obtinet. si autem nil tale obtineat, tunc nihil valet. Ioan. uerò de Imo. dicit in d. l. uerba. ꝓ aut testator loquitur dispositiuè, tunc valet dispositio l. non idcirco. C. de codicilli. & l. cum pater. §. donationis. de lega. 2. aut loquitur causatiuè, & tunc dicunt quidam, ꝓ aut est causa de præterito, & tunc tenet legatum, & si causa sit falsa si est de futuro, tunc secus tu dic, ꝓ aut erat legatarius, & valet, aut non, & tunc secus. In dubio autem die, quod aut sciens disponens, sciens causam falsam esse, & tunc præsumitur causa impulsiua, & valet legatum, sed in dubio, aut causa respicit legatarij commodum, & præsumitur impulsiua, ut l. 1. ff. de dona. aut disponunt demonstratiuè, & tunc aut uerba respiciunt indeterminatum, & futurum tēpus, & tunc potius unam conditionem, q̄ demonstrationem faciunt, ut l. Stichum, qui meus erit. de lega. 1. l. nuper. de leg. 3. si autem verba respiciunt determinatum & præteritum, uel præsens tempus, tunc demonstratio non uitiat legatum, ut C. de falsa causa adiec. per totum, aut proferuntur uerba enunciatiua, & tunc aut testator loquitur cum onerato, & non tenet dispositio, vt l. uerba. C. de testam. secundum unam lecturam, fallit in milite, ut l. ex his uerbis. C. de testam. milit. aut cum grauato, & tenet, vt l. peto. in princ. ff. de legat. 2. sed aliquando uerba enunciatiua, licet non operentur dispositionem, operantur tamen aliquādo præsumptionem in præiudicium patientis ea inseri in instrumento, ut l. optimam. alle.

K Item

Item operantur, quia inducunt quandoque declarationem in dispositione, ut l. si seruus communis. ff. de stipul. ser. & l. cũ aliquis. C. de iure deliber. quia si dicitur in instrumento, talis seruus stipulatus est dominis suis talibus &c. licet non probetur per hoc seruus esse: declarat tamen respectu domini stipulatum fuisse, ut d. l. si seruus. secundum Iaco. But. in l. rationes. C. de proba.

Item operantur in præiudicium hæredis, q̃ando testator iurauit, ut in authen. quod obtinet. C. de prob. Idem Iac. But. in l. rationes. C. de probat. alle. & dicit, q̃
7 verba enunciatiua prolata † per testatorem habent effectum tribus uel quatuor modis. Primò quia habẽt effectum dispositionis in testamento militis, ut l. ex his. C. testamen. mil. aliquando non operantur dispositionem, sed quandam præsumptionem in præiudicium patientis inferendam in instrumento, ut l. optimam. alleg. & §. item verborum. instit. de inutili stipul. Item operantur hoc, quia licet non probent, tamen inducunt declarationem in dispositione, ut suprà est declaratum. & dicit Dy in l. 1. C. de falsa causa adiect. q̃ si uerba enunciatiua emittuntur propter se in vltima uoluntate, & referuntur ad personam honorãdam, ut quia dico, scias q̃ si bene te habeas erga hæredem tuum dabit tibi centum, tunc habent tacitum effectum. ff. de lega. 2. l. unum ex familia. §. fi. & l. 1. C. de falsa causa adiect. Ang. autem in l. ex his uerbis. C. de testamen. milit. dicit, quod fauor tantum libertatis
8 † & ultimæ uoluntatis non est causa sufficiens, quòd uerba enunciatiua prolata principaliter propter aliud disponant, sed disponunt concurrente fauore militiæ: facit C. de proba. l. non nudis. & l. non epistolis. & l. 2. C. de necess. seruis hæredi. instit. l. seruus. C. de lega. Si autem concurreret fauor in publico, & libertate, etiam in testamento pagani, talia uerba disponerent, ut l. si hæreditas. §. fi. ff. de testam. tutel. Exemplum, si testator enunciando seruum libertum eum tutorẽ constituit, vt ibi patet. & conclude circa istum articulum vltimæ uoluntatis, q̃ si uerba enũciatiua proferuntur propter se, inducunt dispositionem in enunciatione, ut l. ex hac scriptura. ff. de dona. fallit si in perniciem tertij proferantur, ut C. de testa. l. uerba si autem proferuntur principaliter propter aliud, conclude, q̃ si in uim modi disponunt, ut quia non differt enunciatio a dispositione, ut l. fi. C. de his, quæ sub modo. si autem proferantur in vim conditionis, non disponunt in enunciato: ut l. ex facto etiam agitato. ff. de hæredi. instit. si proferantur per modum demonstrationis, non disponunt in testamento pagani, ut l. ex his uerbis. alleg. Fallit in l. si hæreditas. §. fin. ff. de testa. tute. & fallit, fauore militiæ & libertatis. ut d. l. ex his uerbis. alleg. & l. Lucius. §. fin. de testam. milit. tamen in casu, quo non disponunt uerba enunciatiua, quo ad parandam actionem, saltem disponunt, quo ad parãdam exceptionem, ut ff. de rei uend. l. emptor. §. ancillam. secundum glo. ibi, & secundum Bart. in l. cum proponeretur. de leg. 2. uerba enunciatiua in testamentis inducunt probationem eorum, quæ gesta dicuntur in testamẽto, ut est rex. in d. l. cum proponeretur, sed non eorum, quæ gesta dicuntur extra testamentum, ut l. Aurelius. §. fin. ff. de lib. leg. & l. Lucius. § fina. de lega. 3. & secundum Bart. in l. Titia. §. Caius. de lega. 2. sed secundum glo. in d. §. Caius. uerba enunciatiua, quæ non con
9 tinent † certam quantitatem, uel speciem, non inducunt dispositionem quãtum ad obligandum inducunt tamen quantum ad liberandum, ut l. emptor. §. Lucius. ff. de pactis. & l. certum. §. 1. ff. de acceptilatio. & uerba enunciatiua quantum ad inducendum exceptionem sunt ita bene sufficientia in actione reali, sicut in personali, ut l. exceptiones. §. rei autem. ff. de exceptio. & secundum gloss. & Bart. in l. peto. in principio de legatis 2. quædam sunt uerba dispositiua, seu præceptiua. & illa, in quencunque referantur, dispositionem inducũt. ut d. l. peto. in prin. quædam sunt uerba nõ dispositiua, sed magis enunciatiua futuri euentus, uel deprecatiua, & illa, si referantur ad grauatum, inducunt dispositionem, ut l. unũ ex familia.

§. fi.



§. fi. de lega. 2. Si verò referuntur ad oneratum, & tunc non inducũt dispositionẽ. vt l. generali. in princip. ff. de vsufru. leg. Ioan. autẽ de Imo. in l. Titia. §. Caius. de leg. 2. dicit, quòd verba enũciatiua in ultima voluntate prolata: licet præsumptionem faciãt non tamẽ probant: vt l. Aurelius. §. fi. de li. leg. no. glo. in l. 1. C. de falsa causa adiec. & dic secundũ eum ibi, q̃ quædam sunt verba enunciatiua propter aliud simpliciter emissa: vt dixit Bald. in l. Titia. de leg. 2. quæ nõ disponũt: vt l. qui familiæ. ff. fami. ercis. nisi essent talia, ex q̃ bus fundaretur intentio libelli. & ita intelligit l. cũ precum. C. de libe. causa. Interdum sunt verba enunciatiua propter se principaliter prolata: & tunc aut sunt negatiuè prolata: & non inducunt in effectu liberationem, vbi non procedit substantia debiti. si autem sunt assertiua, & affirmatiua: tunc si sunt assertiua seu affirmatiua obligationis, & non probant in vltima voluntate: sed disponũt, nisi doceatur de errorè.

10 In contractibus † autem est contra: quia probãt, sed non disponunt. l. Publia. in fin. ff. depositi. & l. 1. C. de falsa causa adiect. & idem dicit Bal. si sunt enũciatiua dominij: facit quod not. in l. falsa. C. de iur. & fac. igno. Si autẽ sunt assertiua possessionis in cõtractu probant. licet nõ disponant in vltima voluntate videtur q̃ non probent nec etiam disponant: quia non est in potestate testantis possessionẽ facti in alium transferre: licet dominium sic facit quod no. gloss. in l. si cum duobus §. idem ff. pro socio. Lambertus verò de Rãpo. in suis distinctionibus in l. si dotẽ. C. de falsa causa adiect. sic dicit: si quæris an verba enunciatiua habeant vim dispositionis distingue: aut proferũtur in iudicio, aut extra: si in iudicio habent vim dispositionis exemplum, interrogatus in iure an sit hæres, vel an debeat? respondit. quòd sic, tunc habent vim dispositionis. ff. de interroga. actio. l. de ætate. §. qui in iure. & est idem, ac si expressè esset obligatus. & hoc est verum, si est præsens, cui debet acquiri. ff. de interroga. actio. l. fin. quia sicut vera obligatio non quæritur absenti sic nec hic. S verò proferuntur extra iudicium, de hoc dicetur infra. aut emittũtur verba enunciatiua in vltimis voluntatibus per modum confessionis: & tunc aut verba enũciatiua in emittuntur non propter se principaliter, sed propter aliud, tunc non operantur dispositionem, vt d. §. Sticho liberto meo lego fundum. nõ enim sunt emissa ista verba, liberto meo, propter se, sed propter personę designationem, ideo non habent vim dispositionis, nec verba in instrumentis prolata, quæ non propter se principaliter proferuntur, proferentem obligant. vtputa si dicis, talis cohæres meus possidet hæreditatem, quam peto diuidi, non videris confiteri eum hęredẽ. ff. de lega. 2. l. Titia. in princip. ff. famil. ercis. l. qui familiæ. Sed secundum supradicta hoc habet locum in præparatorijs, & ante litem contestatam, aut proferuntur verba propter se principaliter, aut dico, fateor à te me recipisse decem, non proferuntur ad aliud, nisi ad notificandum solutionem tuam. & non distinguo, vtrũ referantur verba ad honoratum, vel oneratũ, quia hoc casu idem est vtrobique, sed refert an ista verba de sua propria significatione possint trahi ad legata, vel fideicommissa, vel non si sic: vt puta peto, quòd sis conuentus eo, quòd legaui tibi, tunc habent vim dispositionis. ff. de lega. 2 l. peto. 2. & 3. responso. aut verba ex sua propria significatione non possunt trahi ad legatum, seu fideicommissum nisi per exceptionem, & sic sunt ver
11 ba † enunciatiua simpliciter, vt dico, Hæredes mei, fateor talem mihi soluisse, tunc aut ista verba proferuntur gratia legatarij, & magis ad grauamen hæredis, vtputa testator instituit vxorem suã hęredem, & dicit, vxor mea scio, quòd restitues hæreditatem meam liberis meis tũc fauore liberorum habetur ac si diceret, rogo te, quòd eis restituas. ff. de lega. 2. l. vnũ ex familia. §. pe. & §. fi. & si intelligitur l. si dotẽ. C. de falsa causa adie. aut proferũtur verba magis ad grauamẽ hęredis, quam ad prouisionem legatarij & non operantur dispositionẽ, vtputa dicit

testator, lego tibi vsumfructũ talis fundi & scio, te consecuturum proprietatem, si gratus sit etga meum hæredem, videtur hæredem grauare in eum casum, vbi eris sibi gratus, magis quam tibi puidere. & ideo verba non faciunt dispositionẽ. ff. de vsufru. lega. l. generali. in princip.

Sed an est verum simpliciter, quòd verba enunciatiua in testamento per modum confessionis probent. dic quòd Cy. in l. generaliter. C. de non nume. pecu. dicit quòd confessio facta in vltima volũtate probationem inducit: vtputa si testator dicit in suo testamento, Hæredes mei, ego debeo Titio centum. & dicit quòd sicut emissa inter viuos proficiunt ad probandum, vt l. Publia. §. fi. ff. depositi. sic etiam emissa in vltima voluntate: vt l. 1. C. de falsa causa adiec. & l. 1. eod. titulo. & ff. de lib. leg. l. 3. & l. Aurelius. §. 1. ita quòd dicit idem Cyn. post Petr.
12 quòd licet testator † conualescat, & de dicta confessione pœniteat, quòd licet aliàs posit reuocare confessionem: tamen aut reuocare non poterit, cum sit contractus, & in testamento potest contrahi: vt no. glo. in l. hęredes palam. §. fi. de testa. contractus non reuocatur, nisi vtroque consentiente, vt l. sicut. C. de actio. & obliga. subdens, quòd illud quod dicitur, quòd vltima voluntas potest reuocari vsque ad vltimum vitæ exitũ est verum in dispositiuis, non autem in enũciatiuis. Ideò cum confessio sit quid enũciatiuum non potest reuocari, vt dicit idẽ Cy. quòd cõfessio quę emanat in vltima voluntate, requirit partis præsentiam. vt l. cum pater. §. surdo. ff. de lega. 2. & l. fin. C. quando dies lega. ce. & quo ad obligãdum non requirit confessio causæ adiectionem, vt ff. de lega. 2. Lucius. §. fiquis. quo verò ad probandum bene requirit causæ adiectionem, sicut & confessio inter viuos emissa, vt l. cum de indebito. §. fi. ff. de proba. tu dic, quòd licet ipse Cy. dicat, quòd confessio facta de debito per testatorem in vltima voluntate, eo superueniente probet contra eum, licet facta fuerit in absentia partis, tamen communis opinio est in contrarium, per l. certum. §. fiquis absente. ff. de confessis. & l. fi. ff. de interrogatio. actio vbi requiritur partis prę sentia, ad hoc vt confessio obligatoria probet. & hoc firmat ibi Bar. in l. cum quis decedens. §. codicillis. ff. de legatis 3. l. Lucius. §. 1. eo. ti. & l. Lucius. §. quisquis. de legatis. 2. & l. Aurelius. §. fin. de libe. legat. & idem firmat Barto. in l. generaliter. allega. allegans textum in c. dilectus. de succes. ab intesta. & idẽ tenet in l. rationes. C. de probationibus. & in l. si creditores. C. de fideicommissis. in lectura antiqua. nisi testator in confessione iurauerit iuxta auth. quod obtinet. C. de probatio. & in dicto §. codicillis. allega.

Iacob. tamen Butriga. in l. 1. C. de falsa causa adiect. dicit sic est contra eos, qui dicunt, quòd si testator confitetur in vltima voluntate se mihi debere coram pluribus testibus, & postea mutat voluntatẽ quòd nihilominus debet, quod confessus est, quod falsum est, quia talia verba non faciũt debitum, vt ibi, sed legatum, quod est, secundum eum mirabile, vt l. cum proponas. C. de codicil. & l. clari. de fideicommis. hæc ille. Angel. verò in l. 1. & l. si nõ designata. C. de falsa causa adiect. dicit quòd non statur confessioni testantis in vltima voluntate, nec illa confessio probationem inducit: nisi emanauerit parte præsente. vt l. Lucius. §. quisquis. de legatis. 2. & l. Aurelius. §. fin. de liber. legata. dicit idem Angel. in l. verba. C. de testamẽ. quòd verba enunciatiua prolata per testatorem in præiudicium hæredũ si sunt iuramento firmata inducũt dispositionem, vt dicta l. rationes. & authen. quòd obtinet. C. de probatio. Bartol. verò in l. cum quis decedens. §. codicillis. allega. sic dicit, testator confitetur se in testamento suo habuisse de bonis communibus tantum, vel de vsuris tantum, postea reconualescit, an posit ad illa conueniri. Petr. format hanc quæstionem. & Cy. refert in l. generaliter. C. de nõ num. pecun. & ibi uidetur tenere, q̃ ex hoc ipse posit conueniri, & contra eũ inducunt probationem, nam in vltimis voluntatibus
13 † potest contrahi, vt l. hæredes palam. in fi. & ibi nota. ff. de testamẽ. Itẽ in contractibus non est locus pœnitentiæ: ut l. sicut. C. de actio. & obligatio. & ff. de com mod. l. in commodato. §. sicut. Ista enim confessio habet uim cuiusdam confessionis factæ inter uiuos, nec poterit reuocari.



Nec obstat, quòd vltima uoluntas est obligatoria usque ad mortem, quia illud est uerum in vltimis uolũtatibus dispositiuis & quæ stãt in finibus meræ vltimæ uoluntatis, sed ista confessio habet uim confessionis emissę inter uiuos. Iaco. de Bel. in authen. de iureiu. à moriente præstito. determinauit contra. & de hoc uidetur esse casus in alle. l. cum quis decedens. §. codicilli ubi confessio non probat nisi fuerit iurata. Præterea testator, secundum hoc posset priuare filios legitima confitendo alijs se debere, quod sufficeret, & aperietur uia malitijs, præterea si hoc esset uerum, omnes leges, quæ dicunt, quòd ex tali confessione inducatur fideicommissum, malè dicerent, quia tũc demum potest induci fideicommissum, quando de debito non constat. sed secundum hoc constaret de debito, ergo nõ debet induci fideicõmissum, qd̃ est falsum, ut l. si creditori. de leg. 1. & l. Lucius §. 1. de lega. 3. & l. Lucius. §. quisquis. de lega. 2. l. Aurelius. in fin. de li. leg. pro hoc facit c. fin. de succes. ab intesta. prædicta uera, nisi fuisset notarius stipulatus recipiendo pro alio, uel confiteretur parte præsente: tũc tamẽ habet uim confessionis inter uiuos, & præiudicat. & secundũ hoc, bene loquit Pe. & Cyn. & intellige secundum Bar. in l. Lucius. §. quisque. de leg. 2. siue pars sit præsens p se siue per nunciũ, uel epistolã, sicut aliàs inducunt probationem, ut in alle. l. Publia. §. fi. secus si fierec parte absente, ut l. certum. §. si quis absente. ff. de cõfessis. & l. fi. ff. de interroga. actio. & idem tenet Bart. in d. §. quisquis. & prædicta uera in his confessionibus quæ pendent ex mera uoluntate confitentis, ut aditio hę reditatis, uel declaratio animi, quando præcessit actus ambiguus, ut l. si auia. C. de iure deliberand. & l. uxorẽ. § fin. quia
14 in testamento talis actus † ambiguus, qui præcessit potest declarari, ut ibi, in d. § fi. & si diceretur liber rationum testatoris, probat contra se, ut l. rationes. C. de probatio. quare non confessio facta in vltima uoluntare? quidam dicũt, quòd bene probat, si non sit nuda à partis præsentia, ut l. nuda. ff. de dona. uel dic aliud in rationibus, quoniam ille actus fit tantum ad probationẽ, aliud in testamẽto, quod fit ad dispositionem principaliter. ideo testator uidetur magis dixisse ut disponat, & leget, quam ut probationem inducat. fallit, si interuenit iuramentum, ut in d. §. codicillis. Et est ratio, quando iuramentum apponitur, quia est perinde, ac si diceret, uolo ista uerba habere effectũ eo modo, quo melius fieri potest, ut l. cum pater. §. filius matrem. ff. de lega. 2. Et est etiam ratio propter religionem, quæ est in iuramento.

Vnum tamẽ no. secundum Bart. in d. l. cum quis. §. Titia. quòd confessio facta in vltima uolũtate in fauorem non capacis, præsumitur facta in fraudem, ut d. §. Titia. ubi est tex. & ideò si testator confitetur debere non capaci, talis confessio nihil operatur, & ideo si testator confiteretur debere, dicit ibi gloss. quòd in dubio talis confessio præsumitur esse facta in fraudem. facit. l. qui testamentum. ff. de proba. & secundum Bartol.
15 illa talis † confessio quæ præsumitur esse facta in fraudem non ualidatur iuramento. & ideo si testatòr habens uxorem suam secũdam, cui uult relinquere plus quam posit secundum formam l. hac edictali. C. de secundis nupt. cõfiteatur se habuisse ab uxore mille, & sic iurauit certè nihil ualet, quia confessio facta cum iuramento ad utilitatem non capacis, non ualet. & hoc etiam tenet Barto. punctaliter in l. Aurelius. §. fin. de liber. lega. idem Guiliel. de Cugn. in l. sed & si possessori. ff. de iureiur. & fuit originaliter opi. Pe. quem refert Cy. in l. 1. in fin. C. de sacrosanct. eccle. Item si testator in testamento suo confiteatur se habuisse ab uxore sua mille, & sic iurauit, & postea uiuens uult illam confessionem reuocare, supra dictum est, quòd iuramentum

mentum ualidat eam, & nõ potest reuocari ut d. §. codicillis. quia transit in contractum donationis inter uiuos.

In quæstione præsenti dico contra, secundum Bar. quia uxor non est capax donationis inter uiuos, constante matrimonio: & ideo uir uiuens semper posset reuocare: quia confessio uidetur facta in fraudẽ: sed si maritus esset mortuus, tunc cum donatio posset post mortem confirmari, hæres non posset reuocare, per d. §. codicillis. & ad corroborationem prædictorum Bal. in suo consilio, quod incipit, In Christi nomine Amen. testamentũ in quo filiabus in potestate. dicit, an assertio facta in ultima uoluntate probet. dic quòd Petr. tenet, quòd sic, in l. generaliter. C. de non numerata pecunia. quia licet requiratur dirigi per nũcium uel epistolam: ut l. Publia. in fine. ff. depositi. tamen in ultima uoluntate non requiritur, hæc communis opinio est omnium, per leg. Aurelius. §. fin. de lib. lega. ꝙ non pro
16 bet obligationem, uel †dominium assertio facta ultima uoluntate: tex. in c. fin. de successio. ab intesta. dicit, quòd non probat sufficienter, sed uehementer adminiculatur: & ideo apud iudicẽ præstat multum fidei, & auctoritatis, facit fortè, ut possit deferri sacramentum in defectum probationis. de iureiurand. l. si duo patroni. & quod ibi Guiliel. de Cugn. uel ut cum alijs adminiculis faciat efficacem probationem, & maximè de illa summa æquitate, quę ponitur, & no. 1. q. 7. c. quoties cordis oculus. Ludoui. in l. admonendi. ff. de iureiurand. dicit quòd Barto. dixit in d. l. admonendi. quòd confessio facta absente parte, semiplenã probationẽ inducit, per l. capite quinto. ff. de adulte, cum sua glos. & l. quæro. §. fin. ff. de ædil. edic. & per §. fina. de success. ab intesta. Sed contra eum tenuit Bald. in l. in bonæ fidei. C. de iureiurã. respondẽdo ad iura Bartol. excepto ad allega. capitu. fina. Item contra Barti. tenuit Salyc. primò: quia tex. in l. certum. §. siquis absente. de
17 confes. dicit confessionem †absente parte factam non probare: ergo perinde habetur, ac si dixisset nullam probationẽ inducere. Non obstat gl. in d. l. capite quinto: quia ille non dicit quòd inducat semiplenam: sed bene quòd facit iudicium, quod tamen est minus, quam semiplena probatio: ut l. cum probatio. in fin. ff. de proba. & similiter respõdit ad d. l. quæro. in fine. ad c. fin. cũ dicas, ꝙ Bar. in allegatione eius erraui: quoniam ibi dicitur, ꝙ testes ibi deponebant confessionem corã abbate, quæ erat pars, factam fore, & sic in eius præsentia: ut l. corã. ff. de uerb. sig. & l. idem proferre. §. coram. ff. de arbi. unum nunquam ibi dicitur, quòd facta fuerit confessio talis, parte absente: & tu dicas quare: ergo confessio in casu illius c. non inducit plenam probationem, ex quo probatum est eam esse factã in præsentia partis, responde. ut ibi dicit gl. ꝙ ibi facta fuit in præsentia partis enunciatiuè & incidenter, nõ autem principaliter, unde tex. ille nullo mõ probat intentionẽ Bar. qa uidet uerior opi. Bal. & Salyc. Item Bal. in suo consilio, quod incipit, In Christi nomine Amen. factũ tale est, magnificus princeps dominus Nicolaus &c. dicit, quòd confessio facta in ultima uoluntate inter uirum & uxorem non inducit probationem debiti. tex. est. ff. de lib. leg. l. Aurelius. & idẽ inter quascunque personas, quia per ultimam uoluntatem non probatur contractus. arg. ff. de uerbo. sign. l. uerba gesserunt. & licet in ultima uoluntate possit contractus annecti, ut ff. de testamen. l. hæredes palam. §. fina. tamen iste contractus debet habere formam debitam contractus, non formã ultimæ uoluntatis. licet Pet. aliter dicat, ut not. Cyn. in l. generaliter. C. de non numera. pecu. Secundò præmitto quòd
18 confessio † inter prohibitos præsumitur simulata. ff. de proba. l. qui testamentum. & ibi not. præsertim quando uergit in præiudicium tertij. l. 1. §. sed si mutuam. ff. si quid in frau. patro. Ideo quia uir ab uxore secundi matrimonij nõ potest consequi nisi usque ad certam quantitatem: iuxta l. hac edictali. C. de secũdis nupt. cõfessio excedens modũ illũ seu quantitatẽ nõ tenet, ut l. cum quis decedens. §. Titia. de leg. 3. & d. l. q. testamentũ. Sed si cõfessio



fio probaretur uera esse, bene valet confessio: quia qui compensat, non donat: sed magis soluit debitum, licet soluatur in alia re: & intellige, quod valet usque ad concurrentem quantitatem. nam dicit lex. ꝙ ille, qui non potest titulo lucratiuo capere, nisi usque ad certum modũ, non prohibetur capere ex causa, ex qua tantum sibi habet abesse, quantum adesse: unus modus legis non ponitur nisi in residuo, ut ff. de condit. & demon. l. sed si hoc. in §. quidã. qui tex. est ad hoc valde no. præterea Bald. in l. 1. C. de fal. causa adie. dicit, ꝙ si testator sua manu scripsit testamentum. & ibi confitetur Titio debere centum, ꝙ illa confessio incidit ultimæ uoluntati & eius naturam assumit: & ideo reuocatur, sicut & testamentum: nisi illa confessio fiat in epistola missa ad legatariũ. ar. l. Publia. § fi. ff. depositi. licet aliquibus uideretur, ꝙ probaret, sicut liber rationum, pro hoc facit cap. per tuas. extra de proba. & Bal. ibidem quærẽdo, an confessionem factam in testamento possit quis reuocare. dicit, ꝙ Bar. dixit, ꝙ sic: alij, ꝙ non: ut l. generaliter. C. de non numerata pecunia, & ibi dicit, quòd non potest reuocare, quin faciat iudicium: ut de success. ab intesta. c. fi. & per talem confessionem oritur exceptio doli contra ipsum testatorem: ut not. ff. de lib. lega. l. nõ solum. §. si liberationis. quod est uerum, quando testator dixit: dono irreuocabiliter, & inter uiuos: ut not. ff. de testam. l. hæredes palam. §. fin. & tenet ibi Bald. quòd confessio testatoris ad obligandum emissa cum causa, non probat ipsam causam fore veram: ut l. Aurelius. §. fin. ubi causa erat omissa ad legandum, non ad obligandum testatorem, quia testando non contrahit.

Petr. tamen ut refert Cyn. in materia confessionis factæ in ultima uoluntate tenet ꝙ talis confessio probet, nisi contrarium probetur: ut l. 1. C. de fal. causa adiec. leg. in eius primò responso. eo autem casu quo contra probetur, quod nõ valet
19 iure †confessionis, valet iure legati, si testator sciebat falsam causam, quod præsumitur, nisi probetur error, quo errore probato, non habet etiam tanquam legatum: ideò Dy. in l. Lucius. §. quisquis. de leg. 2. dicit, ꝙ uerba enunciatiua in testamento prolata non uidentur probare. & sic uidetur tex. in d. §. quisquis, ꝙ cõfessio facta in testamento non probet. contra tenet Cy. in d. §. quisquis per Pe. & plenius per Cy. in l. 1. C. de falsa causa adie. & secundum Cy. in d. §. quisquis. non dicitur an probet sed bene probat, secũdum eũ, debitum subesse per id, quod habetur in d. l. 1. sed potest probari contra sicut & contra alias confessiones: iuxta no. in l. error. C. de iuris & fac. igno. tamen si legatarius replicet de scientia testatoris: poterit tunc tãquam fideicommissum petere. & sic intelligitur d. §. quisquis. cum simil.

Sed cõtrarium uidetur uerius per tex. in alleg. l. cum quis. §. codicillis. ubi patet, quod propter iuramentum inducitur probatio. & sic a contrario sensu. secus si non interuenisset iuramentum, prout litera ibi sonare uidetur: arg. l. 1. § huius rei. ff. de offic. eius. & pro hoc bene facit l. Aurelius. §. fi. ff. de lib. lega. Et pro hac parte uidetur casus in l. certum. §. si quis absente. ff. de confess. ubi confessio facta absente parte non ualet. & sic nec hic debet ualere, si facta est in absentia partis: secus si pars fuisset præsens, quia tũ bene probaret sicut si inter uiuos facta fuisset. ar. eorum, q̃ habentur in l. q. testamento. §. fin. C. de test. quod sequitur ẽt Bar. nec uidetur bona responsio Pe. ad d. §. siquis, quia respõdit, ꝙ in confessione iudiciali q̃ nõ solum habet uim probatiuã, sed inductiuã, per id quod habetur in l. Lucius. §. fi. de lega. 2. & in l. 1. ff. de interrog. act. & in l. si defensor. §. qui interrogatus. eod. titu. quæ obligatio non potest induci parte absente. nõ interueniente nuncio, uel epistola: nã & confessio ultimæ uoluntatis habet uim inductiuam, scilicet, si fideicomm. & ideò cum diuersus sit effectus probatiuus ab inductiuo: licet non haberet inducere obligationem: tamen saltem debet probare. arg. l. Publia. in fin. ff. depositi: quia
20 non debet † esse deterioris conditionis confessio iudicialis, quam extraiudicialis: imò melioris propter auctoritatẽ iudicio.

diciorum. Facit quod not. in l. 1. & 2. C. si tutor uel cura. & ideo verior videtur opi. ꝙ confessio facta parte absente, & etiam in ultima uoluntate non probat, quod ẽt vt est dictum, sequitur Bart. & alij, quod autem dictum est suprà secundum Bart. & alios, ꝙ confessio facta in vltima uoluntate absente parte non ualet, nec probat: hoc uerum secundum Angel. in d. l. cum quis decedens. § codicillis, nisi emanauerit confessio ad exgrauationem conscientiæ, quia tunc sufficit, & valet confessio absente parte facta, quia suppletur Dei præsentia, qui vbique est, vt aliàs dicitur de fisco, ut l. 1. C. de quadri. præscri. & hoc tenet Bal. in consilio suo, quod incipit, Philippus Lello de Ca. &c. per ea quæ habẽtur per Ioan. An. in nouel. in c. quãtum, de vsuris. in 6. & sequitur ex hoc, ꝙ talis confessio non poterat reuocari: tu credis hoc verum, quando constat ꝙ ad exgrauationem conscientiæ confessus est, sed in dubio si fortè in ultimo articulo constitutus cnnfitetur, an uideatur ad exgrauationem conscientiæ confiteri, cogita: nam vbi in testamento non cõstitutus in dicto vltimo articulo confitetur, si semper intelligeretur ad exgrauationem conscientiæ confiteri tanquam cogitans suum dispositum, haberet locum post mortem, quod videtur prima fronte dicendum esse destruere effectum. l. 1. C. de falsa causa, vide Bal. in l. generaliter. C. de non nu. pe-
21 cu. vbi dicit, ꝙ hæres non potest † venire contra confessionem defuncti de æquitate canonica, secundum Inn. in c. cum dilectus. de succes. ab intesta. & multo fortius in vsurario: vt not. in c. quanquam. de vsuris lib. 6. & uide Bald. in l. rationes. C. de proba. ꝙ in foro pœnitentiali nedum, ꝙ teneat talis confessio, sed non potest reuocari, & vide eundem in l. 1. C. de testa. quando reperitur scriptum manu testatoris.

Cui adde quod dixit Bar. de schedula. in l. fi. C. de fideicom. & in l. 1. C. de falsa causa confessio in vltima voluntate emanãs, aut probat, aut disponit, & si probat, non disponit, quia dispositio esset inanis: probat autem ꝙ confessio est facta parte præsente: secus si parte absente: vt l. certum. §. si quis absente. ff. de confess. Item probat in actibus, qui consistunt in sola nuda volũtate: ut l. si auia. C. de iure deliber. & not. in l. Pomponius scribit. ff. de nego. gest. & istis casibus non potest reuocari virtus confessionis. Si uerò confessio non probat: puta quia facta parte absente, & non in actibus consistentibus in nuda voluntate, & non in actibus priuilegiatis: ut dictum est de exgrauatione cõscientiæ, & tunc disponit, & ualet in uirtute legati, & potest reuocari, vt l. 1. C. de fal. causa adiec. lega. ibi, in tex. aut ex causa fideicom. ad hoc l. Publia ff. depositi. in secunda parte ipsius l. 2. alternatiua eiusdem præualet in casu præsenti, in quo nõ fuit pars præsens, & in quo non potest probationem inducere secundum supradicta. & pro tanto disponit, nisi per errorem ita dixerit, & disposuerit: & aduertendum, ꝙ oportet ꝙ iste error probetur liquidè: vnde nõ sufficeret dicere hæredi, quod probat eo ipso, ꝙ in contrarium nõ probetur pecuniam non esse solutam: nam est præsumptio, ꝙ testator uoluerit legare; & ideo oportet ꝙ probet hæres, ꝙ non animo liberandi debitores, sed ex errore. s. credens pecuniam, solutam ita disposuerit. Bal. in l. non idcirco. C. de iuris & facti ignorantia, sic dicit: considerandum est,
22 quod interdum possunt verba † operari de præterito, possunt induci de præsenti. interdum possunt operari de præterito, sed non possunt inducere de præsenti. Primo casu aut uerba sunt apta ad disponendum, & disponũt. ff. de dona. l. ex hac scriptura, aut non sunt apta ad disponendum, & non disponunt. ff. de lega. 2. l. Titia. §: Lucius. Si autem quæris, an possint induci de præsenti, uel non, recurre ad theoricam Innoc. aut est actus, qui tunc geri non potest uel propter absentiam alicuius personę necessariæ, vel propter aliã causam, tunc certũ est ꝙ non potest tunc fieri: ideo est impossibile, ꝙ uerba sint dispositiua: ut not. Inn. de offi. delega. c. cum in iure. de proba. c. quoniam cõtra. Adde tamen, ꝙ ad liberandum uerba enunciatiua, licet non possint disponere, inducunt



inducunt doli exceptionem: ut no. in l. nõ solùm. §. liberationis uerbo. de libe. lega. quod falsum credo, per not. in l. idem in duobus. ff. de pactis. ergo in contrarium est ius commune: ergo uerba prolata absente parte, quæ est de substantia negotij non pariunt nec disponunt in iure quæsito: si tamen contra ius quærendum possint operari, ubi illud consisteret in sola uoluntate unius: ut not. in l. Pomponius scribit. in gl. ff. de neg. gest. & ibi per Guil. de Cun. secundo casu principali quando possunt aliquid de præterito operari, sed non de præsenti disponere refert, aut declaratio concurrit cum ueritate, & tunc est standum declarationi, aut est contra ueritatem, & tunc non est standum, ut l. cùm falsa. C. de iuris & fac. ignor. aut est dubium, & tunc refert, aut est talis actus ex quo oriatur ius probationis, & tunc statur uerbis enunciatiuis de præterito, ut l. Publia. ff. depositi. §. fi. aut talis est actus, ex quo secundùm naturam sui non oritur ius probationis, & tunc non faciunt probationem, ut ff. de libe. legat. l. Aurelius. §. fi. & adde quod not. Cyn. in l. generaliter. C. de non nume. pecu. Ex prædictis conclude, quòd interdum uerba tendunt ad disponendum, & possunt disponere: interdum tendunt ad probandum, & possunt probare, interdum ad neutrũ tendunt, & neutrum possunt, ut ex prædictis patet.

## Enunciatiua verba cõfessionis extra ius ad liberandum.

### SVMMARIVM.

1 *Confessio extraiudicialis in criminibus, an probet.*
2 *Confessio facta coram notario, an nihil operetur coram iudice.*
3 *Confessio extraiudicialis, an præiudicet.*
4 *Confessio non scripta, an faciat præiudicium.*
5 *Confessio iudicialis, an indigeat alia probatione.*
6 *Iudex quando suppleat absentis præsentiam.*
7 *Confessio apud acta, requirit partium præsentiam.*
8 *Possessio an solo animo perdatur,*
9 *Consorti ratum habenti, quæritur in agendi sine cessione.*
10 *Confessio geminata extraiudicialis, an tantum operetur, quantum iudicialis.*
11 *Verba cassetur & irritetur, quomodo intelligantur.*
12 *Confessio extraiudicialis quid importet.*
13 *Confessio facta præsente fideiussore, an dicatur facta in absentiæ partis.*
14 *Notario uerbi seruanda.*

I verba enunciatiua proferuntur. per modum confessionis extra ius ad liberandum, an illa cõfessio extraiudicialis probet, Ang. in l. tale pactum. ff. de pact. dicit, ꝙ confessio emanans in absentia partis nihil operatur, quantuncunque ad liberandum emanet. & hoc tenet Cyn. in l. generaliter. in 4. q. de non nume. pecun. deficit enim tunc consensus liberandi, & sic per consequens non est pactum. l. 1. ff. de pact. & hoc tenet glo. in l. cùm de indebito. §. fi. ff. de probat. & oportet, quòd talis confessio repræsentetur per nunciũ, vel epistolam, ut l. emptor. §. Lucius. ff. de pactis. & l. Publia. § fin. ff. de posi. & dicit idem Ang. in l. quoniam. in prin. ff. de his
1 qui not. infa. ꝙ confessio † extraiudicialis in criminibus non probat, ut tenet glo. in dicta l. quoniam. facit tamen indicium ad torturam, ut l. capite quinto. & ibi gloss. ff. de adulter. confessio iudicialis bene probat, ut dicit glo. in l. Lucius. ff. de his qui not. infa. & oportet, quòd fiat in forma iudicij: aliàs si in camera iudicis, non in forma iudicij, non probat, ut dicit glo. in l. iubemus. C. de libe. causa. & in l. interrogatum. eod. tit. & hoc tenet Ange. in d. l. Lucius. Cyn. in l. fin. C. de confessis. uidetur distinguere in tertia quæstione inter iurisdictionem uoluntariam & contentiosam. uide ibi, & etiam Bald. in d. l. unica. C. de confes. & alibi, dicit glo. in l. 2. C. de iure fisci. lib. 10. quòd confessio facta coram notario nihil operatur

2 ratur †coramiudice, sed licet ex cõfessione extraiudiciali nõ possit sequi condemnatio: vt est dictum: quia nõ probat plenè debitum, inducit tamen, vt possit puniri delinquens, tanquam se glorians, de delicto extraordinariè iudicis arbitrio. text. est no. in c. quam sit graue. de excess. præla. & licet in his, quæ dependent ex voluntate duorum confessio facta in absentia partis nõ probet: vt no. in l. idem in duob. ff. de pac. & est tex. & gl. in l. & hæredi. §. nos autem. eo. ti. in his tamen, quæ dependent ex voluntate vnius: secus est vt ratihabitione? & aditione hæreditatis. tunc. n: non requiritur partis præsentia: vt l. Pomponius scribit. ff. de nego. gest. & per Bart. in l. Aurelius. §. fi. de libe. lega.

Hostl. verò in summa in ti. de confes. §. quid si quis extra ius confiteatur. dicit ꝙ Iaco. doctor antiquus dixit talem confes-
3 sionem extra†ius factam prejudicare eatenus vt confessus necesse habeat probare contrarium: argu. C. de probat. l. non nudis. & l. non epistolis. & ff. de probat. l. quidam. & ff. de his qui no. infa. l. quoniã. & de excess. præla. c. q̃ sit graue. Ioan. dicit contrarium, quia non nocet. nisi sit in iure facta: vt l. 1. & fin. ff. de interrog. actio. & distingue secũdùm Host. ibidem, cùm qui extra ius confitetur, si ad alium liberandum, & in scriptis elapsis 30. diebus rata est confessio. sed intra triginta dies habet exceptionem non solutæ pecuniæ. Excipiuntur quandoque casus, in quibus statim præiudicium paratur: vt tractatur in l. in contractibus. C. de non num. pecu. & de quadri. præscrip. & l. 2. in fi. & C. ad Velle. l. antiquæ. sed si quis cõfiteatur extra iudicium ad se alij obligandum, si in vltima uoluntate, & hoc iurauerit, statur confessioni. ff. de lega. 3. l. cùm quis decedens in §. codicillis C. de proba. authent. quod obtinet si sine sacramento, nõ obest hæredibus, nisi ex mente testatoris presumatur vim fideicommissi habere: ut quia erat coniuncta persona illa, cui se debere conficeatur, & cui tantum erat de suo relicturus, etiam si nihil deberet: vt ff. de dona. l. ex hac scriptura. ff. de leg. 2. l. Lucius. § quisquis. ff. de auro & argen. leg. l. vxor: ff. de libe. lega. l. legaui. sed si inter viuos confiteatur quis extra iudicium ad se obligandum: si in scriptis, & sine causa, non præiudicat: de fide instrumen. c. si cautio. ff. de probat. l. cùm de indebito. §. fi. sed si causa adijciat, aut adijcit causam mutui, vel dotis; quo casu exceptio competit intra sua tempora: vt in l. in contractibus. C. de non nume. pecu. in secundo respon. C. de dote cau. l. fin. & authent. ibi posita. quibus temporibus transactis rata manet confessio nisi querela interim exposita foret: quo casu hæredi. & contra hæredem perpetuò datur exceptio. C. de non num. pecunia. l. si intra. quod non est in potestate sua, quin conueniatur. ff. de exceptio. doli. l. purè. §. fin. ff. de calum. l. annus. aut adijcit aliam causam non mutui vel dotis: puta emptionis, vel locationis, & similium contractuum: in quo casu incontinenti parat præiudicium sibi, quia satis absurdum est, ꝙ quis uoce dilucidè protestatus est &c. C. de non numerata pecunia. l. generaliter. hæc vbi in scriptis confessus est inter viuos extra iudicium, sed sine scriptis†nõ paratur præ-
4 iudicium secundùm occasionem, quia non est confessio extra ius facta, sed dic, idem sine scriptis secundùm distinctionem præmissam, non enim scriptura est de substantia. C. de probationibus l. cùm res. ff. de pigno. l. contrahitur. & ubi in confessione causa adijcitur, videtur habere vim pacti. ff. de interroga. actio. l. de ætate. §. qui interrogatus. & l. 1. & fina. ff. de interrogat. actio. quæ uidentur velle, ꝙ confessio extra ius non valeat, debet intelligi secundum Host. quando confessio sit sine causa, & nulla causa est adiecta in confessione.

Anto. de But. in c. ex parte. de confess. dicit, quòd illud, quod dicitur, quòd confessio extraiudicialis non nocet, neque probat. glo. in d. c. ex parte. hoc intelligit, & restringit, nisi confessio fiat extra iudicium cum causa: quia confiteor me debere ex causa mutui, vel alia, nam hoc probato per testes confessio mihi præiudicat, quia ex illa confessione potero condemnari ꝗm glo. ibi, ex qua colliguntur duæ



duæ subtiles differentiæ inter confessionem iudicialem & extraiudicialem. Prima, quia confessio iudicialis ligat quem, etiam non expressa causa specificata, secus In extraiudiciali. Secunda quia con-
5 fessio iudicialis†non indiget alia probatione, quia se ipsum probat eo quòd facta est in iudicio: sed extraiudicialis probatione indiget, & non sufficit probatio nẽ fieri coram iudice: sed est necessariũ, quòd fiat coram tribunali iudicis, quando fit per uiam contẽtiosæ iurisdictionis, & in iudicio ordinario & ordinabiliter agitato: ut l. cùm sententiam. C. de sentẽ. & l. pen. ff. de iusti. & iur. si autem fiat in summario iudicio, uel fiat ex abrupto, uel per uiam uoluntariẽ iurisdictionis: & potest fieri in quolibet loco, uel etiam si fiat in his, quæ cõcernerent ordinationẽ, uel præparamenta iudicij. §. de offi. proconsul. l. 2. & l. nec quicquam. §. de plano. & l. 2 §. dies. ff. quis ordo in bono. possessio seruetur. & ibi gloss. & l. uoluit. §. quod ait. ff. de interrogato. actio. secundùm Bart. in l. 1. C. de confessis. aliquãdo hoc fallit ratione personæ: quia alibi quàm coram tribunali potest fieri confessio: ut in l. egregias. ff. de iureiurando. requiritur etiam, quòd fiat confessio extraiudicialis, siue iudicialis parte presente. ff. de interrogato. actio. l. fina. & l. certum. in princip. §. siquis absente. ff. de confess. de quo per Cyn. in l. fina. C. de confes. & Bar. in l. non solùm. §. liberationis. ff. de libe. lega. in confessione iudiciali, si illa fiat absente parte, & iudice, non ualet. ut gloss. dicit in d. c. ex parte. nisi fiat præsente aduocato, uel alio recipiente pro absente: ut no. glos. ff. de interrogato. actio. l. & si sine. si præsente iudice, absente parte si fit confessio, quæ emanet per uiam uoluntariæ iurisdictionis hæc præiudicat: ut in authen. generaliter. C. de episcopis & clericis. & idem ibi dicit Cyn. ad hoc. ff. de manu. uindic. l. non est. & c. quanquam. de usuris. libro 6. si per uiam contentiosæ iurisdictionis. & parte non citata, nõ ualet: ut d. §. si quis absente. si parte citata, in casibus, in quibus potest procedi cõtra absentẽ; iu-
6 dex supplet†absentis præsentiam. ut l. si ob causam. C. de euicti. & l. properandũ. §. sinautem reus. C. de iudic. & no. in cap. ueniens. de accusa. secundùm Cy. & in l. 1. C. de confes. hoc sequitur Ioan. Andr. in additio. Spe. in ti. de confessis. §. sequitur. uerficulo 7. dicit tamen Petr. in l. 1. in fi. ff. de interrogato. actio. quòd si iudex confessionem, ut publica persona recipiat, absente parte, etiam non citata, quòd ualet confessio: ubicunque tamen confessionem absente parte factam corã iudice uel coram alio præiudicare, semper intellige, si ad hoc præsens, est alias non præiudicat: ut no. Petr. & Cyn. in authen. sacramenta. C. si aduersus uendi. in 10. quæst. nam ex abrupto uel casu fortuito non præiudicaret. ut gloss. dicit in dicto §. fin. ff. de interro. actio. de confessione, quæ fit in libello, dic ut suprà dixi, quando uerba enunciatiua proferuntur in iudicijs in extraiudiciali cõfessione, si fiat absẽte parte in reali prejudicat. ut l. si quis. 6. §. differẽtia. de acquirẽ. possess. quia rẽ absente parte potest quis habere ꝑ derelicto, in personali uerò nec ad liberãdum, nec ad obligãdũ præiudicat, nisi fiat parte, uel iudice, uel publica persona, uel aliquo recipiente ꝑ absente, illo postea ratum habente: ut no. in d. uerficu. 7. & in c. quanquam. de usuris. lib. 6. & l. rescriptum. ff. de pactis. & l. non solum. in §. si liberationis. ff. de lib. leg. hæc uera, nisi fiat per epistolam: quia tunc præiudicat confitenti etiam ad obligandum, ut l. Publia §. fi. ff. de depositi. & hoc ideo quia scriptura sẽper loquitur: & no. in l. nuda. ff. de dona. quod uerũ puto uiuente ipso confitente, eo aũt mortuo scriptura eius non loquitur: ideo nõ crederem. quòd illum obligaret ad hoc de succes. ab intest. c. fi. & quòd ibi no. In
7 no. & ut est dictum† confessio apud acta, scripta pro solennitate ipsius actus requirit partium præsentiam, uel ad hunc actũ citationẽ, de testi. ca. in nomine Domini. ideo statim est nulla, uel aliqua, ut dicit Bar. in alleg. l. nuda.

Dicit tã Io. And. in ti. de confes. §. & nũc uidẽdũ. uers. q̃d si cõficeor. ꝙ in omnibus

bus casibus, in quibus, absente parte alteri prejudicaret sententia, quòd ei proderit confessio facta, vt in casibus c. quamuis. de re iud. per quæ dicit, quòd confessio facta, presente vno ex cõfortibus eiusdem litis, prejudicat cõfitẽti quo ad aliũ, & hæc vera in his, quæ dependent ex voluntate duorum, sed in dependentibus ex voluntate vnius, bene præiudicat confessio facta absenre parte. ff. de nego. gest. l. Pomponius. & l. Nesennius. & no. Bar. in alleg. l. nuda. & no. in l. certum. §. si quis absente. de confes. ad hoc tex. cũ gl. in d. l. Pomponius. oportet secundùm prædicta, quòd iudex sedeat propter hoc aliàs non prejudicat sibi comfessio: vt patet, de ord. i. cogi. c. cùm dilectus. ad fin. aliàs crimẽ, de quo constat in iudicio, punietur ordinariè, si de eo constaret per confessionem, quòd est contra illa iura. Not. ergo gl. in d. c. ex parte. quòd confessio facta coram iudice ad aliud sedente non præiudicat: sed quando confessio emanat super iure reali, an inducat obligationem, & probet: vt si ego dominus, vel possessor confiteor te dominum vel possessorem: an confessio faciat te dominum? dicit Barto. in l. cùm falsa de iuris & fac. igno. & in l. si testamentum eod. ti. quòd si extra iudicium confiteor in iure reali cuius translatio pendet à potestate mea sine alia traditione, & confessio inducitur vt hypothecaria. dicitur in allega. l. si testamentum. sed si confiteor circa, ea cuius translatio non pendet à nuda mea uoluntate, si quidem in iudicio præiudicat mihi, & cõfessio inducit dominij translationem: vt est casus. ff. de confes. l. certum. §. 1. qui ad hoc est not. secũdùm Bar. quod dicit esse verum, etiam si in confessione non adijciatur specifica causa, vt quia confiteor te dominum simpliciter, nam sicut libellus procedit sine causa specifica, & ita confessio secundùm eum. & per hoc dicit, quòd si cõfiteor ecclesiam dominam, quia nuda voluntate trãsfertur in eam dominium, quia confessio præiudicat, idẽ dicit in vltima voluntate, cùm in illis non exigatur traditio, proficit tamen confessio quo ad probationem, vt in alleg. l. Publia. licet non inducat de hoc in Specu. de confessis. §. nunc dicendum. versi. quid si cõfiteor. ad fin. §. & vide etiam in eodem. §. versic. porrò. vbi Specu. dicit, quòd si confiteor
8 alium possidere: quia solo † animo perditur, possessio illa confessione perditur vt l. 3. §. in admittenda. & l. si quis. 6. §. differentia. de acqui. posses. in versic. sed si cõfiteor. & dicit hoc verum quo ad perdendam possessionem: sed non quo ad transferendam, quia solo animo non acquiritur possessio. C. de acquiren. posses. l. licet, secundùm Gui. de Cu. hæc vera, quando confiteor simpliciter rem tuam esse, & mei ipsum tuo nomine possidere, tanquam conductor, dicit Specu. in titu. de confes. §. nunc videndum. versi. quid si confiteor. ibi recitat dictum Iac. Bal. & refert, an confiteatur sciẽter & an dicat scienter confiteri rẽ tã esse, & eam tenere in feudũ vel emphyteusim tũc nõ nocet, vt in alle. l. cùm falsa quia ex hoc non conducit, sed narrat. idem si dicat cõfiteri rem tuam esse, & uolo ipsam cõducere in emphyteusim, vt d. l. cùm falsa. fatetur tamen omni casu confessionẽ probare conductionem, & dominiũ alterius. donec contrarium probatur. pro hoc dicit Barto. in allega. l. cum falsa. si quis confitetur talem esse dominum suæ rei, & eum etiam constituisse precario nomine possidere eiusdem, quod ex hoc nõ transfertur, vt in l. traditionis. C. de pactis. secundum Bar. quod credo verũ probando rem aliter se habere, quia sola confessio non disponit, ex quo exigitur traditio, & sola confessio conductionis, & constitutionis non habetur pro illa, licet probetur.

Dicit tamen Ioann. And. post Cyn. in consilijs in additionibus Specu. in loco prealleg ato, quòd si consors litis recẽperat confessionem, qualiter ab eo, & ab alio conduxit rem in feudũ: & hæc confessio prejudicat, ad hoc, quòd consor-
9 ti † ratum habenti queritur ius agendi sine cessione, quia si per traditionem vel quasi quæritur ius agendi sine cessione per procuratorem. ff. de acquiren. rerum domi.



domi. l. si procurator. & l. si traditio. §. fi. & l. si per seruum. §. fin. & sic ex hac confessione quæretur illi absque cessione vel quæsitum probabitur, nũ talis confessio probat fictam traditionem Ioann. de Imol. in l. nuda. ff. de dona. dicit quòd vulgatum est quòd confessio facta absente parte non prejudicat. l. certum. §. si quis. ff. de cõfes. Nec obstat l. Publia. §. fi. quia loquitur in confessione facta in epistola, quæ dirigitur absenti: quo casu absens absenti loqui videtur mediante organo epistolæ. l. qui autem: & licet. ff. de constitu. pecu. & ideo nil mirum si prejudicat, & secundùm eundem Ioan. ibi, omnis scriptura, quę ex mente disponẽtis dirigitur parti absenti aduersæ, si producatur scriptura, & ad videndum eius productionem pars fuit citata, confessio facta in illa scriptura, seu quæ oritur ex illius productione, semper præiudicat parti: & ita intelligitur dictus §. si quis absente. & hoc voluit ibi Bar. quãdo dixit aliud fortè in scriptura libelli, quæ dirigitur parti.

Ludoui. verò in dicta l. nuda. dicit, q̃ confessio sine expressione causæ scripta probationem non inducit l. cùm de indebito. §. fi. ff. de probatio. & de fide instrumen. c. si cautio. & quod ibi no. quòd hoc venit simpliciter limitandum. Primò nisi confessio facta fuerit in iudicio seu in instrumento guarentigiato, secundùm Bal. per illum tex. in l. sicut. C. de repu. hære. Secundò, nisi confessio extraiudicialis
10 fuerit geminata: quia † tunc operãtur tantum, quantum iudicialis: vt dicit gloss. singularis in l. cùm scimus. C. de agri. & censi. & ibi Bart. hoc dicit. li. 11. meritò secundùm Lud. infertur, quòd probat sine causa, vt & iudicialis: vnde secũdùm eum in suis dictis in d. l. in dicto, quod incipit, duplicatio dictionis. dicit, quòd duplicatio dictionis operatur plus quàm si non esset duplicatio pone exemplum, doctrina est communis in l. criminali. C. de iurisdi. omni. iudi. & in l. iubemus. §. sanè C. de sacrosanc. eccle. dũ queritur, an bona damnati per delictum perdantur ipso iure vel per sententiam, quia aut statutũ seu lex loquitur per verbum futuri temporis, vt perdantur: & intelligitur per sententiam, si loquitur per verba præteriti temporis, intelligitur ipso iure. Modò pone, quòd statutum dicit: siquis fecerit instrumentum sine appositione horę, vel diei, vel nominis, puniatur in tot: quinimò & instrumẽtum cassetur & irritetur, an ista verba cassetur & irritetur intelligantur ipso iure vel per sententiam iudicis iuris ordine seruato: & dic, quòd ista verba duplicata, cassetur, & irritetur, intelliguntur ipso iure. Ita simpliciter dicit Bal. in ti. de pace Constan. in gloss. in verbo, priuilegia omnia. & in verb. collat: & dicit Bar. in dicta l. cùm scimus. §. illud, quòd dicitur, quòd verba enũciatiua nõ probant hoc est intelligendum, nisi sint prolata bis: quia non probant, sicut & confessio extraiudicialis geminata. Item tertiò est limitandum: quia licet non probet plenè, inducit tamẽ semiplenam probationem, secundùm Specu. in ti. de confes. §. nũc videndum. versic. sed nunquid semiplenam. & refert Anto. de But. in d. cap. si cautio. Et de hoc est casus rectè intuenti, secundùm exemplum, quòd ibi ponit glo. in l. instrumenta. C. de probat. Item dicit Bar. in l. cùm falsa. C. de iuris
12 & facti igno. quòd confessio † extraiudicialis transfert onus probandi contrariũ in confitente. domini de Rota in decisionibus nouis. 83. dicunt, quòd confessio extraiudicialis facit indicium, non plenam probationem, per gloss. in l. capite quinto. ff. de adulte. & c. quàm sit graue. de excess. præla. Bal. in suo consilio, quod incipit, An confessio facta absente parte ad probãdum liberationem, & dicunt q̃ sic: quidam dicunt, quòd non, nisi pars sit præsens. nam confessio requirit præsentiam aduersarij, sicut pactum. ff. de cõfes. l. certum. §. siquis absente. & no. C. de confes. l. 1. ff. de pact. l. idẽ in duobus. facit de libe. lega. l. Aurelius: §. fi. nisi talis confessio sit transmissa per nũciũ vel epistolã ff. depositi, l. 1. in fin. ff. de donat. l. nuda.

In contrarium videtur, quòd talis confessio valeat ad meram probationem, licet & hodie exceptionem pariat. vt ff. de lib.

lib.leg.l.non solùm.§. si liberationis verba.licet pactum non valeat absente altera parte, nisi interueniat nuncius vel epistola, quia pactum est cõtractus, & confessio non est contractus.ff.de actio. & obligat. l.consensu.& no. C.de sacrosan.eccle.l.illud. de except.l.si acceptilatum. §.fin. ad hoc facit ff.de neg.gest.l.Pomponius scribit.ff.de ædil.edic.l.quæro.§.fi. & de succes.ab intesta.c.fi.Solutio dicendum est, ꝙ quantum ad effectum aliquid inducendi, vel disponendi non valet inter absentes, nisi dispositio pendeat ex voluntate vnius tantum, vt ratificatio, vel improbatio: vt d.l.Pomponius.sed quantum ad finem probandi fictam solutionem, & repellendi petitionem contrariam, valet: vt d §.& licet. quicquid dicat Petr.C.de non num.pec.l.generaliter. & dicit ibi, ꝙ
13 confessio facta † pręsente fideiussore, non dicitur esse facta in absentia partis, cùm per fideiussorem possit quæri reo principali exceptio doli, vt est text.in l. idem in duob.ff.de pact.& dicit idem Bald.in alio consilio suo, quod incipit, In Dei nomine Amen. punctus super quo consilium petitur, & postulatur, talis est: Titius fecit instrumentum in forma venditionis &c. ꝙ valet absente possessore confessio, quia tendit ad liberandum possessorem, & omnis confessio, quæ tendit ad exceptionem in absentia partis valet, in auth.de testi.§. & licet.& no.in l. 1.de interrog.actio.& l. non solum.§.si liberationis: de libe. lega. & l.generaliter.C.de non nume.pecu. & C.de iuris & facti igno.l.cùm falsa.

Franciscus verò Tigrini in suo cõsilio, quod incipit, Super quæstione, quia quæritur nunquid confessio &c.regulam tradit, ꝙ taliter confessio facta absente parte in nullo confitenti pręiudicat l.certum.§. si quis absente.ff de confess. & l. fin. & ibi no.ff.de interrog.actio. & l.cùm de indebito.§.fi.ff.de probat. Sed contra, quia si confiteatur creditor se non numerasse, statur confessioni creditoris, vt no.gl.in l. in contractibus.de non num.pecu.in glo. nec si velit &c.non igitur refert in præsentia vel in absentia facta fuerit confessio, dummodo de confessione constet. Non obst.gl.posita in l. idem in duob.ff.de pactis.quæ communiter reprobatur. & huic opi.assentit Guil. de Cu. in l.Pomponius scribit, si negotium.ff.de nego. gest. Imò econtra d.glo.per doctores nouos approbatur: vt ẹ. plenè est deductum in articulo de verbis enunciatiuis in vltima voluntate prolatis.& ista est communior.

Saly.in l.vnica.C.de confess. tenet expressè, ꝙ confessio extraiudicialis non valet, nisi fiat parte præsente. & hoc quando est obligatoria, & ita omnes communiter fatentur: sed vbi sit liberatoria, quidam dixerunt, vt Bal. & Franciscus Tigrini in dictis consilijs valere quo ad doli exceptionem.per no.in l.non solùm §. si liberationis verba de libe. legat. ꝙ reprobat Bar.in d.§.si quis absente, per aliam glo. quæ ibi videtur contraria, & in l. Idem in duobus.ff.de pactis. & etiam per text. & glo.in l & hæredi.§.nos autem. eod.titu. sed secundùm eundem Bart. de Salyc. ille loquitur in pacto quod est liberationis inductiuum, & ad non petendum in futurum: nos loquimur in confessione liberationis declaratiua in qua dicendum est indistinctè, quòd facta aduersario absente, & nemine pro eo recipiente, non valet ipso iure, ut not.glo.2.ad fin.in l. Pomponius scribit.ff.de nego. gest. Item dic, ꝙ aut confessio facta est aduersario instante, petente, vel interrogante, & valet: ut d. l.fin.& l.si fine.§.1.ff.de interroga.actio. aut est facta aduersario præsente, sed non petente, nec interrogante, uel instante, & valet: vt d.lege si fine. in principio, & quod not.glo.in l. 1.C.de confess.in versi. illud vero, quæ sic debet intelligi. aut est facta præsente aduersario nõ petente, vel instante, vel nec recipiente, vel statim acceptante: & tunc dico quòd non præiudicat: ut sentit Cyn. in dicta l. verba. in 6. quæst. Et est ratio differentiæ: quia
14 non seruatur significatum † verbi, vt fieri debet: vt l.2.§.appellata.ff.si certum petatur. est enim confessio simul duorum pluriumve eiusdem rei fassio, ex dictione, con, quæ notat simulantem: vt ff.de pac.l.1.§.1.si ergo simul vterq; non fatetur, non est confessio. igitur valere non



non debet.argum.l.1.in princ.ff.de verb. obligat.

Item quia multi per iocum vel solatiũ talia verba proferunt, vel vt euitẽt interdum petitores quærentes ab eis mutua, & ipsi volentes eos curialiter repellere, dicunt non habere: imò a Petro hic mecum existente recepi pridie centum mutuo, & cùm Petrus tacet, qui si forsan uocaret testes, ille tunc negaret, aut confessio est facta ex toto, absente aduersario, & tunc aut est facta in iudicio, & tunc aut per modum iurisdictionis cõtentiosæ, aut voluntariæ.si contentiosæ, dic, ꝙ olim nõ valebat, ut d.§.si quis absente.& C.si per vim vel alio modo.l.fi. & ff. de interrog. actio.l.fin. Et est ratio, quia olim æremodicium contrahi non poterat: hodie verò, quia æremodicium contrahi potest, valeret parte legitimè citata, vt C.de iudic.l. properandum.§.1.& 2.§.cùm autem.& ita no.glo.in §.1.si quis absenti. & idem ibi not. doct. si per modum iurisdictionis voluntarię. idem dico si iudex agit expressè eam recipere, & absenti quærere: arg. ff.de magistra.conue.l.1.§.exigere. & ff. rem pupil.sal.fore.leg.2.cum simi.

## Enunciatiua verba in epistolis prolata.

### SVMMARIVM.

1 *Literæ quando præiudicant scribenti.*
2 *Literæ commendatitiæ, an scribentem obligent.*
3 *Testator si dixerit standum est dicto tertij, alicuius, an id pro dicto defuncto accipiatur.*
4 *Testator si dixerit standum esse dicto guardiani minorum, an standum sit.*
5 *Epistola, an plenam probationem faciat.*
6 *Approbare, an non improbare sit,*
7 *Receptione sola instrumenti, an quis videatur consentire.*
8 *Literæ condemnatitiæ quem effectum habeant.*
9 *Mandatum specificatum quare requiratur.*
10 *Sigillo quando fletur.*
11 *Scriptura non probat, nisi constet de uoluntate sigillantis.*
12 *Sigillum quando dicatur publicum.*
13 *Approbatio literarum quot modis fiat.*
14 *Sigilli appositio quando præiudicet, & quando non.*
15 *Apodissa quando probet.*
16 *Epistola quando fidem faciat.*
17 *Epistola quæ continet fraternitatis enunciationem, an probationem inducat.*
18 *Confessio in epistolis an præiudicet.*
19 *Scriptura priuata, in iudicijs creditur:*
20 *Maior an sit authoritas ordinarij quàm tabellionis.*

I verò verba enunciatiua proferuntur in epistolis, conclude secundùm Bal. in l. 1. C.de contrahen. stip. ꝙ vbi per epistolã nunciatur illud per epistolam põt confici & induci, illa nunciatio, inducit obligationem, & eam inductam probat secundùm Archid.& bene est tex.in l. Titius. la 2.ff. de consti.pecu. si autem non potest confici, ꝙ denunciatur per epistolam inter cõtrahentes. tunc non inducit obligationẽ, sed eam inductam probat: vt l. Publia.§. fi.ff.depositi.& ibi Fal. fatuus est qui epistolam mittit præsenti, cuius copiam habet quantum vult, & potest ei uerbo omnia explanare: quãdoq; tamen, & per modum epistolę: quis præsenti loquitur: exẽplum.ff.de pac.l.emptor.§.Lucius. unde
1 literæ præiudicant scribẽti, quando † quid certum continent, & specificum, vt l. Lucius.§.de fideicommissis. si autem literæ sunt generales, & incertæ, vt sunt literæ credentiales: tunc dic secundùm Bart.in d.l. Lucius. quòd aut dictæ literæ sunt nimium generales, ut tali latori præsentium de his, quæ vobis dixerit, dabitis plenam fidem, tunc earum vigore nõ poterit agere talis lator in præiudicium, scribentis: qm̃ tales literæ sunt magis cõmendatoriæ: quasi dicat iste lator est, persona fidei, potestis de eo confidere, & sic non obligant scribentem: vt l.si. C.quod cum eo.ff.de dolo. l. eleganter.§. fin.ff. mandati.

dati.l. si verò non remunerandi. §. cùm quidam, & dicit Cyn. in d.l.fin. q̃ literæ
2 † commendatitiæ scribentem non obligant, Magnates enim de facili tales literas concedunt. Fallit si ex qualitate personæ scribentis aliud appareat, ex quo generaliter certificaretur: vt si ille, de quo scribebat, erat factor, seu institor scribentis in aliqua mercantia: quia tunc videtur dicere, q̃ ei adhibeatur fides in negotio illius mercantiæ.tex.est notabilis. in l. cuiuscunque.§.sed cùm fullo. & §.planè ff.de instito.argum.ff.de verbo.obligat.l. triticum: & ibi not. Item fallit si dixit in epistola,adhibe plenam fidem super me, vel meo periculo,vt ff.mandati l. si verò. §.siquis mandauerit. in fin. Quandoque istæ literæ sunt magis speciales: puta tali latori præsentium de intentione mea plenariè informato dabitis plenam fidem. Et hoc aduerte, quia aliquando mandatur,vt tali credatur tantum id quod ei refert: & tunc non contrahet. Aliud est enim credere contrahentem referenti, & hoc nullam dispositionem continet: aliud est contrahere. Si enim cum tali aliquis celebratur contractus, non obligatur,nec obligat mandantem: quia excedit fines mandati.ff.mandati.l.diligenter. & notatur.ff.de procuratoribus.l.procurator. in glo. & ff.de solutionibus l.hoc iure. fallit ratione personæ: vt si esset institor, ut dixi: fateor tamen quòd si occasione illius credulitatis passus sum damnum, possum recuperare per actionem mandati: puta ille lator dixit mihi ex parte scribentis, q̃ si ego vellem talem librum pro certa quantitate, mitterem pecuniã: ego credens misi, & in hoc expendi, dominus non vult dare librum, istud damnum repetam: vt l. si tibi mandauero.§. fin.ff.mand. sed si ille lator literarum dixit, talis fecit me procuratorem ad contrahendum tecum negotium: ego credidi, & tanquam cum procuratore contraxi non præiudicat mihi scribenti, nec debet credi ei, quando narrat aliquid quod pertinet ad ipsum latorem seu referentem, per quod acquiretur commodum seu officium,nisi quatenus literis esset expressum, ne detur materia malignandi: vt l.fin.quod cum eo. & ff. quòd iussu.l.1. in princ. & creditur sibi sine iuramento, cùm ab vtraque parte eius fides sit approbata, scilicet, a mittente, & ab eo,qui recipit: vt not.ff.de fcrijs. l.1. licet videretur contrarium: vt l. Theopompus.ff. de dote præleg. Sed dic,quando testator di-
3 cit esse standum † dicto alicuius de eo, quod testator sibi dixit: & quia tunc dictum illius est dictũ defuncti magis quàm deponentis: ideo tunc debet iuratus deponere,vt testis: sic loquitur l.Theopompus. & l.iurisiurandi.C.de testibus.quandoq; testator dixit standum esse dicto alicuius de eo, quod sibi deponenti esse uidebitur: tunc in illo dicto non est testis, sed magis quidam arbitrator: ideo non debet iurare: vt C.de arbit. authent.decernimus. & hoc verum quando aliquis est assumptus a testatore,vel a parte simpliciter: sed si assumeretur a iudice,puta: quia iudex dicit, referas mihi, quòd tibi videbitur de tali re: vt medici quando assumuntur ad uidendum tale uulnus: tunc talis deberiurare: ut l. comparationes.C.de fide instru.licet contrarium no. in d.l.iurisiurandi. & in l.1. post princ.ff. de ventre inspi.

Contra prædicta facit l. hac edictali. in §.his illud.C.de secun. nupt. ubi uidetur dici, quòd quando quis assumitur a partibus,debet iurare. sic intellige, quod ibi assumitur a partibus de mandato iudicis, uel assumitur a partibus, hoc est agẽtibus ut iuret. aliàs secus,vt d.l.Theopõpus. & ibi Bart.Bald. in l. captatorias.ff.de testamento milit. dicit, quid si testator commisit declarationem incertorum Seio, qui declarauit indiscussè, quòd deberent restitui Caio tanquam ab eo extorta, an valeat dicta declaratio, consuluit Bart. q̃ non,per l.Thais.§.sororem. de fideicom. liber. cùm aliquid ei constare debuerit requisito hærede.ff.de transac.l.cùm hi.§.si prætor. & ff.de vsufructu lega.l.legatum ciuitati. & de testamentis. c.nos quidem. videtur tamen, quòd de hoc credatur iuramento ipsius executoris,si aliàs est honesta persona: vt d.l. Theopompus. & l.

siquis



siquis pro redemptione.C.de donat. Sed si executor non est persona fide digna, vel aliquod interesse prætenderet,nõ crederetur sibi.C.de Episco.& cler. siquis in conscribendo. in vltima q. per Cyn. sed
4 si testator mandauit † stari dicto guardiani minorum, vel priori prædicatorum,ei stabitur. argum.ff.mandati.l.si mandauero.§.si tibi. Si verò testator mandauit stari suæ schedulæ depositæ apud sacristiam fratrum. dicit Iaco.de Bel. q̃ ista schedula tanquam priuata non probat: tu dic, quia imò probat, quia est approbata in testamento per ipsius testatoris confessionem, de fide instrum. authen. ad hoc.C. de condit.& demonstr.l.1. & l.si ita scripserim.ff.de rebus dubijs: nec potest negari scriptura apparens de manu testatoris, quam testator esse propriam fatetur. argumen.C.de testam.l.cum antiquitas. versi.sinautem.

Sed pone q̃ statutum est, q̃ si alicui fuerit datum damnum furtiuè, igne, vel ferro, quòd homines villæ,in cuius territorio fuerit factum, teneantur illud emendare. Euenit quòd inimicus damnum passi mittit epistolam seu literas potestati, & dicit se damnum dedisse,an credatur literis, & an modò damnum passus possit habere regressum contra villam pro damno.Iaco.de Are.in suo consilio, q̃ incipit,Statuto Parmæ cauetur,tenet quòd non probant in preiudicium damnũ passi.& hoc quatuor rationibus. Primò quia dicta confessio non fuit facta in iudicio, vt l.1.de interrog.actio. Secundò,quia dicta confessio confitenti non damnum passi debet nocere.ff.de interrogato. actio.l. de ætate responso primo. de probatio.l. exemplo. & in authent. de iureiuran. a moriente præstito, primo responso. Tertiò, quia dicta confessio facta fuit absente eo,cui damnum datum fuit meritò nocere non debuit l. certum.§.siquis absente.ff.de confess. & l.fin. de interrogato. actio. Quartò, quia ille, qui est confessus, est inimicus damnum passi, & sic ei credi non debet.ff. de quæstionibus. l.1.§.quæstioni.in authent. de testibus.§. quia verò odiosus.ff.de adimendis leg.l.
3.de testi.l.3.in princip. de suspecti tutor.
5 l.tutor. Et in summa,† vbicunque dicitur quòd epistola plenam probationem induc it. extra l.Publia.ff.depositi.hoc esse verum intellige, nisi fuerit per partem aduersam contradictum, quia postea in fauorem sui vti non potest, non enim debuit ei prodesse, quod nixus est impugnare, vt l. quæsitum. cum similibus. ff. de acquirenda hæredita. ita uoluit Spec. in titu. depositi.§.8. versiculo primo. in simili.& Barto.in l.post legatum.ff.de his quibus vt indignis. & Archidiaconus in cap.præsentium. de testibus. & ibi Ioan. And. in sexto. Si verò fuerit contradictũ, sed acceptata.& tunc probat, & acceptata intelliguntur secundum Ludouic.in l.nuda.ff.de donatio.eo ipso, quòd pars tacet non contradicendo.ff. ad Macedonia.l. si filius. in clementina 1. de procuratoribus.in cle.& quòd habetur per Bartol. in l. Titius.ff. de constitu.pecu.& in l. quo enim ff.rem ratam haberi. vbi dicit,quòd aut geritur aliquis actus pertinens ad acquisitionem ad mei commodum, & tunc
6 non improbare † est approbare,ut l.si absentis.C.si cer.peta.& ibi per gloss.& doctores,quandoque geritur actus, qui respicit meum præiudicium, & tunc quandoque superuenit simplex scientia, & eo casu non approbare est improbare, ut l. procurator.in fin.ff.rem rat. habe. quandoque superuenit scientia cum aliquo actu,vt cum præsentatione literarum vel instrumenti. & dominus recipit, & tunc non improbare est approbare, ut l. si filius.ff.ad Macedo.& l.1.§.fina.ff. nautæ, caupo. stabula.

Præterea fallunt in l.fi.ff.qui & à quibus.& l.in sponsalibus.in fin.ff.de sponsa. & potest quis habere ratum absente parte,vt no.glo. in l. Pomponius scribit. de nego.gest. Anto.de But.in clem.1.de procura.dicit,licet Guiliel.de Mõte Laudino
7 tenuerit, quòd sola receptione † instrumẽti in dubio non videatur consentire, nisi ab aduersario probetur,quòd animo recipiendi mandatum illud recepit,& q̃ hoc constet per verba eius,vel alium actũ exteriorẽ, tenet q̃quid Guil.tenuerit secũ-

L dum

dum Genzelinũ, quod sufficit, quod sciẽter receperit epistolam absque protestatione: aliàs dicta clementina esset frustrà: nam solo facto sæpe quis consentit: not. de appella. c. dilecta. ad hoc quia recipiẽs instrumentum videtur approbare omnia contenta in instrumento: de renũcia. c. sanè. de. offic. delega. c. coram. vt lite pendẽn. cap. ecclesia. lo. 2. & quod ibi not. & quod approbans scripturam, omnia in ea contenta approbare videtur. 9. distinctio: vt ueterum. & c. si ad scripturas. Bald. in rubric. C. de constitu. pecunia. de istis literis · tali dabitis plenam fidem. quid operentur? do. Barto. ponit in l. Lucius. ff. de fideius. tuto: dic quod sic debẽt intelligi, dabitis plenam supple. & bonam fidem: non ergo omne, quod loquitur credendum est. sed si ad bonam fidem spectet id credere, si ergo dicit aliquid verisimile vel vtile, mittendi credi potest. argumen. ff. commod. l. argẽtum. si autem pertinet ad expoliandum dominum, tunc non debet credi, vt. ff. mandati. l. creditor. in fin. & facie l. fi. C. de quod cum eo. istæ ergo literæ intelliguntur, dabitis plenam fidem discreto modo.

Dominus Anto. de Butri. & dominus Petr. quos sequitur Imol. in capit. fraternitati de cleri. non residen. tangunt de istis literis commendatitijs, vel
8 credentiæ, † quas inimici sibi inuicem sæpe mittunt, quem effectum habeant: de quibus per Bartol. in l. Lucius. de fideiusso. & in effectu concludit, quod si sunt multum generales: puta quia in eis commendatur portans ipsas literas: tunc lator talium literarum nihil poterit agere in præiudicium scribentis, quia verba generalia non sunt obligatoria. l. si verò non numerandi. §. cum quidam. ff. mandati. Idem dicunt si in eis dicatur latori præsentium in his, quę dixerit, detis plenam fidem, quia censentur esse commendatitiæ, & per eas in effectu videtur dici, quod lator sit fida persona, facit l. fin. C. quod cum eo. ideo non potuerunt obligare scribentem. Fallit si ex qualitate personę, pro qua scribitur, aliud appareat, vt si ille, pro quo scribebat erat factor ipsius scribentis in aliqua mercantia, quia tunc videtur dicere, quod etiam adhibeat fidem in negotio ipsius mercantiæ, per l. cuicunque. §. fi. fullo. de institoria actio. Item fallit si in liteta dixit, & adhibe ei plenam fidem super me & meo periculo. l. si verò non remunerandi. §. si quis mandat. Quandoque verò sunt literę magis speciales, puta latori pręsentium de intentione mea plenariè informato dabis plenam fidem, tunc dicunt, quod cum mandatur solum, vt credatur id quod refert, quod non per hoc poterit aliquis contractus cum ipso celebrari, nisi qualitas personę aliud suaderet, vt si esset institor, seu factor ipsius scribentis, vt suprà dixi. si tamen ratione credulitatis passus esset damnum ille, cui scribitur, posset recuperare per actionem mandati; puta si dixit ex parte scribentis, quod si ille, cui scribitur, vellet talem librum, vel talem rem pro tanta quantitate mitteret ad eum, nam si misit, & in hoc fecit expensam, si postea scribens non vult dare, poterit illud damnũ recuperari, p l. si verò non remunerãdi. §. si quis. alleg. & sic patet, quod vt
9 posit contrahere, † requiritur specificatum mandatum, ne aliàs detur materia malignandi. l. final. C. quod cum eo.

Et ex prædictis patet, quod si ille, cui mittuntur literę, commendatitię, mutuet pecuniam ipsi portãti literas regulariter non tenetur scribens pro tali mutuo, nisi in literis aliud fuerit expressum, vel nisi in casu, de quo supra dixi; quod tenementi, quia potest sæpe de facto contingere. Bar. verò in l. nuda. ff. de dona. dicit circa epistolas, quæ mittuntur absentibus. dic, quod aliquando quæritur de effectu eius, qui in ipsis cõtinetur, & tunc dic, vt dicit Cyn. in l. non nudis. & in l. non epistolis. C. de proba. quandoque quæritur an probet, & tunc aut epistola cõfessatur, & probat, vt l. Publia. in fi. ff. depositi. cũ si. aut nõ cõfessatur, & nõ ꝓbat, vt l. Publia. & tũc si habet sigillum



lum authenticum, & probet: vt l. si qua p calumniam. C. de Episco. & cleri. & ibi p doct. C. de publicanis. l. publicanus. §. 1. & ibi aliqualiter etiam per Bar. aut non habet sigillum authenticum, & tunc debet approbari per comparationem, sicut de libris rationum dicitur: & hoc, quando epistola mittitur absenti. quia est illa ratio: quæ est in libro rationum: quia non est, quod imputetur parti. & de sigillo an probet, dic secundum Anto. de But. in cle. 1. de ꝓcura. vbi dicit sic. Guil. de Cu. dicit in l. si procurator. ff. de procura.
10 quod si sigillum † est authenticæ personæ, adhibetur ei plena fides. ff. de officio pręs. l. diuus. in authen. vt nulli iudicum. §. si quis verò comprehensorum. Si autẽ sigillum est priuatæ personæ, tunc dicit, quòd exigunt duo, vt probetur: primum, quòd sit sigillatum proprio sigillo sigillantis. Secundò, quòd constet dominum sigillasse, nec sufficit, quod appareat sigillatum sigillo domini, quia potuit esse ꝓ fuerit appositum falsò. C. de latina liber. tollen. l. 1. §. sed ne. ad hoc de proba. c. tertio loco. Hoc non placet Guil. de monte Laudino, prout requirit, quòd sigillo proprio sigilletur, quia & alieno sigillo potest quis sigillare. ff. de testa. l. testamentum. §. fi. Si autem non constat, an sigillum sit ipsius, nec de voluntate eius appositum: tunc dicit, quòd sigillum non reuat. Conclude secundum eum, aut sigillat sigillo proprio, & constat, quòd sigillauit: & tunc probat: aut sigillat dominus sigillo alieno, & constat quòd sigillauit idẽ aut apparet suum sigillum in instrumẽto non tamen constat, quòd ille sigillauit tunc dicit ꝓ licet non proficiat si simpliciter admittatur: sufficit tamen, vt cũ cautione de rato admittatur. C. de proba. l. 1. Iac. But. in d. l. si procurator. idem sequitur dicens, quòd si non constat de uo
11 luntate sigillantis, † quòd scriptura non probat, nisi fuerit approbata, probat tamen semiplenè secundum Marci. Sil. & Pet. & hoc in priuatis sigillis. In sigillo autẽ publico sigillãs, dicit idẽ ꝓ nõ ꝓbat nisi constet de voluntate sigillantis: vel sigillum tenentis, ne detur materia fabricandi falsum: vt in l. vnica. §. ne autem. C. de cadu. tol. his autem interuenientibus, probat: vt in l. si qua per calumniam. alle. Bar. in d. l. si procurator. dicit, cuius verba aliquo addito, concludo si quæratur an creditur literis ad præiudiciũ domini: & dico, ꝓ sic constito, quòd literæ sint suæ, vel ab eo sigillatę uel approbatę per comparationem, secundum illa quæ habentur in l. scripturas. & authi. ibi posita. C. qui pot. in pigno. habe. Si quæratur, an probet, quo ad hoc vt procurator admittatur: dic, quòd aut sunt literæ sigillatę sigillo publico, aut priuato, si sint sigillatæ sigillo publico, & cõstat ꝓ de voluntate sigillantis probant: vt dicit Iaco. Butri. si sunt sigillatæ sigillo publico, de quo constat, sed non apparet, quòd de voluntate sigillantis, & tunc credo, quòd non credatur, quia illud est magis præiudicij, vt no. in c. post cessionem. de probatio. nisi fortè ad impetrandum, vel nisi admittatur cum cautione de rato, licet Bar dicat indistinctè eum admitti, per l. si qua per calumniam. allega. quod non placet per iam dicta. & dicit ibi Barto. ꝓ
12 sigillum est publicum. eo † quòd est alicuius domini vel comitis. allegat. l. 1. ff. de seruis fugitiuis. & l. diuus. ff. de offic. præsidis. & in authen. vt nulli iudicum. §. si quis verò comprehensorum.

Et an literis Episcoporum cum solo sigillo sine testibus, & sine tabellione credatur, dic vt in decisionibus nouis decisione 23. & tenent, quod in his, quæ spectant ad eius officium inter suos subditos, & quando non procedit, vt iudex, eis creditur & statur, aut sigillum est priuatum, & tunc, si literæ sunt sigillatæ sigillo proprio & constet de voluntate sigillantis, puto quod probet absque alia probatione, aut constat, quod sunt sigillatæ aliquo sigillo alieno, & non constat, quod de voluntate domini, & nihil probant, aut constat, quod sunt sigillatæ aliquo sigillo, & non constat, cuius sit sigillum, & idem aut sunt sigillatæ sigillo, de quo constat, non tamen constat, quod de voluntate domini sigillatæ sunt, & tunc dicit

Bar. ꝙ si literæ sunt approbatæ probant: si uerò non sunt approbatę, non probāt.

13 Approbatio autem † sic tribus modis secundum eum, si habet testimonium publicum: ut quia notarius attestatur, quod fecit dictas literas proprio sigillo sigillari, uel alieno. C. de fide instru. auth. ad hoc. Secundo modo potest approbari per testes. qui fuerunt præsentes: qui dixerunt se uidisse sigillari: vt l. si quis ex signatoribus. ff. quemadmodum test. ape. & quod no. in l. 2. circa princip. eod. titu. aut constat, ꝙ sigillo alieno sigillauit, & constat ꝙ de voluntate eius, & probant: vt l. ad testamētum. §. fi. alleg. Quandoq; constat, ꝙ procurator habet sigillum tantum, nec habet aliam scripturam, & tunc non probatur ex hoc mandatum, quoniā sigillū nihil apertè arguit: vt not. Archid. in c. quamuis. de procurat. lib. 6. & tenet Guil. de monte Laudino in cle. 1. de procura. Iaco. But. in l. si qua per calumniam. C. de episc. & cler. dicit, si quæritur, an literæ probent: dicit, ꝙ aut habetur sigillum authenticum, seu publicum, aut priuatum. Primo casu probant: vt d. l. si qua per calumniam. & est secundum ipsum sigillum publicum, sigillum Episcopi ciuitatis, aut vniuersitatis. Si autem literæ priuatę habent sigillum alicuius. tunc aut habent testimonium publicum, ut fit quotidie de consilijs: & dic. quod qui dant ea sigillata, & præcipiunt notario, quod inde conficiat instrumentum, & tunc probant: vt l. 1. circa medium. C. de communi seruo manu. aut non habent testimonium publicum, & probant ad instar scripturæ priuatæ contra scribentem, vt l. si procuratorem. ff. de procurato. & l. instrumenta. C. de probat. vnde secundum Cy. in l. distrahente. C. de rebus alie. vbi quis apponit sigillum suū scienter in aliquo actu, tunc tenetur ei stare, quia videtur approbare, & sibi præiudicat, ut ff. de pigno. l. fideiussor. §. si pater. hinc est, quod vbi priuatus dat mandatum per sigillum suū, fidem facit contra eum. ff. de procurato. l. si procurator. de hoc per Innocen. in c. 2. de fide instrum. & Specu. in tit. de procurato. §. ratione autem formæ. versicu. item quia non sunt. & vide Archid. in ca.

14 vt circa. de elect. in 6. † Si verò sigillum apponeretur ignoranter, tunc non præiudicaret, ut l. Caius. de pigno actio. & dicit idem Iaco. in l. si literas. C. mandati. Quādoque literæ diriguntur ad creditorem, aut sunt solum commendatoriæ, & non obligant commendantem, ut l. si uerò. §. cum quidam. ff. mandati. aut in eis continebatur, quod debeat pecuniam mutare debitori, & tunc mandans tenetur mandati, debitor certi conditione, ut l. si literas. C. mandati. aut literæ directæ fuerunt ad procuratorem, siue ad debitorem, & tunc dominus mandans tenetur utili institutoria: ut l. si mutuam. C. de exercito. aut fuit missus accipiens tanquam nuncius, & tenetur dominus certi conditione, ut l. si ex contractu. C. quod cum eo. Si uerò præsens præsenti daret scripturam in modum epistolæ, ut quotidie fit: tunc esset idem quod in apocha. & secundum Ang. in suo consilio, quod incipit, In Christi nomine Amē. tres sunt casus &c. sic dicit, tres sunt casus, aut in apodissa quis confitetur esse debitorem præsentis vel absentis, aut dubitatur, aut fuerit pręsens alter, alter non.

15 Primo casu † apodissa probat, si apparet, quod sit manu illius scripta, & contineat causam: si autem indiscreta nō probat. ff. de proba. l. cum de indebito. §. fin.

Secundo casu, si est indiscreta, nō probat nec pro ea præsumitur. ff. de donatio. l. nuda ratio. si autem est discreta, id est cum causa: tunc aut est destinata per nuncium. & probat, ut l. Publia. §. fina. ff. depos. Idem est si est tradita procuratori absentis. ff. de verborum obligatio. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. aut est apodissa, & non apparet transmissa: tunc aut reperitur penes creditorem, & præsumitur transmissa. & probat argu. C. de pac. conuen. l. pen. cum glo. ff. de probatio. l. si chirographum: aut reperitur penes debitorem: tunc sunt opi. quidam dicūt, quod non probant, arg. ff. de confessis. l. certum § si quis absente, nisi sit ad liberandum. de liber. legat. l. non solum. §. liberationis verba pro ista parte, quod non valet.

facit



facit quod not. ff. de actio. & obligat. l. ex consensu. de sacrosanct. eccl. l. illud. de cōtrahen. emptio. l. fin. in fi. C. de donat. l. si ambigitur. Alij dicunt, ꝙ valet etiam absente aduersario facta. C. de conueniendis fisci debi. l. fi. & Azo in summa. C. de fide instrum.

Sed contra istos facit, quia testamentū factum in scriptis est in hac confessione, quædam apodissa testatoris, & tamen nō probat. de lib. leg. l. Aurelius. §. fin. nisi dicatur in testamento aliquid, ut quia fit animo testandi, non probandi, & ligandi iterum testatorem, de quo per Cyn. C. de non num. pecu. l. generaliter. In dubio præsumitur præsens fuisse ille, qui apodissam, non dico epistolam, producit. C. de contrahen. stipul. l. 1. Bart. in authen. & si contractus. C. de fide instrumento. circa apodissam dicit: aut a parte, contra quam producitur, confessatur, quòd est sua manu facta, & facit fidem, in l. cum de indebito. §. fi. ff. de proba. aut negatur, & tunc aut habet subscriptionem trium testium, & contrahentium, & tunc ex comparatione sola, & ex sola approbatione facit fidem plenam, vt l. scripturas. C. qui po. in pig. hab. nam propter tot subscriptiones, tunc habet locum d. authen. quia ista nō facit plenam fidem, si approbetur per comparationem tantum, sed facit semiplenam. Item non facit plenam fidem, si approbetur testibus tantum, sed facit semiplenam. Item si approbetur, vtroque modo facit plenam fidem, vt in auth. & si contractus. C. de fide instrum. dicunt tamen esse tot testes, vt habetur, & not. in l. fin. & authent. ibi posita. C. si cer. peta. Et Bart. loquendo de epistola, quam quis confitetur a se emissam, an probet, dicit

16 quòd aut epistola continet † verba dispositiua, siquidem super eo, quod poterat per epistolam introduci, vt in contractibus, qui consensu contrahuntur, tunc epistola probat, & inducit, vt l. consensu. ff. de actio. & oblig. & in l. 1. in fi. C. de contrahen. stipula. & insti. de obligat. quæ ex consensu. Si uerò id non poterat induci per epistolam, & tunc non probat, vt l. 1. C. de contrahen. stipul. Si uerò super eo, quod partes inducere non possunt ut fraternitatem: tunc dicta epistola nihil probat, ut l. cum epistolis. C. de probatio. adminiculatur tamen aliqualiter, & hoc verum, si erat in quasi possessione fraternitatis, ut l. non nudis. C. de probationib. & l. quidam. in fi. ff. de probatio. Cyn. verò in l. non epistolis. alleg. quid operetur epistola, dicit, aut epistola continet dispositionem super tali negotio, quod solo consensu potest fieri, vt emptio, & similes cōtractus: tunc mediante epistola, per quā consensus exprimitur, & velut quoddam organum emittitur, contrahitur, ut l. Labeo. ff. de pact. l. consensu. ff. de action. & obligatio. cum simi. aut continet dispositionem super tali negotio, quod non potest fieri solo cōsensu, sed desiderat aliam solennitatem, ut uerborum, & tunc per epistolam nihil agitur, ut ff. de verb. obligat. l. 1. in princ. & instit. de inutilibus stipulat. §. item verborum. Secundò casu quando continet enunciationem, aut cōtinet enunciationem negotij dispositi inter easdem personas, & ab eisdem, & tūc creditur epistolæ, vt per eam probetur, vt l. 1. C. de contrahen. stipulatio. & l. Publia. § fin. ff. depositi. aut continet enunciationem negotij dispositi ab aliquo. Tertiò inter aliquos, siue inter eosdem tunc non operatur aliquid, ut l. epistola. C. de contrahen. stipulatio. aut continet enunciationem parentelæ, uel libertatem, & tunc nihil tribuit, ut l. non epistolis. C. de probatio. & l. iubemus. C. de libe. causa. secundum Iaco. de Are.

17 Et si quæritur, an epistola, † quæ continet fraternitatis enuntiationem, saltem probationem inducat, & præiudicet, donec contrarium probetur. Iac. antiquus doctor dixit, ꝙ sic, quia secundum eū cōfessio extra iudicium præiudicat. Primò per l. non epistolis. alle. Secundò probatur per l. quidam. ff. de prob. & arg. l. quoniā. ff. de his qui no. infa. Iac. & Azo. dicunt contrarium, quia cōfessio extra ius emissa non præiudicat, sed in iudicio emissa, sic. ff. de interrogatorijs actio. l. 1. & ibi uo. Sed certè si ipsi uolunt dicere, quòd non præiudicat confessio extra ius emissa ad

obligandum bene dicunt: & sic intelligitur d.l.1.ff. de interroga. actio. sed si uelint dicere, quòd non prosit quantum ad probandum, falsum dicunt: vt l. Publia. in fi.ff.deposi. Quid ergo dicendum. Iacob. prædictus intellexit, quòd confessio extra ius emissa & in disposita proficeret ad probandum: quod nostri doctores negant, quia oportet, quòd causam contineat: vt l. cum de indebito. §. fi. ff. de proba & sic loquitur d.l. Publia. & l. non epistolis. alleg. indiscretè, id est, sine causa fuit emissa: vt quia vocaui eam sororē propter aliud dicēdo, tali sorori suæ salutem &c.

Vnde refert, quòd aut confessio emittitur in iudicio, aut extra iudiciū: si extra iudiciū, aut quæritur nūquid præiudicat ad probandum? & tunc aut emissa est animo confitendi, aut non: si non animo confitendi, verbi gratia, credebam, quòd talis ancilla esset mea soror: scripsi tibi epistolā in qua dixi, Charissima soror mea salutes, venias ad diuidēdum mecum he-
18 reditatem &c. talis epstola † siue confessio continens huiusmodi verba non prodest etiam quo ad confessionem. sic intelligitur l. non epistolis. alle. & l. ex his uerbis. C. de testamento mili. Si animo cōfitendi tunc subdistingue, quia aut tendit ad liberationem & distinctè ualet, ut l. tale pactum. in princip. ff. de pact. aut ad obligandum, & tunc aut cum causa, & præiudicat, ut d.l. cum de indebito. §. fi. alle. aut sine causa, & tunc aut est emissa, super tali articulo, qui non requirit casum, vt super realibus, ut si confiteor te dominum huius libri, uel confiteor, quia frater meus es? & tunc est idem, & tunc operatur ad probādum, sic potest intelligi. ff. de proba. l. quidam: & hoc casu potest procedere sententia Iac. doctoris antiqui. Ange. uerò in l. si procurator. ff. de procura. dicit quòd quando literæ nō sunt notę, tunc est necessaria approbatio. ff. de procu. l. si procurator. ubi verò essent notæ, tunc eis creditur, & uera est glos. in d.l. si procurator. in secunda opi. gloss. & de talibus literis loquitur Cy. in l. si qua per calumniam. alle. Bar. etiam tā-

git. ff. de fideiusso. l. Lucius. Inno. plenè in c.1. & in c. intra quatuor. de cleri. peregri. & ibi ponit, an credatur sigillo dominorū uel episcoporum peregrinorum, ponit et in c. post cessionem. de proba. de hoc et no. in corpore, ut nulli iudi. §. si quis uerò comprehensorum. & ubi nō est notariorū usus creditur literis priuatorū, si habet subscriptionem testium, pone exemplum de beneficijs, uel recurritur ad fidem scripturarū priuatorū. 16 q.3. §. post. & hoc
19 extra iudiciū. In † iudicis enim nō creditur scripturæ priuatæ, sed oportet q̄ sit facta p̄ notarios, uel duos legales scriptores ad hoc deputatos, secundum Inno. in d c. post cessionem, not. etiam per eum in e. quoniam contra falsam.

Dominus Petr. de Perusio in c. post cessionem. alleg: dicit, quòd per literas ordinarij probatur quis excommunicatus, quod uidetur intelligendum in quocunque ordinario etiam inferiori ab Episcopo, de iure patro c.1. in clem. Sed uidetur, quòd talibus literis non inducatur probatio, quia ualidior probatio est uiuæ uocis, quam mortuæ. in authen. de fide instr. §. si uerò. sed uiuæ uoci ordinarij non creditur. 6. quęstio. 2. c. si tamen. hinc est, quòd Papa non credit illi, qui dicit se alium excommunicasse. de testi. cap. cum tu filij. eo quòd tales literæ quandoque non ex bona fide fiunt. ff.
20 de custo. reo. l. diuus. Præterea † non est maior auctoritas ordinarij, quàm tabellionis, sed scripturæ tabellionis non creditur, nisi testibus sit subscripta, ut in authen. ee fide instrumen. §. si uerò ergo nō creditur literis ordinarij.

In contrarium, quòd credatur literis ordinarij. de offi. ord. c. ordinarij. de elec. ut circa. lib. 6. de senten. excom. c. cum medicinalis. eo. lib. dicas quòd literis ordinarij etiam habētibus authēticum sigillum non datur fides, nisi sint testibus subscrptæ. de hoc est casus in c. 2. de fide instrumen. fallit in casibus. Primò in sententia excommunicationis, ut in cap. post cessionem. de proba. quod obtinet, quando literæ sunt super excommunicatione confectę, secus si essent testimoniales, quiæ

tunc



tunc non faciunt fidem absque testium subscriptione: eo quia sunt nunciantes actum de præterito. de priuilegiis. c. si Papa. in 6. de proba. c.1. in clemen. Secundo fallit, quando emanant super ordine, de cleri. peregri. c.1. uel cum hoc disponit cō suetudo, de fide instru. cap. cum dilectus. De literis autem, & sigillis delegatorum, & maximè super relatione processus, an fides adhibeatur, dic, quòd super remissione facta creditur: super iudiciali uerò processu relationi inferioris non creditur, nisi quatenus peracta constet, nisi literis delegato directis dicatur quòd quicquid fecerit per suas literas notum faciat de testibus. c. cum clamor. de fideiusso. peruenit. Si uerò sint extraiudiciales puta executiui ministerii, creditur illi sigillo sigillantis: ita not. Specu. in titu. de probatio. §. uidendum. uersicu. x. & in titu. de instrumen. edit. §. postremò & §. utile. uersi. sed nunquid remissio iudicū. & per Compostel. in c.1. de elec. in 6. facit de officio deleg. c. cum olim. de præscrip. c. in iuuentute. de confirmatione utili uel inutili. c. cum dilecta. de preben. cū secundum. de accusatio. c. cum dilecti. de purga. ca. c. penul. §. exegerit. De literis autem arbitrorum, dic illis non credi super processu coram eis initiato. C. de arbi. l. ne in arbitris. &c.

## Quando uerba enunciatiua proferuntur in priuilegiis, rescriptis, aut literis Papæ.

### SVMMARIVM.

1 *Intentio super narratis quando fundatur.*
2 *Præsumptioni quando fietur.*
3 *Leuior sufficit probatio in facto antiquo.*
4 *Papæ an credatur in facto alterius.*
5 *Enunciatio æqualis quandoque probationi.*
6 *Confirmatio Pontificis, an ualeat sine productione originalis.*
7 *Vitia occulta multa sunt in sigillo bullæ.*

Si uerò uerba enunciatiua proferuntur in priuilegiis, rescriptis aut literis Papæ seu principis, dic ſm gl. & Pau. de Eleaz. in cle. j. de prob. qd̄ præsumitur verū esse,
1 qd̄ Papa, aut princeps † in suis litteris narrat qn̄ super narratis sua fundatur intentio principaliter, donec contrariū probetur, & hoc quando narrat factum alienū, sed si narratio est de facto proprio ipsius Papæ seu principis, probatio in contrariū perimens narrata, aut ipsam narrationē falsam reddens non admittitur, sed probatio, per quam stante narratione releuaretur probans, & narratio Papæ seu principis non perimitur, aut falsa redditur, bene admittitur: exemplum propter renunciationem beneficij factam in manibus Papę, & per eum acceptatā, Papa cō fert illud, uel conferri mandat: bene potero probare, quod illud beneficium tēpore renunciationis seu cessionis spectabat ad me, non ad renunciantem, seu cedentem: uel quia ipse renuncians, seu cedens prius renunciauerat in manibus ordinarij, uel q̄ fuerat dicto beneficio priuatus: & ideo secundum gl. in d. cle. 1. de proba. Verba narratiua in literis, rescriptis, seu priuilegiis Papę, seu principis, super his super quibus non fundatur intentio Papæ, aut principis non probantur in c. si Papa. de priuileg. in 6. facit quod not. 93. distin. c. dominus. 3. q. 6. hoc quippe. Si uerò sunt uerba narratiua principis seu Papæ super illis, super quibus sua fundatur intentio. tunc aut narrat factum proprium & faciunt plenam fidem. ita quòd non admittitur probatio in contrarium, quę perimat, aut falsam reddat ipsam narrationem, ut suprà dixi. Si uero narrat factū alienū, & tunc talia uerba p̄bant pręsumptiuè, donec probetur contrariū,
2 ita † quòd pręsumptioni stabitur, donec contrarium probetur, not. in c. quia nonnulli. de rescrip. in gl. penul. & dicit. Pau. in d. clemen. j. allega. quòd nondum creditur Papę seu principi in eo, quod dicit se fecisse, sed et in eo, qd̄ ab alio dicit factū esse. Inferiori autem à principe, secundū Paulum non creditur, licet super narra-

tis sua intentio fundetur. 6.q.2. si tamen. & c. sequen. & de proba. c. quoniam contra falsam. Subdens idem Paulus, quod licet in criminalibus probationes debeant esse luce clariores. C. de proba. l. sciant. 2.q.8. c. 2. tamen uerba narratiua principis in criminalibus etiam faciunt probationem. Si uero legatus de latere narret in suis literis aliqua beneficia reseruasse sibi, super narratis, de iure credi non debet: ut in c. cum à nobis. de testi. licet consuetudo curiæ Romanæ aliud habeat, pro qua extra de fide instrumentorum. c. ℭ super his ubi de hoc per Hosti. & Compostel. Ant. de But. in d. clem. 1. dicit quòd enunciatis, & narratis in literis Papæ, seu principis, propter se plena fides adhibetur enunciatis, & narratis, propter aliud non, & dicuntur secũdum cum enunciata propter se, quando super illis fundatur dispositio Papæ seu principis: ut d. cle. 1. loquitur tota in nunciatis de facto proprio Papæ: & aduerte, quòd sicut uiuæ uoci Papę, seu principis creditur: ut not. in d. c. cum à nobis de testib. sic & literis suis sigillatis. secundum Guil. de monte Laudino. in d. cle. quod dicit uerum esse Paulus de Eleazariis in causa criminali, ut est dictum in qua requirũtur probationes luce clariores.

Et super ista materia dic latius secundum eum, an quandoque in literis principis enunciãtur aliqua propter aliud, quia super illis non fundat princeps intentionem suam: & tunc non probatur ex illis literis: tamen talis, qualis præsumptio inducitur, & talis, quæ in facto antiquo
3 probaret plenè: quia in facto† antiquo leuior sufficit probatio: ut no. in c. ueniens. de uerb. signi. per Inn. & hoc dicunt duæ glo. simul iunctæ, una in c. si Papa. allega. alia in c. cum olim. de censi. Nam in factis antiquis fama facit plenã probationem, secundum Bal. in l. proprietatis. C. de probatio. & dicit Idẽ Bal. in l. cõuenticulam. & auth. quas actiones, C. de sacr. sanct. eccle. ℭ sola fama est sufficiens probatio ad probandum ipsum fore dominum terrarum ecclesię: quædam sunt, quæ in literis Papæ, seu principis enunciantur propter se: ut quia super illis Papæ fundat intentionem suam: & tunc quædam sunt quæ enunciantur ut à se gesta: quædam sunt, quæ enunciantur ut ab alio gesta. Primo casu talibus enunciatis plena & plenissima fides adhibetur: ita quòd non admittetur probatio. In contrarium dicit directè factum perimentem, quando narratum consistit in facto: sed si narratur aliquid, quod consistat in iuris effectu, probationem etiam iuris effectum perimentem non admittit: per quam dicatur principem falsum dixisse, Idem per omnia dicit Guil. de monte Laudino, si Papa narrat aliquod factum à prædecessore suo: quia illud informatus proferre censetur. Allegat extrauagantem, prouidi. si narrat factum ab alio gestum. gloss. in d. clemen. 1. dicit, concordat Paulus, quòd adhibetur fides: sed non tanta quin, admittat probationem in contrarium, unde dicit, quòd talia probant prę sumptiuè, adhoc gloss. pe. in c. quia nonnulli. de rescrip. per quę dicit, quòd si Papa uel princeps narrat renunciationem coram se factum per procuratorem ℭ licet credatur quo ad hoc, ut credatur renunciationẽ factã, non tamen creditur, quin possit probari contrarium, procuratorem non habuisse mandatum, unde poterit probare eum ante reuocatum, & certificatum. de renuncia. cap. 1. & de rescrip. c. ex parte Decani. Ioan. Andr. in regula; non licet. de regu. iur. in 6. dicit ℭ in facto tertii nullo modo creditur, unde si in literis dicatur, talis clericus, uel mandamus, ℭ tali clerico prouideas, per hoc non probatur, ℭ sit clericus, & tamen super ipsis Papa fundat intentionẽ suam, per not. in c. ex literis. de transa. de rescrip. cum ad hæc. de prę sump. cap. fi. Idem dicit glo. in d. cle. 1. de proba. quæ dicit, quòd † in facto alterius
4 tantum nõ creditur Papę, quia de illo nõ est informatus, nisi aliter probetur. & recitat Lauren. de causa possessionis, super commento, mihi uidetur dicendum dicit Anto. ℭ quandoque Papa narrat factum ut à parte narratur, uel ut uerisimiliter à parte narrat. & tunc nõ creditur, nisi aliter liqueat. & sic intellige gloss. Ioan. Andr. super regula, non licet. & hoc tenet Guil. in dicta clemen. prima. de probat. allega. de fide instru. cap. ex literis. de priuil. si Papa allega. in cle. si dignitatem. de prębend.



Ad hoc quod scribit Innoc. de fide instrum. cap. inter dilectos. de præsumptio. cap. illud. tunc tamen credo, quòd talia narrata faciant præsumptionem talem, qualem uni testi æquiualentem, licet in facto antiquo faceret plenam, ut est dictum: & uolunt illæ duæ gloss. simul iunctæ allegatæ. & facit quod scribit Ioann. Andr. in d. regula non licet. alleg. vbi di-
5 cit talem enunciationem æqualem † probationi per famam. ad hoc de succes. ab intesta. cap. fin. quod credo verum: quando Papa simpliciter narrat, licet ab alio sit ei in supplicatione expositum. secus siue à parte, uelut ab alio narratum Papa narrat. quia tunc non adhibetur fides aliqua quo ad præsumptionem, quia quo ad talem subintelligitur clausula, si ita est. de rescrip. c. 2. quod verum dicit Guil. de monte Laudino quando verba profert princeps ad instantiam, & supplicationem alterius, secus si scribit motu proprio: quia tunc informatus videtur illa verba asserere ad hoc. de præben. c. si motu proprio. lib. 6. ideo faciunt fidem plenam ad hoc cle. si sumus. de sen. excommu. & hæc omnia credo vera, nisi ex præcedentibus, & sequentibus princeps se super narratis assereret informatũ. ad hoc cle. j. de proba. & de rescrip. cap. quia non nulli. quod ibi scribit Ioann. Andr. super gloss. Si autem nunciat aliqua à se & ab alio gesta mixtim: & probant ut est text. in cle. j. de probat. & hoc tenet Laurent. & recitat Cal. viua voce dixisse: per omnia credo idem dicendum, quod dixit supra quando narratur factum ab alio, & fortius in literis autem prælatorum aut aliorum inferiorum dicit Clade. in d. ca. post cessionem. si consuetudo disponit enunciatiuis verbis eredi, creditur. Ideo Calde. dicit, quòd tunc talibus narratis adhibetur fides, quia hoc habet generalis consuetudo. & hoc tenet Host. de verb. signi. c. abbate. ff. de pig. act. l. vel vni uersorum. & sic dicit curiam seruare, si cõsuetudo non disponit. in his quæ sunt leuis prę iudicij, enunciationi creditur. in præiudicialibus, si quæratur, an credatur contra scribentem? dic quòd sic: vt l. optimam. C. de contrahend. & commit: stipu. ff. depositi. l. Publia. §. fina. C. arbi. tutel. fin. contra alium qui super enunciatis non fundat intentionẽ suam, & si sunt emissa propter aliud, non creditur: quia nec principi. ut in clemen. prima, de proba. si super enunciatis fundat intentionem suam, si enunciat factum tertij, vel ab alio coram se non creditur indistinctè. & in hoc differunt a literis principis, seu Papæ.

Hoc verum nisi nuuciata iuuẽtur alia præsumptione: vt quia iudex in sententia dicat, seu recitat citationem, & alia acta. nam pro sententia præsumitur, & tunc illud creditur potius ex prę sumptione, quàm ex virtute literarum. & sic intelligit Calde. dictum Innoc. de offic. delega. capit. cùm in iure. allega. Miles aliquis tenet aliquod castrum alicuius ecclesiæ petitur ab eo, ipse dicit, quòd tenet ex concessione sedis Apostolicæ, & ad hoc probandum producit duo instrumenta confirmationis summorum Pontificum: in quorum primo continetur, quòd Papa confirmauit tale priuilegium concessum ipsi militi super isto castro per alium Papam, & in secunda confirmatione similiter continetur, quòd Papa confirmauit eidem priuilegia concessa per alios prædecessores suos veruntamen priuilegium originalis concessionis non apparet, modò quęritur, an sufficiant istæ con
6 firmationes † sine productione originalis: dicas secundùm Albericum de Rosa: in authen. siquis in aliquo documento. C. de eden. quòd non per d. authen. & c. j. de fide instrumen. & quia ista confirmatio nil noui iuris dat, sed per alios datum narrat. ff. de testamẽtis. l. hæredes palam. §. j. deficiente ergo principali, vel non apparente, deficiunt ista duo: arg. ff. de hæredit. instit. l. asse toto. ff. de aqua plu. arcen. l. j. §. penulti. Pro hoc etiam facit, quia

quia quando instrumentum aliquod authenticatur, & publicatur, tunc si reuocatur in dubium vtrum ita contineatur in originali, originale est exhibendum, si ad est, uel haberi potest: ut no. 11. distin. ca. vt vetarum. in gloss. Pro hoc etiam facit, quia tales confirmationes, quæ fiunt in forma communi, nil noui iuris trbuunt: vt de confirmatione vtili vel inutili cap. cùm dilecta. & not. eod. titu. c. j. Item verba narratiua Papæ fidem non faciunt, vt in ca. si Papa. de priuileg. in 6. & faciunt, quæ not. Ioann. Andr. & Archidia. & Io. Mona. Et prædicta uera sunt, nisi Papa narraret in facto proprio: puta quia narraret se beneficium reseruasse, uel, priuilegium cencessisse: quia tunc eis verba narratiua fidem facerent, ut in cle. j. de proba. in cle.

In contrariũ, ꝙ dictę duę confirmationes fidē faciant. videtur sentire gl. 19. distinct. c. si Romanorum. in gl. quę incipit, hæc est. & Odof. hoc sentit. in d. authen. si quis in aliquo documēto. alleg. ꝙ confirmatio una uel plures Papę uel Imperatoris sufficiant. & alleg. de testamentis l. omniũ. & ff. de iurisdict. om. iudi. l. & quia. Idē sentit Spe. in ti. de instrumentorum. edit. §. nunc autem videndum restat. ver. quid si concessũ est alicui. & versi. precedenti, qui incipit, item pone. Iacob. de Are. fuit in eadem opi. quid ergo dicendum? primam opin. credo veram per iura ad hoc allega. & ad hoc etiam facit quod not. in c. contra morem. in glos. quæ lectu. ad gl. si Romanorum. responderi potest, quia ibi arguendo, non determinando dicit in princip. Et prædicta iura ego Albericus allegaui in ciuitate Pergami coram collegio ipsius ciuitatis in quadam quæstione, in qua quidam domini dicebant se esse iudices delegatos imperij in causis appellationum excedentibus summā 15. librarum. & ad hoc probandum inducebant quandam confirmationem factā per dominũ Imperatorem Henricũ, quæ mentionem faciebat de veteri priuilegio eis concesso per Imperatorem Federicũ, & dicebam istam confirmationē fidem non facere, nisi originale ostēdere, tur. & credo, ꝙ bene dicebā ꝑ allegata.

Vlterius si dominus Papa, vel Imperator dicat, quòd prædecessores nostri tale priuilegium concesserunt tali, ideo nos ipsum priuilegium comfirmamus eidem, nunquid ista tālis confirmatio fidem faciat dato quòd non ostendatur originale per prædecessores concessum. Primò videtur, ꝙ sic, vt ista verba per prædecessores nostros, &c. aliquid operentur extra de priuil. c. ex ore. & quod ibi no. in glos. quæ incipit, quòd quando hæc dictio. & hoc etiam satis not. de verb. sig. c. abbate sancti Siluani. circa medium. in gloss. quæ incipit. Ex hoc videtur argu: quod sic in priuilegio: Quid ergo dicemus? puto fidem per præallegatum c. si Papa cui standum putò, cum sit ius nouum. & ad hoc facit auth si quis in aliquo documento allegat. idem puto, si totus tenor originalis priuilegij, seu rescripti esset in priuilegio confirmationis infertur: quia in bulla, & sigillo, & alijs posset deprehendi falsitas in originali primo: quæ non posset in secundò. & ita tenet Innocen. in d. c. abbate. in d. gloss. nisi fortè esset totus tenor auctoritate iudiciaria per modum authenticationis & publicationis insertus, quia tunc facerent. & de hoc not. in q. Barth. Brixi. 133. q. quę incipit, Sæpe contingit. & Archi. cum eo concordat in lec. 7. q. j. priuilegium. de hoc etiam vide de confirmatione vtili vel inutili. c. pen. in gloss. & ita posset intelligi opin. Dyn. Odofre. & Spec. posita in quæstione præcedenti. Sed quid si instrumentũ, vel priuilegium originale, de quo fit mentiò, in alio est perditum, nunquid illud poterit probari per testes? videtur quod sic. ut l. solennibus. & l. in exercendis. C. de fide instrum. & in Spec. in ti. de instrumentorum edi. §. restat. ver. illud quoque non est. Circa quod est aduetendum, ꝙ si testis, qui deponit, dicat se vidisse, & fuisse præsens rogationi instrumenti vel concessioni priuilegij: tunc tale testimoniũ ualet: sinautē deponerēt isti testes solũ, ꝙ viderunt ipsum priuilegiũ, vel instrumētum, & legerunt: & quòd in eo sic continebatur, tunc videtur, qd̄ tales testes fidē non



nō faciant, sicut nec exemplum ipsius instrumenti seu priuilegij non probaret nisi originale produceretur, ut d. authent. si si quis in aliquo documento. allegat. Ita ipsi testes non probant, quia faciunt mentionem de originali: potuissent etiam multa vitia in originali esse, ex quibus fidem non facerent, & ideo nisi exhibeatur, fidem non faciunt dicta talium testium. & ita tenet Azo. in summa in tit. de instrumen. edit. §. de amissis. quod est not. dignum. Si tamen essent tales testes, puta iurisperiti, qui cognoscerent vitia instrumētorum, & testificarentur se vidisse, & legisse priuilegia, vel instrumentum non vitiatum, non cancellatum, sed omni suspicione carens, tunc talis probatio videtur sufficere: vt not. de priuileg. ca. cùm olim. in glo. Bart. & ibi etiam plenè per Innoc. & alios. Sed deponere tale testimonium non est sine periculo, quia possent esse vitia occulta † & in sigillo bullæ & alijs.
7 Itaque tale testimonium non libenter ferrem seu deponerem de aliquo priuilegio, vel instrumento, hæc ille. & dicit Ludo. in d. l. ex hac scriptura. quod per tex. cap. si Papa alle. & per cle. 1. de proba. per illos duos tex. simul iunctos videtur destrui dictum Innoc. in c. cùm ab ecclesiarum. de officio ordinarij. dicentis ꝙ eoipso, quòd princeps rescribit alicui castro, vel ciuitati: videtur eam creare ciuitatem. hoc. n. non videtur verum, quia verba enunciatiua in suis literis apposita non inducunt dispositionem, seu probationem, quando in eis non fundatur principalis dispositio ipsius principis. posset tamen fortè saluari, nisi princeps pluries ita rescriberet, & eā in actis suæ curiæ ita appellaret: quia tunc videtur ciuitas creari, & hoc ad instar domini, qui suum seruum, vt filium pluries nuncupauit, & in actis iudiciarijs ita rescripsit. Ex hoc enim videtur ei libertatem dedisse: vt in l. vnica. §. sic itaque. & §. similiq̃ modo. C. de lati. liber. toll. quæ omnia nota.

## Quando verba enunciatiua proferuntur in actibus liberatoriis seu obligatorijs.

### SVMMARIVM.

1 *Verba hæc aliquando ad liberationem debiti, & ad libertatem personæ rendunt.*
2 *Verba si sint propter se prolata inducunt probationem.*
3 *Verba inter uiuos non habent tacitam dispositionem.*
4 *Pater si in testamento aliquem uocauit filiũ, an ex hoc probetur filius naturalis & legitimus.*

SI verò verba enunciatiua proferuntur in actibus liberatorijs seu obligationem inducētibus, quid iuris sit, colligi potest ex dictis, qñ verba enunciatiua emanant in vltima voluntate, & qñ emanant per modum confessionis extraiudicialis ad liberandum. & dic vt ibi. & secundùm Ioan. de Imo. in l. ex hac scriptura. alle. in quantum Bar. in d. l. tangit de uerbis enunciatiuis in contractibus. dic ꝙ in quantum vult, ꝙ si emanant principaliter propter se ad liberationem inducant dispositionem, ut l. tale pactum. ff. de pact. hoc potest esse uerum, quando intendunt ad liberationem debiti, sed si ad inducendam libertatem personæ non uidentur præiudicare, nisi fortè quinque interuenerunt testes, per no. inst. de liber. §. 1. & C. de latina. lib. toll. l. 1. §. sed ne fraudandi. Item in quantum dicit, quod si incidenter proferuntur, nec probant, nec disponunt in actu liberatorio. nā hoc uidetur falsum, saltem quando inter præsentes proferuntur, cùm tunc probēt in actu obligatorio ad præiudicium partium, per l. optimā. §. alle. & ipseidem dicit, & multò fortius in actu liberatorio: ideo si dicerctur, quod talis seruus Titij fecit conuentionem. puta cum aliquo seruo, ne peteret decem ab ipso Titio, staretur dictis uerbis enunciatiuis, in quantum asseratur seruus Titij alio non apparente, per d. l. optimam.

Nec

Nec obstat prędictis l. iubemus. C.de libe.causa.quia ibi emanabat circa id, super quo non poterat fieri præiudicium sine certa solennitate: quæ non adhæreat, quia super libertate eius: qui verè erat seruus. Item in quantum dicit, quod contractibus, in quibus agitur de obligatione, licet non inducant dispositionem, in-
2 ducant probationem † si sint propter se prolata: intellige, quando cum certa scientia expressa proferuntur in personalibus per ea, quæ hic tetigit gloss. vel etiã sine causa in realibus vel similibus, per not. per Cyn. in dict. l. non nudis. & l. non epistolis. & per Bar. in l. cùm falsa. C. de iuris & facti ignorã. & in quantum dicit idem Bar. quòd probent, donec probetur contrarium, adde, quod est verum, si sciẽter proferuntur super eo, super quo partes possunt præiudicare, non admittetur probatio in contrarium: aliàs sic, per no. per Cyn. in dicta l. non nudis. in vltima quęst. & per Bartol. in dict. l. cùm falsa. & quod subdit, quòd si incidenter proferuntur inter absentes. quòd tunc non probãt per l. epistola ff. de pac. nam hoc nõ videtur simpliciter verum: nam cum inciden ter eadem ratio est, quæ est, quãdo fit inter præsentes, si fit actus, qui possit fieri inter absentes. & ideo videretur, quod si aliquis scribit epistolam, in qua dicit cum Sticho seruo tuo tali die per stipulationem in tali ciuitate promisi decem: scias quòd reddam tibi hinc ad mensem: videtur quòd hæc verba habeant probare stipulationem fuisse contractam per Stichum seruũ illius. per no. in l. 1. C. de contrahen. stipu. iuncto eo quod no. Bar. in d. l. certum. ff. si quis absente. ff. de confess.

Non obstat l. epistola. quia ibi non cõtinebat enunciationem dispositorum per partes, sed dispositorum per tertium. Itẽ si quis confitetur aliquem filium, an talis confessio præiudicet ipso iure, seu probet: dic secundùm Cyn. in l non nudis. C. de proba. aut confessio. fuit emissa non animo confitendi sed propter aliud: vt quia dixit, Fili mi veni huc, vel vade illuc: isto casu nil prodest: vt l. non epistolis. C. de proba. & l. ex his verbis. de testa. milit. C. aut sunt emissa animo cõfitendi, & tunc ad probandum præiudicat donec contrarium probetur. & idem in qualibet alia confessione: vt ff. de interro. actio. l. de ætate. §. qui iusto. Sed si pater confiteretur te filium suum, & tu post eius mortem vis venire ad successionem vnà mecum. ego dico, tu non es frater meus, dicis tu, imò ecce confessionẽ paternam: dico ego amice, pater meus errauit confitendo volo probare contrariũ scilicet, quòd confessio est erronea: nunquid possum? videtur quòd non. l. 1. in fi. C. de fa. cau. adic. ff. de le. 2. Titia. §. Caius & l. rationes. 2. responso. C. de prob. tamen veritas est in contrarium, scilicet q̃ bene possum.

Non obstant prędicta iura: quia loquuntur in vltimis voluntatibus, vbi verba enunciatiua scienter emissa habent tacitam conditionem, scilicet hãc volo prę
3 stari, &c. sed inter † viuos non habent tacitam dispositionem: ideo nõ potest valere, vt donatio vt si pater meus sic dixit, confiteor te filium, & volo quòd venias ad successionem meam cum fratribus, quo mortuo tu vis venire ad succedendũ mecum. ego volo probare quòd pater meus errauit, tu vis probare quod scienter confessus est, faciendo dispositionem dicendo volo, quòd venias ad successionem: nunquid hoc probato veniens ad successionem mecum? videtur quod sic quia vbi confiteris ex causa mutui me tibi debere cum dispositione ista: & ideo volo tibi reddi, si ego probo errorem: & tu probas quòd scienter videtur tunc donatio. nã cuius p̃ errorẽ, &c. ff. de donat. ff. de reg. l. si patronus. & l. cuius per errorẽ iur. So. secũdum Petr. dicendũ est contrarium in casu prędicto: quia licet pater millesies disposuerit, nõ præiudicat mihi, vt l. non nudis. & l. nõ epistolis. de proba.

Ad rationes contrarias respondendo quędam sunt: quæ solo consensu partium fieri possunt vt me obligare in centum. & isto casu procedant prædicta. quædam sunt, quæ solo consensu partium fieri nõ possunt: sed habent fieri à natura, vel ab arte,



arte, quę imitatur naturam, vt filium patrem habere. & in istis non operatur consensus, per consensum enim non possum facere filium: sic intelligitur d. l. non nudis. & l. non epistolis.

Sed contra prædicta videtur facere, & esse tex. in auth. item si quis. C. de nat. lib. sed dic secundùm Bar. in quæstione, quã disputauit, quæ incipit, Habens filiam naturalem. vbi concludit, quòd non ex eo, quòd † vocauit eum in testamento filiũ
4 & hoc solo probatur filius naturalis & legitimus, sed plura alia requiruntur. Primò requiritur quòd illa mulier ex qua natus est sit talis mulier, cum qua matrimonium tunc esse poterat & honestè secundum mores ciuita. vt in auth. vt nulli iudicum. col. 8. in §. ad hæc. & l. filius. de cõdi. & demon. & l. cùm ita legatũ. eo. ti. C. de sponsa. l. fin §. quæ ita. in gloss. super uerbo, propter personam. no. in authen. quib. modis naturales effic. sui. §. illud tamen. ibi, aut legitimo iure nõ digna &c. Item requiritur, q̃ dicta verba proferantur principaliter propter se, secus si proferantur incidenter propter aliud, puta causa demonstrationis, exemplum, lego decem in tali filiæ meę, nam illa oratio profertur principaliter propter legatum. illa verò verba, filiæ meæ, ponuntur, vt persona legatariæ clariùs exprimatur, & demonstretur. Item requiritur, quòd quis natus sit ex illa muliere, quam quis tenebat indubitato affectu. §. si quis autem defunctus. & §. seq. in auth. quibus. mo. nat. effi. sui. ita tenet Host. in summa. in ti. qui filii sint legi. §. fi. circa fi. Item habet locum non existentibus filiis legitimis, & naturalibus. Si enim filii legitimi extarent tunc per verba talia in testamento apposita quantũcunque principaliter propter se prolata, non dicentur illi legitimi, qui naturales tantum sunt: hoc tenet Hosti. in d. §. fi. circa fi & Ioan. And. in ca. per tuas. qui filii sint legitimi. licet glos. dubitet in d. §. si quis. alleg. vide Oldra. in suis consiliis. consil. 16 vide Petr. de Ancha. in suis consiliis, consilio, quod incipit, Ex tenore priuilegii.

*SVMMARIVM.*

1 *Error quot modis committatur.*
2 *Error quotuplex sit.*
3 *Error iustissimus & cæteri quomodo appareant.*
4 *Mendacium in dubio presumi non debet.*
5 *Error quando committatur in contractibus.*
6 *Error quando impediat translationem dominij.*
7 *Error quando committatur circa rem.*
8 *Dominium transfertur per sententiam mediante traditione.*
9 *Errore quando non impediatur translatio dominij.*
10 *Prescribere non potest, qui titulo caret.*
11 *Error nocet scienti.*
12 *Dominium sine titulo non transfertur.*
13 *Simulatum id quod est, aut fictum, non attenditur.*
14 *Error in causa quid importet.*
15 *Error in nomine quando non vitiat.*
16 *Error quicunque an possit reuocari.*
17 *Differentia an sit circa reuocationem erroris iuris & facti.*
18 *Error facti quando noceat.*
19 *Error facti an post sententiam possit reuocari.*
20 *Error an in dubio presumatur.*
21 *Erranti in iudicio in iure non succurritur.*
22 *Error an allegatur in causa quæ inficiatione crescrit.*
23 *Confessio usque ad quod tempus reuocari possit.*
24 *Error in iurisdictione reuocatur ante & post sententiam.*
25 *Iuris & facti ignorantia in confessione extra iudicium an prejudicet mihi.*
26 *Confessio extra iudicum habet effectum declaratiuum.*
27 *Error iuris indistincte præiudicat in iudicijs.*
28 *Errans an videatur confiteri.*
29 *Errare in iure est lata culpa.*
30 *Personę quæ excusantur ab errore iuris.*
31 *Error post sententiam reuocatur.*
32 *Reprobato instrumento an reprobatur sententia.*
33 *Falsum non dicitur quod primordio non caret*

*cæret ueritate.*

34 *Sententia præcepti uim habet diffinitiuæ.*

35 *Decretum ex falsa causa nullum est.*

36 *Confessio an post pronunciationem sententiæ diffinitiuæ, reuocari possit.*

37 *Appellatio rescindit omnem terminum:*

38 *Confessio ut possit reuocari, quæ requirantur.*

39 *Iurans falsum qui credit esse uerum an sit periurus.*

40 *Positio uel confessio facta per positionem, an possit reuocari.*

41 *Differentia inter confessionem procuratoris & domini.*

42 *Fieri incontinenti quando dicatur.*

43 *Ignorare ius in personis priuilegiatis, an sit lata culpa.*

44 *Actus fictus an conditiones ueri accipiat.*

45 *Recedere quis potest ab eo quod est per se.*

46 *Confessus pro iudicato habetur.*

47 *Antecedens non potest esse sine subiecto.*

48 *Præceptum quid sit.*

49 *Iuris ignorantia an excuset.*

50 *Ignorantia dolum cessare facit.*

51 *Error in causa non impedit dominij translationem, secus error in persona.*

52 *Testis an a periurio excusetur.*

53 *Erronea confessio facili negotio reuocatur.*

54 *Possit an quis pluries interrogari super eadem positione.*

55 *Error lata culpa commissus nunquam reuocatur.*

56 *Dolus aduersarij ubi interuenit, & ratione minoris ætatis fallit.*

*Error in facto proprio non est reuocabilis quando cadit in leuem culpam, ita quòd non in latam.*

57 *Confessio incerta non potest reuocari nisi subueniatur confitenti aduersus iuramentum.*

58 *Iuramentum omne appositum in præiudicium rei familiaris est seruandum.*

*Iuramento dolo extorto non licet contrauenire.*

*Erroris probatio nec reuocatio iure communi admittuntur post conclusionem & renunciationem.*

59 *Persona priuilegiata, ut minor, ecclesia, ante sententiam potest restitui, secus in maiore.*

60 *Error potest reuocari ante sententiam, & post sententiam per restitutionem in integrum.*

*Pars non auditur per beneficium restitutionis in integrum aduersus confessionem, postquam negotium est finitum per renunciationem & conclusionem.*

*Maior scienter confessus nec iuuatur hoc beneficio restitutionis.*

61 *Erroris ad reuocationem duo probandæ sunt falsitas confessionis, & error, nec sufficit unum probare sine alio, nec probatio unius infert probationem alterius.*

*Error dum allegatur in facto proprio nõ sufficit probare rem aliter se habere.*

*Iuramentum teneri, & obseruari potest sine interitu salutis æternæ cum agitur de præiudicio rei familiaris.*

62 *Persona priuilegiata non iuuatur nisi dum taxat in ignorantia iuris, & non in errore facti.*

63 *Error probatur ex qualitate facti & coniecturis.*

*Confessione sit litis contestatio & in ea fundatur iudicium.*

64 *Errorem in genere allegare non debet qui deliberatè respondet, sed specificare causam erroris.*

*Verbo qui protulit mente agitasse præsumitur.*

*In iudicijs & circa præparatoria sufficit probarem aliter se habere.*

65 *Error iuris probatur ex qualitate personarum & facti.*

*Ignorantia aliquando probabilis in facto proprio.*

66 *Appellatio extinguit pronuntiatum.*

67 *Error præsumitur probando rem aliter se habere: quia error non præsumitur nisi circunstantiæ probentur, & quot & quales sint.*

68 *Error iuris regulariter non præsumitur.*

*Confessio nocet nisi in illa sit error expressus.*

Clausula,

Lausula, Non errore ductus, &c. Pro introductione dicendorum scias, ꝙ multipliciter error committitur: &
1 dicas, quòd aliquando † committitur error in contractibus. Aliquando in iudicijs. Aliquando in arbitris, seu arbitratoribus. Aliquando in matrimonijs. Aliquando in vltimis voluntatibus.

In contractibus aliquando errant partes. Aliquando notarius.

In iudicijs aliquando partes. Aliquando testes. Aliquando procurator. Aliquando aduocatus. Aliquando iudex.

In vltimis voluntatibus. Aliquando testator. Aliquando notarius.

Bar. in l. Celsus. ff. de vsucap. dicit, ꝙ est dare errorem iustum, & errorem iu-
2 stissimum † & est dare errorem iniustum. Errorem iniustum arbitratur in proprio facto nulla assertione ductus: vt putaui emissæ, putaui mihi donatum, intraui in possessionem: tunc est error iniustus: ut l. quanquam. ff. ad Velleian. Et error iuris est iniustus: vt l. nunquam. ff. de vsucap. & l. si fur. §. 1. eodem titu. & putat idem Bart. in facto proprio esse errorem iustum. Inductus tamen persuasione aduersarij: ut uenisti ad me, & dixisti volo dare tibi illum librum: quia promisi tibi: ego non recordor, accipio: licet in facto proprio errem, tamen est iustus error, vt l. 3. pro suo. & l. si existimas. ff. pro emptore. & facit quòd aduersario debeam credere. l. 1. in fi. ff. quando actio de peculio est annalis. & l. doli exceptio. in fi. cum sua materia. ff. de noua. Errorem iustissimum, idem Bart. appellat in facto alieno: vt si seruus meus, procurator meus, vel tutor, vel curator, vel gestor, dixit se emisse pro me, sic tradidit mihi: vt ff. pro emptore. l. quod vulgo. & l. 1. ff. pro suo. dicit Angel. in l. non fatetur. ff. de confess. illud, quod dicitur, ꝙ in facto alieno error est probabilis: hoc limita, nisi in facto alieno ille, qui confessus est, fuisset præsens, aut etiam errat notorium in loco contrarium eius, quod confitebatur, glo. est in l. si tutor. C. de periculo tutorum. & ita intelligitur l. regula. §. sed si facto. ff. de iur. & fac. ignor. Idem putat si maiores mei mihi dixerunt, vt puta pater, vel auus, cui successi, se emisse talem rem &c. eadem ratione, qua dixit, si seruus aut procurator mihi dixerunt.

3 Item apparet † iustissimus error ex euidentia rei, quia erat pupillus, & apparebat maior, putaui eum impuberem, ꝙ
2 §. si a pupillo. ff. pro emptore. & §. si a furioso. & l. pignori. § 1. ff. de vsuca. Item ex publica fama seu opinione vicinorum inducitur iustissimus error, vt l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acq. hæred. Et istud est vtile pone pater tuus emit fundum, possedi viginti annis, postea moritur, & possedisti tu eius filius alijs decem annis, a possessione cecidisti, non potes reperire instrumentum, vel vestes per quos probatur titulus, & possessio viginti ann. non sufficit sine titulo. Item titulum pro hærede non potes allegare, quia filius, vt l. nihil. C. pro hærede. cõsului, ꝙ allegare titulum, & probare aliquam ex prædictis causis, & secutam possessionem decem annorum, & sufficit, sed in ipso defuncto, quia de facto suo agitur, non esset iusta causa. Io. de Imol. in l. quod uulgo. ff. de vsuc. pro emptore. dicit non assertio procuratoris, vel serui, probat iustam causam erroris. Eodẽ modo videtur in assertione patris, vel alterius, cui quis successit. quod intellige, vt no. Bar. in l. Celsus. ff. de vsuc.

In contrarium tñ facit secundùm Iac. de Rauen. quia quis non debet esse credulus, ut l. 1. §. 1. ff. de eo per quem factũ est, quare assertioni vnius ẽt in quacunq; dignitate existentis regulariter nõ videt credendũ, per l. iurisiurandi. C. de testib. Potes dicere, ꝙ qñ procurator, vel seruus persuasit alicui, fortè faciens dici sibi ꝓsonas fide dignas, & tunc præbet iustã cãm erroris, vt l. quod vulgo. ff. de vsucap. pro emptore. vel potes dicere, ꝙ in l. quod vulgo. verisimiliter debuit credere procuratori per mandatum, quod ei dederat, cùm teneatur virtute mandati id facere, & sic in dubio sit præsumẽdum, ꝙ ita sit:
4 quia † non debet in dubio præsumi mendacium, arg. l. merito. ff. pro socio, & quia

vult

vult se iuuare ex possessione sua cum lõgo tempore: vt l. quod vulgo. aliàs secus, quando alias ex simplici assertione vellet agere contra alium, per id quod habetur in l. qui cũ alio. ff. de regu. iur. & l. 3. §. sed & si sic. ff. de in rem verso. Et per prædicta patet, quod licet Bar. in d. l. quod vulgo videatur velle, ꝙ simplex assertio serui vel procuratoris dicatur pbere iustissimum errorem: videtur, ꝙ nõ propriè dicatur iustissimus, cum alius possit esse iustior: vt quando occurrit assertio fide dignarum personarum: tamen fortè dictum Bar. potest saluari ex eo, quod est sufficiẽs ad usucapionem. in ti. pro emptore. in quo gloss. dicunt requiri iustissimum errorem: vt l. Celsus. ff. de vsucap. vnde quo ad dictum effectum, ex quo parit vsucapionẽ, potest dici iustissimus. & pro dicto Bar. facit etiam gl. in d. l. quod vulgo alleg.

5 His peractis, † videamus quãdo error cõmittitur in cõtractibus. Et secundũ hoc dic secũdũ Bar. in l. 1. ff. de officio procuratoris Cæsa. ꝙ quãdoque erratur circa personam, quãdoque circa rem, quandoque circa dominium, quandoque circa causas dominij, quãdoque circa causam traditionis dominij. Primo casu, quando circa personam erratur: aut erratur circa substantiam ipsius personæ: quia tunc

6 talis error impedit † translationem dominij. vt l. si quis vxori. §. cùm Titio. ff. de furtis aut erratur circa qualitatẽ personæ: vt puto te esse liberum, cùm sis seruus: vel patrem familias, cũ sis filius familias: tunc non impeditur translatio dominij: vt dicta l. si quis vxori. §. cùm Titio. & §. si seruus. aut putabã te diuitẽ, cùm esses pauper: nam talis error non impedit dominij translationem, nisi circa hoc sit commissa falsitas, vel dolus: vt. l. si is qui. §. cùm Titium. ff. de furtis. & l. ꝙ si missioni. ff. de dolo, aut est erratum: quia credebam te procuratorem Titij: cùm non eras: & tunc aut nunquam habuisti mandatum. aut habuisti, & fuit reuocatum: & primo casu fit furtum, secundo non: vt no per gloss. & docto. in l. falsus C. de furtis. & ibi per Cy. in l. si procuratori. C. de conditio. ob causam. si verò putabam, te sanę mentis, cùm sis furiosus: tunc etiam impeditur dominij translatio: vt l. quòd meo. §. si furioso. ff. de acquirenda possessio. In secũdo membro

7 principali quando † erratur circa rem: tunc aut erratur in corpore rei. vt quando volo dare equum, vt dedi hominem: & tunc impedit translationem dominij: vt ff. de contrahen. empti. l. uenditione. si verò erratur in substantia rei, vt quando volo dare massam argenti, & ipsa est de ære, tunc vitiat dominij translationem, nec contractus uenditionis ualet, vt d. l. in vẽditione. in l. fi. licet stipulatio valeat ff. de verborum obliga. l. super quod. & ibi ratio redditur de hoc per gloss. Si autẽ erratur in nomine rei propriæ, aut appellatione, de quo dic, vt in l. si quis in fundi vocabulo. ff. de legatis 2. Quandoque erratur in pondere vel mensura rei, tunc impeditur dominij translatio in eo, in quo est erratum, vt dicta l. si quis vxori. §. qui marmora. & no. in l. arbitrio. §. de eo. ff. de dolo.

Tertiò casu principali, quando erratur in dominio, tunc secundùm gloss. quę est melior, quàm alibi in l. prima. ff. de officio procurato. Cæsar. dic quod aut errãs tradidit rem suam aut alienam, si suam aut ipse scit eam esse suam, sed eam tradidit tanquam alienam, tunc transfertur dominium, vt l. Iulianus. ff. de curato. furio. aut ignorabat rem esse suam, & tũc aut tradidit tanquam si esset ejus, cui tradidit, & impeditur dominij translatio, vt l. 3. §. subtilius. ff. de cõdict. ob causam: Fallit secundùm gloss. quãdo traderetur auctoritate rei iudicatæ, quo casu per sen

8 tentiam mediante † traditione transfertur dominium, vt dixit idem Bar. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. & no. insti de offi. iud. § fi. & l. Põponius. §. si iussu. ff. de acqui. poss. aut tradidit rem non eius, cui tradidit, & tunc aut tradidit eã tanquam alterius, à quo causam habet, & tunc nõ impedit dominij translationem, vt l. eius qui in prouincia. in §. quos verò. ff. si certum petatur. & ibi no. aut tradidit eã tãquam alterius, à quo causam non habet,

&



& tunc traditio talis impedit translationẽ dominij, ut l. si procurator. ff. de acquirẽ. rerũ dominio, si verò tradidit rẽ alienam, & tũc aut tradidit ut suã, & dominiũ non transfertur: ut hac l. nec potest habere rationem à domino rei. & hæc translatio nõ impeditur nisi in subsidium re perempta. ut l. marer. C. de rei uendicatione. & dic ut ibi. si verò tradidit rẽ alienã, non ut suam, sed tanquam domini, tunc aut non habet mandatum ad hoc, & dominium non transfertur, ut l. j. C. de rebus alienis non alienandis. per totum. aut habet mandatum: & tunc alienat in tribus casibus, si habet mandatum speciale, uel generale cũ libera, & in alio casu: ut no. in fi. gl. magnę l. 1. ff. de offic. procur. Cęsa. & l. procurator cui libera. ff. de procu. & d. gl. signata.

Quarto membro, quando erratur in causa dominij, ut trado dominiũ ex una causa, & nõ ex alia causa: & tunc impeditur dominij trãslatio, ut l. seruum Titij. ff. mandati secundùm doc.

Quinto membro, quando erratur in

9 caũsa traditionis dominij, tunc † aut ambo contrahentes in eadem causa consenserunt, licet errent: & tunc non impeditur dominij translatio, sed habent locum iuris remedia, ut condictio indebiti, & ob causam per totum titulum de cond. indeb. & sine causa aut non cõcordant in eandem causam, & tunc aut uterque causa est habilis ad dominiũ transferendum aut altera tantum, si altera tantum, non transfertur dominium. ff. si certũ peta. l. si ego. in fi. si verò utraq; causa erat habilis ad transferendum dominium, & tũc aut apparet ꝙ tradẽs ex una causa tantũ uolebat trãsferre dominiũ, & non ex alia & hoc casu impeditur dominij translatio: ut d. l. si ego. in princip. aut nõ apparet, ꝙ uoluit tantum ex una causa tradere, & tunc talis error in causa traditionis non impedit dominij trãslatinnẽ, ut l. cũ in corpus, ff. de acquirẽd. rerũ do. Cyn. verò in l. ex initio. c. de falsis. dicit qd̃ si tu falso instrumẽto motus mihi tradidisti rẽ nũquã trãsfers dominiũ gl. in l. ex initio. alleg. distinguit. aduerte ad translationẽ dominij causa habilis uera uel putatiua, ut l. nunquã. ff. de acquiren. rerum do. & per totum titulum C. & ff. de condi. indebi.

Ideò cùm queritur nunquid motus ex falso instrumento tradendo dominium transferat, põt sic distingui, aut uterque tradens & accipiens sciebat instrumentũ falsum, aut uterque ignorabat, aut alter sciebat uel ignorabat, tãtũ primis duobus casibus planum est, in tertio casu subdistingue, aut sciebat tradens, & accipiens ignorabat, aut ecõtra, si tradens sciebat solus, tunc transferatur, quia uidetur donare, ut l. cuius p errorẽ. ff. de reg. iur. si sciebat tantum ille, qui accipiebat, & tradens ignorabat, aut tradebat rem mobilem, & tunc committitur furtum, & sic transfertur dominium. ff. de condi. fur. l. quoniam & C. de furtis. l. falsus. Iaco. autem Buc. in d. l. ex initio. dicit, si ego tradens eram dominus, aut tradidi rem ut debitam tibi, & transit dominium in te non ex falso instrumento, quod mihi mõstrasti, sed ex uoluntate mea; ut C. de condi. indebi. l. 1. per totã. aut tuã, & non trãsfero in te dominium, ut l. 3. §. subtilius. ff. de cond. ob causam. aut nulla traditio interuenit, quia tu possidebas, & tibi diuisi, quia mihi ostendisti falsum instrumentum,

10 & tunc nullo modo † poteris præscribere, quia titulo cares, ut l. ex initio al leg. secundùm primum intellectum gloss. aut tradidi tibi possessionem, quam habebã quia ostendisti mihi falsum instrumẽtum, & tunc aut non eram dominus. & si tractatur de pscriptione, dico, quòd non potes præscribere, quia cares titulo, cùm falsum habeas, ut l. unica. §. ut tãtum modo. C. de usuca. transformanda aut eram dominus, & sic de dominio querendo tractabatur, & tunc aut tradidi, ut tibi debitam, & efficieris dominus, & de condi. inde. per totum. ff. & C. aut ut tuam, & non efficieris, ut l. 3. §. subtilius. alleg. Barth. de Saly. in l. ex initio. alleg. dicit ꝙ aut uterque recipiens, & tradens scie-

11 bant instrumentum falsum. & tunc † tradens uidetur donare, ut l. j. & ff. de condi. indeb. & l. campanus. de ope. lib. & l. cuius p errorẽ. ff. de reg. iu. & ideo ꝙ dona

M to

to usucapiet: aut uterque ignorauit. & tunc aut is, qui tradidit, ut propriam eius cui tradidit: & tunc dominium nõ trãsfertur, ut l. 2. §. subtilius. ff. de condi. ob causam. ideo nec is cui tradidit aliquo titulo speciali vsucapit, sed titulo generali pro suo hoc operante iusto errore. l. fi. ff. pro suo. aut tradidit ut suam, putans se astrictum ad tradendum ex aliqua causa habili ad translationem dominij: quam causam per instrumẽtum ut uerum uterque putabat probari, & tunc dominium transfert ex illa causa, licet putatiua: ut d. §. subtilius. & de condi. indebi. per totũ: & ideo ex eadem causa non dominus transfert usucapiendi causam: ut l. clauibus. ff. de contrahẽ. emptio. & ff. de usuca. l. Celsus. aut alter eorum sciuit tãtum & tunc aut tradens tantum: & iste passus uidetur dubius: nam tradens donare videtur, ut legibus suprà allegatis. sed recipiẽs nõ agit ex donatione recipere, sed ex causa in instrumento contenta pura ex testamento, & sic non uidetur transferri dominium, ut l. si ego. ff. si cer. peta.

In contrariũ uidetur casus in l. cùm in corpus. ff. de acqu. rerũ do. & hoc est ius, quia utraque causa tendebat ad eundem effectum. Et altera est necessaria in l. si ego utraque uoluntaria, nec uterque rendit ad eundẽ effectũ. & nõ dubito ex qua causa dicatur dominiũ transferri, quia ex illa possidetur, ex qua recipit, & credo quòd ex illa dominium transferatur. & ꝓ istã parte bene facit tex. & gloss. in l. si ego. alle. & pro hoc accedebat, quod nõ. glo. in solutione contrariorum in l. Celsus. ff. de usuca. & omnes leges ibi contra Celsum inductę adiuuant istã partẽ. Nec obstat, ꝙ tradẽs uidetur donare, ꝙ isto casu uidetur donare, quia ius reperenti non videtur remittere. & isto respectu donat aut duntaxat is cui traditur sciuit: & tunc si ut propriam eius, cui traditur, & neutrum sciuit, facit, quia dominium non transfert, cùm hoc non agat. ut d. §. subtilius nec usucapiendi conditio, quia iustus error deficit. Si uerò ut debitam: tunc si res erat mobilis, furtum committit: ut ff. de condi. fur. l. quoniam. & C. de fur. l. falsus, & ideò non transfertur dominiũ, nec usucapiendi conditio, in l. ex initio. alleg. & est ratio: quia deficit titulus & bona fides: ut C. de usuca. transfor. l. unica. Si verò erat immobilis, & tunc licèt tradens tradat ut debitam, tamen quia bona fides deficit, non prǫscribit, ut d. l. ex initio. sed dominium transfert secundùm Cyn. quod non credo, quia deficit titulus nedũ

12 uerus, sed putatiuus. sine quo † dominium non transfertur, ut C. de pac. l. traditionibus. & ff. de acqui. rerum do. l. nunquã nuda. Oportet enim quòd ad titulũ putatiuũ concurrat voluntas accipientis, & eius bona fides, argu. dictæ l. quoniam ff. de cõdi. fur. licet ibi furtum committatur propter qualitatem rei quod fieri non potest in re immobili ut l. rectè. ff. de fur. & potissima causa translationis est illa, ex qua recipitur, ut ꝗ. dixi. sed nullam subesse nõ ignorat recipiens, sed falsò illam simulet & fingit simulanti nõ prodesse simulatã.

13 Simulatum † autem & fictum non debet attendi, nec prodest simulanti, ut plus uallere, quod agitur, per totum in rubro & nigro. & d. l. falsus allega.

Lambertus autem de Rãponibus in l. error. C. de iuris & fact. igno. dicit cùm queritur, an error impediat actum agendi, aut error in persona, aut in re ipsa, aut in causa, si in persona tunc impediatur actus gerendus, ut credebam tradere Titio, & tradidi Seio. ff. de fur. l. si quis uxori §. cũ Titio. aut error est in conditione personæ, & tunc aut conditio putatiua personę, circa quam erratur, est cõtraria actui, qui geritur, aut non: si sic, tunc impediat gerendum, ut trãsactionis, iurisdictionis, & tutelæ, ut ff. de testa. tute. l. si tutor. in prin. de testa. mili. alleg. de re milita. l. neque. §. in seruitute. ff. de re iudi. l. quidam consulebant, aut error non est contra naturam rei, quæ agitur, & tunc error non impedit actum gerendum, ut credis Titium liberum, & est seruus, uel credis eũ locupletem, & non est vel credis eũ procuratorem, & non est, mutuans sibi transfert dominium. ff. de furtis. l. falsus. §. j. & l. si quis uxori. §. seruum. Aut est error in

14 causa † si tunc & tradẽs & recipiens consentiunt,



sentiunt, & concurrunt in eadem causa erroris? & error nõ impedit translationem dominij: ut trado tibi librum ex causa uẽditionis: & tu idem credis, cùm non debui: tamen tunc transfertur dominium, & repetam per condictionem indebiti: aut tradens, & accipiens dissentiunt in causa, ut trado tibi ex una causa, & tu recipis ex alia: tunc aut utraque causa tendit ad obligandum, aut non: si sic, tunc impeditur translatio dominij, ut trado tibi librum ut uenditum, tu recipis ut permutatum tibi. ff. si. cer. pet. l. si ego. aut altera causa tendit tantum ad liberandũ, seu liberationem, ut trado tibi pecuniam mutuo. tu recipis ut tibi donatam: uel contra, tunc error impedit dominij trãslationem, sed cadet in solum fauore liberationis. ff. de acqui. rerum do. l. cùm in corpus. ff. de solu. l. qui hominem. §. debitor. aut est error in substantia rei, aut in nomine, aut in põdere, numero, uel mẽsura, aũ in dominio rei. Si in substãtia, non trasfert dominium. ff. de contrahẽ. emptio. l. in uenditionibus. Aut est error

15 † in nomine, & tunc proprio, aut appellatiuo, si in proprio nomine, non uitiet, si de corpore constat: ut l. si in nomine. C. de testa. & insti. de leg. si in nomine. Si in appellatiuo, sic, ut l. si quis in fundi uocabulo. de lega. 1. aut est error in pondere, uel mensura, & impedit dominij translationem: ut credo tibi dare librã unam cæræ, & trado tibi duas, ut ff. de fur. l. si quis uxori. §. si quis maiora. aut ẽ error in dominio, tũc aut in ipso domino, aut in causa dominij, si in causa dominij, non impedit dominij translationem, ut tu dominus libri: qui cùm tradis, credis te dominũ ex causa hæreditatis; & es dominus ex alia causa, ut ff. in an. l. rerum Titii. 2. responso. aut est error in ipso dominio, & credis unum esse dominum, & alius est dominus, & tunc aut credis rem tuã, aut alienam: si tuam & sciens esse tuam transfers dominium tunc tuo uomine tradẽs. ff. de cur. fur. l. si curator. aut tradis errãs, credẽs esse alienam, & tunc aut credens esse eius, cui tradis, & non transfertur dominiũ, quia nec est uoluntas tua trãsferẽdi. ff. de condi. ob causam. l. 3. §. subtilius: & hoc est uerum, nisi tradens condemnatus sit sententia diffinitiua. ff. de publica. l. sunt & alii. & l. Pomponius. §. si iussu. ff. de acquiren. posses. si tradis, & credis esse alterius, tunc. aut credis eam esse illius. à quo cãm habes, ut est res Titij., cuius eam esse credis, & moriatur, te hærede instituto, & hoc ignoras, tradens eam mihi transfers in me dominium. ff. si cert pet. l. eius ꝙ in prouincia. §. quas uerò pecunias: quia nec in ueritate est error: aut credis eam esse eius, ã quo causam non habes: ut credis esse Titii, cuius es procurator, & habes eam à parentibus tuis, & non transfers dominium, ut ff. de acqui rerum do. l. si procurator. caue tamẽ quia in effectu præiudicat tibi, quia licet tibi competat rei uendicatio, tamen emptor te reppellet per doli exceptionem, quia teneris de euictione, & ages contra dominum tuum ad pretium. & hoc est verum, si est administrator uoluntarius, quia necessarius potest eã petere, ut sibi præiudicat ff. man. l. seruum Titij. in princip. & alle. l. si procurator. aut tradis rem alienam non tuam, tunc tradis tauquã tuã per errorem, aut sciens, si per errorem, non trãsfers dominium. sic potest intelligi. l. error. secundo responso. C. de iuris & fac. ign. sicut intelligit gl. & l. alleg. si procurator. si sciẽs, non transfertur dominiũ. & hoc est verum regulariter.

Fallit in tribus casibus. Primo, si habet speciale mandatũ uendẽdi. Secũdò, si est procurator in rẽ suã constitutus. Tertiò, si est procurator habens liberam ad ministrationem. ff. de procuratoribus. l. procurator cui libera. ff. de iureiuran. l. iusiuranda ex cõuentionem. §. si. cũ l. sequẽti. Et

16 an quicunque error † possit indistinctè reuocari, siue sit in facto proprio, siue in alieno. glo. secundùm Bar. in l. non fateẽ ff. de confessi. dicit quòd sic. & doct. secũdùm Bar. ibi illam glo. damnãt, quia qui errat in iure, improbabiliter errat, nec excusatur, ut d. l. non fatetur. sed error in facto proprio æquiparatur errori iuris. ff. de interroga. actio. l. de ætate. §. qui iusto ubi si est error, quia cadit in latam

culpam non excusatur, sed error iuris est lata culpa, ut l. liberorum. §. notantur. ff. de his qui not. infa. & l. latæ culpę. ff. de uerbo. signifi. Ista est ratio. in l. non fatetur. allega. quare non potest reuocari error iuris, sed error in facto proprio est lata culpa, ut l. quanquam. ad Velleia. & ideo glo. d. l. non fatetur. debet limitari, quando quis errat in facto proprio tali errore, qui non cadat in latam culpam, ut l. 1. & 2. ff. quando actio. de pecu. est annalis. & ibi notat. & istud uidetur uelle. gl. ff. de uentre inspiciē. l. 1. §. cęterum. in gl. super uer. iniunxerit. ut puta si factum, uel negotium est implicatum, & intricatum, ut l. penul. ff. de cōfessi. Idem etiam si est negotium primum de facto longinquo, quia memoria hominum non retinetur. l. peregrè. ff. de acqui. posses. in princ. & per Dy. in regula. prēsumitur. de reg. iur. in 6. & hæc uera in confessione facta in iudicio, secus si extra iudicium facta erat confessio, quia si de damno uitādo erat, præsumitur ignorantia, & sibi sufficit: ut l. sed & si me putem. ff. de condi. indebit. aut fit circa ea, quę pertinent ad litis decisionem: & tunc aut pars confitetur scienter, & præiudicat sine dubio: ut l. quidam in iure. ff. de dona. & l. qui Stichum. ff. de confes. aut confitetur ignoranter: & tunc aut quæris utrum præiudicet interim, donec probetur contrarium, & sine dubio præiudicat, ut l. iubemus. C. de liberali causa.

Sed an possit probari contrarium, & hic aduertendum: quia aut quis confitetur in causa, quæ crescit per inficiationem, & non potest probari contrarium, ut l. si is. ff. de confes. aut confitetur in alia causa, & tunc aut talis error cadit in latam culpam: aut in leuē, aut in nullam, si cadit in latam, nō potest reuocari: ut l. de ętate. §. qui iusto. allega. Si uerò cadit in aliam culpam, & tunc ante sententiam potest reuocari de communi probato errore, ut l. error. C. de iuris, & fac. igno. & post sententiā pōt. reuocari p restitutionē in integrū ex clausula generali, si qua mihi iusta causa esse uidebitur ut l. de ętate. §. ex causa. ff. de interro. act. Cy. aūt in l. error. C. de iu. & fac. ign. dicit

17 an sit differentia † circa reuocationē erroris, siue sit iuris, siue facti. quidā uoluerūt dicere, ꝙ error facti reuocet, nō iuris, ꝙa l. error. C. de iu. & fac. igno. loquitur in errore facti, & qui de uno dicit de alio negare uidetur, ut l. maritus. C. de pecu. Io. uidet sensisse, ꝙ siue erret in facto siue in iure nō sit diuersitas, nisi in subtilitate, ꝙa error facti ante sentētiā reuocat ipso iure, sed error iuris p restitutionem in integrū. ut ff. de cōfes. l. 1. Petrus dicit ꝙ ubi erratur in facto, siue extra ius, siue in iure ante sententiā diffinitiuā, reuocat ipso iure, ut dicit litera in d. l. error. alleg. post sentētiā uerò nō reuocat, nisi error fuerit probabilis, & tunc ex clausula generali.

Error autē iuris extra ius similiter ipso iure non reuocatur, nisi per restitutionē in integrum. & in hoc est differentia. Sed Ia. Ra. & Iac. de Are. dicunt, quòd error facti etiam ante sententiam in iudicio nō reuocatur, nisi p restitutionem in integr. ut ff. de confes. l. certum. §. minorem. Sed dicit Cy. tenendū est secūdùm illud quod dicit Dy. in c. ignorantia. de reg. iu. in 6.

Et tenet secundum Cy. quòd † error fa

18 cti post sententiā nocet, nisi ætas uel causæ paritas, uel doli cōnexitas, uel personarū diuersitas, uel erroris communitas, uel actionum uarietas aliud inducat. p hoc, quod dicitur, nisi ætas, soluitur contrariū de l. 1. C. si aduersus rem iudi. per hoc, qd dicitur, causę paritas, tollitur contrarium l. ut inter diuinum. C. de sac. san. eccle. & l. respublica. C. ex qui. cau. ma. quia respublica, minor, & ecclesia ęquiparantur. per hoc, quod dicitur doli cōnexitas, tollit cōtrariū l. fi. §. finautē. C. de furt. p hoc, qd dicitur erroris cōmunitas, tollitur cōtrariū l. quæsitū. quādo ac. de pec. est annalis. Sed secundùm Ia. de Ra. & Pet. illud nō operatur, ibi erroris cōmunitas: sed operatur illud, probabilitas erroris: sufficit enim, ꝙ ibi fuerit error probabilis, licet nō cōmunis error, ut restitutionē inducat ex clausula generali; si qua mihi iusta causa esse uidebit, &c. ut l. 1. ff. ex quibus causis maiores. Et per hoc quod dicitur, nisi actionū uarietas, respondet ad l. habebat. ff. de



ff. de insti. quæ loquitur, ubi alia actio intētabatur in l. error. ubi eadem, licet quidā dicant, ꝙ in d. l. habebat. intentabatur eadem actio specie, licet alia numero, vel est dicendum, ꝙ ibi non sunt nomina actionum: sed sunt adiectiones, & ideo nō sunt eædem actiones specie, vnde credit Petr. ꝙ hoc faciat erroris probabilitas.

Et breuiter Petr. intelligit ꝙ error facti

19 post sententiam diffinitiuam, non possit reuocari, nisi allegetur error probabilis. qui restitutionem inducat ex clausula generali. & sic intelliguntur omnia prædicta iura. Error autem probabilis secundùm eum est vt in facto alieno: vt l. fin. ff. pro suo. & habet locum d. l. error. allega. siue error committatur in iudicio, siue extra iudicium: quoniam potest reuocari vsque ad sententiam. vt ibi dicit glo. & licet text. ibi dicat, finito negotio: est sic videtur loqui in errore cōmisso in iudicio: tamen non solùm negotium per sentēntiam finitur, quia etiam alijs modis: puta transactione, vel iureiurando, vt l. 1. ff. de iureiur. & ei, qui dicit se errasse, incumbit probatio: vt l. ei, qui. ff. de probat. & hoc probādo obtinebo, nisi aduersarius meus uelit me probare scienter fuisse cōfessum. l. ff. de liber. lega. l. Aurelius. §. fi. & delegatis 1. l. Titia. §. Caius. C. de fal. cau. adiect. leg. l. 1. secundùm Pet. Angel. autem in l. allegat. non fatetur. de confess. dicit ꝙ in

20 dubio in confitente non † præsumitur error, nisi probetur, sed interim ei statur, donec cōtrarium probatur, de quo per Dy. in regula, præsumitur. de regu. iur. in 6. & in c. quod semel. eo. tit. de quo in l. error. suprā allega. Error in iure est lata culpa, seu lata est annexa ignorantia iuris, & ideo errans in iure confitendo sibi præiudicat: etiam si tractet de damno vitando, & aduersarius de lucro captando: vt l. si is. ff. de confess. secundum vnum intellectum gl. Glo. etiam tenet in l. nō fatetur. in positione duorum exemplorum. Sed Odof. tenuit contrarium: quando tractat de damno vitando: vt no. Spec. in ti. de cōfess. §. sequitur. circa princ. sed eius opin. ipse secundò probat. & etiam Ioan. And. Iacob. de Ra. in d. l. non fatetur. idem dixit, ꝙ Odofredus. sed variauit ab eo, quia Odofred. dixit ignoranti succurri ipso iure errore compert. Iac. dixit demum per restitutionem in integrum. & allega. pro causa l. pen. ff. de confess. sed tu intellige illam in errore facti.

Conclude ergo secundùm Ang. quòd

21 erranti † in iudicio in iure nō succurritur ipso iure, neq; per remediū restitutionis in integrū, quia non est error probabilis per dictam latam culpam, & si errans in iure tractet de damno vitando, & aduersarius de lucro captando. casus est in l. non fatetur. s̄ alleg. fallit in personis, in quibus nulla est detestatio, si ius ignorauit. exemplum in milite errante in iure, & in muliere, & in rustico, vt l. edicto. §. fi. & l. 2. ff. de iure fisci, in quibus est casus. Et considera tres casus, quia interdum confessio est vera, & hoc constat, & illa non reuocatur, interdum est falsa, & similiter cōstat hoc, & illa nō reuocatur, vt l. si is. ff. de insti. & l. qui Stichū. & l. quidā in iure. ff. de dona. interdū alle. ꝙ est erronea, & tunc reuocari pōt errore probato non habēte secū admixtū dolū, vel latā culpā, & vsq; ad sententiam, & in causa appellationis, ut in l. non fatetur. & in l. error. alleg. postea nonnisi restitutione petita, vt d. §. ex causa: quę restitutio conceditur, etiam si confitens fuerit in culpa leui. Fallit in cau

22 sa, q̄ inficiatione † crescit, in qua non licet allegare errorem, ut reuocetur confessio, ut d. l. si is. alleg. in confessione emanata circa præparatoria iudiciorum, & ex parte rei conclude, ꝙ si confessio est uera, nō reuocatur, ut s̄. dictū est. si est falsa, cōcludē ēt, ꝙ non reuocatur: fallit si aduersarius sciuit eam falsam, & tunc quandocūque ante sententiā, ut l. is qui. & l. fi quæ. ff. de rei uen. secundò fallit. qn̄ aduersario ignorante: nam pōt tunc usque ad litis cōtestationem, hoc tamen concurrente, ꝙ ius actionis non sit factum deterius.

Intellige. aūt secundùm Ang. deterius factū, si actor ꝙ posuerat rē petere ab aduersario certo, ut d. l. is q. cōiuncto principio l. finautē. eo. ti. Cùm aūt confessio circa præparatoria esset erronea, & ex parte rei. Conclude ꝙ ante litis contestationem

potest sine dubio, & post vsq; ad sententiam [illegible] omnis dolus, & lata culpa confitenti s. & intellige errore non comperto: vt l. de ætate §. qui iusto. ff. de interroga. act. Ille enim §. intelligendus est in confessione, etiã circa præparatoria, & in d. l. error, post latã sententiam non reuocatur. & hoc intellige qñ sententia est aliqua, secus si nulla: vt l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. & etiã vbi est aliqua, interdum succurritur, absq; restitutione in casu l. si mulier in iure. ff. ad Vell. ex parte actoris, qui confessus fuit aliquid in libello in præiudicium sui: an possit illam confessionem reuocare, seu corrigere. fuerunt opiniones, vna fuit q̃ sic ante litis contestationem, alitrei de errore non docto: vnde sufficit hic, quòd actor dicat se errasse: vt l. qui familiæ. ff. famil. ercis. in vltima solutione. post verò litis contestationem potest dummodo de errore probet, vt ea. l. fm penultimam solutionem. Alij dicunt omnino stãdum assertioni l. cùm precum. C. de libe. cau. di-
23 cas q̃ vsq; ad sententiam pôt actor † reuocare confessionem errore comperto, sicut licet reo, sed semper est necesse, q̃ de errore doceat, sicut reus, ne eius sit melior cõditio. Fallit in vno: in quo etiam prætextu erroris etiam actori nullo modo licet. C. de omni agro deserto. l. iura. lib. 11. & est ibi speciale fauore publicæ vtilitatis.

Non obstat prędicta l. edita. C. de edẽ. quæ mutationem permittit ante litis cõtestationem, quia intelligitur, nisi mutatio existat in his, quæ sint reo damnosa propter ius quæsitum ex parte confessionis actoris. Iac. autẽ de But. in d. l. error. dicit si quæris an errorem meum possim reuocare, sic distingue, quòd aut erraui circa iurisdictionem, & quilibet error
24 † reuocatur, & ante sententiam & post: quia non potest fieri iudex competens, & per consequens in iudicium fuit nullum, & sententia nulla, vt l. 1. & 2. C. si non a competenti iudi. & l. 2. in princ. ff. de iudi. aut error est circa præparatoria, & tunc aut id, quod olim negaui. volo hodie cõfiteri, & possum, secũdùm l. electo. ff. de noxa. aut quod fui confessus volo reuocare, & tunc aut ante litis contestationem, & possum, siue fui sciens, siue ignorãs si nulla captio sit actionis, vt l. de ætate. §. Celsus. ff. de interrog. act. aut volo pœnitere post litis contestationẽ de eo, quod fui cõfessus ante litis contestationẽ ad præparationẽ iudicij, aut fui sciens, & non pœniteo, nisi fuerit aduersarius sciens, q̃a tunc pœniteo, vt l. is qui. ff. de rei ven. aut fuit ignorans, & tunc aut ignoraui factũ, aut tunc error meus fuit probabilis, vel minus probabilis aliquantulũ, & possum pœnitere, aut fuit supinus, vel error iuris, & nõ possum pœnitere, nec reuocare, ut d. l. de ætate. §. qui iusto. allegat. aut cõfitetur in decisoriis, & tunc aut confitetur extra iudiciũ, aut in iudicio, primo casu aut fui ignorans, aut sciens, si ignorans, non præiudico quocunq; errore fuero confessus. C. de iu. & fac. ign. l. cùm falsa. secundùm vnam lect. si sciens, & tunc in his quę per consensum possunt induci, mihi præiudico, vt l. 3. §. in admittenda, & l. si quis vi. §. differentia. ff. de acq. poss. & l. tale pactum. ff. de pact. in his autem, quæ per consensum induci non possunt, mihi non præiudico, vt d. l. cum falsa. secundùm aliam lecturam. si autem sim confessus in iudicio, & tunc aut volo reuocare confessionem meam ante diffinitiuam sentẽtiam: ut l. error. allega. & hoc est regulare, quòd quandocunque possum ante diffinitiuam sententiã errorem meum reuocare, speciale est in l. Aqu. & in causa, quæ crescit p inficiationẽ. l. si is. ff. de confess. aut volo pœnitere post sententiã, & tunc aut mutatur psona, res, vel cã, & possum, vt l. habebat. ff. de inst. & l. cùm q̃rebatur. ff. de re iudi. aut nihil mutatur, & regulariter nõ possum, vt l. error. allegat. fallit ratione minoris ætatis. si aduersarium iud. per totum. fallit vbi dolus aduersarii interuenit, vt C. si ex falsis instrumentis. per totũ.

Itẽ fallit ratione cõis erroris, ut l. 2. C. ff. qñ actio de peculio est annalis. & suprà
25 fuit dictum fm Cyn. Itẽ † in confessione extra iudicium iuris, & facti ignorãtia mihi non præiudicat ipso iure, qm certo de damno uitando, & aduersarius de lucro captando, sed si fui sciens, tunc in his, quæ



quę p consensum possum inducere, ut in possessione perdenda. uel liberatione cõcedenda mihi præiudico: ut l. 3. §. in admittenda. & l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquir. poss. & l. tale pactum. ff. de pac. sed in his quę p solum consensum indici nõ possunt mihi non præiudico: ut l. cùm falsa. alleg. & habet hæc confessio effe-
26 ctum inductiuum. sed confessio † extra iudicium habet effectum declaratiuum, nõ solùm inductiuum: aut interuenit error factorum, & possum reuocari ante sentẽtiam, non post, ut l. error. allega. sed si in iudicio erratur, in iure non nocet error: ut l. 2. in princ. ff. de iudic. aut erratur circa preparatoria, & non excusat error: imò nocet, ut l. de ætate. §. qui iusto. ff. de interroga. act. aut erratur in iure circa decisoria, & tunc præiudicat error multomagis, ut l. non fatetur. ff. de confess.

Sed Vltramontani dicunt, q̃ error in iudicio non excusat, scilicet, ipso iure, sed p restitutionẽ ex clausula generali, ut l. cùm fideicommissum. ff. de confessis. sed errans in facto, iuuatur ipso iure, sed certè illa loquitur in facti errore, qui bene excusat errore probato, sed pro eis bene facit, quia uidetur consuli ope exceptionis. per hoc uidetur loqui in errore iuris, nam error facti ipso iure non excusat, sed errore probato, sed tu tene glo. quòd loquatur in errore facti, non iuris, & quòd
27 error iuris, indistinctè † in iudiciis præiudicet, & habet locum l. error. alle. quando potest error reuocari, siue sit error in iudicio decisiuo totius, siue in iudicio decisiuo partis, secũdùm gl. in l. error. alle. p d. l. error. licet Iac. de Ra. dixit, q̃ solùm habet locũ in decisiuo partis, & probat sic. Cõfessus in iure pro iudicato habetur. l. j. C. de confes. & si ita est, q̃ ante esset condẽnatus, nõ posset reuocare errorem, ut d. l. error. ergo nec quando est confessus totũ, cũ sileat iudicis officiũ in cognoscẽdo, non poterit cognoscere, utrũ erraueritue ne. Sed Iacob. ratio. procedit in cõfitente, qui pro cõfessio habetur, sed errãs nõ † uidet cõfiteri, ut l. non fatetur, ut
28 ff. de confes. Ant. de Bu. in c. ex parte. de cõfes. dicit, q̃ si reuocatio petitur ante litẽ contestatã, & admittitur reuocatio, nisi captio sit aduersarii: quia in hoc facit expẽsas, quo casu nõ reuocat, nisi satisfaciet de læsione. ff. de rei uen. l. si nautẽ. ff. de dolo. l. pe. ff. de pe hær. l. qui soliti. Et hęc uera, etiam si confitetur sciẽter. sic dicunt docto. Iaco. de Are. cuius fuit hęc distinctio, hæc uera præparatoriis iudiciis, uel directoriis: ut si confitetur, quòd possideat, & similia: sed si aliter confiteretur circa decisoria, ut si confitetur se debitorem, non admitteretur reuocatio, nisi docendo de errore iusto, & infra dicetur. Quandoq; hæc confessio facta ante litem contẽstatam, petitur reuocari post litẽ contestatam, & non potest reuocari, nisi actori obiiciatur scientia. ut l. is qui se obtulit. ff. de rei uen. ubi offerens se liti, nõ pôt post litem contestatam reuocari confessionẽ, quòd possideat, nisi aduersarius sciuerit eum non possidere: quia hoc ipso captio est aduersarii, si in instantia periret: & sic non licet. l. de ætate §. Celsus ff. de interroga. actio. quod est uerum, nisi doceat de errore probabili, ut infra dicetur.

Itẽ hoc in præparatoriis, & decisoriis credo, q̃ scientia falsitatis confessionis partis ad cuius commodum fit, confessio non inualidaret confessionem, nisi aliàs constaret de errore: & errorẽ intellige probabilem, quando nõ cadit in latam culpã, ut l. de ætate. §. qui iusto. ff. de interroga. actio. aliàs si cadat in leuẽ, admittitur, ut no. Bar. in l. nõ fatetur. alle. per hoc patet, q̃ si cõfitetur ignorantes solo iuris errore
29 q̃ non reuocat: quia † errare in iure est lata culpa. ff. de uerbo. signi. latæ culpæ. quod est uerum, nisi confessio habeat in tolerabilem errorem expressum, ut si cõfiteatur minorem. 14. an posse testari. quia tunc non ualet sententia: ut dicit glos. in d. cap. ex parte. quo casu frustra tractaretur de reuocatione. Item hoc intellige de errore iuris, in corpore iuris clauso. Si esset error extrauagantis, tunc esset tolerabilis, ut extra de fide instrumento. c. pastoralis. & no. Bar. in l. cùm prolatis. ff. de re iudi. Item hoc uerum in iure cõmuni. Si esset casus singularis, uel ius, super cuius intellectu essent opin. ille

error esset tolerabilis, ut l.2. ff. de iur.& fact.igno.& not.Bar. in l. ℣ Nerua.ff.de positi. ad hoc qd̃ no.Inno.de ap.c.cũ speciali. & per hoc dixit Florianus in l.regula.§.sed iuris.ff.de iur.& fac.ign.℣ vbi circa intellectũ legis sunt uariẹ opiniones, nisi appareat decisum quẹ opinio sit tutior, excusaẽ ẽt assessor,nec facit lite suã: arg.l.cũ prolatis.ff. de re iud. quod videtur ibi sentire Bar. & sine ratione opinionis quæ facit pro appellante, si prosequatur causam appellationis, & succumbat. nõ cõdẽnabitur in expẽsis, secũdùm Io. An. qui dicit hoc fuisse dictũ domini Petri de Saxonia in c.vt debitus. de app. & idem dicit Guil.Spe.in ti.de expẽs.§.nũc videndum.& de hoc vide glo.ordi.in l.& ideo.ff.de legibus.

Item hæc vera, nisi esset miles, fœ-
30 mina, rusticus, † uel monachus, uel alij, qui excusantur ab errore iuris, ubi sunt in loco,in quo nõ possunt cõsulere peritioros ff.de iur.& fac.ign.l. regula.§.sed & si.C.de bono.possess.l.in bonorũ.Præsumitur autẽ habita copia peritorũ,si locus sit insignis,si sit ibi forum iudiciorũ,& habeat merum & mixtum imperium l.si duas. §.decem.de excusa.tuto. unũ no.℣ si ibi esset copia Canonistarũ tantũ,& hoc per Canones declarari non posset, obstat exceptio, scilicet defectus peritorũ, 11.q.j.c.si quis cum clerico. in fi.secus si posset ℣ Canones declarari:ar. c.j.extra de no.ope.nuncia.& ibi idem dicas econuerso,si esset ibi copia Legistarũ tantum.

Sed vsque ad quod tempus error põt reuocari,& primo concludo vsque ad cõclusionem in causa: & si confessio est facta circa præparatoria,dic,vt suprà est dictum.Si uerò confessio superuenit post litem contestatam dic ut dicit gl.in c.j. de elec.in 6.super uer.absentia.In decisoriis autem planum est,quòd potest reuocari ex errore post litem contestatam.Sed dubium.an post conclusionem in causa, vide quod not.de Procu. c.auditis.de causa posses.c.pastoralis.de fide instrumen. cap.cùm dilectus.in clc.j.de causa posses. & proprie. quod firmat Ioan.Mona.in c. aduersus.de in integ.resti.in 6.Credo dictum Anto. quòd ad petitionem partis hæc reuocatio non admiittatur, sed bene ex officio iudicis, ut non reuocet,sed excuset per actum interrogationis nisi iura uerit plenam dicere ueritatem. & est casus de accusa.c.cùm dilecti.arg.de fide instrumẽto.c. cùm Ioãnes.hæc omnia intelige, cum limitationibus, de quibus infrà dicetur in reuocatione ante sententiam,& ante conclusionem in causa indistinctè .põt reuocari confessio interceden tibus illis,quæ exiguntur ad reuocationẽ confessionis: de quibus infrà dicetur.quãdo uerò confessio est facta post litem cõtestatam, uel ante , & repetita reuocationem post sententiã:dic, si error reddit sententiam nullam,poterit quandocũque reuocari.patet in confitente aliquem iudicem,qui non est.ff.de iurisd.om.iudi. l. si per errorem: quia sicut potest exceptio excomunicationis opponi: ita & hic error potest post sententiã reuocari.Idẽ in omnibus casibus, in quibus exceptio potest opponi post sententiã, si circa illa fiat confessio potest reuocari.: quia sententia ex quo est nulla, non obuiat reuocationi, & idem ubicunque aliquo respectu sententia ramanet nulla.Idem si sententia est aliqua,sed talis,quẹ non transit in rem iudicatam, illa confessio potest
31 etiam post† sententiam reuocari:ut notãt docto.de re iud.c.lator.de despon.impu. c.attestationes. quod est notabile dictum, quandoque sententia est aliqua,& talis,quẹ transit in rem iudicatam:&tunc quandoque sententia fuit lata contra cõfessionem, quia reprobata est confessio, ut quia confessio est nuda ab instrumento, & potest confessio reuocari post sententiam:ut no.Innoc. in duobus locis de excep.cap.cùm uenerabilis.de iureiu.ca. mulieri. & est casus in authen.item possessor. & ibi glo. C.qui po.in pig.habe.& in corpore unde sumitur.de hoc 30.q.v. §.his ita.& quod ibi notat.Io. Si cõfessio est uestita productione instrumenti,& reprobatur instrumẽtum,& reprobetur cõfessio, ita quòd posit contra illam uenire, si sententia fertur contra confessionẽ

& instru-



& instrumentum adhuc potest reuocari: vt dicto c. mulieri. si est lata contra instrumentum tantum, tunc si confessio est ab instrumento, vt quia pro se confessus est contenta in instrumento,& tũc
32 reprobato instrumento † non est reprobata confessio, nisi aliter reuocetur vt dicit Inno.in d.c.cum venerabilis. si est facta cohæsiuè ad instrumentum, vt quia producendo instrumentum,confitetur contenta in insttumento,& confiteri censetur tacitè sola productione,& tunc reprobato instrumento,quia falsum.videtur reprobata confessio, quæ vt accessoria,non reperit aliquod fundamentum, in quo subsistat,vt ibi notat Inno. Si instrumentum est reprobarum altero vitio vtputa,quia caret solennitatibus extrinsecis,non quia falsum.& tunc ex hoc nõ confundetur confessio,nisi altero iure reuocetur,vt ibi no.quia non est falsa confessio,nec caret fundamento, ex quo instrumentum non est ex toto vt falsum reprobatum,quia nõ dicitur falsum, quod primordio non caret veritate, vt l. cum
33 filius.ff.de lega. 2. tangit Innocen.in c. cum olim.de censibus. Si autem sententia est lata secundum confessionem,sententia non reprobata,non potest reuocari confessio post sententiam, ex quo non est appellatum: saluo nisi de errore constaret notoriè,vt no. Innocen. in ca.quia plerique.de immu.eccle.& de frigidis & male.c.quia fraternitatis. & de rescrip.c. cum dilecta.nunquid autem posit reuocari confessio post præceptum,& sententiam præcepti.Bart.tangit in l. non fatetur.ff.de.confes.& bene decidit, sed nihil allegat,dic ℣ si sententia præcepti est lata cum causæ cognitione, quòd illa habet vim diffinitiuæ, & ideo confessio nõ potest reuocari post talem sententiam si sine causæ cognitione, dic, quòd potest reuocari etiam post sententiam
34 † præcepti. quia in hoc non habet vim diffiniciuæ,& de hoc habes glos. de verb. signi. cap.ex parte.clem.j.& dicit Barto. in dicta l. non fatetur. causæ cognitionem subesse, quando datus est terminus ad ostendendum, quare confessio non debet reuocari alleg.l.penult. ff. de confess.

Quid de decreto. tenet Ioan. And. in addi.Spec.in tit.de confes. §. nunc videdum.versic.quid de confessione. & dicit quòd in libertate non habet locum.C.si aduer.liber. à l.2. in alienatione prædij minoris,uel excusationem tutoris nõ impedit decretum illam reuocari. ff.de transactio. l.cum hi.§.si prætor.ff.de iudicijs. l.si prætor.§.Marcellus.C.de falsa causa. adiec.l.j.& 2.ff.rebus eorum.l.magis.§.fi.
35 quia decretum † ex falsa causa est nullum.l.cum uerò.§.subuentum.ff.de fidei commiss. liberta: Et si ad confessionem es aliqua interlocutoria lata, an illa possit reuocari,credit dictus Anto. ℣ iudex ex officio posit illã partẽ admittere ad reuocandũ. de appel.c.cum cessante. ff. de re iud.l. quod iusit.: quia non transit in rem iudicatam quo ad iudicem, licet quo ad partem, contra quam sit lata ex falsa causa sic.quod autem est dictum de decreto, credo uerum,quod quando continet in iustitiam,& confessio est ex parte petentis:secus tamẽ ex parte eius,contra quem agitur,per no.in l.iustè.ff.de ac qui.pos.Ex hoc infertur, quid in beneficialibus,an admittatur reuocatio confessionis post sententiam: quia quo ad iudicem non transit in rem iudicem non trãsit in rem iudicatam.Idẽ,qd̃ dixit in interlocutoria,& maximè, quia tales confessiones non tribuunt ius ei: pro quo fit confessio,vt no.Io. And. de confessis. in c.fi.& c.2.in 6.Idem puto ubicunque sententiam nutrit peccatum,quia contra confessionem etiam post sententiam admittitur probatio erroris, quia tales sententiæ non transeunt in rem iudicatam: vt no.35.q.2.in summa.Et no.in rub.de re iud.& no.doc.in c.inter monasterium. de re.iudi. & in c.cum Bertholdus.eo.ti. In quantum dixit post sententiam præcepti. uel decretum reuocari confessionem.Bar.in d.l. non fatetur. dicit uerum esse, nisi actu sit facta executio: quia illa executio habebitur, ut terminus impeditiuus reuocationis confessionis: quia est actus,qui potest fieri demum post senten

tiam

tiam diffinitiuam : vnde habet hæc vim diffinitiuæ, argum. eius quòd not. in glos ff. in d.capit.j.de elec.lib.6. in versic. absentia.

Non obstat si dicatur, ꝙ etiam post solam confessionem non debet posse reuocari, cum illa habeat vim sententiæ diffinitiuæ: quia hoc est verum in confessione non erronea. Et ex his patet, an apposita exceptione peremptoria, & illa cõfessata, si pronũciatum est exceptionem fore admittendam, vel si confessatum est aliquid, per quod pronuncietur exceptionẽ non fore admittendam, an posit post
36 hanc † pronunciationem confessio reuocari, quod non videtur verũ. quia post hanc negotium quo ad exceptionem & confessionem circa eum videtur decisum. puta si pronunciatum est exceptionem admittendam, confessionem posse reuocari: quia non est hæc diffinitiua, cũ aliam expectet post se, si pronunciatum est ipsam obstare, quia hęc habet vim diffinitiuæ, & fertur cum causæ cognitione, quia postea non poterit reuocari: ar. eius quod no. glos. in cle. cum à repulsione. de appel. Ex his patet quid dicendum in pronunciatione super exceptione lit. fini. vt no. in c.j. de lit. contesta. in 6. ꝙ post illã sententiam non admitteretur reuocatio confessionis Si quæratur an posit reuocari post sententiam appellatione suspensam, doct. dicunt in c. ex parte. de confes. quòd sic. Spec. dicit se obtinuisse. in Spec. in tit. de confes. §. fi. Et hoc credit Ant. de But. verum, quia appellatio rescindit omnẽ † terminum vsque ad litem contesta-
37 tã. C. de procur. l. ita demum. Si quæritur an posit reuocari sententia suspensa per vim restitutionis in integrum? dic, ꝙ si restitutio detur aduersus cõfessionem, vbi competit. non est dubium, si non petitur aduersus confessionem, si petitur reuocari probato errore, bene admitteretur ad hoc cũ clausula, si qua mihi iusta cã esse videbitur, vel aliter rescisa sententia præ textu restitutionis speciali iure. Ad primũ facit quod no. in l. mater. §. j. ff. de except. rei iudi. & no. glos. in l. si fideiussor. §. in omnibus. ff. man. & not. in cap. j. de pur. vul.

38 Quero † quę requirũtur ad hoc vt cõfessio posit reuocari, & secundũ ea, quæ habentur in ca. ex parte. de confes. videtur requiri, ꝙ negotiũ nedũ sit finitum. si ergo est finitum, tunc nõ admittitur reuocatio, & dicitur finitũ per sententiam diffinitiuam appellatione non suspensa, vel alio remedio decisiuo, vt finitum, vt iureiurando, vel trãsactione ad lit. conte. c.j. lib 6. nunquid ergo per sententiam arbitri, seu arbitratoris, dicatur finitum negotium, ita quòd non admittatur reuocatio. Spec. tangit in tit. de confes. §. nunc videndum. in 3. col. Io. And. in additionibus ibi, dicit, quòd in arbitro, dicitur finitũ negotium, si sit laudum emologatum in arbitramento, postquàm est latũ, quia post illud non admitticur reuocatio, quia illud optimè obtinet instar transactionis. vt in authen. vt differentes iudices. §. si verò contigerit. hoc verum, vbi non est petita reductio ad arbitrium boni viri, quia etiam pro deceptione re ipsa petitur reductio, vt ff. de verbo. obligat. l. si sic aliàs, si quis cùm aliquid.

Secundò requiritur vt admittatur cõfessio reuocationis, quæ sit facta in causa ciuili in causa criminali admittitur reuocatio cõfessionis est dubiũ, & tãgit Spec. in tit. de confes. §. fi. versi. sed nunquid. ad finem. §. vbi Specu. dicit, quòd non reuocatur, quando in ea perseuerauit. Idem dixit glos. de diuor. c. ex literis. per quam aliqui dicunt, quòd si confessio est deliberata, vt quia statuto termino, & data dilationem ad respondẽdum quis confitetur, non admittitur ad reuocandum confessionem & sic limitant iura ad id quod notat Ioan. And. in nouella. in c. cùm in positionibus. de iureiuran. libr. 6. Putat Anto. de But. quòd in causa criminali admittatur reuocatio, nisi iurauit plenam dicere veritatem circa inquisita, quia nõ posset tunc ostendens se periurum admitti ad reuocationem, ad excusationem bene admitteretur, vt in c. cùm dilecti. de accusatio de quo per Ioann. Andr. in dicto ca. cum in positionibus. qui videtur velle, quòd admittatur, sed cum maior i causæ



causæ cognitionem. Imò secundum Anto. de But. in dicto capit. ex parte. potest dici, quòd licet iurauerit plenam dicere veritatem de eo, quod scit probabili errore facti deceptus sit in eo, quod confite-
39 tur, ex hoc non est periurus † iurans falsum: quia credit uerum, de iureiuran. c. quanto. & ideo subest causa, ut illam posset reuotare. cap. autem, cum dilecti. loquitur, quando non probat erroreni probabilem.

Tertiò requiritur, quòd confessio sit facta uerbaliter: unde dicit Innocen. in capit. cum olim. quòd si est confessio cohæsiuè ad instrumentum producendo ipsum instrumentum, ex quo quis dicitur confiteri in eo contenta, non admittitur reuocatio confessionis: assignat causam, quia confessio uerbalis lapsu linguæ probetur, deliberata non est: quia facilè quis uerba profert, sed productio instrumenti fit cum magna deliberatione & maturitate, & exquirere potest quis, & meditari instrumentum, quod uidet ante productionem, de fide instru. cap. imputari puto, quòd si uelit quis excusare confessionem dando alium intellectum in instrumẽtum, quod posititur in c. cum dilecti. de accusat. Si agit & vult reprobare instrumentum, & confessionem: tunc si vult eam reprobare ex reuocatione, seu reprobatione instrumenti ante facta per alium, & potest, ut l. de ætate. §. ex causa. ff. de interro. actio. si vult improbare propter falsitatem, & potest: ut suprà dixi. Si autem, reprobare vult solam confessionem & nõ instrumentum, & non potest, quia non potest stante instrumento constare de errore.

40 Sed † an positio, & confessio facta per positionem posit reuocari. gloss. tangit in c. cum in positionibus. alleg. Et in Specu. in titu. de positionibus. §. fina. uersicu. item si ponens. Et concludit glo. in c. cum in positionibus. quòd ex probabili errore poterit reuocari, aliter non, & sic intellige Specu. qui ad hoc alleg. c. ex parte. de confess. Dicit tamen Ioann. Andr. in nouella. ibi, in capit. cum in positionibus, quòd non sic de facili probat, quando confessio est facta deliberatè per productionem scripturæ quod est uerum. Et hæc uera dicunt domini de Rota decisione sua 57. quando positiones sunt datæ per principalem, si autem datæ per procuratorem, possunt mutari, & meliorari sine expressa probatione erroris: tum quia iurato non est de ueritate, sed de crudelitate, tum quia procuratores non sunt ita plenè informati, sicut principales, qui non habent causam notam, qui nõ possunt mutare positionem iuratam: vt d. c. cum in positionibus. nota quod intellige uerum, nisi probato errore, ut
41 dixi. & ex hoc habes † differentiam inter confessionem procuratoris, & domini, quia nulla potest reuocari, etiã in iudicio porrecta non probato errore, sed non potest sic reuocari positio porrecta per dominum. Itẽ ex hoc habes quòd confessio iurata per iuramentũ ueritatis, nõ potest reuocari, quod intellige, nisi cũ difficultate, & causæ cognitione. Et fortè quia nullo modo nisi sobueniatur aduersus iuramentum, quia per hoc se ostendit periurum, sed si probaret aliquid, propter quod poterat, quod iurauit tunc uerum credere, & modo vult uerum dicere, etiam admitteretur, quia per hoc non concluditur periurus, ut in iurante falsum, quod creditur uerum. 22. q. 2. per totum. de iureiur. c. quanto.

Ipsi tamen domini de Rota sua conclusione 260. dicunt, quod dixi in procuratore plus procedere ex stylo palatij, quam ex stylo iuris, ut illa posit reuocari aliter non probato errore, quam solum dicunt seruari debere in beneficialibus, & matrimonialibus, in quibus uertitur periculũ animæ, iurauit tamen super errore. Et idem dicunt in positionibus datis sine iuramento in alia quacunque materia, aliàs dicunt non admitti ad reuocandum. Cyn. tenet quòd confessio procuratoris non posit reuocari, nisi ut propria, nisi reuocet incontinenti. Cõfessionem verò surgentem ex verbis narratis, quis potest reuocare indistinctè & ante litem contestatam non potest, ut l. q familię. ff. fam. er. & no. Bar. ff. de dona.

lex

l.ex hac scriptura. in ultima q.& hoc credo uerum in præparatorijs, in decisorijs autem admittitur ad reuocandum usque ad tempus ad quod potest reuocari libellus:ut in authen.qui semel.C. quomodo & quando iudex. & usque ad quod tẽpus potest mutare, colligitur ex notatis in l.j.C.de eden.& in l.edita, & de libelli oblatione.c.1.post non,nisi probato errore,requiritur etiam, quòd ad hoc reuocetur, probetur error in confessione quo casu dic, si confessio est aduocati, an, & quando potest reuocari. Infrà dicetur, de quo per Cy.C. de confes. in pen.q. & in Spe.de confes.§. postremò. ad principium §.si confessio est propria,& est non facta deliberatè, sed calore iracundiæ, admittitur reuocatio.ut no.glo.in c.ex literis.de diuor.Si non est facta calore iracundiæ,sed maturè & deliberatè,tunc nõ admittitur reuocatio,ut dicit gloss.& docto.in d.c.ex literis.alle. Si est facta simpliciter,& uelit illa porrecta in continenti reuocare.dicit glo.in c.apud misericordem .32.q.1.quod dicitur in continenti
42 †fieri, antequàm sit apud acta descripta ad hoc.35.q.9.c. si debitum. & si porrigitur in scriptis. tunc statim ponderabit iudex,quando dicatur statim fieri,quo casu etiam poterit sine probatione erroris reuocare hic not.glo.in cap.cum in positionibus.de iureiuran.lib.6. in uersi.iusta causa.in fi.quam non allegat. similiter in teste.de testi.c.preterea.

In eisdem terminis tenet Ioan.Mona. & Archid,allega. glo. de appel. in c. cum causam. ad hoc. de elect. c. scriptum. in prima gloss. Adde no.per Ioã. And.de diuor.c.ex literis.super gl.2.ubi Hosti.etiã dicit confessionem incontinenti reuocari quando non est scripta. Si quærirur, an ubi est facta,non calore iracundiæ,an ex interuallo posit reuocari?dic, nisi probato errore non potest reuocari, eo probato sic,ut d.c.ex parte. alleg. & l. non fatetur ff de confes. Sed quo errore facta confessio potest reuocari; dic si error iuris est:quia cadit in latam culpam, ut l. latæ culpæ.ff.de uerb.signifi.nec excusat, nec admittitur reuocatio: ut l. de ætate.§. qui iusto.ff.de interroga.actio. Quandoque confitetur errore facti & proprij, & tunc, quia error in facto proprio cadit in latam culpam,ut l.quanquam.ad Velle.nisi in certis casibus, in quibus saltem excluditur lata culpa.

Primus quando ad hanc confessionem est errore ductus suasione aduersarij,ut l.1.& 2.quãdo actio de pecu. est anna.& l.1.§.eorum.ff.de uentre inspi. ubi gloss. super uersic. illuserit,ad hoc l. Celsus.& quod ibi.no.ff.de usucap. & l. hominem, ff.pro suo.

Secundus casus est quando negotium valde est intricatum, ut l.penul.ff.de confes.

DE errore notarij: Quia suprà visum est, quis error partibus noceat, & quando possit reuocari, & qualiter probetur. Videamus nunc de errore notarij. Et primò dicit Bald. in l. quoties.



ties. §. sed si non in corpore. de hęre. instit. quod error in quantitate continua, uel discontinua nõ uitiat, siue minus sit scriptum, quàm dictum, siue plus scriptum, & minus dictum. Item dicit, quòd quando unum fuit dictum, & aliquid reperit
1 scriptum, præsumitur † error in scripto, & non in dicto. & hoc est ualde notabile ad excusandum tabelliones. Dicit Bar. quòd quando in instrumento reperitur plus, uel minus, quàm partes dictauerint, præsumitur hoc per errorem esse scriptũ, & non per dolum, per tex. d. l. quoties. §. sed si non in corpore. allega. nisi ex aliquibus indicijs apparet contrarium debere præsumi, ut l. si quis ex argentarijs. §. penul. ff. de eden. & quod not. ff. de lega. 2. l. cùm ita legatur. §. species. & facit. l. fi. C. de magi. conue. Breuiter tamen dicit Bald. in hoc puncto ponderandum qualitatem personæ. Nam si iste aliàs fuit bonus, pręsumitur error, si autem malus, præsumitur quòd falsò scripserit, ut no. in d. l. si quis ex argentarijs. §. 2. C. de proba. l. iubemus. & l. non omnes. §. à Barba-
2 ris. ff. de re militari. & difficile † est probare errorrem notarij, ut l. quoties. §. sed si non in corpore. uersi. sed si maiorem. alleg. Sed difficilius est probare errorem testatoris, quando ipsemet testator scripsit testamentum: ratio quia ipse potuit mutare uoluntatem dicendo unum, & scribendo aliud. Et istud est notabile, uoluntas tamen in dubio non pręsumitur mutata ff. de proba. l. cùm tacitum. & l. quinquaginta. Et secundum Bal. in d. l. quoties. §. idem tractat allega. non inspicitur factum notarij, sed factum partium: & ideo notarius circa factum partium nil potest addere, detrahere, uel mutare, & si mutat, detrahi, uel ad-
3 dit. † non uitiatur tota scriptura, sed solùm id, quòd est additum, detractum, uel mutatum. Faciunt no. in l. si ex falsis. C. de transact. per Innocen. in cap. fraternitatis. de hæreti. facit. ff. de falsis. l. filius. §. sequens quæstio. & secundùm eundem Bald. in l. quoties. allega. §. sed si. cùm probatur error, quia primò erat tractatum. & deliberatum unum, & postea aliud erat scriptum secundùm Bart. qui dicit, quòd error, & simulatio hoc modo probari possunt. & facit hoc ad conuincendos usurarios, qui primò tractant de pignore accipiendo, quod postea faciunt fieri contractum uenditionis: præsumitur enim iste contractus pignoratitius, & factus in fraudem usurarum, ut dixi ff. de pactis. l. item quia, & secundùm Bald. in l. errore. C. de testamen. Si reperitur error in testamento, an præsumatur notarij an partis. dic, quòd aut est error in eo quod pertinet ad officium notarij, quod est sibi commissum in iure, puta in iudicatione & tunc pręsumi
4 tur error † tabellionis: aut in eo, quòd non pertinet ad officium notarij, puta in re, uel in confinibus, uel in aliquo nomine: & tunc præsumitur error partis, seu testatoris. Nam per tabellionem præsumitur, quòd nil aliud scripserit, quàm ei fuerat iniunctum, & quòd quicquid est scriptum, sit scriptum de uoluntate, & mandato eius, qui rogauit de actu scribendo, nec pręsumitur, quòd notarius sciat aliter factum nisi sicut fuerit rogatus de ipso, & non attenditur scientia priuata in ipso, sed scientia, quã habet ut tabellio, id est, ut publica persona. Ad hoc facit quod not. ff. de uerb. obl. l. sciendum. in fin. gloss. & in auth. de tabel. §. nos autem quia notarius non pręsumitur excessisse fines mandati, sed fide
5 liter scripsisse, nam † publicum officium bonæ fidei præscriptionem inducit: ut C. de proba. l. cùm precibus. & C. de offic. ciui. iudic. l. 2. in uerbo, quod non arbitramur. qui tex. ad hoc est notabilis. Et secundùm Angel. in l. errore. C. de testa. In dubio autem error nõ præsumitur: & ideo qui eum allegat, eum probare debet, & probatio est difficilis: ut suprà est dictũ. Et secundũ Cyn. in l. errore. allegat. Error tabellionis nõ nocet, ut ibi in l. errore & in l. si librarius. ff. de regu. iuri. Sed si in testamento sit scriptum tantum nomen, ut puta Titius: nec sit dictum hæres, uel esto, an ualeat. Placen. dicit, quòd sic. glo. in dicta l. errore dicit quòd aut omisit ipse tabellio, quia testator omisit

sit dicere, & tunc bene dicit gl. aut omisit ipse tabellio, sed non testator, imò bene nominauit, & dixit hæres esto, sed notarius omisit per errorem & tunc si hoc cõstet quia probari potest non præiudicat: vt l.j.§.finautem.ff. de hæred. institu. & potest hoc probari per duos testes, licet in testamentis requirantur septem. Vnde est notabile ad alios casus.

Quidã enim sunt casus, qui nõ possũt
6 nisi per scripturam probari, vt acta † iudicialia vt l.à proconsulibus. C.de appellatio. & in cap. quoniam contra falsam. allega. Et dicit Bald.in l.Imperator.ff.de statu hominum. quòd mala latinitas notarij non uitiat instrumentum, vt d.l.Imperator.sed in dubio ratione recti sermonis est seruandus, vt l.Plautius.ff.de auro & arg. legat. Et non dicitur instrumentum vituperatum, licet in latinitate sit defectus. Fallit in literis Apostolicis, vbi falsa latinitas vitiat eas, vt in cap. ad audientiã:de rescript.quod dic, vt not. 35. quæst.9.cap.Apostolicę.& ibi facit gloss.
7 differentiam † inter rescripta & priuilegia. Item si rusticus notarius sit, Titius volẽs decedere testatus, fecit hunc codicillum, in quo A. suum hęredem vniuersalem fecit, nunquid qui errauit in hoc verbo, codicillum, vitiatur actus. & dic ꝙ non, quia potius valet, quod apertè sentit, quam quòd vitet, quod profertur ineptè, vt no.ff.de regu.iur. l. si librarius. & C.de testa.l.testamentum. Item si notarius rusticus dixit, quòd G. relinquit A. centum pro sua Falcidia, nesciens proferre Falcidia. Item alius notarius, quòd mulier renunciauit beneficio. Valeriani, nesciens proferre Velleiani. Nam sæpe imperiti notarij multas commit-
8 tunt ineptitudines, † quę tamẽ nõ nocẽt, vt l.Imperator.ff.de statu homi.& l.si librarius.alleg.& l.errore.C.de test Et secundùm Bald.in l. Imperator.ff.de statu homi. Si errore tabellionis est omissa solẽnitas legitima, vt quia nõ registrauit bãnũ senis in tabula, ut debuit uitiatur bãnũ Item ꝙ non censentur inter bannitos tabulæ, ut not. C. de testamen. l. ambiguitates secundùm Mar. Silli. & Cyn.& adde quod not. C. de fal. l. nec exemplum. & sic notarius errauit cancellando, dic vt l. prima, & l.fina. ff. de his quæ in testa.delen.& l.in fraudẽ. de milit. testa. per Bartol. & dicit idem Bartol.de Iusti.Codice.confirman.in §.si uerò.post Dyn.in suo consi. ꝙ licet omissio indictionis vitiet instrumentum, non tamen error in computatione indictionis, quia non est omissa forma, licẽt sit erratum in cõputatione.quod est not. dignum secundùm eum. Et dicit ibi Dy. ꝙ potius præsumitur quis errare in indictione, quàm in annis domini, quia errare in anno, est latissima culpa, nemo est tandemens qui quotum annum ignoret, sed ista lata culpa non præsumitur.

Secũda ratio est: quia semper præsumitur quis errare in eo, quod est, vel esse debet minus notũ, prout est indictio, quam multi imperiti nesciunt computare. Ad hoc facit in ratione sui ff. de rebus dub.l. qui habebat. Idem tenet Barto.in l. si li-
9 brarius.ff.de regulis iur. Et vtrũ † error vitiet actum, dic.vt in l.cùm proponeretur.ff.de leg.2. Aut ratione erroris aliquid omittitur circa solennitatem, aut circa voluntatem, aut circa declarationẽ volũtatis. Primo casu, aut omittitur circa solennitatem actus, & vitiat actũ, & etiã scripturæ non creditur, vt C.de testamẽ. l.si vnus: aut omittitur circa solẽnitatem scripturæ, & nõ actus, tũc vitiat scriptura, sed actus ualet, ut l.cùm ꝓponeretur. de leg.2. Secundo casu quando aliquid omittitur circa uoluntatem, aut non apparet coniectura & vitiat, aut apparet aliqua coniectura legitimè probata, & non uitiat, vt d.l.cũ proponeretur.cum gl.alleg. Tertiò casu non uitiat omissio.ff.de testa. l.hæredes palã.§.sed si notã,&c. Bar. aũt
10 in l.si librarius.de re.iur.dicit, ꝙ an † notarius errorem suũ possit corrigere, dic ꝑ Guil. de Cugn. in l. Imperator. ff. de statu homi.& in Specul. in titul.de instrumen.edit § prostremò. versicu. sed nunquid confecto, Iac.de Belui. in auth. de æqual.do. §.illud.

Sed uos debitis scire, ꝙ in instrumẽto publico continẽt duo. Vnũ qđ spectat ad nota-



notarium: scilicet anni domini, indictio, dies, & aliæ solennitates. Secundò continetur substantia contractus: aut est ergo erratum in eo, quod non reddidit instrumentum nullum, vt mala latinitas, & tunc non vitiat instrumentum, ut l.Imperator.ff.de statu homi. & potest per notarium corrigi, vt l. actorum verba.ff.de re iudic. Quandoq; est erratum in eo, quod instrumentum vitiat, & tunc quandoque constat, ꝙ est erratum, exemplum, in instrumento deficit indictio, & defectus indictionis vitiat instrumentum, vt in auth. vt præponatur nomen Imperatoris. in princ.& in auth quibus mo.natu. effi. legi.§ quod verò.de fide instrum.c.inter dilectos. & isto casu, quia apparet de errore, in quo est erratũ, & potest corrigi iste error, ne scribẽtis error noceat partibus, vt l si quis in nomine. & l.errore.C.de testam. quandoq; cõstat, ꝙ est erratum, sed non constat in quo, vt puta, quia fuit omissa dies, & sic est erratum, & isto casu dico, ꝙ notario dicenti se recordari de die, debet credi, quia officiali creditur in officio sibi commisso, vt C.de exacto.tribu.l. apparitores, & l. si quis decurio. C.de fal. & l. magis puto. §. ne tamen.ff. de rebus eorum.de offic. præfec. vrb.l.pen.§. cura carnis. & §. sequenti.& maximè cùm hic error de die sit minimum, quod apparet, quia si testis de die non recordatur, nihilominus probat, vt l. testium cum glo. C. de testibus. & hoc quando est erratum omittendo, sed quando esset erratum ponendo: pura posuit vnam diem, vel mensem, cùm deberet ponere alium, isto casu non potest se corrigere, nisi de errore constet per testes, vel alijs modis, vt infra dicetur, ut l.quicquid astringendę.3.respõso.de verb.oblig. secundùm vnum intellectum. Item quia functus est officio suo, sicut iudex, vt l.iudex.ff.de re iudi. & sicut testis, vt infrà dicetur. Sed hoc non potest dici, quando omisit diem, quia instrumentum non valet, & sic non potest dici, functus officio suo, vt l. qualem.ff.de arbi. & quod no.in d.l.iudex.quandoque est erratum alio modo ratione cuiusdam alterationis: vt dico anno domini, &c. indictione tali, & non concordat indictio cum annis domini.

In hoc consuluit Dy. & dixit, ꝙ licet
11 indictio † vitiet contractum, si comitatur: tamen si est posita, & erratũ non uitiatur instrumentum, vt l.quoties. in princ.ff.de hære.instit. Sed in dubio in quo potius videatur erratum, seu præsumatur, vel in annis domini, vel in indictione, & dic, ꝙ
12 in indictione, quia dolus † non præsumitur nisi probetur, vt l.quoties.§.qui dolo ff.de proba.modo si præsumeres esse erratum in anno domini, præsumeres dolum, uel latam culpam, quia communiter omnes sciunt anno domini, vt l. latæ culpæ. & l. cedere diem §. Latinus.ff.de verb.sign. Indictio uerò non sic scitur ab omnibus, ideo præsumitur error, & credo Dyn.bene dicere.& induco pro eo gl. quæ est in l. siquis in fundi uocabulo.ff. de lega. 1.& l.pen ff.de rebus dubijs. & hoc puto uerum, quicquid dicat glo.in d. c.inter dilectos.de fide instru.

13 Sed contra hoc facit, quia notarius † q facit instrumentum contra formã iuris, punitur ut falsarius, ut l.iubemus. in fi. C. de testa.& sic nõ pôt amplius corrigere, & sic fortè hoc est speciale in testamẽtis, uel melius ibi, loquitur, qñ solẽnitas non fuit seruata, nec scripta.in testamento: hic loquitur, qñ fuit seruata, sed non scripta. Quandoq; est erratũ in eo, quod pertinet ad partes, & in hoc dicit Guil.in Spec.aut notarius uult corrigere incontinenti, & admittitur: aut ex interuallo, & non pôt nisi probato errore, per §. illud in corpore, de æqua.do. hoc etiã probatur testis,
14 & † notarius æquiparantur l. Domitius. de testa.sed testis potest incontinenti, sed non ex interuallo, se corrigere, ut in cap. præterea.de testibus: ut in §.quia uerò: in auth.de testib. in glo. magna.

Nota ultimò, qñ notarius omisit scribere indictionẽ, uel aliquã solẽnitatẽ, uel aliquã ueritatẽ, an teneat ad interesse partis uide ꝑ Bal in l.fi.C.de magist. conuen.& ꝑ Bar.in l.Imperator. de sta.hom. & dicit Bald.in alle.l.fi.de magist. conueni. in tex.super negligentiam, & ꝙ si notarius. de cõtractu per eum celebrato non fecit abbreuia-

abbreuiaturam in protocollo, ita quòd ex lapsu temporis non bene recordatur de serie contractus, quòd tenetur de sua negligentia parti læsæ ad interesse. Hoc intellige uerum, quando de serie contractus ueritas sciri non posset: nam si superessent testes, qui de ueritate negotij recordarentur: tunc tabellio posset ipsos testes, qui contractui interfuerunt, & de negotij serie recordantur, facere examinare, & de ipsorum dictis conficere instrumentum. Ita dicit Bart. in l. fin. de tabul. exhibend.

## SVMMARIVM.

1 *Officium tabellionis quod sit.*
2 *Ratione officij creditur notario.*
3 *Error a lege præsumptus quomodo corrigatur,*
4 *Notarius an propria authoritate quæ desunt supplere possit.*
5 *Emendare notarius non mutata substantia an possit.*
6 *Error scripturæ an noceat.*
7 *Veritas apparens est probatio probata, non probatio probandæ.*
8 *Causa facti ad iudicis examen pertinet.*
9 *Verba scripturæ, non censentur uerba notarij, sed partium.*
10 *Maior an sit defectus omissionis, quàm erroris.*
11 *Dies & hora debent poni in instrumento.*
12 *Vsilia personæ per inutilem non uitiatur.*
13 *Dedisse non uidetur qui rem perfectam non dedit.*

REstat uidendum an notarius errorem suum posit corrigere, seu emendare. Bal. in l. cùm proponeretur. ff. de leg. 2. dicit, aut est error testatoris, vel contrahentis, & potest emendari per ipsosmet, non per tabellionem, quod per ipsos patet in d. l. cùm proponeretur. cum sua gloss. ℣ per tabellionem non posset, patet per nota. in l. embiguitates. C. de testa. & est ratio, quia officium tabellionis † est scribere uerba testatoris, uel partis, non mutare; Ad eum enim non pertinet, nisi quod sentit, & uidet, non id, quod in iudicio rationis consistit: facit quod not. ff. de hæred. instit. l. illa institutio. de proba. c. quoniam contra falsam. per Innocen. aut est error illius tabellionis, quem ipse tabellio uult corrigere uel emendare, & tunc refert, aut talis error non mutat facti substantiam. & per consequens eius emendatio neminem lædit, ut in falsa latinitate, & hoc potest emendare, ut ff. de re iudic. l. actorum verba. de ap. l. ab executore. & quod not. ff. de arbit. l. qualem. in fi. cum l. seq. Aut ratione mutationis mutatur effectus, & tunc refert. Aut tabellio nondum scripturam redegit in mũdum, nec publicauit eam, & potest addere, & mutare: quia † creditur ei ratione officij, ut C. de falsis. l. si quis decurio. duntamen non deuiet ab originali, quia ad originale debet recurri, ubi tractatur de errore, ut in authen. de tabell. §. fin. Aut tabellio compleuit, & publicauit scripturã, & fortè restituit parti: & tunc refert. Aut constat de errore, puta: quia tabellio restituit instrumentum sine inductione, & tunc potest eam addere: quia non dicitur instrumentum restituisse, cùm careat forma substantiali: imò potius dicitur illa priuata scriptura: ut ff. de eden. l. neluti. secundo responso. Idem dico si apparet diuersitas inter indictionem, & annos domini, nam cùm liqueat de errore meritò ad actorem scripturæ recurrendum est: ut d. l. si quis decurio. Aut error non est patens, sed latens, quia notarius scripsit die tertio, cùm deberet scribere die secundo, uel narrauit factum aliter, quàm deberet, tunc refert. Aut uult corrigere propria auctoritate, & non potest, quia ista uariatio reddit rem suspectam, vt in teste, ut in l. qui falso. ff. de testibus: Aut vult corrigere de præcepto iudicis, & tunc refert. Aut tale præceptum emanauit sine causæ cognitione, & non potest, quia non ualet præceptum, arg. l. filius familias. §. diui. ff. de legat. 1. C. commi. vel epistolas l. interlocutio. Aut cum causæ cognitione citatis citandis, & probato errore,

1 2



rore, & tunc prodest, nec committit falsum, quia iudicis authoritas, & fides veritatis eum excusauit. & hoc tenẽt Guilel. de Cugno, & Cyn. in l. Imperator. ff. de statu homi. Idem tenet Bartol. in l. si librarius. ff. de regulis iuris. Idem tenet Bald. C. de Iusti. Cod. confir. dum quærit, an notarius posit errorem corrigere. dicit quòd gl. in l. Imperator. ff. de statu homi. dicit quo non valet, postquàm restituit publicum instrumẽtum parti. Idem etiã dicit Iac. de Bel. Alij dicũt, ℣ † error, qui est à lege præsumptus, corrigitur ut error in dictionis: secus si nõ sit error iuris præsumptione, quia tunc non potest corrigere propria authoritate: quia esset sibi contrarius, & quia officio suo functus est: & quia ęquiparatur testi, sed debet corrigere cum authoritate iudicis facta fide primò veritatis.

3

Et ideo est tenendum, & concludendum cõiuncta vtraque opinione. Aut notarius non restituit instrumentum, & potest aptare, vt vult, ut l. si quis decurio. C. de falsis. Aut restituit instrumentũ in publicam formam, & tunc aut vult corrigere eo modo, quo potest, quia habet iuris præsumptionem pro se: & quia non nocet alicui, quia sine hoc lex ita præsumeret etiam, & potest. Aut vult corrigere circa aliud, super quo lex non præsumit, & tunc non potest rationibus iam dictis. Quæ verba notanda sunt ad infinita, quæ occurrere possunt ad dicta testium, si quid per errorem fuerit omissum, quod possunt corrigere, arg. eorum quæ no. in authen. de testi. §. quia verò. Et idẽ Bald. in l. ambiguitates. C. de testam. dicit post Iacob. de Belui. postquam tradidit parti instrumentum, quòd non potest ipsum propria auctoritate corrigere, sed debet hoc facere auctoritate superioris citatis citandis, vt suprà est dictum. Alij dicunt, quòd si est bonæ famæ, quòd potest supplere † ea quæ desunt propria auctoritate. 27. distinct. cap. qui de mensa. tamen ex interuallo se corrigere non potest ad instar testis, dic vt supra est dictum, post Bald. l. Imperator. ff. de statu homi. Angel. in l. errore. C. de testa. dicit, quòd notarius potest compelli iudicis officio ad corrigẽdum suum errorẽ parte tamen citata, in cuius præiudicium fieret correctio, ex regula l. nam ita diuus. ff. de adopt. An autem ipse notarius ex semet posit suum errorem corrigere post restitutum instrumentum in publicam formam, uel ante restitutionem illius: dic, vt dicit Bart. in l. si librarius. ff. de regu. iur. qui dixit, quòd si errauit in eo ℣ merè pertinet ad officium, puta inscribendo diem, mensem vel annum, indictionem, consulem, & nomina testium, ℣ potest, sed si vult corrigere id, quod est celebratum à partibus quod ipse debuit scribere in formam, tunc non potest, nisi parte citata ex iudicis officio, vt d. l. si librarius. &c.

4

Ioan. autem de Imola in l. cùm proponeretur. dicit quòd error potest corrigi per ipsas partes, sicut per testatorem: vt l. cùm proponeretur. vnà cum gloss. alle. Error verò notarij, si ipse notarius uult emendare † non mutata substantia potest, vt l. actorũ. ff. de re iud. Si verò vult mutare substantiam, & tunc aut nondũ redegit in publicam formam, & potest, ęa ipse est ad cuius recurritur fidẽ. l. si qs decurio. C. de falsis. quam intellige, dum tamen non mutet substantiam originalis scripturæ, per id quod habetur in l. Sempronius. de lega. 2. Si autem iam tradidit in publicam formam: & tunc si est error manifestus: vt quia caret indictione, vel quia discordat indictio cum annis domini: & tunc potest emendare, ęa non censetur in effectu tradidisse, ex quo si manifestè imperfectum tradidit, & de hoc per Barto. in l. si librarius. ff. de regu. iur. Si verò non est sic patens, vt fortè: quia dixit die quintò cum debuerit dicere die sextò, vel errauit in alio, & tunc si vult à seipso corrigere, non potest, quia esset suspectus, sicut testis, qui variat, vt ff. de testi. l. qui falso. Si autem vult facere authoritate iudicis, & tunc si facit causa cognita, & ad mandatum iudicis, excusatur, nec per hoc incurrit pœnam falsi. quod tene menti, quia de facto fuit in ciuitate Bononię: secus si sine causæ

5

causæ cognitione, per l. interlocutio. C. commi. uel epi. Et per hoc apparet partes debuisse citari, quarum interest, per l. in causæ. §. causa cognita. ff. de minor. de quo per Bartol. in d. l. si librarius.

Adde, quòd non stabitur solùm assertioni notarij hoc casu, si confiteatur se erraſſe, nisi probetur aliud, vel per confessionem partium, vel per testes, secundùm Bald. in d. l. cùm proponeretur. allegata. & in d. l. si librarius. Bal. autem in d. l. cùm proponeretur. allegata. dicit, ꝙ notarius ex suo officio potest suā malam latinitatem corrigere, sine iussu iudicis, quia facit sui officij intellectum, & nemi nē lędit. quia idē facit ipse, quod ipsa lex: Nam licèt ipse non corrigeret, tamē lex iam correxit, & reduxit ad literę grāmaticæ intellectum.

Item nec iudex potest dare contrariā sententiam: frustrà ergo adiretur prætor pro eo, quod est necessariò esse: arg. ff. de condi. instit. l. quę sub cōditione. §. j. C. de thesauris. l. 1. lib. x. secundùm secundam lecturam l. Imperator. ff. de statu. homi. Dicta lex, Imperator. loquitur quando erratur in substantia, uel ęqualitate substantiali, ut quia scribit seruus, ubi debuit scribere liber. Et secundùm hoc not.
6 quòd error scripturæ †, non nocet, & hoc uerum probato errore: sed in dubio statur instrumento. C. de probat. l. cùm precibus. Pone quòd tabellio dixit sic, Petrus corpore sanus, licet mente languens, considerans mortis periculum, uolens decedere testatus, fecit testamentum, in quo &c. nūquid istud instrumētū ualet? & uidetur quod non, nisi probetur quòd testator erat sanæ mentis, quia scriptura dicit, mente languens. In contrariū uidetur: quia manifestè apparet error in eo, quod dixit, mente languens, cùm statim sequatur, cōsiderās &c. & istud est uerius, quia ipse suum errorem præcedentē per sequentia correxisset: uidetur arg. ff. de manumis. test. l. Stichus. imò etiam, & quādo error est notorius, sine iussu magistratus potest se corrigere: quia notoriū æquiparatur sententiæ: & quia ipse est ordinarius in officio suo: cùm enim ipse sit uericatis actor, pōt emendare suā scripturā, præsertim si concordat sententiæ datio cum protocollo, & cum ratione iuris, & uerisimilitudine facti: quia cùm totum redigatur postea ad examen boni uiri, id est iudicis, ut l. continuus. §. cùm ita. ff. de uerb. obli. bonus uir concordando secū ratione debet habere ratū id, cui lux ueritatis consistit: arg. ff. de testi. l. ob carmē. §. fi.

Itē posito, qd̄ esset necessariū mandatū prętoris: puto ꝙ posset hęc mandari nemine citato. qa est pūctus iuris, & de iure nō facti. Etenim † ueritas apparens est pro-
5 batio probata, non probatio probanda: & ideo non indiget discussione, seu discoptatione fori: nihil enim potest allegari contra: ubi ueritas est notoria. & hoc tenet expressè Cyn. in l. nam ita diuus. ff. de adop. in additione notatorum per Innoc. in c. cùm inter nos. de consuetu. in fin. Si enim est error latens: ut quia cùm debuit scribere liber, scripsit seruus, & instrumentum parti tradidit in forma publica & solenni: tunc sunt errorem nō potest corrigere, nisi iudicis mandato, & errore probato, & hoc triplici ratione.
9 Primò quia causa† facti pertinet ad iudicis examē: sed ipse tabellio nō est iudex, maximè in causa sui uxoris.

Item quia requiritur partis citatio, & notarius nō habet citādi auctoritaem facit C. de test. hac consultissima. C. de lib. causa. l. iubemus. Secūdo, qa tabellio functus. ē officio suo, cū fecerit id, qd̄ ē extremū sui officij rēdere instrumētū Tertiò, quia instrumētū redditū pręsumit uerum ergo quod mutatur pręsumitur falsum: p locum à contrarii, sicut in teste: ut in authē. de testib. § quia uerò. Et nota, quod præsumitur potius diuersitas temporis, uel loci, quàm præsumatur falsum. ff. de pact. l. iurisgentium. §. quod ferè. Item si posset infringere suam scripturam sic uariando. ergo tolleret ius partis: & quia nec prima nec secunda scriptura teneret: ut l. q falso. ff. de testi. Itē aut scriptura prima est uera. et tunc debet stare in propria firmitate, aut non ergo notarius deliqui in officio, ergo postea ei non creditur: ut

nor.



no. ff. de eden. l. si quis ex argentariis. §. 1. Et de hoc no. in data sexti libri per Ioan. An. Quando autem prætor iubet iussus prętoris habetur pro ueritate. ff. de re iud. l. res. iudicata.

Concludo ergo, ꝙ error facti ambigui non posit corrigi, nisi de mandato iudicis competētis, & oblato libello super correctione erroris probatoq; errore. Et hoc tenet Spe. in tit. de instr. edi. §. instrumentum. versi. sed nunquid. Et Iac. de Belui, in authen. de æqualita. do. §. 1. & Guil. de Cu. & Cy. in l. Imperator. ff. de statu ho. Sed pone, libellus est oblatus super correctione erroris, & comparuit notarius, cōfitetur se erraſſe, nunquid suæ confessioni stetur, & uidetur quòd sic, quia partes elegerunt eum, ut ei staretur. ff. de dote prælega. l. Theopompus. & quia uerbo notarij est credendum: ut not. 1. q. 7. cùm uenientibus, sed illud uerum in eo, quod scriptura loquitur, non in eo, quod ipse nuda voce loquitur: ut no. C. de falsis. l. si
9 quis decurio. uerba† enim scripturæ non censentur uerba notarij, sed partium ambarum. de uerbor. obligatio. l. sciendum. in glo.

In contrarium facit, quia est ius quæsitum parti. arg. l. si partem. §. 1. ff. quemadmodum serui. amit. & quia commissio partium intelligitur de primo actu. ff. de verb. significat. l. boues. §. hoc sermone. & sic nō uidetur sibi commissum, quòd corrigat, sed semel duntaxat faciat. ff. de arbitr. l. si arbiter. Et si uult corrigere instrumentum circa solennitatem, puta circa diem, & consulem. an authoritate propria posit, & si quidem, si apparet error, puta in indictione, valet instrumentum, & indictio erronea non nocet, quia trahitur ad ueritatem certi temporis. i. anni, mensis, & diei, ergo & notarius potest: quia idem facit in se, quod lex. Et hoc dico, ut dixit Bal. sequendo Dyn. qui consuluit an indictionis omissio vitiet, non tamen vitiat, si sic in eius comparatione eratum. Alij dicunt non ualere, si est erratum, quia indictio nō est posita, vt debuit poni. Sed opinio Dyn. uerior est, nam ma
10 ior est defectus† omissionis, quàm erroris: de liberis & posthumis. l. Titius. §. 1. coniuncta Gallus. §. in omnibus. co. cit. Si verò error diei non apparet, tunc non potest corrigi, nisi authore iudice, maximè in facto remoto. Nam nedum indiuiduū temporis, id est, dies: sed etiam tempus. i. mensis, & annus: ut no. de diuersis & tempo. præsceri. l. in tempore, quia facilè recedunt de memoria nostra: de accusatio. ca. qualiter. per Innoc. & ff. de probationib. l. census. & ff. de furtis. l. quidam tabularū. in fine.

11 Et† nota, ꝙ dies, & hora debent poni in instrumento, quoniam ratione solius diei, sine horę, potest nasci dubitatio circa id, qd̄ fit: vt no. in c. si eo tempore. de electio. lib. 6. in nouella. Et nota, ꝙ ratione horæ, vnū instrumentum dicitur prius altero. de solutioni. l. si ex pluribus causis § fi. & ibi gl. ordinaria. quam rarò alibi reperies secundùm Andr. de Pisis.

Ad vnum aduerte: quia si sunt duo notarij simul adhibiti, & unus est officio priuatus, ualet tamen vtrunq; instrumentum, propter illum, qui est authenticus. ff. de edendo. l. si quis ex argentarijs. §. cogentur. uersicul. idem erit. quod est not. Et sic habes, quòd vtilis perso-
12 na† per inutilem non uitiatur. Sed an in contractu in scriptis posit error corrigi mandato iudicis, uidetur quòd non: quia ista noua scriptura non esset eiusdem speciei, nec confitetur contractum in scriptis, sed nuncupatiuum: ad hoc facit quod no. Barto. ff. de libe. & posthu. l. Gallus. uersic. item credendum. In contrarium facit. l. cùm proponebatur. ff. de legat. 2. sed certè ibi, non valet vi scripturæ, sed ui alterius probationis. Sed quid si notarius uult declarando addere. puta dixit, tempore domini Gregorij Papę, & non dixit vndecimi, an poterit addendo declarare, & addere undecimi? & uidetur quòd sic. ff. de testam. l. hæredes palam. §. sed si notam. sed ibi, loquitur in domino, hic in scriba. Tamen credo, ꝙ posit, cùm ex anno scripto in instrumento posset comprehendi quotus esset Papæ arg. C. de fideicom. l. verbum, uolo. & secundum Bar. in l. 1. C. de tab. exhi. si notarius

tarius dederit instrumentum defectiuum poterit pars agere contra eum, vt corrigat, vel vt perfectum det, quia non vide
13 tur dedisse, † qui non perfectum dedit, vt l. veluti. circa princ. ff. de eden. & l. vbi versi. dolo. eo. titu. Si verò notarius dicit, quòd sibi permittatur addere, vel detur habere in instrumento, vel examinentur testes, qualiter factum processit, cùm notarius reddit se incertum, si notarius allegat iustam causam erroris, vel incertitudinis suæ, potest hoc petere, & dicere, puta, si tempore contractus fuerunt multæ conuentiones, & notarius nihil scripsit propter partium festinantiam: vel si notarius protocollum primum casu perdidit, aliàs cùm ipse debeat alios certificare, non posset petere certificari ab aliis: argumen. l. prætor. §. penult. & fina. ff. de edendo.

Si verò quis est damnificatus in aliquo, propterea, quia notarius omisit scribere, tunc notarius ad interesse tenetur, vt l. argentarius. & per totam ipsam leg. ff. de edendo. habebitis text. not. in l. fin. C. de magistra. conue. facit de susceptoribus, & arca. l. 1. lib. 10. Quando verò notarius reddit instrumentum, & super instrumento nulla est contentio, nec requiritur aliqua causæ cognitio, quia notarius confitetur, & pars ad quam spectat est certa, vnde non est tunc aliquod dubium, sed si emanaret aliqua contentio: quia notarius diceret se aliàs reddidisse, & sic non tenetur iterum reddere, vel diceret ad petentem non pertinere, vel diceret instrumentum inualidum, & sic non deberet publicari, tũc deberet citari pars, quæ læderetur, cùm hoc faciat causa cognita, vt l. prætor. § plures. ff. de eden. & l. 1. §. quoniam autem. ff. de tabu. exhib. & l. de tabulis. eo. tit.

Et quando istæ contentiones emanãt, an debeat plenaria causæ cognitio adhiberi: an verò summaria? Et dic quandoque emanat aliqua contentio, cuius decisio parat plenum præiudicium, puta quia tractatur. quia notarius negat se fuisse rogatum, vel negat aliquod capitulum fuisse expressum: tunc quia ista cognitio parat plenum præiudicium, quia tractatur, an contractus fuit celebratus, an non: tunc debet adhiberi plenaria causæ cognitio, vt l. si in iudicis nomine. ff. de iudi. & ita intellige l. 1. ff. de tabul. exhi. ibi, sed si neget. hoc etiam probatur extra de confir. vti. vel inutil. cap. cùm dilecti. vbi petebatur reuocatio priuilegiorum a summo Pontifice, & debet pars citari. Quandoque emanant contentiones, quæ non parant plenum præiudicium, vt si dicatur instrumentum redditum esse. & sic de tenore instrumenti nõ contenditur: puto, quòd ista examinetur summariè, & quandoque sufficit iuris præstatio, vt no. in l. 1. ff. quemadmod. testa. aper. facit l. 3 §. ibidem. ff. ad exhibendum. Et nota prædicta, quia quotidiana.

## SVMMARIVM.

1 *Error notarij quomodo probetur.*
2 *Testes quot requirantur ad erroris probationem.*
3 *Iuramentum an deferri possit in defectum plenæ probationis in causa erroris.*
4 *Præsumptio iuris infringitur duobus testibus.*
5 *Instrumento an error alterius instrumenti probetur.*

REstat videndum qualiter error notarij probetur. Dicit Bal. in l. cùm proponeretur. ff. de lega. 2. quòd si notarius coram iudice interrogatus, confite-
1 tur se erraſſe, † per hoc non probatur error in præiudicium partis: nisi error probetur per testes, vel indicia. text. est singul. in d. l. cùm proponeretur. alleg. cum sua gloss. nam talis forma probandi ibi statuitur, si duo instrumenta originalia appareant discrepantia: discrepant in literarum figura, sed non in substantia, tunc talis discrepantia nil operatur. Casus est. in cap. dudum. de conuers. coniuga. Si verò, discrepant in facti substantia, tunc si vnum potest trahi ad aliud, tunc valent, & quod continet plus, trahitur ad minus, q̃a in pluribus præsumitur erratum. vt l. Sempronius. de leg. 2. Si verò vnum non potest trahi ad aliud, propter repugnantiam, & contrarietatem, & tunc neutrum valet. C. de fide instrum. l. scripturæ diuersæ. Et si vltra notarium est vnus testis nunquid sufficit ad probandũ errorem? dic secundum Bald. in d. l. cum proponeretur. q̃ videtur q̃ sic, quia notarius est unus testis. ff. de testam. l. Domitius. C. qui test. fac. poss. l. hac consultissima. ℣. fi. & habet cõtestem, ergo sunt duo testes. Et hoc verum, nisi plures testes q̃ duo requirantur ad substantiam actus: quia tunc similiter requiruntur ad proba
2 tionem † erroris. ff. de leg. 2. l. cùm proponeretur. In contrarium videtur: nam in hoc libello ipse notarius est reus: ergo non potest esse testis. Item contra propriam scripturam non potest testificari. C. de non nume. pecu. l. generaliter. in fi. & hoc est verius quidquid dicat Bar. in d. l. si librarius.

3 Sed † an poterit deferri sacramentũ in defectũ plenæ probationis super ista causa erroris: videtur q̃ sic, ex regula generali. l. in bonæ fidei. C. de iureiurand. nam nos sumus in bonæ fidei iudicio, quia mãdatum est bonæ fidei, sed notarius conuenitur ratione mandati: ut no. ff. de eden. l. prætor. §. j. & in auth. de tabel. §. nos autem. igitur &c.

In contrarium videtur, q̃ non statur cõfessioni notarij: ergo ad quid defertur sacramentum, nisi dicas inter ipsas partes principales. sed puto non deferri, cum in contrarium sit scriptura nõ debemus deferre iuramentum ex minus valida probatione: arg. no. C. qui & aduer. quos. l. 1. require ergo claram probationem. Et si notarius esset mortuus adhuc require clariorem: iuxta no. inst. de inutil. stipul. §. itẽ verborum. & l. 1. in fi. ff. quemadmodum testa. ape. per Bar. & no. q̃ instrumentum directè & indirectè reprobatur per duos testes: vt no. in regula, pluralis locutio. per Io. An. id est, infringitur tabellio, sed pars non potest infringi, nisi per aliam scriptu
4 ram. vt l. generaliter. allega. sed præsumptio † legis potest infringi per duos testes: vt l. iurisgentium. §. quod ferè. ff. de pac. Et si notarius vellet supplere quod dicit omissum in facti causa, non potest nisi de mandato iudicis: quia ẽt omittendo est error, & an sit certum necne, debet primò videri apud iudicem competentem: ut dictũ est suprà, & ℔m Bar. in l. si librarius. de regu. iu. poterit constare de errore, & probabitur, si notarius trãscripsit scripturam alterius: tunc produco originale, & error faciliter probatur: ut l. si librarius. alleg. & l. 2. C. de errore aduo. Si verò scripsit scripturam propriam, & tũc si habet protocollum, probabitur per extensionẽ protocolli: vt in auth. de tabel. §. pœnam: Ex illo verificatur instrumentum extensiuum, & sic videbitur, an sit erratum in transcribendo: vt d. l. si librarius. Sed posses dicere, quia magis dicitur principale protocollum, q̃ instrumẽtum publicum: nonne potuit esse, q̃ notarius ab ipso initio confecit instrumentum publicum? responsio, non præsumitur: ut d. §. pen. nam originale retinet notarius apud se, vt aliis edatur cùm opus fuerit. ff. de edẽ. l. argentarius. §. 1. & ideò ipsi notario nõ debet dari copia instrumenti: vt l. prætor. §. prohibet. ff. de edend. modo dicit lex, q̃ pars potest petere, ut exhibeatur originale a notario ut uideat, an instrm restituũ per notarium parti plenè contineat omnia, vt l. ueluti. circa princ. ff. de eden. prædicta uera nisi persona notarii esset persona suspecta: vt d. l. argentarius. §. 1. & q̃ illud, quod remanet apud notarium, præsumatur originale probatur, quia sic est solitum fieri. & probatur per argumentum a solitis, ut l. 1. §. 1. & §. meritò. ff. ne quid in loco publ. & l. certi cõdictio. §. si nummos. ff. si cer. pet. Item potest probari per testes scriptos in instrumento, qui ad hoc apponuntur: vt in corpore auth. de instrumen. cau. & fide. §. sed & si instrumẽta. & l. 1. in fi. ff. quemadmodum testa. ape.

Sed quid si testes dicant aliter fuisse, quam dictat instrumentum, seu nõ recordantur, qualiter fuerit responsio, si hoc cõtingat circa ea, quę pertinent ad notariũ, vt circa diem, & mensem, & similia, & tunc quia constat, q̃ est erratum, restat q̃ credatur notario, ut dictum est. Si ue-

rò hoc contingat circa ea, quæ pertinent ad partes, & tunc notarius non posset corrigere: licet constaret ꝙ sit erratum, non tamen scit notarius, quid habeat ponere, vt est dictum. Itē potest probari per præsentes, & alios, qui fuerūt mediatores inter partes sic contrahentes: ut in auth. de instrumen. cau. & fi. §. si uerò moriantur. uersic. in his in glo. quæ incipit, ad numerationem. & puto quòd sufficeret dictum unius testis cum notario, quia remanent duo: vt dicto uersi. in his. Dicit Feder. de Sen. consil. 278. ꝙ non creditur notario, nisi in his quæ pertinent ad suum officiū & si in his quæ non pertinent ad officiū suum falsum scribat, tunc non dicitur instrumentum falsum. Si uerò hoc contingat circa ea, quæ pertinent ad partes, tunc notarius non posset corrigere. quia licet constaret, quòd sit erratum, non tamen scit notarius, quod habeat ponere, ut est dictum.

Item potest probari quandoque error per ipsos facientes: ut si quædam uniuersitas fecit syndicum, vel alium contractū: homines dictæ ciuitatis seu uniuersitatis poterunt probare sic fuisse, uel non fuisse tunc actum, sed etiam si esset aliquid, ꝙ nulli fieret præiudicium: ut si testator adhuc uiuens dixit notarium in suo testa
5 mento errasse. Sed † an per unum instrumentum probetur error alterius, si sunt scripta manu eiusdem notarii, & uide ꝙ sic: ut l. Sempronius. ff. de legat. 2. sed ibi loquitur in scriptura testatoris, quæ caret omni suspicione falsitatis: secus ergo uidetur in scriptura notarij. C. de fide instru. l. scripturæ. Solutio, si est repugnantia, neutra ualet: sed si in una est plus, quàm in alia, aut illud plus potest reduci ad minus, ut in summis, ualet in minori summa: argum. ff. de arbi. l. diem proferre. §. si plures. Aut non potest reduci, vt quia una scriptura est plenior, quàm altera, quia continet plura capitula, & tunc pleniori scripturæ stabo: argum. ff. de hære. insti. l. si ita stipulatus fuerit Titius. Nam una scriptura suppletur per aliam. ff. de eden. l. si quis ex argentariis. §. si initium tabularum. secundum Bald. qui ita dicit in d. l. cùm proponeretur. allegata quæ dicit ibidem, quòd si unum instrumentū est protocollum, & aliud exemplū & uariant, debere stari protocollo originali: ut in auth. si quis in aliquo documento. C. de eden. & probatur error, ut habetur in l. errores. C. de error. aduocat. Et quæ sunt, seu dicātur capitula diuersa: dic per Bart. in l. Aurelius. §. idem quæsijt. ff. de liber. lega. & per Innocen. in ca. fraternitatis. de hæreticis. Ang. autem in l. errore. C. de testam. dicit, ꝙ error notarii probatur multum faciliter, scilicet, per testes, qui dicunt se interfuisse actui, & qui dicunt, quòd actus sit aliter celebratus, quàm scriptus.

## SVMMARIVM.

1 *Error tabellionis an uitiet testamentum.*
2 *Fideicommissum an probetur coniecturis.*
3 *Testes in testamentis, & codicillis quot requirantur.*
4 *Mens hominis nemini nota, nisi Deo.*
5 *Voluntas hominum uerbis probatur.*
6 *Testis unus an faciat indicium.*
7 *Legatum, an per inimicitias reuocari possit?*
8 *Error in corpore, per quot testes probetur.*
9 *Forma deficiente actus non coadiuuatur.*
10 *Omittendum nihil est in sententia.*
11 *Error non potest probari, quin non probetur ueritas.*
12 *Probatur facilius aliquid supra, uel præter scripturam, quam contra ipsius tenorem.*
13 *Scriptura est de substantia testamenti.*

Sequitur qualiter probatur error in ultimis uoluntatibus. & dicit Iac. Bru. in l. errore. C. de testa. ꝙ error tabellionis nō uitiat testamentum: sed dic, ꝙ aut sunt omis
1 sa substantialia, & † tunc uitiatur testamētum, siue hoc omittat testator, siue tabellio: ut l. 1. §. fin autem. ff. de hære. institu. & l. Titia cum testamento. ff. de legat. 2. Aut omittuntur accidentia, & tunc siue omittantur a tabellione, siue a testatore, nō uitiatur testamentum: uerum qñ omittuntur substātialia errore tabellionis, si probatur quòd testator expressit substantialia: & tabellio omisit, non uitiatur testamentum: ut l. errore. C. de testamētis. aut omittuntur solennia, & uitiatur testamētum: ut l. fi. C. de iure. codicil. secundum eundem Iaco. in l. ambiguitas. C. de testamen. Bal. verò in l. cum proponeretur. ff. de leg. 2. dicit, quòd fideicommissum, seu ultima uoluntas probatur, & probari po
2 test ex † coniecturis: & quæ sint istę coniecturæ gloss. in l. cum proponeretur. dicit, quòd si testator primò dixit se uelle substituere: & posteà dixit se per errorem omisisse, hoc sufficere. Itē sufficit ad probandum, si hoc enunciatiuè scripsit in testamento: vt in text. d. l. cum proponeretur. Et aduerte, quia testator antequā ueniret ad testandum, dixit se uelle substituere, & posteà non substituit, quòd tunc præsumitur per errorem omisisse. Sed per quot testes hoc debeat probari? Gl. dicit in d. l. cum proponeretur. quòd per septem testes in testamento: † in codicil
3 lis per quinque. Contra hoc uidetur l. hæredes palam. §. sed si notam. de testamen. vbi dicit, quòd sufficit probare per duos testes. Distingue, quandoque quis uult probare dispositionem directò, uel per coniecturas: aut uoluntas est certa. sed est erratum in qualitate, siue in quantitate.

Primo casu tunc oportet quòd probetur per septem testes in testamento: & quinque in codicillis: vt l. fin. C. de codicil. & ita loquitur gloss. 2. & fin. in l. cum proponeretur. allega.

Secundo casu sufficit per minorem numerum testium probari: vt dicto. §. sed si notam. Idem not. Bald. in l. quoties. §. sed si non in corpore. idem dicit in effectu. ubi dicit, per quot autem testes probatur error: dic, quòd aut loquimur in substantialibus, & requiruntur tot testes ad probandum errorem, quot requiruntur essentiam actus; vt dicta l. cum proponeretur. & ibi glo. Aut loquimur de error probando in circumstātiis, & cohērētiis, seu demōstrationibus: tunc sufficiunt duo testes. ff. de testamē. l. hæredes palā. §. sed si notā. Ange. autem in l. errore. C. de testamentis dicit, si dicamus testatorē erraſſe probatio huius erroris est difficilis. ratio est qa eius uoluntas est mutabilis, & uariabilis usque ad mortem: quis ergo scire poterit, quòd testator errauit, cū
4 mens † hominis nulli sit nota, nisi Deo, & ei de cuius mente tractatur: inst. de actio. §. alii. in glo. magna. Tu habes articulare: ꝙ tunc cum testator ad testandū se parauit, dixit, & in chartulam suam fortè redegit de manu propria, quomodo uolebat instituere Titium, & ex tanta parte, uel ei legare tantum, uel talem rem, uel eum instituere solum in certa parte, uel dixit se uelle legare centum in scriptis, seu ducenta uel contra. Hoc enim probato, quòd cū se ad testādum parauit, dixit vnum, & incontinenti dixi aliud: & ita reperitur scriptum præsumitur hic error fuisse. nā non presumitur uoluntatem tam citò mutasse. ff. de condit. & demostrationi. l. nam ad ea ff. de lega. 3. l. fideicommiss. §. si rē. & quòd per hoc probatur qualis fuerit intentio hominum. Ponit glo. in l. Fulcinius. §. quid sit latitare. ff. quibus ex caus. in pos. ea. ff. de do. excep. l. apud Celsum. in princ. Voluntas enim † hominum per
5 uerba probatur: ut l. Labeo. ff. de supel. leg. & secundum Bal. in l. cùm proponeretur. alleg. dic, quòd debet credi soli testatori, qui dicit se erraſſe in testamēto suo. & similiter debet credi contrahentibus, si ambo asserunt se erraſſe: nec est opus alia probatione erroris.

Et dicit ibi Bal. quòd in contractibus, & maleficijs indicium debet probari per duos testes. In testamentis inter liberos per duos testes: ut l. fi. C. fa. ercis. & ibi glo. & in c. sicut. de simonia. In testamentis inter extraneos per septem testes. In codicillis per quinque. Idem ergo numerus testium requiritur, in probandis indicijs, qui requiritur in probatione ueritatis. quod est no. Et si dicat, unus testis facit indicium. ut l. Theopompus. de dote prælegata. ff. de quæstio. l. maritus. Respō sio, illud est uerum, ubi certus numerus testium non requiratur de solennitate: ut C. de testibus. l. si unus. & ubi testis deponit, super ueritate: sed si deponit, super
7 iudicio † unus testis non facit iudicium:

ita dicunt doctores, & est menti tenendum.

Sed an ista indicia seu coniecturæ possint probari per testes non rogatos, hoc est, an error testamenti possit probari per testes non rogatos. Et dic aut probatio erroris includit aliquid dispositiuũ, & non potest probari nisi per testes rogatos. Non enim potest probari error, nisi probetur ueritatem aliter se habere: sed ueritas testamenti requirit septem testes rogatus, ut institut. de testamentis. §. testes. Facit. tex. in l. 1. in fin. quemadmodũ testamenta aperiantur & institu. de inutilibus stipulationibus. §. item uerborum. Aut probatio erroris non consistit in actu dispositiuo, sed in actu enuncatiuo, tunc fortè potest probari per testes non rogatos. Contrarium credit ibi Bald. quia uerbo enunciatiua concludunt eundem effectum cum uerbis dispositiuis: de hoc est plenè dictum in clausula, dedit, donauit Titio, &c. Et dic secundùm Bald. in l. cùm proponeretur. allegat. quòd ille dicitur errare, qui omittit ponere, quod debuit ponere, & non debuit omittere.

Sed uidetur ꝙ talis omissio facta ꝑ testantem uitiet eius dispositionẽ: ut l. ambiguitates. C. de testamen. & l. sed & si alii. ff. de usufru. legato. Sed dic, ꝙ aut omittit aliquid in scriptura, sed non in prolatione uerborũ, & non uitiat, ut in l. cùm proponeretur. allegata. secundũ intellectũ Azo. ibi in glos. Aut omittitur in utroque, scilicet, in ꝓlatione uerborũ & in scriptura, & tunc refert. Aut omittitur in prolatione uerborũ, dispositiuo & nunciatiua, & tunc habetur pro omisso: ut d. l. ambuiguitates Aut in dispositiua, sed non in enũciatiua: & non habetur pro omisso: ut d. l. cùm ꝓponeretur. secnndùm intellectũ Ioan. & sic secundùm istam distinctionem intelligemultas opiniones.

Sed circa hunc passum qualiter error scribentis, seu testantis probetur, aliqui docto. Moderni dixerunt, quòd gloss. hic posuit: ut est dictum in dicta l. cùm proponeretur. & Bald. in l. errore. C. de testament. ubi dicit, quòd aut loquimur de extrinsecis à uoluntate testatoris. Aut de pertinentibus ab substantiam testamenti. & tunc aut circa certitudinem, aut circa aliam uerisimilem supletionem. Primo casu dicit Bal. puto, quia institutus, uel legatarius, non sit capax, uel quòd inimicitiæ interuenerunt inter testatorem, uel legatariũ, uel hęredem, & tunc sufficiunt duo testes hoc probantes.

Super hoc aduerte, quia Bartol. sequendò Dyn. in l. hæredes palam. §. sed si notam. ff. de testa. dicit, quòd requirunt septem uel quinque testes: quia
7 ꝑ per inimicitias reuocatur legatum. Vnde eadem solennitas. requiritur in tali probatione inimicitiarum, sicut in reuocatione. Sed uidetur uerius dictum Bald. in l. errore allegat. quia inimicitiæ non inducunt reuocationem ipso iure legati, sed faciunt legatarium indignum, & ope exceptionis repellendum: ut l. cùm quidam indignum. & in l. si inimicitiæ. ff. de his qui. ut indign. Vnde non requiritur illa solennitas: quia non tractamus de reuocatione ipso iure, sed de indignitate causanda. Secundò patet, quia per alienationem rei legatæ, si fit ex uoluntate, reuocatur legatum: utl. fideicommissa. §. si rem. ff. de lega. 3. & tamen nemo diceret requiri ultra duos testes adprobandum illam alienationem. & maximè pro Bald. faciunt dicta per Bar. in l. in quęstionibus. ff. ad leg. Iul. maiest. & per Bal. in anth. si dicatur. in fi. C. de testi. & in l. 1. C. de rebus credit. Adde dicta per Bar. in l. solent. ff. de alimen. & ciba. facit etiam quod habetur per glo. in l. cùm probatio. ff. de probat.. iuncta glo. in l. fi. ff. fami. ercisc.

Ex quibus omnibus allegationibus ostenditur, quòd non eadem qualitas, & forma probationis requiritur in circũstãtijs, uel in aliquo, quod nõ ipsum, de quo principaliter quæritur: sed est quoddã medũ, ꝑ qd̃ fortè peruenit ad illud: ut patet in dictis locis: & uide in allegationibus Lapi, allegatione 59. & hoc cũ tractamus de extrinsecis. Ad testamentum subdebat Bald. in his quæ concernũt, substantiã, uel certitudinem



certitudinem, uel uerisimilem aliquam suppletionem. Primo casu dicit ipse, loquitur l. cùm proponeret. allegata. Secũdo casu de certitudine loquitur, qd̃ dicitur in l. hæredes palam §. j. ff. de testamẽtis. Tertiò casu loquitur Pet. & Cy. in l. errore. C. de testamen.

Hęc sunt uerba Bal. dubia, tamen ideò † uidetur sic posse dici, ꝙ ibi uolumus ꝙ in testamento, uel alia ultima uoluntate intelligatur id quod non est scriptum, uel dictum aliquo modo, si errauit testator, quod intendebat dicere, uel scribere, & tunc ita intelligitur gloss. no. in l. cùm proponeretur. allegata. quòd ex præcedentibus & sequentibus probatis per septem testes probatur ille error: & substitutio reciproca ibi habet effectum. hęc sufficerẽt quæ ante dixit, nisi & post dixisset in terminis illius gloss. ut dicunt docto. quam gloss. intelligas cum tractamus de alio disposito, quàm de propria institutione hęredis, nam de ipsa institutione uidetur attendendum, an illa probatio per septem testes per se sufficeret, & formam haberet ut testamentum ex ea ualeret, aliter autem ut ualeret tanquàm ut illud medium testamentum nõ uidetur in institutione hæredis dici posse, per l. iubemus. C. de testament. sed in his quæ expressionem talem non requirunt, illud testamẽtum medium probatis ante, & post quæ probantur ibi, ipsum est, quod habet ualiditatẽ respectu illius substitutionis reciprocę, inspecto quod uoluit testator, & non inspecto errore suo, quia omisit, ita uidetur intelligendũ qd̃ ibi dicitur. Et adde ad id quod Bald. dicit in l. quoties. in princip. ff. de hęredib. instit. quòd ubi est error † in corpore,
9 debet probari per septem testes, sed ubi in nomine proprio, sufficit per duos. Et hoc nota ad ea quæ habentur in l. si in nomine. C. de testa. & intellige probato errore in corpore ualere illud, quod uoluit, non illud, quod faciendo errauit: & hoc quia dispositio non erat ualida ideo requirũtur septem testes ad ualidandum, & intelligẽdũ quod nõ est expressũ, uel ad mutandum, quod est expressum.

Ista est conclusio uera de mẽte Bar. in d. l. hęredes palã. in. §. j. allegato. & melius in l. qui ex liberis. §. testamento. ff. de bo. possef. secũdùm tabu. & idem in l. j. C. de codicil. Sed ubi tractatur de aliquo ualido disposito confirmando, uel declarando, uel interpretando, uel corrigendo, eo modo tamen cùm defectus non erit tantus qui inualidaret: ut in errore proprij nominis, & tunc in omnibus his casibus sufficiunt duo testes, nam & generale est hoc, quòd non requiritur eadẽ solẽnitas in declarando, uel interpretãdo actũ quirequirit ur in faciendo, ideo iudex sententiam suam ex interuallo declarauit, ut l. ab executore, de app. quam mutare non posset ut l. Paulus. ff. de re iudic. libellus posset declarari post litem contestatam, arg. l. Pomponius scribit, si frumẽtum. §. fi. ff. de rei uend. ibi gloss. quod non posit corrigere secundùm ea, quæ habentur in l. edita. C. de eden. Testis ẽt declarat dictum suũ sine nouo iuramento secundùm Innoc. in c. cum clamor. de testi. & sic de similibus, unde in proposito ad talem declarationem, uel interpretationem ualent coniecturæ, & per duos testes probatę. Item etiam intellige, ꝙ sufficerent uerba præcedentia, uel sequẽtia tantum in istis terminis, arg. l. qui filia bus. & l. si seruus pluriũ. §. j. ff. de le. j. nec habet locũ, quod dicitur in l. cum proponeretur. in gl. quæ loquit̃ in superioribus terminis etiã de tali interpretatione, uel cõiecturis, uel accessorijs alijs habetur in l. reos. §. cùm in tabulis. ff. de duobus reis. & in l. iurisgẽtiũ. §. quod ferè. ff. de pac. & ideò illud quod dicit Bal. in l. cũ proponeretur. alleg. quòd indiciũ in ultimis uolũtatibus, debet probari ꝑ quinque testes nisi inter liberos. non est uerũ dictũ, nisi intelligatur dũtaxat de eo probãdo, quod non apparet dictum, uel scriptum. & sic nõ tractatur de interpretatione, uel declaratione ualidæ uoluntatis, quia tunc sufficiunt duo testes, ut supra est dictum.

Et erit dubitatio una, an requiratur ꝙ ille septem testes sint rogati, de quo suprà est dictum per Bal. Ange. uerò in l. quoties. ff. de hęred. inst. ꝑ illum tex. dicit, ꝙ

licet actus in scriptis requiritur fieri, tamen potest probari error, quando aliter est scriptum, quàm fuerit dictum, uel cõceptum, hoc est, negatiuè ubi debebit affirmatiuè, uel econtrà: uel ubi debebat fieri de centum, est confecta confessio de ducentis uel econuersò: tenet probato isto errore: tenet ẽt actus in scriptis, & corrigitur. qd̃ est mirabilissimũ. tũ uidet probariper illum tex. qui non potest esse, ꝙ non loquatur in testamento etiam in scriptis.

Non obstat dicto Angeli illud, quod dicitur in l. contractus. C. de fide instr. ut suprà dictum fuit. Nam vbi deficit forma, † quæ non est seruata in actu in
9 scriptis, non potest coadiuari, nisi quatenus est scriptum, sed quando est erratum, ut nunc est dictum, tunc secus. Sic secũdùm eum singulariter per illum tex. l. quoties, cui aliter non uidet responsum, pro hoc dicto Ange. facit quòd maior est defectus formę omissæ, uel maior est difficultas subaddere id quod penitus est omissum, quam sit defectus formę uitiosæ positæ, uel quàm sit difficultas mutare de eo, quod est erratum ad id, quod est in uerò intellectu. ut aliàs dicebat Bal. in omissione iurisdictionis, uel in mala positione eius, quia primo casu inualidũ est instrumentum, secundo non. Et de mutatione & de aliquo ad aliquid, quod non est de non ente ad ens, uide glo. in l. Iulianus. ff. qui satisd. cog. & ideo si dictũ esset per testatorem, Titius, & esset omissum dicere per errorem, hæres esto, non poterit suppleri, hæres esto, & tamen, poterit mutari secundùm d. l. quoties. in princ. allegata. & dicit ibi Ange. dicta per eum esse utilia ad sententiam, & non dicis plus. ibi vult dicere no. quod si in sententia, quæ debet ferri in scriptis, ut in c. fi. de iudi. lib. 6. & l. 2. C. de senten. ex breuiu. recitã. fit. erratum eo modo, quo nũc est dictum per Ang. potest corrigi, secundùm eum; & ualeret, quod est mirabile, si esset uerũ, & si. fit omissa solennitas, uel forma, puta uerbũ condẽno, uel absoluo, uitietur penitus, si nõ est æquipollẽs uerbũ. Hoc bene est uerum. ut l. pręses. C. de sentẽ. ubi Bar. dicit ꝙ lata. sententia absolutoria, absoluimus reum, & uictũ uictori in expensis, & non dicit plus, dicit Bar. ꝙ non uidetur condemnatus in expensis, cùm omiserit uerbũ condẽnamus, nec potest repeti ex præcedẽtibus in istis terminis, sed si dixisset condẽnamus reũ, & uictum uictori in expensis, intelligeretur repetitum, cõdemnamus, & ualeret, sed nõ ita in absolutione.

Nõ obstat l. j. finautẽ. de hæredi. institu. & l. errore. C. de test. & l. uerbũ, uolo. C. de fideicom. Nam in ultimis uoluntatibus bene suppletur propter fragilitatem mentis testatoris, ut l. hac consultissima. §. aut cũ humana. C. qui testa. fa. poss. non sic in sententia, in qua iudex debet esse
10 aduertens nihil omittere † de rigorositate, & de forma. & idem Bart. in d. §. finautem. allegato In aliquibus lecturis aliter uidet loqui in hoc passu, & uariare, ut refert Imol. in l. iudex postquàm. ff. de re iud. conando seruare æquiorem partem, quod ualeat dicta sententia condemnatoria expensarum tanquam interlocutoria, quę non debet scripti recitatione proferri, & ideò potest suppleri ad eam plus quàm ad diffinitiuã, ut suprà dictum est.

Quæsiuit Bald. an error in testamentis posset probari per duos testes, & dic secũdùm eum in l. errore. C. de test. quod uidetur quòd non, quia in testamentis requirũtur plures testes ad probandũ sic fa
12 ctum testamentũ: sed error non † põt probari, quin probet ueritas contraria errori hoc probãt. ff. de leg. 2. l. cùm proponeret. Itẽ eadem est disciplina contrariorum, & eadem est regula probandi. C. de non nupe. l. generaliter. ergo quemadmodum est probanda ueritas, ita est probãdus error. In contrarium uidetur, quòd error in tẽpore, uel confinibus, uel nomine uidetur posse probari per duos testes. ff. de testa. l. hęredes palã. §. sed si notã. Itẽ amicitia, & inimicitia possunt probari per duos testes, & tamen testamẽtũ inde depẽdet: ut l. si quis seruũ. §. inter duos. ff. de leg. 2. & ff. de adimẽ. leg. l. 3. in fi. cũ similibus: Solue, dicit hic Cy. ut dicit Bald. ꝙ error põt probari ꝑ duos testes secundùm Pe.

Tu



Tu dic ꝙ quædã, sunt probationes extrinsecæ, non ex testamento uenientes, vt ꝙ aliquis sit inimicus, uel spurius, uel alio mòdo nõ capax: & ista probata per duos testes infringũt testamẽtũ. vt C. de testa. l. neq; & ecõtra si probaret capacitas, vel amicitia ꝑ duos testes, coadiuuaret testamẽtũ: de leg. 1. l. Lucius. §. fi. ff. de proba. l. ab ea parte. & ff. de testib. l. ubi numerus. Quæ dã sunt probationes, quę debẽt fieri de ipso testamento: & tũc refert, aut circa substantia testamenti, aut circa certitudinẽ: aut circa aliquam uerisimilẽ suppletionẽ. Primo casu loquitur l. cùm ꝓponeret. cũ sua gl. allegata. Secũdo casu loquit Cy. in l. errore. allegata. & Pe. & est ratio:
12 quia † facilius aliquid probat suprà scripturã vel præter scripturã, quàm contra ipsius tenorem: vt no. C. de contrahend. stipul. l. optimam. per Cy. ff. de duo. reis. l. reos. §. cùm in tabulis. in gl. nisi aliis. & ff. de pac. l. iurisgẽtium. §. quod ferè. Itẽ facilius probant adminicula, q̃ ipsum principale dispositũ, cùm in adminiculis, & coherentiis probãdis sufficiunt coniecturæ: vt ff. de rebus du. l. 1. de legat. 1. l. si seruus urium. §. fi.

Eodẽ modo, si probatio nõ tẽdit ad ꝓbãdũ testamentũ, nec cõcernit factũ testatoris, sed factũ tabellionis: vt q̃a uolo probare, ꝙ tabellio errauit à die cõscripti instrumẽti: q̃a scripsit prius, uel posterius, q̃ deberet, ꝙ hoc põt infringi, & probari ꝑ duos testes: quia hoc potest examinari sẽsorsum à principali, unde non est eiusdem naturę. Et sic intelligo quod no. in l. errore. allegata. per Cyn. & Pet. & ff. de regu. iuris. l. si librarius. & l. 1. in fi. quemadmodum testa. ape. Si autem probatur error per testes, puta quia dixit testator, hęres esto, tamen non est scriptum. Dic secundùm Nico. de Matta. ꝙ aut testamẽtũ est nũciatiuũ, & tũc ualet: quia ibi scriptura nõ est de substantia testamẽti: sed ad solã probationem fit: & ideò, talis error scripturæ non nocet, cũ testatorẽ cõstet nuncupasse. & sic cõpleuisse perfectè ea, quæ ipse debuit ad substãtiã testamẽti: arg. ff. de pign. l. cõtrahit. & de pac. l. pactũ. & l. errore. al leg. & de leg. 2. l. cũ proponeret. ff. de hæred. inst. l. 1. §. ergo & si ita. Aut est testamentũ in scriptis. & tunc credo ꝙ non ua
13 leat: quia cùm scriptura † sit de substãcia, oportet hęredem institutum esse scriptũ: quia institutio caput est testamenti, adeò quòd sine ea nullum testamẽtum esse potest. ff. de his quę in testa. dele. l. proximè. & debet per ipsam scripturam exprimi: vt ff. de codicil. l. fi. pro hoc. C. de arbi. l. ne in arbitris. §. finautem in scriptura: Sed ubi testator tantam institutionis partem in scriptura exprimit, quod ex ipsa scriptura colligi potest à parte tota, licet aliquod uerbum desit in scriptura, tunc ualet. Ideò quòd lex intelligit in nuncupando non fuisse defectum, & defectum scripturę intelligit, quasi non fuisse defectum, cùm per illud, quod est scriptum, appareat intentio dicentis: ut in exemplo suprà posito: ut l. 1. §. finautem. & l. quoties. ff. de hære. insti. In legatis autem, & fideicommissis, quæ probantur dicta: licet sic in eis substantia testamenti: est tamen in eis substantia legati ipsius.

Vnde puto, dicit Bald. eandem distinctionem habere locum per prædictas rationes. Sed in errore commisso sententia; puta, quia dixit iudex, condemno, & non est scriptũ. Respon. cùm sentẽtia sit ferenda in scriptis, scriptura sit de substantia pronunciationis. C. de senten. ex breui. recit. l. 2. in fi. puto ibi eandem distinctionem adhibendam, quam dixit in testamento in scriptis, & idem puto in quolibet actu, in quo ad eius substantiam requiritur scriptura, ubi autem scriptura sit ad solam probationem; tunc dico idem, quod dixi in testamento sine scriptis, secundùm Nico. de Matta. Et dicit Bal. in d. l. quoties. in princ. de hære. institu. quòd error consanguinitatis uitiat institutionẽ, ut credebam te fratrem meum, cùm esses partus suppositus: ideo te substitui, & dicit gloss. quòd non ualet: vt l. si pater. & l. nec apud. C. de hęred. insti. & l. eam quam. C. de fideicom. & hoc quando constat de errore. In dubio dic, quòd si exprimat causa: quę si uera esset, haberet eũ notoriè instituere; vt, filiũ

meum Titium hæredem instituo, & tunc præsumitur causa finalis, quę si uera est, tenet, aliàs non. Et hoc videtur dicere gloss. interlinearis in dicta l. si pater. & nil allegat, & potest allegare. C. de pact. l. si cum te. secundùm Cyn. Ego dico, quòd non solùm si causa importabit necessitatem, sed etiam si importabit minimam affectionem, præsumitur causa finalis, vt in exemplo suprà posito, quãdo erratur in fraternitate. Casus est, in l. nec apud. & ad hoc facit ff. de pact. l. tale pactum. §. fi. quod ibi no.

*SVMMARIVM.*

1 *Error in nomine proprio an possit uitiare legatum, & alios actus.*
2 *Qualitas rei potius aliquando attenditur, quam nomen proprium.*
3 *Verba appellatiua quid importent*
4 *Errare an idem sit in nominibus appellatiuis quod in proprijs.*
5 *Error in nomine proprio an uitiet depositum.*
6 *Corruptio nominis appellatiui quid significet.*
7 *Nomen suum proprium & filiorum ignorat, nemo.*
8 *Error in syllaba an noceat.*

NVnc uideamus de errore nomini proprij, uel appellatiui. Et secũdũ Io. de Im. in l. si qs in fundi uocabulo de leg. j. Er
1 ror † in nomine proprio non habet uitiare legatum, ut l. si quis in nomine: C. de testam. & §. si quis in nomine. insti. de lega. Idem si sit error in confinibus. l. patronus. §. 1. & 2. ff. de lega. 4. no. in l. forma. ff. de censi. idem si sit error in patria uel parochia, ut d. l. patronus. §. 1. & 2. Nec obstat. capitu. significantes. de rescriptis. de quo Bald. in d. l. si quis in fundi uocabulo. opponit, & non soluit: de quo dic per Ioan. Andr. in nouella super tex. quia non constabat ibi de mente. Error uerò in, nomine appellatiuo, habet uitiare: ut d. l. si quis in fundi uocabulo. nisi fortè res esset præsens: ut est gloss. singularis in l. quę extrinsecus. ff. de uerb: ob. uel nisi cõsuetudo loquendi excusaret eũ: ut l. Labeo. §. in Tubero. ff. de supel. leg. nisi esset aliqua conformites, & nõ omnimoda dissimilitudo: ut l. librorũ. §. quod tamen Cassius. de leg. 3. uel nisi constaret de mente, & de substantia corporis per protestationem præambulam corporis: ut tangit gloss. in dicta. l. si quis in fundi uocabulo allegata in gloss. super uerbo, uocabulo. & ex glo. 2. circa finem eiusdem in dicta l. si quis in fundi uocabulo.

No. q̃ ubi discordat nomen cum finibus, uel cum rei qualitate, potius attendũ
2 tur fines, uel rei † qualitas quàm nomen proprium: de quo in l. demonstratio. ff. de condi. & demon.

Item ex eadem gloss. not. quod qualitas rei inserta operatur idj, quod appositio finium. Et per hoc infertur, quòd si aliquis accusat aliquem de uulnere commisso in palatio dominorum, non est necesse, quòd apponantur fines ipsius palatij, cùm propter qualitatem expressam res satis reddatur certa, & ideò nõ eget alia demonstratione. l. 1. in fin. ff. de dote præle. & l. cùm sermo. cum ibi not. ff. de contrahen. emptio. & ꝑ hoc limitatur l. libellorum. ff. de accu.

Itẽ ex gl. 3. in d. l. si quis in fundi. in fin. no. secundùm Ang. ibi, quòd licèt possit ad fundum, uel pratum reduci, uel ad terram aratoriam, tamen censetur diuersa in substantia: & ideò error habet uitiare. quod not. Et secundùm Bart. in d. l. si quis in fundi uocabulo. error proprij nominis non uitiat actus inter uiuos, nec in ultima uolũtate secũdùm gl. in d. l. si quis in fundi uocabulo secundùm concordantias, quas allegat. Non enim uitiat stipulationem: ut l. si quis in nomine. ff. de uer. ob. nec heredis institutio: ut l. si quis in nomine. C. de testa. nec iupicium: ut l. Põponius scribit, si frumentum. ff. de rei uendi.

Et an si constet de uoluntate testatoris, qui in nomine appellatiuo erraui, an uitiet: gloss. in l. si quis in fundi uidetur contradicere sibi, uide eam, ut declares gl. dic, aut constat testatorem erraſſe



erraſſe in nomine appellatiuo tacitè, uel apparent aliqua indicia, puta, quia antè dixit se aliq̃ velle allegare, & tũc nihilominus legatum non vitiatur: vt in princi. dictę glos. ita loquitur glo. in d. l. si quis
3 in fundi. alleg. Ratio, quia nomina † appellatiua sunt ita communia, quòd lex non præsumit aliquem arraſſe, & hoc ex aliquibus iudicijs. Sicuti enim stultum est errare in nomine suo ꝓpriomet: vt l. fin. C. de hære. insti. ita quodammodo in nomine appellatiuo: fallit propter cõformitatem nominum, vt l. libellorum. §. quod tamen Cassius. ff. de leg. 3. Fallit si ex cõmuni vsu loquendi aliter appellaretur: vt l. Labeo. verficu. sicut hoc mirum. de supel. lega. Si verò constat testatorem expresè voluisse nominare equũ, pro multo tunc valeret legatum. & ita loquitur secunda pars dictæ glos. Idem si res esse præsens, & eam testator digito demonstraret, sub alio tamen nomine appellatiuo, si diceret hunc equum tibi lego, cum esset bos. l. quæ exinsecus. cum glos. ff. de verb. obliga. Et si erretur in nominibus adiectiuis, vt si dixit album, cum esset nigrum, secundum glos. in d. l. si quis in fun
4 di. est idem quod in nominibus † ꝓprijs. & videtur tex. in l. fin. ff. de reb. dub. Et probatur, quòd erraui in nomine proprio, si posuit confines, vel aliquam demonstrationem, vt quia dixit oliuetum, quod est contiguum alteri fundo testatoris, qui non habebat illud nomen. Vide gloss. in dicta l. si quis in fundi vocabulo. de qua singulariter not. quòd si fines concordant, vel qualitas fundi cũ re de qua agimus, illud magis inspicitur, quàm vocabulum loci, seu fundi. de quo per Bar. in l. demonstatio. ff. de conditio. & demonstratio.

Error autem in corpore, si testator ante factum testamentum conferens cum aliquibus dixitq̃ volebat vel intendebat legare, si postea aliud ponit, probatur, q̃ erraui in corpore ex præcedentibus verbis dictis hoc sentit glo. in l. si quis in fundi. allegata. cum dicit intendebat &c. probatur ff. de hæred. insti. l. quoties. §. j. & 2. Ange. autem in l. si quis in nomine. C. de testa. dicit, quòd error in nomine non vitiat dispositionem, vt l. si quis in nomine. allegata. Intellige cum erratur in nomine proprio, secus in appellatiuo, vt l. si quis in fundi vocabulo. allega. de lega. j. saluo nisi inter nomina appellatiua habeant vicinitatem quandam: exemplum, in l. librorum. §. quod tamen Cassius. de legatis. 3. Et saluo nisi præsentia rei cum demonstratione digito facta talem excludat errorem. Exemplum, si dico, promitto tibi bouem hunc, cum sit asinus in præsentia constitutus, glos. est in l. quæ extrinsecus. ff. de verborum obligationib. Error verò syllabæ, non vitiat dispositionem, vt l. qui habebat. ff. de manumiss. testamen. imò nec reddi ambiguam, vt in præal. l. Fallit si per errorem syllabæ resultat mala latinitas in rescriptis emanantibus a cancellaria Papæ vel principis, qa per multas manus discurrunt, non est verisimile cancellarium dimisisse exire de cancellaria. & ideo præsumitur falsum, de rescriptis. c. ad audientiam. per Barto. Error in confinibus, vel nomine regionis non vitiat dispositionem, dummodo constet de corpore, de censi. l. forma. de legatis. 3. l. patronus. §. j. & 2.

Quid ergo erit, si quis legat fundum, qui vocatur campus de Piro situatum in pertinentijs villæ Maleti, qui laborabatur per talẽ villicum, si in illis pertinentijs nõ reperitur, sed bene inuenitur campus eiusdẽ nominis, & ab eodẽ villico laboratur vtrum stabimus denominationi regionis, vel villæ? an verò præponderat identitas nominis eiusdem fundi? Et dic, quòd concurrentia istorum duorum præualet, & ideo fundus debetur. Si autem dicta duo nõ concurrunt, sed vnum tantum, puta nomen fundi, sed nomen regionis non, tunc præualet regionis nominatio, & non debetur fundus, nisi legatarius doceat testatorẽ, de ipso fundo scripsisse in coniunctione dictorum duorum, vt l. patronus. §. j. & 2. allegato. Et attende, quia verum est non attendi nominationem regionis in casu quodam, quãdo regiones sunt contiguæ, nam si essent minus discontiguæ, puta, quia regio esset versus

uersus vnam partem ciuitatis, & fundus
est versus aliam constitutus, crederem
tunc præualere nominationem regionis
tanquam magis cognitam, & mentis me
moriæ commendatam saluo, nisi per le-
gatarium probetur testatorem hoc vo-
luisse.

Et dicunt doctores moderni, quòd er-
5 ror in nomine † proprio non vitiat di-
spositum, quia in eo non consistit rei sub
stantia, sed denominatio, quæ potest plu
ribus modis haberi, & sufficit, si non ha-
betur vno modo, quòd habeatur alio mo
do, vt l. qui habebat. Flaccum fullonem,
& Philonicum. pistorẽ. de rebus dub. & l.
demonstratio falsa. ff. de condi. & demõ-
6 stra. & ibi per Bart. Sed † corruptio no-
minis appellatiui significat corruptionẽ
formæ substantialis, & non vitiat tale di-
spositum error in nomine appellatiuo, ni
si per multã similitudinem, vt d. l. si quis
in fundi. ff. de lega. j. l. librorum. §. quod
tamen Cassius. allegata. vel nisi nomina
appellatiua non essent omnino diuersa,
& se haberent tanquam excedentia &
excessa, quia tunc error in nomine ap-
pellatiuo non vitiat vt l. qui quartam. de
legat. j. & ibi per Imo. vel etiam nisi con
suetudo loquendi testatoris hoc suppor-
taret, vt l. Labeo. §. id Tubero. ff. de
supel. lega. si constaret, quòd errauit in
appellatiuo, tamen constaret de certo
corpore, si probatur per septem testes
iste error videtur sufficere, & valere,
& in nomine proprio sufficit errorem
probare per duos testes, de quo per Bal.
in l. cum proponeretur. de lega. 2. Et
quod dictum est, quòd error in nomine
proprio nõ vitiat, hoc limita nisi esset er-
ror in nomine proprio ipsius loquentis,
aut filij, coniunctæ personæ, vt l. fin. C.
de hæred. insti. secundum. Bald. ibi, quia
si præsumeremus errorẽ in nomine pro-
prio ipsius loquentis, aut filij, aut coniun
7 ctę † personę præsumeremus eum satuũ
esse, vt d. l. fin. quia fatuus reputatur no-
men sui, aut filiorum, aut coniunctorum
ignorare; modò præsumitur quis scire,
vt l. de tutela. C. de in integr. resti. mino-
rum. & l. octaui. vnde cognati.

Et quod dicitur ꝙ error in nomine ap
pellatiuo vitiat, hoc intelligitur nisi res
præsens & demonstrata sit, quia error
nominis appellatiui tunc non vitiat, vt
est glos. in l. quæ extrinsecus. ff. de verbo.
obligationib. Error verò artificij non no
cet, nec vitiat, vt d. l. qui habebat. allega.
nec etiam vitiat error in nomine regio-
nis, vt supra est dictum, vel etiam patrię:
vt l. patronus. §. j. & 2. allegat. sed præua-
let nomini proprio, vt ibi, nec etiam er-
ror in confinibus, vt not. glos. in l. forma.
8 de censi. nec etiam † error in syllaba no
cet, seu vitiat. ff. de manumissis testamen.
l. qui habebat. nisi resultaret mala latini-
tas loquendi in rescriptis Papæ, vt est dic-
tum, quia in alijs non vitiat, vt l. Plau-
tius. de auro & argento legato.

### SVMMARIVM.

1 *Verbum, credo, in confessione quid impor-
tet.*
2 *Contrarius sibi quis esse non creditur.*

Vpere st vt tunc videamus de
errore qui in iudicijs commit
titur, & licet suprà sit latè di-
ctum, quando partes errant,
siue in iudicio, siue extra iudicium Ad-
de adhuc, quod dicit Bald. in l. de tutela,
de integr. restit. minorum. vbi dicit glos.
quod si hodie credo vnum, cras possum
contrarium credere, quia assertio fun-
data in credulitate nõ officit, ꝙ si postea
credo contrarium, non potest dicere, &
probare. Et ex dicta glos. collige, ꝙ per
1 confessionem factam per † verbum, cre-
do, semper quis potest probare contra-
rium, quia nõ dicitur quis esse contrarius
2 † sibi licet hodie credat vnum, cras aliud
& hoc facit ad excusationem doctorum,
qui dant consilia contraria contrarijs, tẽ-
pus per verbum, credo, certè erubescen-
da est ista varietas. C. de modo multarũ.
l. eos. Item facit, quòd confessio facta per
verbum, credo, possit corrigi, nec dica-
tur quis periurus diuersis temporibus ꝙ
verbum, credo, quia hominis opinio po-
test



test variari: sed ego credo, quòd dica-
tur periurus, nisi alleget qualiter aliter
nunc credit quàm prius. & est ratio: quia
ex prima confessione, seu responsione est
ius quæsitum aduersario: ut l. 2. §. quod
obseruari. C. de iura. calum. & facit quod
nota. de resti. spol. cap: cum ad sedem. &
vide quæ suprà dixi post Iacob. Brun. circa
hoc.

### SVMMARIVM.

1 *Syndici maleficia denunciant.*
2 *Error aduocati an reuocari possit.*
3 *Error intra quod tempus reuocari possit.*
4 *Confessio aduocati an noceat.*
5 *Præsens non dicitur, qui non intelligit.*
6 *Pactio aliena quando plus noceat, quam pro
pria.*

Vid autem sit de errore aduo
cati videmus. Circa quod di-
cit Iac. Bru. in l. errores. C. de
erro. aduo. ꝙ quandoq; errat
aduocatus, & loquitur l. 1. & fi. C de erro.
aduoc. Aliquando errat tabelio scribens:
& loquitur l. errores. C. de erro. aduoc. &
dicit ibi Iaco. Bru. vidi multoties de facto
1 hoc euenire: nam † syndici debent denun
ciare maleficia, & qui nesciunt literas fa-
ciunt sibi scribi à quodam notario nomẽ
delinquentis, & locum. Quandoque nota
rius errat in nomine delinquentis: unde
iudex vult syndicum de falso puniri, cer-
tè non debet: quia error talis non debet
nocere: vt l. errores allega. Hostien. verò
in summa de confes. §. an error. dicit de
2 errore † aduocati an reuocari potest: dicũt
quidam vt Placen. quòd vsque ad triduũ
tantum potest. C. de erro. aduoca. l. final.
Azo dixit quòd quandocunque ante sen
tentiam. Probato tamen errore nõ obstat
l. fi. allega. nam ibi sic accidit de facto: ꝙ
sententia fuit lata intra triduum proxi-
mũ post confessionem ab aduocato factã
quicquid scriptum inuenias, distingui vi
detur utrum aduocatus errauit in iure: &
tunc secundum omnes potest reuocari:
quia causæ meræ qualitatem certiorẽ ha-
beo quam iuris statuta, & subtilitates, ꝙ
fortè mihi minus plenè, uel penitus sunt
incognitæ. Si verò in facto errauit. ego in
terrogatus, an ratum habeo, quòd aduo
catus meus in iudicio dicet, respondit ꝙ
sic perinde est ac si ego confitendo errat
sem: ergo probato errore, reuocare po-
tero quandocunque ante sententiam. C.
de iuris & fact. igno. l. error. & ff. de confes.
l. non fatetur. sic intelligas. C. de erro.
aduoca. l. 1. nam, & post sententiam re
uocatur quandoque error probabilis. ff.
quando act. de pe. est annalis. l. 2. Si au-
tem non fuerit a me quęsitum, utrum ha
beam ratum, uel nõ vel fuit quęsitum, &
ego cautè respondi: uidelicet in hunc mo
dum, habeo ratum id quod pro me dixe
rit, sed quod contra me, non habeo ra-
tum: tunc errorem suum nudo verbo sine
3 probatione aliqua † intra triduum reuo-
care potest. Sic intelligas l. fin. C. de erro.
aduoc. Dicere enim quòd ita accidit de
facto diuinatio est: & pro hac sententia
facit optime quia confessio aduocati per
procuratorem fuit eadem die nudo ver-
bo reuocata: & per consequens non fuit
lis contestata: de appell. cum causam. & à
contrario sensu, de censibus. c. olim.

Videtur etiã quòd error siue proprius
siue procuratorius reuocari possit: de
elect. c. scriptum. §. 1. subaudi, incontinen
ti: de testib. cogend. cap. præterea. super
quo uide, quod not. de elec. in sum. §. qua
liter. super uerbo, mox. Idem uide in pro
curatore fines mandati excedente, argu:
cap. olim abbas. de off. delegat. vel illud,
quia ad hoc non est datus, secus fortè in
his, ad quæ fortè constitutus est. Error
igitur aduocati eodem die potest reu-
ocari, vt dixi suprà & dic idem intra tri
duum. argu. in his, quæ not. Hostien. in
summa in titu. de confes. §. qualiter intel-
ligatur. uersicu. dominus causę. & sequen
ti. Et uidetur hoc triduum computatum
à tempore sciencię. Elapso autem triduo,
perinde habetur, ac si principalis esset
confessus. & sic etiam potest intelligi C.
de errore aduoca. l. 1. sit ergo cautus di-
ligens aduocatus, quando petet à clien-
tulo suo an habeat ratum id quod ipse ad
uoca-

uocatus dicet in iudicio, ne pudeat ipsum aduocatũ ostendere, ut docui supra, scilicet ut dicat, habet ratum, si quid pro ipso dixero, si contra, non habet ratum, ut sic seruet clientulo dictum beneficium quia quòd clientulus cogatur habere ratũ id quod aduocatus dicet in iudicio, in uenisse me non memini iure cautum, nisi quantum not. Hostien. ipse in titu. de postuland. in sum. §. quid pertinet. si probatur interesse positionibus: & de licentia iudicis respondere posset, & illud dici, quòd hoc, quod dixi de triduo locum habet, quando clientulus absens erat: sicut Hostien. distinxit de procurat. in titu. de confessis. §. qualiter intelligatur. uersicul. dominus. & sequenti sed uerius est, quod hic notaui suprà proximè. Confessio ritè reuocata non nocet de appella. c. cum causam. de censi. capi. cum olim.

Attende, quod Cyn. in l. 1. de erro. aduoca. quęrit pone, quòd protestatio talis prędcedit, si aliqua dicantur, quę sint utilia causę, ualeant, aliàs non: & talis protestatio fit per clientulum, vel per ipsum aduocatum: nunquid si postea dixerit aliquid sibi non utile, prędiudicabit? & tenet quòd non, secundum Pet. argu. ff. de lega. 3. l. si quis. in princi. uide in simili protestatione Archi. in cap. si delegatusi extra de offic. delegat. lib. 6. aliàs errares. Vide Ioan. And. in c. fi. de rescrip. in cle. ubi uidetur aliter tenere. Adde gl. 19. distin. c. si Romanorum ubi dicit, quòd nõ ualet talis protestatio. Domini de Rota conclusione 176. dicunt quòd si instrumẽtum est factum ad petitionem solius aduersarii, ut in appellatione; tunc iuuat protestatio. Si autem producatur instrumentum factum inter partes, non iuuat illa protestatio. allegat. c. uenerabilẽ. de except. Bald. autem in l. fin. de errore aduoca. dicit quòd error aduocati potest reuocari usque ad sententiam etiam in causa appellationis: & ideo confessio potest reuocari in causa appellationis probando errorem probando cõtrarium, ut not. ff. de appella. l. creditor. §. iussus. no. etiam per Cyn. in l. 2. C. quorum appell. non reci. Item si aduocatus loquitur literaliter, & clientulus est idiota, secundum glos. in l. 1. C. de errore aduoca. confessio
4 tunc aduocati non nocet clientulo, nec prædiudicat, quia secundum gloss. ibi confessio aduocati debet fieri ad hoc ut prædicet clientulo præsente, & intelligente. Et certè hoc dubium est bonum gratia dubitationis tollendæ.

Vnde not. dictum necessarium eo ipso quod dicit præsentibus, intelligitur, &
5 intelligentibus. Qui † enim non intelligit: non dicitur esse prędsens: ut l. coram, ff. de uerbo. signifi. & l. diem. §. coram. ff. de arbi. secundum Barto. consule tamen tabellioni. quòd non scribat hæc uerba parte præsente, nisi uulgarizat sibi dictum aduocati, quando clientulus est talis, qui nõ intelligit literatam loquelam, aliàs de facili posset conficere falsum instrumentum, cum præsentia includat intellectum secundum opinio. Bartol. Et dicit idem Bald. in rubr. C. qui admi. ad bono. pos. ęq illud, quod requirit præsentiam iudicis, quod sic debet fieri, quòd iudex intelligat, quod sit coram eo. Ignorãs enim nõ intelligitur præstare præsentiam. nec consensum. ff. de uerbo. signifi. l. coram. ff. de arbi. l. idem proferre. §. coram. ff. de testamen. l. hæredes palam. §. in testamentis. in uersi. certiorentur. Et not. glo. in l. j. C. de bono. posses. secundum tab. Et ideo dicit Bald. ibi, de facto dicebam, cum partes simulant, cum tacitam donationem celebrant: licet iudex interponat decretum, tamen dicitur donatio insinuata: quia non erat notum iudici, quòd non intenderent donationem celebrare, apertè itaque, & intelligibiliter natura negotii exponenda est, & declaranda iudici, de edi. diui. Adria. tollen. l. fi. aliàs non intelligitur factum in præsentia eius. Ad hoc. ff. de bon. pos. l. seruus. & idem est si in aliquo actu requiritur propinquorum seu amicorum præsentia. nam debent factum clarè intelligere, aliàs si actus esset simulatus, non dicuntur esse præsentes. Hoc dicit gloss. ff. de bon. pos. l. tutor: dum dicit amicis eius, & iudice scientibus. quam gloss. ad hoc singulariter no.

Archi-



Archida. 35. q. 9. §. j. dixit, an liceat errorem aduocati corrigere, & videtur ęq non, per id quod legitur & not. de appel. c. cum causam. vbi etiam Innoc. & Hostien. dicunt, quòd eadem die debet reuocari: quia si vltra vnam diem tacent dominus siue procurator, tunc ratum habere videntur. Ibi tamen dixit Gosfr. quòd aduocatus erroneam confessionem potest reuocare, non solum illa die, ibi dixit, sed vsque ad triduum. C. de errore aduoca. l. 3. imò vsque ad sententiam. C. de iuris & fact. igno. l. error. Si enim proprium errorem licet reuocare, multofortius alienum, secundum Gosfr. Alij dicunt, quòd tantum vsque ad triduum, per prædictam. l. C. de erro. aduoca. dicentem, quòd aliud est in errore aduocati, quàm litigatoris, nam intra triduũ plus nocet mihi pactio aliena, quàm pro-
6 pria. C. de pactis. l. pactum † quod. & l. fi. sed tu dic, quòd in d. l. 3. C. de errore aduo. factum notatur, & non statuitur ius: de hoc notatur extra de diuor. capitulo ex literis. quod not. diligenter.

## SVMMARIVM.

1 *Scriptum obscurè, pro non scripto habetur.*
2 *Testis an in causa appellationis dictum suum corrigere queat.*
3 *Testis quando tanquam varians habeatur.*
4 *Primo dicto testis quando stetur.*
5 *Varietas circa demonstrationes, an dicatur uarietas testis.*
6 *Testi plus creditur post torturam, quàm ante, uel in tortura.*
7 *Posteriora prioribus derogant.*
8 *Primo & ultimo dicto testis quando standum sit.*
9 *Depositio testis absente iudice an ualeat.*
10 *Testis in iudicio cogitur uerum dicere.*
11 *Lex, eos. de fal. quibus in casibus loquatur.*
12 *Errorem an corrigere liceat non quandocunque ante sententiam.*
13 *Iudex an suam sententiam diffinitiuam corrigere possit.*
14 *Testes, an pluries produci possint.*
15 *Memoria hominum labilis.*
16 *Verbum, nescio, quid importet.*
17 *Testis contradicens & uacillans quid dicatur.*
18 *Qualitas personarum consideranda est.*

E errore testis subiiciamus. Dicit Hostien. in summa in tit de teste. §. super quibus. circ fi. versi. item potest reddere testis. quòd potest reddere testis, & interpretari dictum suum, si ita obscurè erat, quòd non posset sententiari. Quod enim obscurè dicitur, pro non dicto habetur. ff. de interrogatio. actio. l. de ęrate. §. nihil interest. & obscurè † scriptum,
1 pro non scripto habetur. ff. de his quæ pro non script. l. 2. & hoc ad instantiam iudicis intelligas. vt in cap. cum clamor. de testi. Non enim de nouo aliquid dicit, sed quod dixerat, declarat. ff. de testa. l. hæredes palam. §. si quis post testamentum. ff. de acqui. re. do. l. adeo. §. cum quis ex aliena materia. in fi. aliàs facienda est interpretatio contra illum, qui produxit eum: vt notat Hostien. in summa de proba. §. & qualiter. in fin. quòd si testis proprio motu venit dicẽs, quòd vult corrigere dictum suum. & cum primò dixisset album, modò dicit nigrum. videtur ęq standum sit tantum vltimo testimonio. ff. de hęre. insti. l. si ita scriptum. j. responso. ff. de manumis. testa. l. Stichus. Contra, quia sibi, & fidei suæ derogat. de testib. c. sicut nobis. & c. cum in tua. dicas quòd si habuit tractatum cum aliqua partium, non est admittendus, quia suspectus est, aliàs se ipsum corrigere poterit, si tamen aliàs sit honestæ & bonæ opinionis, & sic intellige, quòd incontinenti potest seipsum corrigere vt de testibus cogen. cap. præterea. vel dicas illud incontinenti arbitrarium argumen. 3. quæst. 3. testium fides. ff. de testi. l. 3.

Quid enim si sit quidam Episcopus quidam religiosus, qui non memor est suæ salutis. j. quæst. 7. sancimus. de procur. c. in nostra. ad fin. certè hoc debet valere, quia pro persona præsumitur. Et quid si postea contraxit affinitates cum

aliqua

aliqua partium vel nimiam familiaritatē: certè in hoc casu, si reuocatur, suspectus: est quamuis. valeret testimonium suum, si nō reuerteretur,& ad hoc ff. de postu. l.cui eorum.§.affinitatis.de testib.cogen. c.præterea. sic potest intelligi.35. q. 6.de parentela. Petrus de Perusio.in capitul. pręterea. de testibus cogen. allegata. dicit, quod gloss. dicit in dicto cap. præterea.quod testis non potest corrigere † di
2 ctum suum in causa appellationis. Est enim alia instantia in causa prinicpali, & corrigere non potest,nisi in eadem instātia,& antequam loquatur partibus, secūdum gloss. ibi. Dicit Innocen.ibi,& antequam loquat̄ alicui personæ: & antequā exeat conspectum iudicis:& hoc casu iudex attendet modum, & causam correctioni: & incidit in suspicionem, nisi iudex probabiliter cognoscat,quare uariat uel uacillat,si autem testimonio suo addat,tunc ei,quod addit, minus fidei adhibetur.Et habet tres casus,quandoque testis,uult corrigere dictum suum, & tunc potest,si incontinenti illud faciat, & ita loquitur cap. præterea. de testib. cogen. quandoque vult addere dicto suo: & loquitur c. per tuas. de testib. quandoque, vult declarare, & loquitur cap.cum clamor. de testib.& de probatio.c.in pręsentia. Tunc autē testis pōt corrigere, addere,uel declarare, qn̄ simpliciter iurat dicere veritatem,secus si iurat meram, & plenam ueritatem. de accusa.capit. cum dilecta. vbi est singularis casus & dicit idem Petrus in capitu.literas. de præsumptio.

Not.ex hac glo.ꝓ si testis dicit in secundo iudicio contrarium eius,quòd dixit in primo,statur primo dicto, etiam si uarietur modus agendi, & etiam si illud dixerit extra iudicium. Si enim aliquis tanquam arbiter unum iudicauerit,potetit vt iudex contrarium iudicare, & cum iudex,à quo, succedat in locum iudicis, ad quem, poterit suam sententiam reuocare, secundum doctores dicit ibi Petrus. Dicebat tamē glo.in c. cū inter. de elect. quòd tanquam ordinarius potest reuocare electionem à se factam, vt à cōpromissario. Bart.autem in l.eos.ff.de falsis.dicit, quòd licet testi incontinenti se corrigere: vt notatur in auth.de testib. §.quia uerò.in glo.magna.& est tex.de testib.cogen.c.præterea.& hoc verum,quòd potest se corrigere incontinenti, si iustam causam erroris,& correctionis alleget, & hoc iudici uidebitur. Sed quando simpliciter dicit diuersa, nec dicit hoc facere animo corrigendi. tunc habetur ut testis varians, ideo punitur. ita intelligitur l. eos.ff. de falsis.Sed uideretur quòd non haberetur tanquam varians, neque dictum ultimum eneruaret primum:sed dicto primo esset standum l. generaliter. C.de non numera.pecunia.de testib.l.sicut. sed ibi secundum dictum testis fuit post publicationem, & extra iudicium, non in forma iudicij.Si autem vtrunque
3 dictum fuisset in iudicio,† & in forma iudicij,tūc loquitur l.eos allegata. quia tūc habetur, tanquā uarians.Ideo dic,in hac materia secundum Bartol: ibi, quando testis uariat in eadem causa inter easdem personas:& tūc aut secundum dictum est cum tormentis, & tunc aut dcit hoc animo se corrigendi,aut non,vt patet ex supradictis,quandoque testis uariat in iudicio ab eo,quod dixit extra iudicium, & tūc,aut primò testificatus est in iudicio, secundò dicit cōtrariū extraiudicium, &
4 statur primò † dicto,ut l.generaliter.allegat.& cap.sicut.de testibus.Aut primò dixit extra iudidicium,& postea dixit cōtrarium in iudicio.& tunc punitur ut falsarius,vt l.eos.ff.de fal.2.responso. Si verò profert uaria testimonia, & diuersa, tunc punitur vt falsarius,vt l.eos.allegat. 3.responso. Et dicuntur falsa testimonia quando quis dolosè contra veritatem deponit. Varia sunt, quando unum dicit in vno articulo,& in alio articulo aliud dicit: & intellige, quòd sit uarietas ista circa factum, seu negotium principale, seu circunstantias ipsius negotij principalis:
5 Nam si varietas esset circa † demonstrationes aliquas ipsius negotij, & circa pronomē,vel agnomen vnius ex partibus nō dicitur propterea uarietas testis:argu. l. his uerbis.in fin.ff.de hæred. institu. & l.

pen.



pen.ff.de rebus du.

Sed tunc diceretur testis uarius, si uariaret circa tempus, uel locum contractus,uel delicti,ad quod facit quod no.C. de testi.l.testium. Aduersa & cōtraria dicere dicuntur, qui dicunt in compatibilia.puta, in uno articulo dixit vnum,in alio articulo dixit aliud, quod est impossibile concurrere cum primo. Facit quod no.Innoc.in c.præterea.de test.& in Spe: in titu.de teste.§.1.uer.item quòd est uarius.& uersic.itē ꝓ aliquid. Et dicit idem Bald.in l.si postulauerit.§.sed si negauerit.ff.de adulte.quòd licet testis antequā torqueatur, dicat vnum, & postea post-
6 quam torquetur, †dicat aliud est credendum ei,quod post torturam dixit. quod tene menti. Item secundùm eum in d. tex.sed & si negauerit.uidetur expressum quòd posit testis corrigere dictum suū: & si primò dixit mendacium,postea potest dicere ueritatem.Gloss.tamen in authen.de test.§. quia uerò. uidetur dicere quòd non posit corrigere dictum suum. ita no.ibi.& ita communiter obseruatur secundùm Bartol. Sed illa glos. loquitur in correctione dicti quod facit testis spōte:sed si metu tormentorum uellet corrigere dictum suum,puto ei standum semper ante publicationem, per illum tex. sed si negauerit.Boni tamen assessores faciunt, quod nō reperitur nisi vnum dictū scilicet, illud, quod dixit post tormenta. Ang.autem in l.de tormentis.C.de quæstioni.dicit quòd confitenti contra se non statur,nisi ꝑseuerauerit: ut l.1.si quis ultro.ff.de quæstioni. Confitenti de alio,ut testis,statur, licet nō perseueret: quia statur dicto primo,non autem ultimo,quando se corrigit absque tormentis, & absq; causa rationabili. secus si cum causa rationabili.ut §.si uerò. in authen.de testi. & c.præterea.de testi.cogen.de quo ꝑ gl. in c. literas. de ꝑsump. Sed si corrigit qd̄ in tormētis reperitur,nō statur dicto primo,neq; secundo. sed iterum debet repeti,& stabitur illi dicto, in quo ꝑseuerauerit tanquā uero.& ita intellige glo. 1. uer. alij dicunt in d.l.de tormentis. Et ita intellige Dy.dicentem neutri dicto standū quia concedo. antequā tertiò repetatur saluo,nisi in animo iudicis sedeat:& saluo nisi fuerit locutus cū parte,quia tunc statur semper dicto primo, & non posteriori,secundum dictum.§.quia uerò.

Et ideo tene pro cōstāti, quòd quādo quis non torquetur in se, sed torquetur in alium,tanquam testis,non requirit perseuerantiam,imò statur primo dicto,arg. in d.§. quia uerò. & hoc uerum sine dubio,quando est locutus cum parte. Si autem locutus non fuit cum parte, & repetitus in tormentis dixit contrarium eius quod dixit primò.dixerunt quidam standum esse posteriori dicto, per illud generale† posteriora prioribus. Et in hac opi-
7 nio.fuerunt illi, de quibus fit mentio in gloss. l. de tormentis. allegat. in ultimo membro illius gloss. ibi,dum dicit. tertij econtra.Dyn.autem dixit,quòd neutri dicto est standum, per l. qui falso.ff.de testib.& per l. eos.ff.de fals. & hoc ipse tenet in l. repeti. ff. de quæstioni. Bartolus in l.eos.ff.de falsis. uidetur tenere, quòd aut testis uariat sine tormentis: & habet locum l.qui falso. Aut uariat in tormentis, & statur ultimo dicto, per legem, si postulauerit.ff. de adulterijs. uersiculo, sed si negauerit & hoc dicit Angelus sibi placere,si non fuit locutus cum parte,saluo nisi in animo iudicis sedeat,ut dixi ex aliqua rationabili causa quòd primum dictum uerisimilius, & negatio partis uerior,uel iustior sit. ipse autem magis scire potest, quam alius, ut l.3. §. ideoque diuus.ff.de testibus.Et ideo contingente hoc casu potest testis iterato repeti, & tūc uidebitur in qua confessione perseueret,an in prima, an in secunda, & ei debet stare iudex in qua inuenerit eum perseuerantem. Et ita intellige opinionem illorum, qui dicunt, quòd confitens de alijs in tormentis,debet perseuerare. Nā ista perseuerantia attendenda est eo casu,quo tortus testis, primò dixit unum, tortus secundò dixit oppositum,nam,torquendus est tertiò,ut uideatur in quo dicto magis persistat & hoc est ualde ęquū. Facit quod not. de testi. co.c. præterea.& ibi per Canonistas.Vnde non credo dicit

Ang.

Ang. dictum Bartol. ita indistinctè, & simpliciter uerum: quia secundo dicto creda tur.

Petrus autē de Perusio in consilio suo, quod incipit, Punctus talis est extra iudicium unà cum alijs docto. sic dicit testis extra iudicium antequam examinaretur in iudicio, dixit, & confitetur coram Titio, quod ipse testis nunquam uiderat, ꝙ ipse Titius percusserat, seu percuteret Martinum: & si quo tempore diceret contrarium, uel dixisset, non diceret uerum. postea examinatus per iudicem maleficiorum super inquisitione formata contra Titium de percussione facta contra Martinum, qui testis dicit uera esse contenta in inquisitione, & quòd uidit, quòd dictus Titius percussit dictum Martinum & vulnerauit, quæritur nunquid dictus Titius possit condemnari de dicto maleficio vigore dictorum testium, qui primò dixerunt extrà iudicium, quòd nihil viderunt postea in iudicio dixerunt contrarium. Super hoc puncto dicit Petr. dico de iure, quòd standum est: primo dico ꝙ lato extra iudicium, & non secundo prolato in iudicio. Casus est in cap. per tuas extra de proba. & quod not. extra de presumpt. cap. literas. hinc est quod testis punitur, quando dixit contrarium eius, ꝙ primò dixit extra iudicium: ut ff. de falsis l. eos. Petr. de Perusio utriusque iuris doctor. Et ita etiam dico, & cōsulo ego Honofrius de Perusio iegum doctor per ea quæ not. Bartol. in d. l. eos. duntamen facit illud, quod not. gloss. extra de testi. cap. cum causam. in gloss. hæc litera. in fi. vbi dicit, quòd si recepti sunt testes coram iudice incompetenti, qui dixerunt contrarium coram iudice competenti,
8 standum sit † ultimo dicto & non primo. Fortius igitur si primo extra iudicium.

Sed fortè dici potest, ut dicit Barto. in dicta l. eos. quòd tunc standum est secundo, quando seipsum corrigit, secus, quando simpliciter testificatur, nam negari non potest, quòd ipse testis suspectus est, & potest de falso puniri: ergo sua fides nulla in suo testimonio. Et idem dico, ut suprà ego Marcus Angel. illi de Perusio, nam licet regulariter in absen-
9 tia iudicis † non ualeat dictum testis. ut not. per gloss. in l. solam. C. de test. & in auth. ut defunct. seu fune. & nihil operetur ad ualorem probationis, tamen quantum ad propositum, talis testis postea at testando contrarium præsumitur falsus, & ut falsarius punitur, secundum not. in dicta l. eos. Bal. autem, ut sequitur. sic consuluit. Ego Bald. de Perusio in causa Michaelis commissa mandato magnificorum meorum dominorum ciuitatis Assisi sic consulo. nam de hoc sunt opi. cōtrarię quia Bal. in l. eos. ff. de falsis. dicit tales testes falsum deposuisse in iudicio, cum per prius affirmauerunt cōtrarium, tamen sequitur, quòd dictis testibus non sit credendum, sed debeant de falso puniri, sed gloss. ordinaria dicit contrarium extra de testib. cap. cum causam. & ista est ueritas, quia statur eorum dictis, quādo solenniter deposuerunt, non autem eorum dictis, quando extra iudicium deposuerunt, quia nullam fidem faciunt in cle. de testib. c. de testibus. à contrario sensu.

Et hoc etiam probatur, quia testis in
10 iudicio † cogitur inuitus dicere uerum, & sub uinculo iuramenti, & pro utraque parte, ut l. 1. ff. de testib. & ideò non arctātur testes, nec pars stare suo dicto, quod extra iudicium asseruit, imò quia si in iudicio lite non contestata non solenniter deposuisset, posset posteà solenniter deponere contrarium, licet hoc casu testis esset multum suspectus. & fortè non crederetur ei sine tormentis, argument. ff. de ædil. edict. l. quero. §. fin. Ex prędictis concluditur quòd dictis attestationibus debet dari fides. Bald. Idem Bal. dicit in alio suo consilio, quòd incipit, In Christi nomine Amen. licet assessores euntes post Bartol. ut cæci credant plus sibi, quā glossatoribus, & ueritati, tamen hoc est valde reprehensibile. Dixit enim Barto. quòd si testis extra iudicium dixit unum, & in iudicio aliud, quòd debet puniri de falso nullo alio probato. per l. eos. de falsis. nisi dixit esse casum. sed ueritas est in contrarium. & de hoc est gloss. ordi. in c. cum



cùm causam. de testib. in gloss. super verbo, hæc litera. ubi dicit gloss. quòd testimonium tale in iudicio depositū probat, quòd minimè probaret, si esset de falso condemnandus? Hoc etiam patet per rationē, nam aut uolumus, quòd dixerit falsum extra iudicium, & per hoc non punitur de falso, aut dixerit in iudicio, & de hoc non constat, quia illud, quod dixit extra iudicium, fidem non facit. C. de testi. l. iurisiurandi. Item est expressum, quòd testis, qui dixit extra iudicium se nescire, potest in iudicio testificari ueritatem. 10. col. quid sit inuestiru. c. 1. ubi est tex. unicus in iure.

Non obstat l. eos. allegat. quia illa lo-
11 quitur in tribus casibus. Primò, † quando in una & eadem productione solenni testis est sibi contrarius. Secundò, quando est contrarius suo sigillo. Tertiò, quādo in diuersis productionibus solenniter factis est sibi contrarius in iudicio. De extraiudiciali nil loquitur ibi, & miror, ꝙ tam præclarus doctor dominus meus ita errauit in casus positione, arbitrium ergo iudicis nil operatur, quia iste casus nō subiacet pœna falsi, nisi aliter probaretur, quòd falsum dixerit per testes reprobatiores, qui interfuerunt facto, aliter nullatenus, potest condemnari. Et ita consulo ego Bald. de Perusio. dominus. Florianus in l. qui falso. ff. de testi. in casu prędicto uidetur sequi Bald. dicens, quòd melius facit tex. in c. 1. quid sit inuesti. facit etiam. C. de testi. l. sola coniuncta glo. ubi, dicitur quòd attestatio testis facta corā uicinis nil releuat, quia extra iudicium, & extra formam iudicialem.

Non obst. glo. in c. literas. de presump. quia ibi est speciale in causa matrimonii. Archi. autē 35. q. 9. §. 1. super glo. in uerbo, errorem. an testis possit dictū suū corrigere, dicit ꝙ glo. dicit ꝙ sic incōtinēti. Adde, dicit ipse, id est, antequā loquatur partibus, secundùm Vincē. Gof. Philip. & Ber. uel alicui personæ secundùm Innoc. sed Hostien. hic dicit hoc arbitrio iudicis relinquēdū, qui qualitatē personarum at tēdat, & utrum testes tractatū habuerint cum partibus, uel non, & secundùm hoc. & alias circūstantias correctionem ipsius testis reprobet, uel admittet, argu. ad hoc extra. de testi. capit. præterea. secundùm Hosti. De hoc uerbo, in continenti, legitur & no. de ap. c. an sit. de mutu. pet. c. 1. & adde quod not. extra de locato. ca. potuit. in gloss. & ita patet gloss. not. in d. §. 1. 35. q. 9. sic dicit. nota quòd partibus & aduocatis licet corrigere dictum erro-
12 rem suum † quandocunque ante sententiam, extra de censibus. c. olim. C. de iuris & fact. ignor. l. error. quia testibus se incontinenti corrigere licet, extra de testi. cogen. c. præterea. Item dominus potest in continenti errorem procuratoris corrigere. de offi. dele. c. cùm olim. in fin. nisi errauit in perendis iudicibus suspectis de causa posset. & proprie. capit. cum olim. Item iudex potest errorem suum corrigere in interlocutoria sententia. ff.
13 de iud. l. quod iussit. sed diffinitiuam † sententiam nullus potest corrigere. Item dicit gloss. in ca. graue. 35. q. 9. quòd iudex potest sæpius interrogare testes, cùm dubiè aliquid dixerunt, ut in ca. iudicantem. 30. q. ulti. de empt. & uend. ca. cum causam. ff. de interroga. act l. ubicunque, nec aliter ad ueritatem peruenitur, nisi circunstantiæ omnes diligenter quærantur: ut 22. q. ultim. cap. eccidit. & secundùm Archi. ibi. Adde ad hoc extra de testi. c. cùm clamor. ubi de hoc. Sed ibi Ber. in casu illius cap. ponit hoc esse uerum, cùm iudex ex officio inquirit: secus credit in ordinario iudicio. Et idem uidetur ibi innuere Inno.

Sed tu dic secundùm Archi. quòd testes in hoc casu possunt iteratò produci,
14 † scilicet, cùm dubiè, uel confusè dicunt, uel obscurè. extra de testi. cogen. ca. præterea. suprà ea. quest. 6. de parentela. ff. de quæstio. l. repeti. Quod enim obscurè dicitur, pro nō dicto habetur. ff. de interroga. ac. l. de ætate. §. nil interest. Itē qd obscure scriptum est, pro non scripto habetur. l. 2. ff. de his quæ pro nō scrip. habē. secūdū Gof. & etiam post cōclusionem iudex interrogare poterit testes si opus fuerit. de fide instru. c. cum Ioann. secūdū Vin. ibi Host. dicit, ꝙ sibi magis placet quòd

testes sua dicta ualeant declarare, de hoc etiam satis no. in summa de testi. §. super quibus uers. sed nunquid tenetur. cum uersi. seq. Et no. Ber. extra de proba. c. in præsentia in glo. sed ratione. & de testi. c. per tuas. ibi uideas & quod no. Accur. in authē. de testi. §. si uerò. in glo. imò videt. Ludo. uerò in l. qui bona. §. si quis stipulatus. ff. de dam. infec. quæsiuit, an stetur dicto deponentis, super eo, super quo, cùm aliàs interrogatus esset, dixit se nescire, aut non recordari, dicas secundùm eum, quòd de hoc est tex. quem Bal. reputat singularem in c. j. quid sit inuesti. in feu. sed similis est illi tex. alter textus in eo. lib. c. j. §. notādum. de notis feu. ubi ipse idem illud no. qui tex. dicit quòd sic. & ita uoluit Ange. licet nil allegauerit in l. quidam tabularum. ff. de fur. motus per illum tex. & potest esse ratio. quia licet hodie non fuisset recordatus, cras potuisset recordari, ut in c. cùm causam : extra de
15 testib. in gloss. memoria † enim labilis est. ff. de acqui. hære. l. peregrè. de Carbo. edic. l. 3.

Nec huic conclusioni obstat c. pretereà. de testi. cogen. ubi testis non potest ex interuallo dictum suum corrigere, qa illud uerum, ubi secundùm non compareret cum primo, secus est hic, ubi, compari potest. & hoc vult not. glos. in c. causam quæ inter Oeconomū. de testi. in 2. glo. in c. causam quæ inter Archiepiscopum. in ult. glo. eo. ti. ubi hoc sentit glo. Ber. & quando testis potest seipsum corrigere ex interuallo, & quando incontinenti uide Bar. in l. eos. de falsis. & in l. quidquid astringendæ. de uerb. ob. & Bal. in auth. at qui semel. de proba. per Inno. & Cano. in c. cùm clamor. de testi. & c. præterea. de testi. cogen. & per Ioan. de Imo. in l. inter stipulantem. §. j. de uerbo. obli.

Quid autem, si dicit ita, nunquid cras poterit deponere contrarium? in teste, potes ita dicere, quod aut deponit per hoc uerbū, credo, & subdit causam necessoriò concludentem, uerum esse illud, quod credit, & tunc contrarium deponendo credere, non potest. Aut deponit per uerbum, credo, absque alia causa, & tunc dictum testis non ualet: quia credere, est nescire, & qui deponit per uerbum,
16 nescire, † non est amplius admittendus: ut in glo. d. c. causam quæ inter Oeconomum alle. quam distinctionē Io. An. in c. præterea. in nouella. super uerbo, incōtinenti. dicit qp testi licet suum dictū corrigere incotinenti, id est, antequā partibus vel alicui personæ loquatur aliàs præsumitur contra eum, nec ualet correctio, nec tantum primo dicto stabitur: arg. c. sicut. de testis. quamuis illud c. loquatur post publicationem testium, & post sententiam, sed eadem ratio uidetur etiam ante publicationem, & debet stari primo dicto ubi in secundo dicunt contrarium, tamen erit minor fidess adhibenda, quia per secundum debilitatur primum. Si autem antequàm exeat conspectum iudicis se corrigit, iudex debet tunc prudenter aduertere, & attendere modum, & causam correctionis, de accusa. c. cùm dilecti. nisi cognoscat eum probabiliter se corrigere, incidit in suspicionem, uel uacillationem. ff. de testi. l. in testibus. uel uariationem. eo. ti. l. qui falso si non corrigat, sed addat, si hoc faciat, antequàm exeat: præsentiam iudicis, constat licitum esse, si postea hoc facit, postquàm potuit loqui partibus audiendus est. sed minor fides adhibetur ei: arg. in ca. præterea. alleg. & in authen. de testi. §. quia verò.

Et no. quòd uariās dicitur ille, qui primò dicit aliquid cuius postea dicit contrarium. nullam uariationis causam assi-
17 gnans. Contradicens. † qui primò dixit duo inconpatibilia, ut si dicit se interfuisse contractui tali die, & loco: postea dicit se illa die fuisse alibi. Vacillans, qui dubitando, & timendo loquitur. Item qui uariè loquitur. ff. de falsis. l. eos qui. ff. de testib. l. 2. & l. qui falso. horum autē testimonium nō ualet: ideo punitur. C. de testib. l. nullum. de hoc uide in Specul. de teste. §. j. uersic. item quòd testes sunt uarij. & uersi. sequen. ubi ponit dictum Iaco. But. de ignorante, errante, & titubāte. Et licet quidam dixerint qp testis possit reuocare errorem suum, usque ad sententiam, sicut & principalis. C. de iur. & fac. igno. hoc tamen non placet Ioan. Andr. nec Gofre. Glo. tamē in d. c. præterea. dicit qp testis potest corrigere dictum suum incontinenti, id est, in eadem instantia iudicij, antequàm partibus loquatur, quia postea subornatus præsumitur, sed hoc potest intelligi secundùm glo. habito re
18 spectu ad † qualitatem personæ, vt sic possit corrigere etiam ex interuallo. & dicit Ioan. And. super dicta glos. post Hostien. qp licet super hoc multa sint scripta: ipse tamen putat hoc esse arbitrarium, vt considerata qualitate personæ, quantitate interualli, colloquio partium, & reliquis circunstantijs, iudex correctionem admittat vel non admittat.



### SVMMARIVM.

1 *Hæres an inuentarium sua authoritate corrigere possit.*
2 *Lex, veteris. C. arbi. tut. in quibus rebus locum habeat.*
3 *Inuentarium pupilli bonorum quomodo conficiendum.*

E errore inuentarii. Bal. in authen. sed cum testator. C. ad legem Falci. dicit, qp si hæres errauit, quia plura posuit in inuentario, quam deberet, potest erro-
1 rem corrigere coram iudice † citatis credicoribus, & legatariis, non propria authoritate, argum. C. de iur. & fac. igno. l. cum falsa. & ff. de acquirend. rer. domi. l. quæ quisque. & idem dico in inuentario tutoris, si iustus error probet aliàs statur inuentario, argumē. ff. de reg. iur. l. si librarius. fami. ercis. l. si familiæ. C. arbi. tute. l. fi. & l. rura. C. de omni agro de-
2 ser. & dicit Cy. in † l. veteris. C. arbi. tute. qp si tutor errauit in inuentario, puta, quia posuit domum alienam, quam credebat rem pupilli foro, non nocet, & illum erro rē potest corrigere, quia lex illa, veteris, locum habet in rebus mobilibus, quæ possunt occultari, & subtrahi, non autem in immobilibus, quæ occultari non possunt secundum Iaco. de Aret. dominus Barth. de Salyce. in d. l. veteris. arbi. tute. dicit qp dicta l. loquitur etiam in mobilibus, quia non simpliciter dicit: sed cum adiuncto dicens, quantitatem substantiæ suæ &c. & sic de omni substantia loquitur, & fortè etiam: ideo dicit quantitatem ad denotā
3 dum, qp non solum res, & substantia † pupilli debet in inuentario describi, sed etiā rerum æstimatio, ne res vtilis pretij pro alia maioris pretij postea restituatur, & sic pupilli fraudetur, quod frequēter euenit, & videtur mihi probari. C. de magistra. conue. l. fin. & si hoc iure non cauetur, æquitas suadet hæc ille. Quod nota, quia venit sæpe de facto contra tutores.

### SVMMARIVM.

1 *Sententiæ plures super una re fieri non possunt, neque plura arbitria.*
2 *Iudices qui sint, qui sententias proprias corrigere possint.*
3 *Arbiter suam sententiam mutare, & corrigere nequit.*
4 *Verbum, mox, quid importet.*
5 *Sententia arbitratoris sub quacunque conditione fieri potest.*
6 *Iudex nemo in sua causa.*
7 *Pars actus esse censetur, qui dat formam & qualitatem.*
8 *Arbitramentum est actus extraiudicialis.*

NVnc subiiciamus de errore arbitri, & arbitratoris. Dicit Bart. in l. qd tamen. ff. de arbi. quid releuet illa clausula, quòd posit semel, & pluries, & quoties sibi placuerit? Nam intellige qp posit iudicare pluries, hoc est, in uno capitulo semel, & in alio postea, vt in l. quid tamen. ff. de arb. nec potest intelligi, quòd super eodem capitulo iudicet pluries, siue sit arbiter, siue arbitrator. Nam
1 cum super una re non † possent ferri plures sententiæ: ut l. 1. C. qñ prouo. non est necess. ita nec plura arbitria. Itē cum semel est decisum per sententiā arbitri uel

per transactionem res desijt esse dubia, non potest iterum dubitari nec iterũ trãsigi: vt l. post rem. ff. de transact. ad hoc ergo vt arbiter possit corrigere suam sententiam super eodem capitulo, deberet dici in compromisso hoc expressè: quia possit iudicare semel, & pluries, & ipsum iudicatum corrigere, & mutare: nam hãc potestatem non habet arbiter de iure cõmuni, vt l. dicere. ff. de arbi. sed puto, q̃ eis possit attribui ex potestate partium. Sicut enim sunt quidam iudices, qui possunt corrigere † suas sententias, vt præfecti prætorio: vt l. ab excutore. ff. de appel. ita etiam potest concedi arbitris: vt l. non distinguemus §. j. ff. de arb. & ita dicit Bar. se consuluisse in ciuitate Spoleti.

Petrus autem de Anch. in consilio suo. quod incipit, Iudex de iure iudicaturus. dicit, quòd statim cũ arbiter pronunciat super omnibus, in quo assumptus fuit, functus est officio suo, adeo quòd sententiã mutare nequit. ff. de arb. l. dicere. & l. quia arbiter. & ibi glos. & l. quid tamẽ. in prin. & l. non distinguemus. §. de officio. Comparatur enim delegato, vt dicit gloss. in d. l. quia arbiter. sed delegatus non potest mutare sententiam. ff. de re iudi. l. iudex. & l. Paulus. & de offi. deleg. c. ex literis. & ibi per Innocen. & de re iudica. c. j. Et arbiter in sua sententia non potest adiicere conditionem resolutiuam ipsius sententiæ, nec etiam iudex ordinarius. C. de senten. ex breui reci. l. 2. de accũ. c. qualiter. Permittitur hoc solum principi. ff. de quæstioni. l. j. in fin. quod plenè scribit Bar. in l. ab executore. ff. de app. Arbitria enim habent instar iudiciorum. C. de arbi. l. 1. & hoc tam in medio quàm in principio, quã in fine, de quo ibi blenè p̃ Bal. & de arbi. cum dilectus. & ibi per Ioan. And. Et quòd arbiter † nõ possit mutare suam sententiam, est tex. in d. l. dicere. alleg. in fin. & si incontinenti, vt ibi probatur in verbo, mox vetuit, cum verbum, † mox, importat continuitatem sine interuallo actus extrinseci. ff. de verb. obli. l. j. qui præsens. & ibi glos. in l. continuus. primo responso. & de vi & vi arm l. 3. §. cum igitur. & de ele. capit. quia propter. iuncto c. cum post petitã. secundum verũ intellectum. de quo in Spec. in tit. de dispu. & alle. §. 4. verfic. item mox. Et q̃ arbiter non mutet, tenet Cyn. etiam si sententia sua sit nulla, vt l. si vt proponis. & l. si accusatoribus. C. de acc. fortius si sententia fuit valida, hoc tenet expressè ẽt Bartol. in l. quid tamen. in princ. alle. nisi fuit cõmissum, & data potestas arbitro vt possit sententiã corrigere, sic dicit se consuluisse. Item dicit Bartol. in l. iudex. ff. de re iudi. de quo per eum in l. fin. ff. ad Turpil. & in l. moris. ff. de pœnis. q̃ si iudex adiicit sententiæ clausulam, q̃ si sententia lata est contra statuta, reducit ipsam ad statuta, quòd talis clausula habetur pro non adiecta, si verba sententiæ præcesserint illam clausulam, pro quo l. actorum. ff. de re iudi. secundum primã lecturam gl. quæ ibi ponitur in gl. quam omnes tenent.

Sententia † antẽ arbitratoris sub quacunque conditione tam resolutiua, quã suspensiua fieri potest, quia sententia arbitratoris habet instar contractuum, potius quã actuum iudicialiũ. Quod patet ex pluribus. primò patet in auth. vt diffe. iud. §. si verò contigerit. ibi ambicabilem conuentum. quod etiã tenet ibi glo. Probat in c. Quintauallis. de iureiurã. vbi talis sententia vocatur mãdatum, & not. bene ponderandum, quia quinquies in illo tex. reperitur illud verbum, & nũquã appellat sententiam. Probatur etiam ex ratione, quia quis non potest iudicare in † causa propria. C. ne quis in sua causa. l. vnica. de verbo signifi. c. ex parte. vbi de hoc per Innoc. sic nec arbitrari tanquam arbiter. ff. de arbi. l. j. sed arbitrator sic, vt l. si libertus. ff. de oper. liber. & d. c. Quintauallis. de iureiur. Item coram arbitratore non porrigitur libellus, nec procedit vt iudex in aliquo de necessitate, nec oporteat, q̃ iudicando sedeat pro tribunali, & valet sentencia eius, etiam lata die feriata in honorem Dei, sicut transactio. C. de ferijs. l. fi. & ibi per Iaco. But. & per Bal. qui plenè no. C. de arbi. l. j.

Regulariter autẽ quilibet contractus põt fieri sub quacũq; forma, & in diẽ, sub con-



conditione tam resolutiua, quàm suspensiua. insti. de contrahen. emptio. ff. de in diem addict. l. 2. ff. de peri. & commo. rei uen. l. necessariò. pro emptore. l. 2. §. si sub conditione. & quod plenè not. Dy. & Io. And in regula, actus legitimi. de reg. iur. lib. 6. Et quòd sententia arbitratoris possit fieri sub conditione, nedum resolutiua, sed etiam suspensiua, casus est in ca. Quintauallis. de iureiur. ubi fuit lata sub conditione omnino incerta, & non reprobatur ibi, ex illa causa.

Et est sciendum, q̃ quando in sententia incontinenti aliquo adiiciuntur clausulæ suæ cõditionis potius uidentur unum, & idem cum sententia, quoniam quãdo cunque in una dispositione sunt disponentia, quorum unum adiacet alteri, tanquã forma, seu qualitas, coniungimus utrunque ad perficiẽdum unum totum. & dicimus requiri, quòd expediantur uno contextu, & talia dantia formam, siue qualitatem censentur † pars actus. ff. de testam. l. heredes palam. in fi. de elec. ca. quia propter. & ca. cum post petitam. alleg. sicut dicimus authoritatem tutoris, tanquam formalitatem actus gerendi à pupillo interuenire debere in ipso contractu, ut constituatur pars actus. ff. de author. tuto l. obligari. §. 1. institu. de autho. tuto. §. tutor. quod not. Innocent. de consuetu. ca. consuetudinis. de rebus ecclesię non alie. c. 1. lib. 6. probatur. ff. si cert. petat. l. lecta. uer. dicebam. loca. l. si tibi. C. de pac. l. petens. de elec. ca. officij.

Item in his quæ emanant uno eodem tempore, non potest attendi ordo prælationis. secus esset, si diuerso tempore. ff. de mili. testa. l. certarum. §. miles. & quod ibi not. Dyn. de statutis contra in eodem uolumine. Item probatur quia conditio apposita post pactum, seu stipulationem, dum tamen incontinenti, impedit productionem, & est pars productionis. ff. de act. & ob. l. obligationum ferè. § conditio secundùm gloss. ueriorem. licet alia gloss. minus bene sentiat aliter. Ad hoc, de donа. c. dilecti. de cõdi. appo. c. uerum. secus autẽ, si ex interuallo. C. de don. l. pfecta. maximè in sententia, per quã functus est officio pronunciationis. & sic ex interuallo non mutat, nisi sibi reseruasset in sententia potestatem. mutandi: tunc etiam ex interuallo potest: ut est text. coniuncta glo. fina. fami. ercisciun. l. item Labeo. §. j. uer. sed si purè. quod etiam ibi not. Raine. de Forli. & dicit ibidem Petr. de Ancha. q̃ quia arbitramentũ † est actus extraiudicialis, & sic est reuocabilis, docto de errore: cum sit iudicium, in quo bona fide agitur.

## SVMMARIVM.

1 *Erronea calculatio an noceat.*
2 *Sententia an retractetur prætextu erroris calculi.*
3 *Expressa nocent quæ non expressa non nocent.*
4 *Sententia appellationis ad primam sentẽtiã refertur.*
5 *Sententia indiuidua.*
6 *Error an impediat consensum.*
7 *Error iudicis an uitiet sententiam.*
8 *Sententia robur habet ab actorum mente.*
9 *Quæstio est facti utrum sit maior uel minor.*
10 *Transactio quid differat à sententia.*
11 *Error quando sententiam uitiet.*
12 *Decretum quando nullum dicatur.*
13 *Falsa causa allegata quando uitiet sententiam.*
14 *Dicto, maximè, quid importet.*
15 *Sententia diffinitiua propter nouiter producta potest confirmari.*
16 *§. Marcellus. in l. si prætor. quot intellectus habeat.*
17 *Appellatione querelæ quid contineatur:*
18 *Inferior non infringit sententiam superioris.*
19 *Sententia si sit nulla retractatione non opus est.*
20 *Dolum committere uidetur, quia iura partis aduersæ omisit,*

IXpleto errore arbitri, dicamus de errore, qui committitur p̃ iudicẽ: & aliq̃n erratur in calculo: aliq̃n in falsæ causæ expressione: Circa errorem calculi. Bald. in

l. 1. C. de errore calculi. dicit quòd nõ no
1 cet † erronea calculatio inter partes sæpe
facta: ut l. 1. C. de erro. cal.

Et hic est argu. quòd erronea confessio sæpius repetita potest reuocari. Et licet inter plures mercatores sit saldata ratio, & summata: tamen adhuc potest petere debitor, uel creditor, ut iterum computetur, & uideatur an sit erratum in calculo, uel non: etiam si talis error transit in contractum, uel stipulationem. Item
2 sententia † non retractatur prætextu erroris calculi indistinctè, & omni casu: quia non omnis error retractat sententiam. de quo in l. seruo inuito. §. cùm prætor. ff. ad Trebellia. & per Guil. de Cu. in t. penul. ff. de iustitia & iure. Et conclude, quòd aut errant partes in calculando: aut errat ipse iudex. Si quidem errant partes: ut quia per errorem calculi, deducitur plus in instrumento, uel minus, & iudex pronunciat secundùm illud instrumentũ, tunc ualet sententia: ut in l. 1. C. de erro. calcu. Aut errat iudex: & tunc aut exprimit errorem in sententia, & tunc sententia est nulla ut in l. 1. §. 1. ff. q̃ sent. sine appella. rescindan. Aut non exprimit errorẽ in sententia: & tunc sententia tenet: ut d. l. 1. C. de erro. calcu. probatur ista distin
3 ctio: quia expressa nocent, quæ † non expressa, non nocent. ut in regula iuris ad hoc ff. de re iud. l. præses. C. quando prouo. non est necef. l. 2. Iacob. de Aret. dicit, quòd aut error apparet ex actis, aut non apparet ex actis.

Primo casu sententia est nulla, quia lata per respectum ad acta, quę continere uidentur errorẽ quasi expressum. l. 1. C. quæ senten. sine certa quantita. Aut error non apparet ex actis: & tunc ualet sententia: unde grauatus debet appellare, aliàs sibi imputetur. ut l. 1. C. si sæpius. in integ: restitutio. postul. & l. 1. C. de postu. Barto. dicit idem, quod Iaco. de Are. quãdo sententia continet relationem ad acta. Item dicit, quòd quædam sunt acta, ad quæ sententia de necessitate refertur, ut libellus, ut l. ut l. fundus. ff. cõmuni diui.
4 Item sententia † appellationis de necessitate referi ad primã sententiã: unde si ibi est error expressus, sententia confirmatò ria non tenet: quia uidetur eundem errorem continere, & repetere secundùm Bar. Tu dic secundùm gloss. quòd error expressus uitiat: quia inducit peccatum, formæ, sed error tantus non uitiat: quia non peccatur in forma, sed in materia: sicut dicimus in simili. ff. de falsis. l. si quis legatum. ff. de pœnis. l. si quis aliquid. §. testamento. unde licet iudex dicat ita: quia est probatum. ideo condemnamus, licet nullo modo probatum sit, ualet sententia ut no. Inno. in ca. prudentiam. de offi. delega. & in ca. quoniam contra falsam. de proba. non enim reperitur conformitas sententiæ quo ad probationem, sed ad esse sententiæ: licet requiratur ad bene, & rectè esse, sed bene requiritur conformitas sententiæ quo ad libellum seu petitionem, ut de eodem sit, ut l. fi. C. de fideicom. liber.

Et sententia, quæ non continet totaliter errorem calculi, secundùm gloss. in l. j. de erro. calcu. uidetur quòd in totum sit
5 nulla, quia sententia † est indiuidua, unde super uno capitulo non potest pro parte ualere, & pro parte non, ut l. certa. C. quãdo prouoca. nõ est ne. Contrarium tenet glo. in l. 2. C. de re iudi. dicit ibi Iac. Bru: quòd in diuersis capitulis potest sententia in uno ualere, & in alio nulla esse. ff. famil. ercis. l. quędam mulier. & l. Carmelia pia. de iure patrona. sed in eo capitulo refert, aut continet qnid diuiduum in quantitate, & tunc ualet inquantum non est erratum, aut continet quid indiuiduum, uel quod pro parte explicari non potest, & tunc nullo modo ualet, ut l. in hoc iudicio. ff. communi diuidun. Cyn. ta mentenet in l. 1. C. de errore calculi. alleg. quòd super eo capitulo sententia in totum sit nulla, quia sententia de se est quid indiuiduum & hanc tenet Fede. in suo consilio. 1242. unde tamen concedo, quòd si ab ista sententia appellatur, debebit ista sententia reformari, non quòd in parte confirmetur, & in parte infirmetur, sed quia iudex appellationis condemnabit in condemnandis, & absoluet in absoluendis habita sententia

pro



pro nulla, cã nullitatis facit eũ succedere in iurisdictionem. C. de accusa. l. absentẽ. & facit ff. de verb. obliga. l. qui Romę. §. pe. & ff. quod cum eo. l. Titianus. In transactione verò si sit erratum in calculo, quidam dicunt quòd valet, etiam si sit erratum in calculo. & sit expressus error, argu. ff. si quis cau. l. sed & si quis. §. fina. & de fideiuf. l. si quis postquàm.

6 Iaco. de Are. dicit contrariũ, quia † error impedit consensum, ergo non valet. ff. de acti. & obli. l. actionũ genera Pet. dicit, ꝙ transactio valet, sed quatenus est error expressus, rescinditur: argu. l. j. in fi. C. de erro. cal. & ꝙ & rescinditur appellatio quatenus est erratum: ergo idem in quolibet actu, & hæc opinio est vera secũdùm Bart. Posset tamen dici, ꝙ quia est peccatum in forma, ꝙ quatenus est vitiũ, eatenus transactio est nulla ipso iure. Nõ obstat l. j. in fin. allega. de errore calcu. quia ibi non erat error expressus in stipulatione, sed in causa stipulationis: id est, in computo: vnde deriuabatur stipulatio, & sic non obstat. Vide Cyn. in l. j. de errore calcu. & de re iud. l. 2. & Ioan. And. in c. ea quæ. de regu. iur. lib 6. Et prædicta vera quando sunt diuersa capitula, si aũt vnum tunc, secus, sic intelligitur glo. l. fi. ff. de iurisdi. omni. iudi. facit. quod habet in l. item si vnus. §. fi. cum l. seq. ff. de arbi. Cy. autem in. j. C. de errore calcu. alleg. dicit, ꝙ si partes errauerunt inter se in calculo, ita ꝙ non iudex, tunc error calculi non reddit sententiam nullam, vt in l. 1. C. de erro. calcu. Aut errauit iudex
7 † & tunc reddit sententiam nullam, vt l. l. §. 1. ff. quæ sen. sine appella. rescin. & est necessarium secundũ Cy. ibi ꝙ in sententia exprimatur errror, & tunc nõ valet, vt d. l. 1. §. 1. alleg. aliàs si error in sententia non exprimatur, tunc sententia tenet. vt in l. 1. de errore cal. sed si error nõ fuit in sententia expressus, sed in mente retentus, cui tamen apparet ex actis.

Glossatores voluerũt dicere, quòd sententia teneat, nisi error fuerit expressus in sententia, vt l. 2. C. quando prouo. nõ est necef. & l. cùm prolatis. ff. de re iud. & ff. de appel. l. si expressim. in princip. Sed Iacob. de Rauen. quem sequitur Pet. dicit, quòd si iudex pronunciat contra legẽ nõ expresso errore in sententia, dumtamẽ quòd error ex actis appareat suum sententia non valet, quia sententia suum
8 robur † habet ex mente actorum, sicut cõtractus ex mente contrahentium. ff. de actio. & obl. l. obligationum substantia. & æquè bene erratur, siue sententia, siue actorum inspectio errorem ostendat: ergo &c. Præterea refertur ad acta, vt certa indicet sic & ad acta referenda est, vt dicatur errornea, vt ait prætor. §. prætor. ff. de re iudi. & C. de sen. quæ sine certa quantita. l. 2. quid plura, lex est expressa, ubi iudex putauit in mente errando quòd quinquaginta & vigintiquinque facerent centum: & sic pronunciauit: unde non valet sententia ipso iure: vt ff. quæ sent. sine appella. rescin. l. 1. §. 1. ibi, huius quæstionis &cæt. & vbi expressè loquitur de errore, quem iudex habuit in mente.

Non obstant leges in contrarium allegatæ, quia in l. si expressim. subaudiri debet, maximè. & ad l. cùm prolatis. iudex non pronunciauit contra legem, sed pronunciauit contra similem legem, quia putauit ꝙ illud non esset simile, tunc enim sententia valet, vt l. 2. C. quando prouoc. non est necef. ibi, non fuit sententia lata contra ius legis, sed contra ius litigatoris: quia utrum sit maior † uel mior, quæ
9 stio. est facti. Sed an valeat saltem in eo, in quo non est erratum. Glo. in l. 2. C. de re iudica. tenet quòd non debet vtile per inutile uitiari. l. sancimus. C. de dona. facit totum illud, vtile per inutile, &c. vt l. 1. de uerbo. obliga. dicit Cyn. ibi, & docto. Moderni dicunt contrarium, & bene, scilicet quòd non ualet in aliquo: vt l. 1. §. 1. quæ sen. sine appella. rescind. & facit l. in hoc iudicio. ff. famil. ercis. & hanc opinio. videtur firmare gl. in l. fi. de iusdic. omniũ. iudi. ff. & est mirabile dicit Pet. quòd aliàs ubi factus est diuidus, vtile per inutile non vitiatur, sed in sententia secus est: ratio, quia sententia est actus indiuiduus. Dicit dominus Raph. Fulg. in allega. l. j. de error. calc. qd̃ p

P 4 sententia

sententia Pet facit: nam si docto. dicunt quòd si sit erratum, quia condemnatus in maiori, quàm debuerit, illa sententia in totum sit nulla: quodammodo aũt debunt ipsi tenere, quòd sententia teneat in eo, quod nullo modo est dictum aut scriptum in sententia? occurrunt mihi, ꝗ verba eniſſa in vim causæ etiam dispositionem inducunt, vt l. qui volebat. de hered. insti. l. empta. §. vlti. de rei vendi. modò ad propositum dicit iudex per modũ causæ: quia constat Titium debere 25. ex tali specie: & 25. ex tali specie, ideo condemno cum in 30. nunc talis pronunciatio habet vim sententiæ condemnatorię, vt l. si prætor. in princip. de iudi. dubio tamen in transactione quòd error calculi ipsam vitat conclusiuè. Idem Cy. tenet quòd valet, & ita tenet Pet. in dicta l. j. de erro. calcu. & ibi gl. & ponit ibi Cyn. post Petr. rationem diuersitatis inter sententiam & transactionem. Si verò petebantur 12. & codemnauit in sex. & alia sex errore omisit, Cyn. in l. j. C. ſi ad uer. rem iudi. per l. in hoc iudicio. allega. tenet quòd non valet. & de hoc per Dy. institu. de actio. in §. si minus. & hoc quãdo petebam illa 12. ex eadem causa, quia in totum absoluere, aut in totum condemnare debet, vt l. in hoc iudicio. allega. Si verò petebam sex ex vno capitulo, & sex ex alio, & tunc aut est actum, vt de omnibus pronuncietur, & tunc non valet sententia lata super parte. ff. de arbi. l. qd tamen. in princip. aut non est actum, & separatum potest pronuncia. ff. de mino. etiam. §. j. & de hoc latius dic per Cyn. in l. j. C. de erro. calcu.

Iaco. autem Bru. in l. j. de erro. aduoc. dicit, aut simpliciter fuit facta computatio. & ista non nocet, etiam si stipulatio non interuenit, non animo transigendi: vt in fi. l. j. C. der erro. aduo. aut interuenit computatio, & est lata sententia, vel transactio facta, & tunc valet sententia, si error fuit expressus in ipsa sententia, si verò fuit expressus, aut sunt plura capitula. aut vnũ tantũ, si sunt plura capitula in eo, in quo est error, non valet, in alio sic: ut l. ẽt. ff. de mino. Aut est vnũ capitulũ, & tũc siue sit diuiduum, siue indiuiduum, nõ tenet sententia, vt in l. in hoc iudicio. ff. fam. erciscun. Sed in trãsactione dic quòd sunt plura capitula, & vitium in vno nõ porrigitur ad aliud. Aut est vnum capitulũ tãtum & tunc aut indiuiduum, & vitiat pro ea parte tantum, pro qua est erratum, pro alia nõ vt l. placuit. ff. de vsuris. & in
10 hoc differt transactio † à sententia, & est ratio, quia transactio fit ex cõsensu, sentẽtia redditur in vitium, vt l. inter stipulãtem. §. Stichũ. de verbo. obliga. Si autem præcessit quæstio de errore, tunc in transactione postea secuta non potuit esse error, cùm sit decisa, in sententia sic, vt cùm sit declaratiua, & tunc aut fuit error expressus in ea, & non tenet, aliàs sit.

Si autem est error in sententia iudicis in falsæ causæ expressione. Anto. de But. in c. significantibus. de purgatio. vulga. post. Iac. de Are. dicit sic, quòd aut est error in ordine iudicij, & tunc aut vnius causę ad aliam, & nõ vitiat, vt l. j. C. de appellat. j. quæst. j. in summa. Aut eiusdem causæ ad seipsam, & tunc vitiat, vt l. prolatam. C. de senten. & interlocu. omnium iudi. Si autem est error in prolatione sententiæ, tunc, quia aut tulerit aliter, quàm volebat, aut quia aliter, quàm debebat.

Primo casu, aut manifestè cõstat de error, & tunc nõ valet, quasi non videatur ore dixisse, quod mente non agitauit. l. Labeo. ff. de supel. lega. de regul. iur. l. in ambiguis. & verba deseruiunt intẽtioni, & non econtra de appel. c. secundò requiris. Si autem non constat, stetur sententiæ. ff. de arb. l. qualem. de re iudi. l. iudex. Si verò fuit error aliter proferẽdo, quàm debeat, Aut fuit contra ius, vel expressus
11 † error in sententia, & tunc est nulla. 2. quæst. 6. §. diffinitiua. post princip. versi. item si sententia contra ius, & est l. 2. C. quando prouo. non est ne. de re iudi. c. j. de senten. excommu. ca. sacro. Si autem non est expressè contra ius scriptum, sed contra ius litigatoris lata est sententia, & tunc tenet, ex quo non fuit appellatum, de re iudi. c. cùm in tua. in fi. ff. quę senten. sine appella. rescin. l. j. de hoc in

Spec.



Specu. de arbi. §. fin. uersicu. quid ergo. Ludouicus autem in ista materia in l. si is ad quem ff. de acquiren. here. latius dicit, quàm aliquis locutus fuerit: ideo eius dicta hic pono. Cùm quæritur, an sententia lata ex falsa causa sit nulla ipso iure, an debeat rescindi: sic distingue post Bart. quòd aut sententia est lata ex falsa causa à parte allegata, aut ex falsa causa allegata à iudice, & expressa in sententia. Aut ex falsa causa in mente retenta.

Primo casu, aut sententia lata ex falsa causa est lata contra minorem: & est nulla ipso iure vt l. 1. C. si ex falsis instrumẽ. de cuius l. intellectu dicetur infra. Idem putarem dicendum in ecclesia: pro quo est glos. in l. j. C. de senten. aduersus fiscũ latis. cùm quo ad sententiam ferendam minor, & ecclesia æquiparantur: vt pater per glos. not. in l. si prẽses quasi desertam. C. quomodo & quãdo iudex. dicentem, quòd eo modo, quo nulla est sententia lata contra pupillum. ff. de re iudic. l. contra pupillum. & l. & cùm minores. C. si ad uer. rem iudic. cum si ita & lata contra ecclesiam pastore uiduatam: secus tamẽ esset secundùm Cano. si ecclesia pastorem haberet, non tamen causam ecclesię defendentem: quia tunc aliqua est: & opus est restitutione in integrum: ut patet in c. pro vt. & cap. fi. de do. & contu. & in capitu. cùm ex literis. de restitu. in integr.

Secundo casu, quando est lata contra maiorem: & tunc aut in allegatione causæ interuenit dolus aduersarij, aut non.

Primo casu, aut est lata contra absentem: & est ipso iure nulla: vt l. si prætor. §. Marcellus. ff. de iudi.

Secundo casu ualida est, sed rescinditur per restitutionẽ in integrũ, uel aliud remedium: vt ff. de re iudi. l. diuus. Quando autem contra præsentem est lata, dic aliquam esse, sed restitutionem in integrũ rescindi: tamen Ange. in d §. Marcellus. dicit uerum, quando causa est cum dolo allegata. si autem sine dolo: tunc opus est rescindi tantum per uiam appellationis. vt patet in ca. cùm dilecta. de rescriptis. & in c. cùm Bertholdus. de re iudic. Et de intellectu d §. Marcellus. dicetur infra. Aduerte tamen, quia hęc dicta Bart. recipiunt duplicem limitationem. Primò hæc procedunt, nisi lata esset sententia pro libertate: tunc enim est aliqua, non obstante falsicate causę allegatæ. ut dicit tex. not. ff. de dolo. l. fi. dolo. Aduerte tamen, quia ille tex. loquitur, quando fuit lata per alium, quàm per aduersarium: ideo cogita, si procederet, quando per aduersarium allegaretur. Secundo dicas hæc dicta Bart. procedere, nisi ipse tutor confessus fuisset iniustè sententiam obtinuisse: quia tunc omni casu sententia nulla fuisset, adeo quòd ex ea non oritur actio, nec potest peti executio: vt notanter uoluit Inn. de immuni. eccl. c. quia pleriq; circa fi. j. col.

Quid autem si lata esset sententia propter falsam causam allegata: cui quidem allegationi consenserunt aduersarium, & iudex: dicas hoc casu no. secundum Inno. in c. grauatis. extra depositi. idem dicit in c. cum olim. de re iudi. quòd talis consensus non impedit, quin si contra eum prætextu sententiæ solutum est: condictione ex iusta causa repeti possit. Et ꝑ hoc est casus notabilis, licet Inno. nõ alleget in l. cũ à te ff. de dolo. secundũ quã intellige dictũ Inn. Itẽ hęc sentẽtia Bar. ꝓcedit in diffinitiua, secus in interlocutoria parui preiudicij; quia & si illa prætextu falsę causę allegatę lata sit nedum a maiore sed ẽt à minore ꝑ restitutionem infringi non pôt, secundum Inno. in c. coram Felicis. de rest. in integr. pro quo Bald. dat casum in l. ait prętor. §. permittitur. ff. de mino. Si autẽ interlocutoria est magni prę iudicij: & tunc aut lata est ex falsa causa à parte allegata: & sit nulla ipso iure, uel in effectu. Dominus Raphael Cumanus dicit in l. si is ad quem. ff. de acqui. here. se consuluisse ex dictis Cyn. hoc dicentis in authen. offeratur. C. de lit. contest. & in l. consentaneum. circa fin. C. quomodo quando iudex ꝗ indistinctè nulla est ipso iure, & colligitur ex mente Cy. ꝑ leges, quas allegat: aliter tamen sonant eius uerba, de qua tangetur iufrà dũ tra

ctabimus

tabimus de intellectu §. Marcellus.

Quid autem in directo, dicendum esset nullum ipso iure secundum laxè dicta ꝑ Bar. in l. tutor si petitus. & l. Seiæ egressæ. ff. de tu. & cur. da. ab his. & l. iustè. ff. de aquirend. poss. quod tamen intellige secũdum dicta per Bal. in eodem puncto in l. 2. C. quando prouo. non est ne. quibus & illud addas, quòd nedum decretum inter
12 positum † ex falsa causa est nullum ipso iure, imò si ex causa partim falsa, & partim uera interpositum sit, in totum corruit. Et ita refert Bald. consuluisse Bart. in l. certi conditio. in §. quoniam igitur. ff. si cer. pe. sed certè & hoc ipse Bart. dixit in l. si non sortem. §. si centum. ff. de cõdi. inde. per illum tex. licet Bal. non alleget. Quod dictum consonat rationi, quia & sententia ipsius decreti indiuidua est. ff. fa. ercis. l. in hoc iudicio. ff. ne uis fiat ei. l. 1. §. hęc uerba. Et hæc procedunt in falsa causa allegata circa ius partis. Falsa enim
13 causa allegata † circa substantiam iudiciorum reddit sententiam ipso iure nullã vt l. si quis obrepserit. ff. de falsis. ad quod facit tex. no. in l. in fraudem. §. quoties. ff. de iure fisci. ubi nedũ, quòd sententia lata per falsitatem sit ipso iure nulla, sed etiã ex dicta falsificatione inducitur amissio causę.

Secundo casu principali est dicẽdum, quòd aut causa est à iudice allegata, & in sententia expressa: & tunc aut falsitas causæ consistit in facto & in iure, & dic ut per Bar. in l. si is ad quem. allegat. quia nulla est. Aut consistit in facto tantum: & tunc est aliqua, sed uenit per appellationem rescindenda: vt l. præses. ff. de re iudic. secundũ Bar. Quod dupliciter limita. Primò, nisi sit lata contra factum notorium: quia tunc est ipso iure nulla: de re iudic. cap. inter cæteras. facit de appel. c. solicitudinẽ. & hoc est de mente do. Anto. de Bu. in c. in præsentia. de renun. Secundò nisi falsitas facti consistat. in conditione: quia tũc sententia lata contra propter falsam conditionem ide presenti est ipso iure nulla. Casus est singularis secundum unam lecturam glo. in l. qui testamento. ff. de excu. tu. & illam lecturam gloss. approbat Innocen. in d. c. in præsentia. quod dictum dicit Ange. Legistas ignorare in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uer. obligat. sed puto, quòd tunc non meminit illius gloss. Aut sententia lata est ex falsa causa consistente in iure: & tunc sententia est ipso iure nulla: vt l. 1. & 2. C. quando prouo. non est ne. & l. 1. in princip. & §. cum contra sacras. ff. quæ sen. fine. appe. resci. & ff. de appe. l. si expressim. & de re iudi ca. cap. 2. hoc intellige, ubi falsitas talis colligit ex claro, & manifeste casu legis, secus si ex similitudine legis, vt eleganter not. Innoc. de appel. l. cum speciali. circa princip. Item secus si colligitur ex aliqua extrauaganti, secundum Bartol. ff. de re iudic. l. cum prolatis. pro quo est casus, licet non alleget, de fide instrum. cap. pastoralis.

Item secus, si colligitur ex consuetudine ciuitatis, quę tamen notoria nõ sit secundum Cyn. & Bartol. in l. 1. & 2. C. quę sit lon. consuetu. & Bal. in d. l. 2. C. quando prouo. non est ne. & in l. 1. & 2. C. quę sit lon. consuet. secundum Bur. in l. 1. C. vt quę desunt aduo. & uidetur casus notabilis, licet ipsi non allegent, in c. cum uenissent. extra de eo qui mit. in pos. causa rei ser. Item modifica hoc dictum Bar. quando causa unica tantum expressa est in sententia & falsa: secus si duæ, quarum una uera est. & alia falsa: quia tunc reiecta falsa sententia substentatur ex ea quæ est uera, vt potius ualeat quàm pereat: arg. l. quoties. cum si. de reb. dub. & ita no. Inno. in d. c. in præsentia pro duo tamen dominus Anto. dat casum in cap. ꝑ tuas. qui filij sint legi. ubi per eum. Item dictum idem limita, nisi talis falsa causa in iure consistens sit in sententia expressa, cum hac conditione: maximè, quia tũc substentatur ex uera, si qua est, falsa reie
14 cta ex uirtute dictionis, † maximè, quæ tacitè includit: ut l. 1. § uel maximè. cũ si. ff. de col bonor.

Et hoc est qd̃ notanter uoluit Bar. in l. 2. §. ignominę. ff. de his qui not. in fam. qd̃ tamen intelligas. secũdum do. Anto. in d. ex lireris. de restit. in integ. quando talis uera causa ex actis colligi potest: secus si

extra



extra acta, quia nullo modo illa habet sententiam ualidare, ꝑ illum tex. quod no. Et ꝑ prædicta dicit Ioan. de Imo. in d. l. si is ad quẽ. fatuum esse iudicem, qui in sentẽtia causam exprimit. In quo tamen communiter tenetur, quòd non sit necessaria talis expressio, nisi in casibus not. per Ioan. Andr. in c. sicut. de re iudi. & per Bal. in l. si præses. C. de re iudic. & ꝑ alios legẽtes in d. §. ignominiæ. & d. §. duo fratres. & l. ꝑ perãdũ. §. illo. C. de iud. Ex qua cã lata præsumitur, dicẽdum est ꝙ ex ea, quæ ex actis apparet, & si plures apparerẽt ex ea lata præsumitur, quæ minus prę iudicium infert condemnato, ad hoc no. per Bar. in l. si quis ad exibendum. ff. de excep. rei iud. & l. Iulianus uerum debito rem. ff. de condict. inde. ubi etiam aliquid per glo. & est tex. pro hoc in l. hoc enim aliàs, ne' enim. ff. de suspect. tut. Item statur de his iudicis declarationi. Pro quo Bald. & Imo. hic allegant gloss. singulare secũdum eos in d. l. si prętor. §. Marcellus. Pro quo tamen rectè intuenti est tex. no. licet ipsi nõ allegent in l. sed & si ex utraque. cum fine l. præcedentis. ff. de euic. Dicit tamen Barto. in d. l. si is ad quẽ. alle. ad dendo ad supradicta, quòd si sententia potest aliqua noua causa iustificari, quàm quæ in eadem expressa sit iudex appellationis ex eadẽ causa confirmauit, ꝑ l. Titianus. quod cũ eo, quę secundũ eũ est no.

Aduerte tamẽ, quia Bal. in l. j. C. de cõdi. indeb. tenuit contradicens non obstare d. l. Titianus. quia ibi in fine non erat expressa falsa causa in sententia, sed incongrua, unde, quia est ita magnum uitiũ sicut qn̄ falsa expressa est: meritò appellationis iudex ex nouo illam infirmat in casu illius l. quæ opi. uera est, quo ad intellectũ illius l. ut ibi patet, sed non quo ad reprehensionem dicti Bar. Manifestissi
15 mũ enim est † diffinitiuam sententiam ex nouiter inductis in causa appellationis cõfirmari posse. C. de appel. l. eos. l. ꝑ hanc. C. de tẽpo. appel. cũ si. Itẽ dicta in tertio mẽbro principali ꝑcedunt, dũ falsa causa à iudice sigillatim est expressa in sententia absque reductione ad acta, nam si falsa cã, seu error colligitur facta relatione ad acta, tunc an ex hoc sententia reddatur nulla, uel ueniat rescindenda, fuerunt opiniones, quibus tamen reiectis dicas secundum Bart. in l. j. C. de erro. cal. ꝙ aut sentẽtia expressè refertur ad acta. & tunc si facta dicta relatione colligit falsa causa, aut error, sententia nulla est, ut l. j. §. 1. ff. quæ sen. fine ap. re. Idem est, si expressè ad ea se non refert, tamen ea de iuris necessitate referri debeat, ut puta sententia ad libellum, ut C. de fideicommiss. li. l. si. Aut nõ est facta expressa relatio. & tunc sententia non est nulla. ut l. præses. ff. de re iudi.

Ex qua distinctione inferas contra elegans dictum Inno. in c. quoniam cõtra falsam. de proba. ubi si iudex dixit ꝙ per A. & B. probatum est mutuum, ideo condẽnamus, &c. ꝙ licet ex actis appareat dictam probationem non esse factam, ualet tamen dicta sententia quod dictum, ut uides, est contra primum membrum distinctionis Bart. igitur dubium. Bal. autẽ ubi quę tenuit, scilicet in d. l. 1. & l. prolatam. C. de sentent. & interlo. omn. iud. dictum Inn. pro quibus facit, quia talis sententia uidetur lata contra ius litigatoris, non autem contra ius commune, ideo est ualida ut supra dictum est. quo argumento utitur Ioã. de Imo. in l. si is ad quem. allega. Nunc tamen de facili respondetur: quia istud quod dicitur contra ius litigatoris teneri debet intelligi, nisi tale ius sit notorium, ut supradictum est, cum autẽ notorium resultet ex actis ut no. Inno. in ca. insinuatione ex finalibus uerbis. extra de appel. ergo hoc non obstat. & ideo ipse Inno. in c. cum Bertholdus. in gloss. super uerbo, concessimus, de re iudic. per illum tex. uidetur mutasse opi. in contrarium.

Ponit. n. sup hoc dicto duas opiniones. Vna est ꝙ illud dictũ suũ in c. qm̄ contra falsam nõ ꝑceditin sentẽtia lata in beneficialibus. & ita respõdit ad dictum. ca. cũ Bertholdus. Secundò & ultimò dicit indistinctè falsum esse qd̃ ipse dixit in d. c. qm̄ contra falsam. & idẽ tenet Ioann. And. in c. j. de sen. excom. lib. 6. in nouel. facit qd̃ not. in l. qui filium. in gloss. ff. ad Trebel. & Bald. in auth. ex testamẽto C. de colla.

Dicit

Dicit tamen Imo.in l.si is ad quem.alle. saluando dictum Inno.in c.quoniam contra falsam.quòd licet sententia se referat ad acta,dum tamen non constaret de manifasto errore, procedit dictum Inn. in c. quoniam contra falsam.quòd fuit de mẽte Anto. de But. licet ipse non alleget in c.in præsentia.alle.& posuit in c. ab excõmunicato.de rescrip. quod dictum exemplificat,si iudex diceret: quia nõ comperimus probatum fore, ideo absoluimus.Et licet enim posset ex actis apparere, quòd probata fuerit auctoris intentio:q̃ tamen fortè: quia iudex se mouit ad non credendum illis testibus aliqua causa, quæ in actis redacta non est,qua iudex se mouere potest:ut eleganter dicit glos.in l. quoties.§. qui dolo ff. de proba. & quanta fides adhibenda sit testibus, in iudice consistit,& eius arbitrio:ut.ff. de testi. l.3.§. tu magis.

Et aduerte ad id, quod dictum est suprà sententiam nullam iustificari posse in causa appellationis ex actis nouis. Quid autem esset, si aduersus sententiam implorata esset in integrum restitutio? an ad iustificationẽ sententiæ ex nouis actis vel antiquis procedi debeat. Raphael Cuma.colorata ratione in l. si is ad quẽ. alleg. uidetur uelle. quòd etiam ex nonis actis iustificari posit: quia si hoc est, quãdo ad impugnationem sententię intentatur uia iuris communis: ut est appellatio: multomagis esse debeat, dum intentatur ius speciale, ut est in integrum restitutio. Aduerte tamen: quia ista sua oppositio est contra Bartol. licet ipse hoc non ponat in d.l.j. C. de sentent. aduers. fiscum latis. in fin. & quæ sit uerior, infra dicetur.

16 Vltimò aduerte pro intellectu §.†Marcellus.de quo dixi suprà. Ille enim §.habet,septem intellectus principales, quorũ quatuor seu quinque posuit Angel.in d.§. duo fratres.Primus est,quòd in casu illius §. sententia sit aliqua, ueniat tamen rescindẽda: & hoc per illud uerbum text. ibi querelam, &c. iste fuit vnus intellectus glo.ibi, Si enim Iurisconsultus proui det iudicẽ super executione deputatum querelam admittere debere: ergo dicta sententia fuit aliqua: appellatione enim

17 querelæ continetur † remedium rescissorium.ff.de inof.test.l.j. Sed non obstat, quia uerbum,querelam, etiam sub se nullitatis beneficium comprehẽdere potest, ut patet ex no. in l. querela. C. de falsis. Vnde tamen dictum uerbũ ad utrunque posit adaptari, adaptari enim debet,ut patitur subiecta materia, ar. ff. loca. l.si uno.in prin.In materia autẽ d.§.Marcellus potius.adaptari debet uerbum,querela,ad nullitatis beneficiũ, quàm ad aliud, quod patet per uerbum, sciens, in eo §. positum.Si enim diceremus,quòd sententia lata contra absentem ex allegationibus falsò factis non esset nulla, sed ueniret,rescindenda,ergo idem esset hoc casu, ut est quãdo allegationes cum dolo factæ fuerint,quod est absurdum.

Secundus intellectus fuit Innoc. in c. cùm in iure.de offi.iudi. dele. dicentis,q̃ ibi sententia erat aliqua,sed ideo executionem suspendebat, quia pendebat appellatio.Iste intellectus uidetur dupliciter falsus. Primò, quia dicit sententiam in casu illo fore aliquam, quod est contra supradicta.Secundò,quia dicit appellationem pendere, quod similiter est falsum, quia hęc est diuinatio ad illum tex. quod est miserorum refugium, ut dicit gloss.famil.ercis.l. filium quem habentem.

Tertius fuit intellectus Innocen. in c. de cæterò. de re iudi. dicentis, quòd ubi coram iudice super executione deputato opponitur sententiam fore nullam uel rescindendam fore, is eas probationes admittere tenetur, non ut ipse pronuncier, sed ut superiori referat. Et hunc intellectum ipse secutus est in d. c. cùm dilecta.suprà alleg. & in d.c.cùm Bertholdus.de re iudi. & in d.c. cùm grauis. qui procedit quo ad dictum.§. non autem. quod ex hoc declaratur, an sententia fuerit nulla uel aliqua.

Et.ideo quartus intellectus fuit Bar. in l. is ad quem alleg. & in l. diuus. de re iudic.quem secuti fuerunt Bal.& Ange.in d.§.Marcellus.& ibi sentit glo.quòd sententia fuit nulla propter falsas allegationes falsò factas per præsentes contra absentem Qui etiam intellectus bonus est, vt patebit ex dicendis.



Quintus fuit Ang. in d.§.duo fratres. capiens totam legem dicendo, quòd in prin.l.si prætor.sententia erat aliqua, ut patet per tex.ibi, ne elusoria &c.& in fin. principii. meritò executor non admittit tunc probationes in contrarium,cum sententia transiuerit in rem iudicatam,ut patet in tex. dum dicit, qui de iudicato cognoscat &c. & demũ subdit in § Marcellus.quòd si allegatur contra absentem pronunciatum fore ex allegationibus falsò factis per præsentem iudex super executione deputatus has probationes admittat,per quas sententia nulla redditur, ut ad pretorem remittat sententiantem: & meritò quia hæc sententia erat nulla: & ideo admittuntur probationes super nullitate corã dicto executore: p̃ ea,quæ not.Bar.in l.3.§.cõdemnatũ. ff.de re iud. & l.à diuo Pio.in prin.eo.ti.& l.cum fidei commis.ff.de confes.Demum subditur in uersi. Paulus.notat quòd si allegetur sententiam nullam esse propter allegationes falsò factas per præsentem contra absentem ex probabili & necessaria causa: ut puta reipublicæ, uel simili. Executor his admissis non tantum denegare poterit executionem sententiæ eam petenti, sed etiam pronunciare dictam sententiam per superiorem latam fore nullam: & sic in hoc §. Marcellus. & uersi. Paulus. aduersatur: quia primo casu loquitur, quando absens erat ex causa uoluntaria quo casu executor poterit admittere probationes super nullitate, non tamen ut pronunciet, sed ut ad superiorẽ remittat. In secundo casu nõ tantum eas poterit admittere: sed & pronunciare sententiam nullam. & per hoc dicit ipse Angelus intelligi casus illius peregrini, & singularis §.quẽ nunquam intellexisti.

Aduerte,quia iste intellectus non procedit Primò,quia contra regulã cõmunẽ,

18 qua cauetur,quòd † inferior non infringit sentẽtiam superioris: ut ff.de minor.l. minor autem magistratus.ff.de arbi.l.nã & magistratus. extra de maio.& obed.c. cùm inferior. Item alia ratione non procedit,si quis rectè intueatur uerba in principio illus l. ubi prætor ponitur pro eo, qui protulit sententiam: iudex autẽ pro eo,qui executionem mandabat.Demum in uers.Paulus notat Iurisconsultus non dat potestatem pronũciandi sententiam nullam iudici super executione deputato. sed priori iudicante.Vnde uidetur,quòd prætor hanc notionem habeat, demum cùm ad eum per iudicem super executione deputatum remissæ sunt probationes super nullitate: & hoc modo intellexit Bar.istum tex.licet Ang.non fuerit recordatus in d.l. à diuo Pio.allegando Inno.in d.c.de cæterò.per quem uidetur istum singularem intellectũ Ang.nõ procedere.

Sextus fuit intellectus Bartol. in d.§. Marcellus. quòd uersi.Paulus notat.ponat nouum casum scilicet,quòd sententia lata contra absentem ex probabili causa, & necessaria fit nulla ipso iure,si prætor hoc impedimentum sciat:si autẽ ignoret, detur condemnato in integrũ restitutio. ff.de re iudi.l.quæsitũ. faciunt quæ no.in l.3. ff. de in ius uoca.per Bar.& ita exponantur illæ duę alternatiuæ in.fi.tex.positæ,scilicet,dicentis, aut actionem in eum denegandam,uel prætorem exequi iudicatum non debere.

Vel & septimò secundùm eum prima pars alternatiuę intelligitur, quando petebatur executio per actionem iudicati, uel in factum,quę oritur ex sententia,secundum l.miles.§.iudicati.de re iudi. Secunda pars alternatiuę intelligitur,dum petit officio iudicis. Et hos duos intellectus tanquam magis consonantes literæ potest tenere ad uersi. Paulus. & ad uersi. Marcellus.reiectis aliis.

Octauus, quem posuit Cy.in l.consentaneũ.C. quomodo & qn̄ iudex.dicendo diffinitiuã sententiã non posse retractari in casu.d.§. Marcellus.p̃ obreptionẽ prætori factã, nisi in ea interueniat dolus interlocutoria, aut dũmodo iudici obreptũ fuerit, siue cum dolo,siue sine dolo, retractabitur.Ad primum inducebat.l.fide iussor.

iussor.§.in omnibus.ff.manda. Ad secundum iura loquentia de decreto nullo ex falsa causa interposito, qui intellectus non procedit, quia si fuerit dolus in casu d.§.Marcellus. sententia est nulla, unde
19 non † opus retractatione, arg.l.nam & sub conditione .ff.de iniusto rupto.si autem dolus non interuenit, tunc malè dicit, quia nemo retractatur per restitutionem in integrum, ut suprà est dictum & probatur in l.diuus. ff.de re iudica.

Posita tamen communi sententia pro uera, debes eam dupliciter limitare, videlicet quòd §. Marcellus.fallit primò in sẽtentia excommunicationis, quæ cum in maiori reuerentia habenda sit, licet lata sit ex allegationibus in absentem falsò factis, aliqua est, secundum Ange.notabiliter in d.§. duo fratres.allegando.ca ꝑ tuas.de senten.excommu. & quod no.in c.ex parte.de offi. ordi.21. q.3.ca.1.& 2. E notabilius limita dictum §.Marcellus. procedere, quando obtenta est sententia per aduersarium falsò allegantem, secus si falsò omittat ius absentis allegare, quæritur tunc an sententia sit nulla, uel aliqua.Inno.reperitur contrarius, nam in c. si duobus. de appel. tenuit sententiam ualere. & ad hoc facit quod not.per Bar. C.de fatisdan. l. unica.sed in c.fi.extra de accus.tenuit sententiam esse nullam, si obtenta est in absentem per omissionem iuris absentis falsò factam per pręsentem ad hoc allegando d. §.Marcellus.

Verum tamen putat Ludoui. quod dicit in d.c.si duobus.quidquid ibi dicat Anto.di Bu.quia dictum suum in d.c.fi.non probatur ex d.§.Marcellus.cum aliud, & longè magis sit delictum. committendo quàm omittendo, ut §.1.l.si mora.ff.solu. mat.de prob.c.1.C.de eden.l.1.§.fi.unde
20 non uidetur dolum † committere is, qui iura partis aduersæ omisit. l. diuus. ff.ad Silla. Præterea quis non tenetur contra se allegare iura partis aduersæ, cum iure utatur, ad hoc extra de elect. c. cum ecclesia Vulterana. posses tamen dictum Innocen. in d.c. fina. seruare in usurario qui contra se instrumenta edere tenetur, vt in cle. 1. de usuris.cum eo casu in sui odium hæc instrumẽta allegare omittat, ex quo tenetur, sententia pro eo lata sit nulla. Vnde cogita, & quando sententia lata est ex falsa causa in mente iudicis retenta, dic per glo.& docto.maximè per Imol. qui latissimè disputat in l. seruo inuito. §.cum prætor.ff.de Trebellianum.quę not.

## SVMMARIVM.

1 *Vltimæ opinioni an standum sit.*
2 *Sententia habita, an possit iudex aliquid adijcere uel corrigere.*
3 *Argumentum an ualeat de teste ad iudicem.*
4 *Solennitas quæ requiratur in sententiæ prolatione.*
5 *Iudex in euentũ conditionis an possit resoluere sententiam condemnatoriam.*
6 *Dictio, nisi, quando faciat conditionem.*
7 *Delegatus an possit corrigere seu mutare sententiam.*
8 *Delegatus à principe multa specialia habet.*
9 *Delegatus an super causa mullitatis possit sententiam reformare.*
10 *Causa si bene sit appellatum, retinetur.*
11 *Verba sententiæ possunt mutari, consensus nunquam.*
12 *Sententiam interpretari cuius sit.*
13 *Sententiæ uerba ubi sunt dubia nec permittitur interpretari ex iuris dispositione, fieri debet interpretatio in mitiorẽ partem.*
14 *Notarius per se in instrumento uerba ambigue posita declarare potest et interpretari.*
*Sententiam qui tulit an eam interpretari possit ubi uerba sunt ambigua & ad plures sensus possunt trahi.*
*Tabellio in his quæ pertinent solum ad se proferens uerbum obscurũ interpretabitur illud.*
*Interpretatio non potest fieri amplius quàm semel.*
*Successor potest interpretari sententiam prædecessoris, quia interpretatio competit illi ratione dignitatis nõ priuatæ personę.*





15 *Dignitas quando est eadẽ successoris & prędecessoris idem censetur etiam, & officium.*
*Sententia ambigua uenit declaranda per acta.*
*Intentionis nostręs secreta res cum nobis solis pateat nullus alius interpretari potest pater nos ipsos.*
*Expensarum taxationẽ iudicis ordinarij successor facere potest, quia sibi ut priuato nõ reseruata sed dignitati & officio.*
*Iudex quãdo malè interpretatur ab ea interpretatione potest appellari.*
16 *Quęstio inferri non potest de eo quod cõsciẽtie alicuius relinquitur.*
*Iniquitas interpretationis sentẽtię quod modis appareat.*
17 *Error iudicis an possit reuocari.*
*Consilium non defendit sententiam contra nullitatem erroris expressi, etiam latam de uoluntate partium.*
*Ius constitutionis nõ potest immutari pactis priuatorum.*

Ed an iudex possit suam sentẽtiam corrigere. Et secundum Ioannem de Imol.in l.iudex. ff.de re iudicat. uidetur quòd sic: quia secũdùm.Angelum in d.l.iudex: pacta & clausulæ, quæ apponuntur in eodem contextu orationis, siue apponãtur in principio, siue in medio siue in fine, uidentur inesse dispositioni, sicut si ab initio essent appositæ.l.si testm̃.C.de institu. & substitut.sub conditione factis. & l. lecte. ff.si cer.petatur. verficul. dicebam.& pro hoc uidetur glossa ordinaria, quam ibi tenet Archidiaconus in c. prædicator. de cima sexta quæstione prima.vbi dicit glo. quòd ualet hæc sententia, condemno Titium, imò absoluo. Facit lex, Stichus.ff. de manumissis testamento.& de hæredibus instituendis.l. ita scriptum. est & alia glossa, non tamen sic expressa, undecima quæstione tertia.cùm ergo sint in opinio
1 nibus, etiam contrariis, stari debet † ultimæ: ut est glossa notabilis in l. qui filiũ. ff.ad senatusconsultum Trebellianum.

Item facit quod habetur in l.1.§.fina. ff.de stipulatione seruorum.cõiuncta l.j. contra iuris ciuilis regulas.ff.de pactis in quibus patet quòd licet seruus non possit præiudicare domino post actionem quęsitam, vt ibi tamen istud intellige, nisi in continenti velit præiudicare, ut dicta.l.1. §.finali. Et hoc uidetur uelle Speculator in titulo, de arbitris.§. finali. verficulo, licet autem.ubi plus videtur uelle Speculator, quòd etiam post actum sententiæ perfectum, & consumatum possit se corrigere, dum tamen incontinenti hoc faciat, argume. eius, quod dicitur in simili de teste, qui potest corrigere incontinẽti dictum suum, in c. præterea. de testib. cogendis.& argumen. l.lecta. verficulo, dicebam.alleg.

Et ad prædicta potest allegari glos. in l. item Labeo.ff.familiæ erciscundæ quæ dicit, saluo quod infra dicam. In contrarium, quia euolat emissum irreuocabile verbum, vt habetur in cap. fina.§.fin. 44.distinctione.& facit l. iudex. ff. de re iudicata. Potes sic dicere, aut iudex ex interuallo vult adiicere sententiæ aliquã clausulam, & claram est, secundùm omnes, quòd non potest, si per illam uelit corrigere, aut immutare sententiam, vt l.iudex.ff.de re iudicata.saluo eo, quod dicitur de expensis in l. Paulus.ff. de re iudicata. quia tunc propriè id non venit ad immutationem, & correctionem sententiæ: sed potius ad quoddam additamẽtum. Aut iudex uult aliquam clausulam adijcere incontinenti ad correctionem vel immutationem sententiæ: & tunc aut uult illam adiicere post † sententiam ha-
2 bitam & pro perfecta & absoluta: & hoc casu non potest per dictam l.iudex. Hoc videtur uoluisse Bartolus & etiam Angelus: licet Speculator voluerit contrarium in dicto titulo, de arbitris.§. fina. verficulo, licet autẽ.sed videtur, quòd non bene: quia eius dictum nullo iure ꝓbatur: imò videtur potius contra dictam l.iudex. alleg. nec iura per eum allegata hoc probant: quia non est bonum simile de teste
3 † ad iudicem, quia testis deponit dictum suum verbo tenus, licet redigatur in scripturam: nec in depositione requiritur tanta solennitas, sicut in sententiæ prolationes

latio ne, ideo posset facilius testis corrige re dictum suum incontinenti, antequam loquatur partibus: ut d. c. præterea si testes publici.

Iudex autem cum magna solennitate
4 † & magna deliberatione debet uenire ad prolationem sententiæ: ut patet in l. 1. & 2. C. de senten. ex breui. reci. Aut vult aliquam clausulam adiicere, antequam sententia sit habita pro perfecta & absoluta, & tunc aut talis clausula uenit ad modificationem: tunc uidetur, quòd possit dictam clausulam adiicere. & hoc clarum, quando in contextu eiusdem oratio nis adiicit verè, vel interpretatiuè; vt quia dicit in iudicio communi diuidundo, adiudico talem fundum tali, saluo eo, quod infrà dicam: nam si postea adiiciat etiam in alia oratione de seruitute, videtur quòd possit, per tex. cum glo. in l. item Labeo. ff. fami. ercis. si autem hæc vellet in diuersa oratione, & non in contextu eiusdem orationis verè vel interpretatiuè: tunc est magis dubium. Nam glo. à contrario sensu in d. l. item Labeo. allega. videtur voluisse id fieri non posse, & apertius in l. terminato. C. de fruct. & lit. expen.

Sed fortè de iure verius est oppositũ, nam ex quo fit incontinenti adiectio præ dicta, antequàm sententia sit habita, pro perfecta, & absoluta, videtur quòd censetur inesse, & habeatur perinde ac si ab initio esset posita, ex quo venit solùm ad qualificandum sententiam: argu. l. lecta. cum si. ff. si. cert. petat. quod habetur in l. si binarum. C. de serui. vrba. prædio. & ita intelligatur d. l. Item Labeo. nam si ex interuallo vellet adiicere clausulam puræ adiudicationis prius factę, non posset. Si autem clausula, quæ adiicitur, venit ad correctionem, uel immutationem sententię. tunc fortè posset dici, quòd aut opponitur in eodem contextu oratio nis, aut non, per notata in simili in l. exceptionem. C. de probat. & l. & siquidẽ. C. de except. plus tamen placet sic, ꝙ aut in contextu orationis deregitur, & apparet iudicem ex lapsu linguæ erraſſe & sic in eo, quod processit, & dixit nullatenus consensisse: & tunc valet dicta adiectio saltem in ordinario, per gloss. dict. capitul. prædicator. allega. Sed in delegato esset magis dubium: Facit ad prædicta quod not. Ioan. Andr. in cap. 2. de purga. uulga. sed si uelles tenere idem in delegato, dicas quod quando iudex ex lapsu linguę dicit, quòd non habuit in mente, quòd illud non facit finire iurisdictionem iudicis, nec iudicem fungi officio suo. secus quando dixit, quòd uoluit, licet putauerit se bene dixisse, & errauit: quia tunc consentit, licet causa putatiua: ut per totum titulum de condictio. indebi. ff. & C. & l. nunquã nuda. ff. de acquiren. rerum domi. & quod not. in l. eleganter. ff. de dolo. Aut id non detegitur, nec apparet iudicem ex lapsu linguę erraſſe: & tunc aut ex uerbis clausulę redditur sententia conditionalis, & suspensiua. & tunc possit adiici. unde non curo, an iudex dicat, si Titius ex forma statuti ueniat. condemnandus in centum ex tali causa, ipsum condemno in centũ: an uerò ecõtra dicat, condemno Titium in centum, si uenit in dicta quantitate condemnandus ex forma statuti, per l. 1. §. biduum. ff. quando appel. sit. & hoc tenet Ang. in d. l. iudex licet Bar. post Iac. de Bel. in hoc faciat differentiam. Et per prędicta etiam uidetur, quòd si iudex dicit condemno Titium in centum, nisi probauerit se uoluisse intra decem dies quòd ualet dicta sententia, tenẽdo quòd dicta dictio, nisi faciat conditionem suspensiuam, & non resolutiuam, ut l. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de condi. & demonstra. hęc enim est benignior interpretatio: sicut in ultimis uoluntatibus, potius quam in cõtractibus, cum per illam magis faueatur reo, ut l. Arrianus. ff. de actio. & obli. & ideo potius debet præsumi: argu. notatorum per Barto. in l. centesimis. §. j. ff. de uerbo. obliga. & glo. in l. obligationum ferè. §. conditio. ff. de ac. & obliga. quæ dicit, quòd iudex in euentum conditionis potest resoluere
5 sententiam † condemnatoriam. Potest dici quòd illa glo. non loquatur in sentẽtia diffinitiua. sed in sentẽtia interlocutoria



sentia diffinitiua, sed in sententia interlocutoria excommunicationis, secundùm Ioan. de Imo. quæ facilius potest mutari, quã diffinitiua. l. quod iussit. ff. de re iudica. & sentit Ioan. Andr. in additio. Spec. in titu. de senten. §. species. uersicul. quid si iudex præcepit.

Et eodem modo potest responderi ad dictum Specu. nunc allegatum. & Ioan. And. quia loquitur in sententia præcepti de soluendo, quæ de se est interlocutoria: licet quo ad quid habet uim quandoque sententię diffinitiuę. Facit quod not. in l. cùm non solùm. §. necesse. C. de bo. quæ libe. & dato quòd loqueretur in diffinitiua potest dici, quòd dictio,
6 † nisi, in actu sententiæ faciat conditionem, sicut in ultimis uoluntatibus: non resolutionem, sicut in contractibus. Item dixit Barto. in l. iudex. ff. de re iudica. quòd si iudex delegatus per errorem facti sententiam ferat, non dicetur functus officio suo: imò sententia nulla existente poterit nihilominus iteratò pronunciare, allegat Inno. in ca. 1. de re iudica. sed certè, si bene ponderentur eius uerba ibi, nõ loquitur in snia, sed in facto alieno extraiudiciali: puta prouisionis de beneficio; unde ipse idem Inno. in c. ex literis de offic. deleg. absolutè uoluit, quòd sententia nulla qualitercunque per errorem facti finiat iurisdictionem delegati, secus dicit in factis, & aliis preter sententiam, & ponit exemplum de delegato ad prouidendum de beneficio: nam in illo, ut beneficium principis debitum sortiatur effectum, latior fit interpretatio, in l. si. de consti. princip. Archidi. autem 35. q.
7 9. §. 1. dicit an delegatus † possit corrigere seu mutare sententiam. quidã, ut Ioan. de Fa. dixerunt quòd sic, per decretalem, qualiter. de accu. Sed Laurentius dixit, quòd delegatus hoc nunquam potest, per l. si ut proponis. C. quomodo & quando iudex. & idem sentit Ber.

Non obstat dicta decretalis, qualiter. quia ibi nondum tulerant sententiam, sed errauerunt in processu illi generales legati unde inquirẽdum, unde mutare potuissent, si errassent: ut ibi not. & quòd nondum esset ibi lata sententia, patet ex text. ipsius decretalis secundùm Innocẽ. uel potest dici, quòd est speciale in causa inquisitionis, quòd possit procedi lite non contestata, argument. extra de offic. ordin. cap. graue. uel ibi non reuocauerunt iure suo, sed de mandato Papæ. Quod tamen prius dictum est, plus placet Archid. & credit uerius, & sententia Lauren. quam ipse sequitur. & sequitur Gof. in summa de re iudica. §. diffinitiua. uel etiam dixit, quòd si iudex delegatus, semel pronunciauit diffinitiuè, & eius snia nulla est, impetrabitur à superiore ex integro iudicari. C. de senten. ex breui. reci. l. 1. & per alium iudicẽ. C. quo modo & quando iud. l. si ut proponis. Io. de Imo. in l. iudex. ff. de re iudic. quærendo delegata, qui tulit sentẽtiam nullam, an finiatur eius iurisdictio, dixit ꝙ quidam, ut Ange. dixerunt, quòd hoc fallit, quòd non finiatur eius iurisdictio primõ in delegato à principe: quia ille poterit iteratò iudicare, sicut ꝙlibet ordinarius: argu. l. à iudice. C. de iudi. Sed re uera nõ reperitur hoc clarè expressum, quia in d. l. à iudice hoc non dicitur. nã licet delega
8 tus † a principe habeat multa specialia, quia possit subdelegare, & etiam sententiam suam exequi, non tamen reperitur hoc expressum, ꝙ possit de nullitate pronunciare & sic uidetur, quòd remaneat sub regula l. iudex. ff. de re iudi. tamẽ hoc non est sine scrupulo. Item fallit secundùm Ange. in delegato per inferiorem à principe ad uniuersitatem causarũ, quia etiam iste æquiparatur ordinario, per l. 1. §. si. ff. qui & à quibus. ibi tamen loquitur quo ad potestatem subdelegandi, nõ quo ad effectum corrigendi, aut de nouo iudicandi, nam hoc etiam non est sine dubio. Tertiò fallit etiã in delegato ab inferiore à principe ad unam causam tm, si tulit sententiam nullam contra formam rescripti, quia tunc non dicitur functus officio suo, & ideo iterum poterit pronunciare, sicut & arbiter. l. quid tamen. in princip. ff. de arbit. secundum Iacob. de Aret. & Oldra. ut refert Angel. in l. iudex. allega. & sequitur Bar. & Sal. in l. si ut proponis.

nis.allega.C.quomodo & quando iudex. Et pro hoc etiam facit quod nota. Bartol. ibidem. ubi etiam hoc uidetur de mente sua. Et per hoc patet, quòd leges dicentes, ꝙ delegatus, qui tulit sentẽtiam nullam iteratò non iudicat, debent intelligi quando seruata forma delegationis iudicauit, sed propter illud accidens sententia est nulla: ut quia iudicauit parte absente, non contumaciter, uel die feriata. & ita intellige dictam l.si ut proponis. Fallit etiam secundùm Bart. quando per errorem facti pronunciauit. sed hoc nõ procedit, ut supra fuit dictum.

9 Sed † an delegatus super causa nullitatis posit sententiam suam reformare si hoc petatur: nam uidetur ꝙ sic, per l.ab sentem.C.de accu.iuncto eo, qd̃ not.Bar. in l.si ut proponis. In contrarium facit, quia iurisdictio delegata est stricti iuris: extra de offic.deleg.c P. & G. & sic uidetur ꝙ solùm posit se intromittere de eo, quod est sibi cõmissum. Et hanc partem tenet Bar.de Sali.in d.l.si ut proponis. dicens contraria procedere in ordinario. Et aduerte, quia contra suum dictũ facit quod not.Inn.& Hosti.in simili in cap.ut debitus.extra de appella.& ibi per Ioan. And.in glo.circa fi.ubi dicunt, ꝙ delegatus super articulo appellationis ab interlocutoria pronũciet bene appellatum, & malè iudicatum: poterit de causa cognoscere sine noua commissione de causa principali, sicut & posset ordinarius, qui cognouisset de dicta appellatione ab interlocutoria secundùm sui naturam, sed
10 sua natura † est: qa deuoluit negotiũ principale, si sit bene appellatũ: ut d.c. ut debitus.& sic uideretur in proposito, ꝙ tenendo opi.gloss. & Bart. uideatur dicendum ꝙ intelligatur dicta causa nullitatis commissa secundùm sui naturam.

Ioan. uerò An.in d c.ut debitus. dicit inspiciendam formam delegationis.& sic fortè uoluit, quòd aut committatur causa appellationis, cùm suis cohę ẽtibus: dependentibus, & emergentibus, & connexis dictæ appellationis ab interlocutoria, & tunc non intromittit se ulterius: ut dixit, committimus tali, ut faciat iustitiã. & tunc quia hæc uerba sunt pręgnantia, fortè uoluit, quòd tunc procedit dictum Inno.nisi dicas, quòd illa uerba debeant referri ad petitionem partis: arg.l. si defensor.§.qui interrogatus. ff. de interrogat. actio. tamen fortè propter multiplicationem litium euitãdam, ad quam superior in dubio uidetur intendere. argu.l.terminato.C.de fruct.& lit.expen. & extra de dolo, & contu. cap finem litibus. In dubio intelligitur simpliciter: nec obstat dictus §.qui interrogatus. quia loquitur de responsione, quæ fit per partem parti: hic super responsione, quę fit per superiorẽ, cuius mens in dubio uidetur tunc euitare multiplicationem litium.

Et per prædicta fortè eodẽ modo posset distinguit in prędicta quęstione, ut diligenter attendi debeant uerba ipsius rescripti, & commissionis. Glo. uerò 35: quæs.9.§.1.super uerbo, errorem: dicit. ꝙ iudex potest suum errorẽ corrigere, siue sit ordinarius, siue sit delegatus, siue in ciuilibus, siue in criminalibus causis: extra de officio delega. cap. in literis. C. quomodo & quando iudex.l. si ut proponis. ff.de pœ.l.diui fratres.ni si sit lata contra ordinem iuris. tunc potest retractari ab ordinario tantum.C.de accu.l.4.& etiam à delegato: ut extra de accu c. qualiter. sed licet corrigere non posit sententiam, tamen poterit moderare. ff.de offi.præsi. l.illicitas.§.fina. similiter si deceptus tulit sententiam, potest denegare executionẽ iudicati.ff.de iudi.l. si prætor. in fine.

Itẽ uerba sententię potest mutare, dũ
11 tamen consensus † idem maneat: ut ff. de re iudi.l.actorum uerba. Item supplere potest eodem die de fructibus.ff. de re iudica.l.Paulus.

Itẽ interpretari põt sententiam suam,
12 est præses, † uel procurator Cæsaris: ut ff.de appella.l.ab executore. Ioann.enim de Imo.in l.ab executore. ff.de appellat. dicit, quòd multiplex est interpretatio, prout colligitur ex notatis in l.si quis operas.ff.ad Trebel.& l.1.ff.de origi.iu. Nam aliquando sumitur interpretatio pro correctione totali. Interdum pro correctione particulari, & sic pro detractione. Interdum



terdum pro additione. Interdum pro declaratione. Vnde potest dubitari, an iudex, qui habet potestatem interpretandi poterit omnem interpretationem facere, dicendum est ꝙ non: nam non poterit facere nec primam, nec secundam, per l.j.C.senten.rescin.nõ posse.nec similiter tertiam, nisi velit addere eadem die, circa accessoria: vt l.Paulus.ff.de re iudica. Quartam autem, quæ cùm sit in declarando, poterit facere, & ita intelligitur l.ab executore.ff.de appella. facit qd̃ habetur in l.hæredes palam.§.si qd post. ff.de testamen. Exemplum potest poni, si iudex condemnauit in decem libris, nam potest esse dubium, aut intellexerit de de decem libris paruorum aut grossorũ, inter quas est differentia, põt declarare de quibus intellexit, licet, si non declararet, intelligatur de libris paruorum, ꝑ id quod habetur in l.semper in obscuris. ff.de regu.iur.per id quod not.in l.Iulianus.verum debitorẽ.ff.de condi.indeb.

Similiter si condemnauit Titium violentias cõmisisse contra Seium, poterit declarare de qua violentia intellexit, de priuata, aut publica, cum armis, uel sine, quãuis si non declaret, intelligitur de violentia priuata sine armis, vt in l. interpretatione.ff.de pœnis.& l.præses.eo.tit. Et secundùm glo.in l.ab executore. allegat. Prę̃ses põt suam sententiã interpretari: delegatus aũt, secundùm gl.in d.l. ab executore. non põt: quod videtur procedere secundùm aliquos, nisi esset talis delegatus, qui posset suam sententiam mandare executioni, sed hoc non reperitur iure cautum, ꝙ delegatus posit sententiã interpretari: imò potius oppositũ per text. in d.l.ab executore.à contrario sensu.

Si verò loquimur de ordinario, tunc si sit procurator Cæsaris, uel etiã iudex, qui habeat merum imperium, tunc poterit suam sententiã interpretari per dictam l.ab executore. Si autem sit alius inferior tunc videtur, quòd sententiam delegati poterit interpretari, suam autem non poterit, per text.d.l.ab executore.à contrario sensu.

Et si dicas quid ergo tunc fiet, ex quo verba sententiæ sunt dubia, & sibi non permittitur interpretari? dic quòd in dubio ex iuris dispositione fieri debebit in-
13 terpretatio † in minorem partem, per no.in l.si præses. & l. interpretatione. ff. de pœnis. & l.Iulianus verum debitorẽ. ff.de conditio. indebi. & de reg. iur. l. in obscuris. per hoc tamen non impeditur facere taxationem expensarum, si talis sit iudex, qui potest suam sententiam exequi. Faciunt notata per Ioann. And. & gloss.in cap.si quis contra clericum.de foro compe. Si autem non potest suam sententiam exequi: tunc videtur, quòd alius iudex, ad quem spectat executio sententiæ, poterit illam exequi. Faciunt quę not.per glo.& docto. in l. Episcopalem.C. de Epico. audien. Si autem eiusdem tribunalis duo essent iudices, vnus alterius etiam impediti non poterit sententiam interpretari; quia non reperitur iure cautum.l.illam.C.de col. nisi sui delegati: vt supra est dictum. Facit l. illa. alleg. & capit. consuluisti. 2.quæstio. 5. Sed quid fiet tunc, si in sententia sunt verba ambigua, & maior non potest sententiam minoris interpretari, quia non reperitur iure cautum, nec ipse minor, dic, quòd fiet interpretatio ex iuris dispositione in minorem partem, per id, quod supra est dictum.

14 Notarius autem † verba ambigua per eum in suo instrumento posita declarare & interpretari potest, vt expressè dicit gl.3.in l.ab executore. allega. & in tali declaratione, seu interpretatione est parcitanda per id, quod habetur, in l. de vnoquoque.ff.de re iudi.facit quod no.ꝑ Innoc.in c.cum olim.de verb.obli.& hoc tenet Barto. in l. ab executore. Et pro hoc, an notarius posit suum errorẽ corrigere, vel tabellio, vide in Specu. de instr. edi.§.postremò, versi.sed nunquid cõfectum.& per glo.ff.de statu hom.l. si pater mater.in corpore, de æquali. do. in principio. Barto.succinctè, de regul.iur. l.librarius. dominus Angel.in allegata. l.ab executore. in text. ibi, potestatem habuit. sic dicit, hic est melior text. qui sit in iure., an qui sententiam tu-

lit, eã interpretari posit, & loquor quando verbum in sententia prolatum est ambiguum, ita quòd est ad plures sensus trahibile, & conclude quòd nullus iudex inferior à principe potest, nisi sit delegans, qui sui delegati interpretetur sententiam: vt l. duo iudices. de re iudicata: vel nisi sit ordinarius habens merum imperiũ, vt hic: sinautem imperio careat, nullo modo. Qui ergo condemnauit accusatum de crimine in manu, & nõ dixit de qua, licet in dubio intelligatur de sinistra, cum in ea posit minus interpretari tamen poterit de dextera, sed & tabellio in his, quæ pertinent solùm ad se, proferens verbũ obscurum interpretabitur illud, vt d. glo. signanter hic dicit. Bal. autẽ in l. 2. C. de sentent. ex breui. reci. quòd non poterit fieri interpretatio amplius, quàm semel, per id quod habetur in l. quicquid astringẽdę. ff. de verb. obl. §. nec rursus. Et licet videretur, quòd successor. non posset interpretari sententiam prædecessoris p̃ id, quod habetur in simili, in l. Põponius scribit, si frumentũ. §. fi. ff. de rei ven. contrarium tamen est verùm secundùm Barto. in d. l. ab executore. alle. quia interpretatio competens iudici, non cõpetit sibi vt priuatæ personæ, sed ratio
15 ne dignitatis, quam habet, sed † dignitas est eadẽ, & idẽ censeẽ etiã officiũ successoris & prędecessoris. l. proponebatur. de iudi. qua ratione videtur, ꝙ posit interpretari. Et ad d. l. Pomponius. §. fi. respondetur, ꝙ ibi, loquitur in hærede, qui verè est alia p̃sona à defuncto, licet fictè eadẽ fingatur, vt in auth. de iureiur. à morien. præstito. sed vt dixi verè est eadem dignitas, & idẽ officiũ p̃decessoris, & successoris, ideo secus in successione dignitatis.

Bald. autẽ de hoc dubitauit & videtur tenere cõtrariũ in l. 2. C. de sen. ex breui. recitã. p̃ no. in l. Pomponius. §. fi. tamẽ potest responderi, vt statim dixi Aduerte tamen, quia videẽ posse dici opin. Bart. procedere, quãdo fit interpretatio, quæ verificari posset in similibus coniecturis, sed vbi fieret eo casu, qui consistebat in mera potestate iudicantis, tũc cõtingit in casu quem ponit Ange. in l. ab executore alleg. videlicet si iudex condemnauit aliquem ad pœnam manus, tunc videtur, quòd posit procedere opi. Bald. & hoc fortè voluit Ange. in l. ab executore. alleg. dum dixit, quòd igitur permittitur, vt interpretatio quandoque. posit fieri per alium, quia non ita consistit in nuda voluntate quòd non posit ex coniecturis, vel similibus apparere quicquid qui iudicauit, cõsiderato eo quod tangitur in glo. quę incipit, An iure. in d. l. ab executore. alle. & considerato etiam, quòd sententia ambigua venit declaranda per acta. iuxta id quod not. in l. hæc enim. ff. de suspec. tut. & in l. 2. & 3. ff. de sentent. quæ sine certa quanti. Facit etiam, licet nõ alleget in l. si quis ad exhibendum. ff. de excep. rei iudi. alias autem rem secretam intentionis nostræ cum nobis solis pateat, nullus alius interpretari potest, nisi nosipsi. Faciunt not. in l. inter stipulantem. §. j. ff. de verbo. oblig. Et per prædicta patet, quòd successor iudicis ordinarij. poterit taxare expensas, quarum taxationem sibi reseruauit, quia videtur reseruasse dignitati, & officio non sibi vt priuato. Si verò delegatus, qui non habet executionem sententię, taxationem sibi reseruauit, tunc delegans taxabit, nõ ipse, quia ista taxatio concernit executionem sentẽtiæ, & nõ videtur sibi reseruasse, vt priuatę personę, sed ratione iurisditionis, quã habebat, quæ erat eadem cũ iurisditione delegantis, vt l. j. §. qui mandatũ. ff. de offi. eius, cui manda. est iurisdi.

Et quando iudex male interpretatur: à dicta interpretatione potest appellari: vt d. l. ab executore. quod videtur esse cõtra istud, quod dicit Io. An. in c. statutũ. §. assessorem. de rescript. lib. 6. in verbo, relinquitur. vbi dicit, ꝙ si aliquid relinquit cõscientę alicuius de ea, non põt inferri quæstio. Sed potes dicere, ꝙ aliud est, quãdo relinquit aliquid conscientię alicuius. Quo casu ꝓcedit qd̃ in d. c. dr̃, sed licet tũc nõ posit appellari, si tñ dicat cõscientiã fuisse erroneã, & tũc implorẽt officiũ superioris, vt eã corrigat, vel corrigi faciat vr̃ quòd hoc fieri posit, vt est gl. valde no. in clem. j. de iure patr. & etiam





Bald. in l. 2. C. de sent. ex breui. rec. Aliud autem est, quando lex permittit interpretari uerba ambigua sententiæ; quia tunc habet locum quod dicitur in d. l. ab executore. alleg. nam non ponitur tunc simpliciter in conscientia ipsius iudicis, sed ut interpretetur, unde uoluit tunc lex, ꝙ si ex probabilibus coniecturis appareat
16 † interpretationem esse iniquam, quòd illi non debebit stari, sed posit appellari, & poterit apparere de iniquitate interpretationis. Primò ex uerbis sententię, quando non sunt extranea ab interpretatione. Itẽ poterit apparere ex his, quæ gesta sunt in iudicio, & sic ex actis: poterit etiã apparere ex qualitate rei, vt si fortè cõdemnauit in decem libris paruorũ, cũ tamẽ ex qualitate rei appareat, quòd merebatur pretium decem librarũ grossorũ Facit quòd habetur in l. semper in stipulationibus. de regu. iur. Et prædicta sunt de mẽte Bar. in d. l. ab executore. & Ioan. de Imo. ibidẽ. & dicit Io. de Ligna. in c. olim de uerbo. sign. quòd interpretatio debet fieri partibus præsentibus: & si aliter fiat non ualet: de testibus. c. causam. de priuilegiis. c. dudum. Si autem fiat ex certa scientia principis de plenitudine potestatis: tũc ualet, licet pars non citetur, quia non licet ei dicere cur ita facis. 19. distinction. cap. in memoria. & ideò ualet, etiam si alteri præiudicetur: ut in cap. quanto. de censib. Si autem ab alio inferiori à principe fieret, non ualeret. ff. de re iudica. l. de uno quoque.

17 Error autem † iudicis an posit reuocari. Baldus in l. error. C. de iuris & facti ignor. dicit, quòd aut iudex errauit in ordine iudicii, & non tenet iudicium, ut l. prolatam. C. de sentent. nisi litigantes renuntiassent ordini iudiciorum, ut not. in ca. de causis. de offi. dele. secundùm quod sibi distinguitur in gloss. ordinaria. Aut iudex errauit in prolatione. sentẽtię: & tũc refert, aut errauit in proferendo aliter, quàm uolebat, & constat de errore, & non ualet sententia, ut not. ff. de arbi. l. qui aliter, sed ib dnbio non præsumitur error, ut l. Labeo. ff. de supel. lega. aut errauit aliter proferendo, quàm debuit, & tunc aut errore iuris expresso, & sententia est nulla, etiam si fundetur super confessione, ut no. in l. non fatetur. ff. de confess. & l. ornamentorum. ff. de auro & argen. lega. eodem modo, si fundetur super consilio alicuius imperiti, quia consilium non defendit sententiam contra nullitatẽ erroris expressi, etiam dico quòd si esset lata de uoluntate partium, quòd adhuc esset nulla. Non obstat l. 2. Communia utri. iudi. quia ibi non loquitur in casu erroris expressi. Ratio omnium prædictorum est, quia ius constitutionis nõ potest immutari pactis priuatorũ. ff. ad leg. Fal. l. quòd de bonis. §. j. & l. Seius & Augerius. eo. ti. Aut non fuit error expressus, & tunc sententia diffinitiua emendari non potest, ut l. iudex. ff. de re iud. siue in causa ciuili, siue in causa criminali. ff. de pœ. l. diui fratres.

## De errore matrimonij.

### SVMMARIVM.

1 *Error personæ impedit matrimonium.*
2 *Consensus in matrimonio liberè desideratur.*
3 *Error qualitatis & fortunæ, an impediat matrimonium.*
4 *Errores quot sint in matrimonio.*
5 *Consensui nihil tam contrarium, quã error.*

Stenso de errore iudicij, uidendum est de errore, qui in matrimonio cõmittitur. Et Host. in summa in titu. de spõsa. sub rub. de mat. in §. qualiter impediat. uer. j. ergo occurrit error p̃sonæ, &c. Dicit † ꝙ
1 error, scilicet, personę impedit matrimoniũ, ut si credo contrahere cum Gẽma, & ego contraho cũ Berta. hic nullũ est matrimoniũ. Hoc autẽ impedimentũ, nõ ex cõstitutione ecclesiæ, sed potius ex sui natura procedit. Cũ enim in mr̃imonio † cõ
2 sensus liberæ desideratur, ut in c. cùm locum. de sponsa. & adeo ꝙ sine ipso cætera frustrantur, ut in c. tua nos. in fi. de spõsa. & de sponsa. duorum. cap. fina. apparet, ꝙ si est error, aut sit error in personã

nullum est matrimoniũ. Errans enim nõ consentit ff.de iurisd.om.iud.l. si per errorem.l.2.ff.de iud.C.de iur.& fac.igno. l.cum testamentum.& l.non idcirco. Sed ad hoc ut iste error rationabilis sit, necesse est, ut is, quę errat, habeat aliquã notitiam personæ, cum qua contrahere intendit, aut per uisum, aut per auditum aut per famam: quia in penitus ignotum non affectum, nec consensum dirigere possumus:argu. ff. de contrahen.emptio. l.cum ab eo. §.mensum.& l in lege.ff. de pact.l.tres fratres.ff.de transac.l.qui cum tutoribus.in fi. unde, si cõsentiant quis in personam absentem aliqualiter, ut dictũ est, sibi notã, quã putat esse præsentẽ, constat ꝙ non consentit in præsentem: sed in illã quã putat esse præsentẽ:& sic deficiente consensu ꝑsonę, deficit & matrimoniũ.

Ideo oportet ꝙ aliquã notitiã habeat personæ, ut dixi, alias non errat in ea', sed decipitur in præsentem, de quo ponũt magistri tale exemplum? Aliquis Anglicus rusticus uenit ad aliquam mulierẽ Romanam nobilem,& dixit se filium Regis Anglię, cum non esset: mulier nullã notitiam habens filij Regis Anglię, nec personæ, nec nominis, contrahit cum eo credens eum fore filium Regis Angliæ, hic tenet matrimonium: quia non errauit, sed potius decepta fuit, nel non fuit error personæ, sed qualitatis, sed certè cum ubicunque terrarum habeatur notitia Regis Angliæ saltem per famam, uidetur ꝙ hic sit error personæ: non enim in personam pręsentem, sed in personam filii Regi Angliæ consentire uidetur. Nõ enim refert utrum petatur seruus proprio nomine expresso: uel qui natus est ex illa ancilla, ff.de rei uend. l. si in rem. de testi.c.licet ex quadam. §.ex teste. ibi, personas expressis nominibus.de consangui.& affi.c.tua. ibi, nominibus propriis, uel ęquipollentibus indiciis.& dic ergo, ꝙ hoc, quod dicũt locum habet, quando nõ exprimit aliquam certam locutionem, per quam habeatur notitia patris, & filii, & per consequens pura dicit se filium Regis, uel comitis in genere, & non dicit cuius: uel si specificat nulla habetur notitia patris, neq; filij, uel dicit se diuitẽ, cũ sit pauper; uel nobilẽ, cũ sit rusticus, uel bonũ, cũ sit malus: uel mulier dicit se
3 uirginẽ, cũ sit corrupta: talis enim † error fortunæ & in exemplo diuitiarum.

Itẽ qualitas ut in aliis exẽplis nõ impedit matrimonium.29 q.j.§.Item error cõditionis impedit & dirimit matrimoniũ, ut si credo contrahere cũ Berta, contraho cum ancilla, hoc enim nullũ est matrimonium, nisi ex quo sciui illã esse ancillã cognoscendo, uel alio modo cõsentiam in eã: de coniu.seruo.c.proposuit. Vnde dicit Host.in sum.in ti.de cõiug.seruo.§. & an matrimonium à seruo.circa prin.dixit, autem alter coniugem seruus est, & alter liber,& liber nõ ignorauit conditionem à principio, ualet matrimonium, sed si ignorauit error conditionis impedit consensum, ita ꝙ matrimonium ab initio est nul
4 lum. Quatuor enim sunt errores, † error personę, error conditionis,& hi duo impediunt ab initio. Item error fortunæ, ut si credo contrahere cum diuite, & inueniturpauper. Item error qualitatis, ut si iscredatur bonus, qui est malus, uel si credatur uirgo, quæ est corrupta, uel si credatur sana, cũ est leprosa:& hi ultimi errores non soluũt, ut 29.quæstione.1.§.1. Sed primi duo soluunt, nisi is qui est liber uerbo, uel facto, puta cognoscendo carnaliter scienter in seruum consenserit ex post facto, quia postea non posset dissentire, ut in c.proposuit. allegato. & in cap. ad nostram.de coniug. seruorum. nec sufficit, si medio tempore efficiatur liber, quia oportet quod sit a principio, secundùm Hostien.ibi.

Error uerò sectæ impedit matrimonium, licet sit error qualitatis.ut 28. q. 1. ca.caue.ut in Pagano uel Iudęo, qui credebatur Christianus. Glo. tamen 28. q.1.in sum.& de spõ.c.cùm locum. tenet quòd error personæ ex sui natura nõ impedit matrimonium, sed nõ potest defendi, secundùm Ioan.de Ligna.in c.proposuit.de coniug.seruorum.quia matrimonium contrahitur cõsensu.c. cum locum.
5 de spon.nil tam contrarium † consensui quam error: ut l.si per errorem.ff.de iurisdi. om. iud. Error enim conditionis.ex sui natura non impedit, ut dicit glos. & uerum dicit, quia lege ciuili impeditur matrimonium: ut l. cum ancillis. C. de incest. nup. lege uerò canonica non impedicur, si est error conditionis: ut cap. 1. de coniugio seruo.& in matrimonnijs lex canonica præualet. Et scias, quòd error conditionis deterioris impedit, sed non error conditionis melioris, ut si credebam contrahere cum ancilla, & erat libera secundùm Innocent.in c.proposuit. alle. Sed si credens contrahere cum libera, contrahit cum ascriptitia, matrimonium tenet: vt no.gl.29.q.2. in fine summe. Et quare si errans in conditione personæ statim cùm sic cognoscit, & approbat.facto, statim est matrimonium. Ratio est, quia primo fuit effigies matrimonij, quod fuit contractum per uerba: nũc efficitur uerus consensus, quia illa priora uerba trahũtur ad tempus copulæ: & sic statim perdit ius excipiendi, secundum Io.de Lig.ubi supra &c.



## De simulatione.

### SVMMARIVM.

1 *Verum an includat mendacium.*
2 *Scriptura aliquando continet aliud quam uerum.*
3 *Falsum aliud est, & aliud simulatum.*
4 *Simulatio multiplex.*
5 *Consensus an ab actu remotus sit.*
6 *Aliud in ore aliquando, & aliud in pectore.*
7 *Debitum ex una causa potest in debitum ex alia conuerti.*
8 *Exceptio simulationis est perpetua.*
9 *Exceptio non nume. pecu an sit quædam species exceptionis simulationis.*
10 *Id quod agitur, quando non ualeat, neque id quod simulatur.*
11 *Contractus quando possit dici simulatus.*
12 *Pœnitentia quando non præsumatur.*
13 *Nomen uxoris quando utilitatem uiro afferrat.*
14 *Præsumptiones quot sint in instrumento.*
15 *Dominium uxori in dubio acquisitum præsumitur.*
16 *Ficta possessio per procuratorem uel ministrũ quæritur.*
17 *Statutum à uiro nil relinqui, potest quòd uxori factum præsumitur in fraudem.*
18 *Fraus non præsumitur in contractibus inter uiuos.*
19 *Contractus, quot modis imaginarius seu simulatus dicatur.*

Clausula, Rei non sic gestæ, non sic celebratæ &c. Ista clausula materiã simulationis cõtinet. Et secundum Bal.in l. in cõtractibus. C.plus ualere quod agitur. Materia simulationis utilis est, & quotidiana. ideo scias quòd quandoque scriptura continet uerum, sed illud † uerum men
1 dacium includit: & hoc potest esse duplicitẽr, scilicet, in scriptura notarij. Itẽ, & in scriptura priuata. Exemplum de primo, scribit notarius, quòd ego fui confessus habuisse decem ex causa mutui, illa scriptura continet uerum, scilicet, quòd fui confessus; sed includit falsum scilicet quòd receperim. Exemplum de secũdo, ego feci tibi scripturam in hac forma: Ego A. habui, & recepi à te decem mutuo. Istud enim non est aliud, quàm confiteri; quia sic scribendo confiteor, ista scriptura continet uerum, quia confiteor; sed includit mendacium, si non recepi. C.de non nume.pecu.l.si ex cautione. & illa est matria illius. tituli, de non nume. pecu. Quandoque scrip-
2 tura † continet aliud, quàm uerum,& hoc potest contingere tribus modis. Primò, quia continet mendaciũ falsi fabricatione, & ista non est materia illius tituli, plus valere quod agitur: quia propriè loquendo aliud est falsum, † aliud est simu-
3 latum. de hoc habes exemplum, de fide instru.l.repetita.& C.de falsis. l.si creditor. Quandoque scriptura continet mendacium propter erroris interuentionem: & tunc propriè instrm non dicatur simulatum, licet sit inualidum. vt l.fin. C.plus valere quod agitur. de hoc habes ibi exẽplum in l.fi.ff.de constit.pe.ff.de doli except.l.2.§.circa. Quandoq; instrumentũ coniinet mendacium propter simulationem, & ista est propriè materia illius

tituli, plus ual. quod agi. quę diuiditur in
4 tres artic. Nam quædam simulatio † est in qua contrahens ostendere nititur id, quod facere nullo modo intendit. Interdum ostendere nititur id, quod facere aliter intendit. Interdum ostendere nititur id, quod facere in alia persona intendit.

Primo casu actus dicitur imaginarius: ut l. nuda. ff. de contrahen. emp. & est sicut corpus sine spiritu: quia consensus est re.
5 motus † ab actu.

Secundo casu quando intendit unum facere, & aliud ostendere, refert: aut illud quod ostenditur, potest efficere id, quod intenditur: & ualet in illo. Exemplū in l. si ex pretio. C. si cert. peta. cuius l. intellectus stat in hoc: nam cùm statur ibi in finibus pacti, contractus est simulatus: quia aut loqueris in mutuo naturali, & illud est simulatum: aut in ciuili, & illud non contrahitur nudo pacto. Si autē interuenit stipulatio ibi, non est simulatio: quia uerum mutuum ciuile contrahitur uerbis: meritò ergo tenet stipulatio ciuili ueritate, & causatiua substantia simul iunctis. Si autem illud, quod ostenditur, non potest efficere illud, quod intenditur: tunc non ualet: ut patet per eandem l. si ex pretio. in exemplo pacti nudi.

Tertio casu, quando mutatione personarum commititur simulatio: tunc aut persona agens actum potest esse habile subiectum ipsius actus: ff. so. ma. l. quę dotis. ff. mandati. l. idem q̄j. §. si cui. de contrahen. & commit. stipu. l. optimam. ff. de hęre. insti. l. quidam cùm filium. Aut non potest esse habile subiectum: & tunc non ualet actus. C. de secun. nup. l. hac edictali. in prin. C. de nat. lib. l. si quis §. & ꝓ de subeunda. & si unus contrahens simulet, alter non: sed credit id esse in mente,
6 † quod est in uoce, uel in scripto: tunc in eius potestate est, quòd actus ualeat, uel non ualeat: ut no. ff. de dolo. l. eleganter. in prin. ff. de act. emp. l. Iulianus. §. si quis colludente: & hoc est uerum, nisi lex prę cisè resistat actui: ut not. ff. de ritu nup. l. à diuo. & ibi glo. singulari. s Dicit idem Bal. in l. si ex pretio. C. si cer. pe. quòd quædā est simulatio, quæ continet in se substantiam obligationis: & ex tali simulatione non oritur exceptio simulationis. & ideo statuta, quæ loquuntur de exceptione simulationis non habent locum hoc casu secundùm Bar. qui dicit in l. si ex pretio. alle. quòd illa dicitur exceptio simulationis, quādo promissio est facta simulatè ob causam non ueram, uel non iustam: & ita loquitur titu. plus ualere quod agitur. & l. j. C. de cond. ob tur. cau. sed quādo debitū in ueritate est ex una causa. licet in instrumento cōfiteatur ut debitum ex alia causa, non dicitur instrumentum simulatum: quia obligationis substantia non deficit: ut dicit tex. in d. l. si ex pretio.
7 & debitum † ex una causa, potest in debitum ex alia causa conuerti. Et prędicta secundùm Bar. ibi faciunt ad statutum, quo cauetur, ꝓ contra instrumentum cōfessionatum seu guarentigiatum possit opponi exceptio simulationis.

Secundo casu, est & quædam simulatio, quę non habet in se obligationis substantiam: & ex ista oritur simulationis exceptio, seu doli: ut ff. de doli excep. l. 2. §. circa. Præterea dicit Bal. in l. si sub specie. C. de postulando. ꝓ tunc contractus est simulatus: quando nullius causæ prætextu essentialiter, sed figuraliter celebratur: sed quando prætextu alicuius causæ celebratur. & illæ causæ ex uolutate partium sic se habent, ꝓ una æquipollet alteri, hic nō est simulatio: ut l. si ex pretio. alle. Si uerò essent causæ, quæ non possent adinuicem æquipollere, ut causa emptionis & locationis: & tunc ibi est simulatio & potest opponi perpetuò. C. plus ualere quod agitur. l. emptione. & in d. l. si sub specie. non est simulatio, cum ibi loquatur de causis, quæ possunt ordinari per contrahentes ad eundem finem solutionis: meritò ibi non est simulatio propriè sumpta: & ideo ibi præcluditur ius excipiendi biēnio. C. de non nu. pec.
8 Ius uerò excipiendi † de simulatione est perpetuum; sed si in d. l. si sub specie. salarium excessisset debitum modum; tunc esset simulatio ibi de permisso ad prohibitum.



bitum. & ideò eatenus competeret ius excipiendi secundum omnes docto. dicit ibi Bal. Et secundum Bal. ibi, quando statuta permittunt opponi simulationis exceptionem: intelligūtur statuta loqui qñ aliquid permittitur sine spe alicuius causæ præcedentis, vel futurę. Item, quando causæ verę intendunt ad diuersum effectum, vel contrarium cum causa expressa in instrumento. Item, quando de nullo fingitur aliquid, sed quando de aliquo fit in aliud nouatio siue translatio, est ibi æquipollentia, illa obligatio non est simulata, quia non deficit obligationis substantia, ut d. si ex pretio.

Sed si statum dicit, ꝓ cōtra instrumentum confessionatū non possit opponi nisi exceptio solutionis, & simulationis, an possit opponi exceptio nō numeratæ pecuniæ, vt dicit Bar. in d. l. si sub specie. ꝓ quādo aliquid permittitur sub spe futurę causæ, postea nō secutæ, quòd potest opponi exceptio simulationis. Exceptio er-
9 go nō nu. pe. est † quædā species exceptionis simulationis, & ideò videtur, ꝓ possit opponi, vnde Odof. in d. l. si sub specie. alle. dici, ꝓ exceptio ista nō nu. pe. est quasi exceptio simulationis. Bar. diceret verū, quādo permittitur spe futuræ causæ posteà non secutæ. cùm alia causa inserta exprimitur. quia est ibi color quæsitus ad non causam, sed quādo eadem causa quæ non spectatur, exprimitur in instrumēto, ibi à principio nulla est simulatio vnde dicit Bal. nō credo, ꝓ exceptio non nu. pe. ꝓ priè loquēdo sit exceptio simulationis, quia inter partes ꝑ chirographū verè cōtrahitur, licet efficacia nō asit illi cōtractui, nisi post biennīū. Bar. aūt in l. j. C. plus valere quod agitur. dicit, ꝓ quando agitur vnum, & scribitur aliud per errorem, tūc sine dubio præualet quod agitur, vt l. si quis in fundi vocabu. ff. de leg. j. & l. qui quartā. eo. ti. & l. quoties. ff. de hære. in. insti. & l. error. C. de testa. Quando que vnū agitur, & aliud scribitur per fallaciā vnius partis. & tūc idē, quia plus valet qđ agitur, vt l. j. C. plus valere qđ agitur. Quādoque vnum agitur, & aliud cribu r simulatè de partiū voluntate, & tūc aut aliud, quod agitur in veritate, nullius est momenti, & non valet quod agi-
10 tur, † nec quod simulatur, sed obstat exceptio, vt C. de codi. ob turp. cau. l. j. & l. si sub specie. C. de postu. Aut id quod agitur erat aliquid in effectu, & tunc aut illud, quod scribitur fit per modum habile ad trāsferendum vnā obligationē in aliā & valet illud, quod scribitur magis, quā illud, quod in veritate fuit actum, vt C. si cer. pe. l. si ex pretio. & l. si ꝑ mutua. Aut non fuit per modū habile, seu contrahabile ad hoc, & tunc valet plus quod agitur, quàm quod simularè concipitur: vt per totum ti. plus vale. quod agi.

Bal. autē in consi. suo, quod incipit, In Dei nomine Amen. in causa. Nicolai de Forcolonis, &c. dicit ꝓ altero de tribus
11 † modis cōtractus potest dici simulatus, vno, qñ in veritate agitur, ꝓ celebratur vnus contractus, & nihilominus alter celebatur simulatè, vt C. plus vale. quod agitur. per totum. Secūdo modo dicitur simulatus, quando inter partes agitur ita in veritate, sicut dicunt, sed modico tempore est duraturum, vt cum fit vendi tio, & incontinenti fit pactum de reuendendo, vt l. 4. §. si ab ignoto. ff. de manu. Tertio modo dicitur simulatus, quando inter partes agitur, ꝓ nihil fit in existentia, in quod agitur, sed solum ad apparentiam, vt l. imaginaria. ff. de reg. iur. & l. simulatè. ff. de ritu nup. ff. de aqua plu. arc. l. emptor. Dicunt & quartò quidam esse simulationē de persona ad personā, quæ propriè simulatio dici nō pōt, nec in alicuius simulationis speciem cadit, cū lex nō vetet, sed permittit, vt quis possit submittere alium ad stipulandum, vel ad recipiēdum quod sibi debetur, nec ad hoc contractus dicitur simulatus, vt l. Iulianus. §. qui fundum. ff. de verbo. oblig. & l. noua re possumus. ff. de noua. C. si quis alteri, vel sibi. quasi per totum.

Nil certè interest, an promittatur, vel satisfiat creditori, an alteri de voluntate creditoris, vt l. nihil. C. de sol. facit l. j. ff. qui satisd. cog. nec minus consequitur debitor liberationem satisfaciendo isti adiecto, quàm si satisfaceret priori creditori,

tori: vt l. inuito. C. de solu. Vnde posito, quòd vnum instrumentũ fuisset confectũ in personam Titij. de eo, quod debebatur Seio, satis tamẽ sufficit, ex quo de voluntate Seij processit, vt ei competat directa actio, nec per hoc dici potest simulatũ, vel fictum. Idem tenet Bald. in l. multum. C. si quis alteri vel sibi. In lectura dicit, quòd instrumẽtum cantat, siue sonat in personam vxoris, & re vera emit vir, instrumẽtum est simulatũ, & hęc simulatio probatur à priori: Item probatur à posteriori. Item probatur ab vtroque simul iuncto. A priori probatur, si probatur, quòd per prius, id est, ante instrumẽtum erat actum, quòd vir esset emptor, & quòd simulatè poneretur nomen vxoris in instrumento, vt l. 4. §. si ab ignoto. ff. de manu. A posteriori probatur, si post cõtractum vxor confessa est sic se habere veritatem recognoscendo bonam fidem: nã cùm pecunia fuit: viri ista nõ est donatio, sed bonę fidei agnitio. Item à priori & posteriori simul iuncto probatur, verbi gratia, ꝓbatur ꝙ nomen vxoris fuit appositum in instrumento, tamen vir soluit pretium: & postea ipsi viro possessio tradita est, quia ex hoc videtur simulatio, & hoc est coniecturabile, quia ex quo nõ reperitur aliquid factum ab vxore, nec vxori, sed sola nominis intitulatio, quòd hoc fuerit præordinatum inter partes, ꝙ nudũ nomen vxoris contineretur in instrumẽto. Cùm enim in effectuali vtilitate possessionũ, & fructuũ ipsa nihil participauerit, nec in soluendo pretiũ se grauauerit, & sic ad eam neq; lucrum neque damnũ peruenerit, præsumitur nuda ministra, & non cõmodum sentiẽs, vt no. ff. de dona. inter vir. & vxo. l. mulier aliàs incipit, Si Suplicius. & ff. sol. mat. l. quæ dotis. ff. de hære. insti. l. quidam cùm filiũ. ff. de vsuris. l. in fideicommissi. §. cùm Pollidius. Et sic ex coniunctione verisimilitudinum, & signorũ consonantium in effectu, imò etiam verius ex cõiunctione substãtialium causarum pręsumitur contractus verus quo ad maritum, & simulatus quo ad vxorem. & idem esset contra suppositis terminis econtra.

Et conclude, quòd quandoque simulatio probatur ex cõtractu, & ordinatione: verbi gratia, erat tractatum, ordinatum, & firmatum, ac cõuentũ inter maritum & vxorem, ꝙ re vera ipse maritus esset emptor, sed nomen vxoris suę poneretur in instrumento, quod frequenter faciunt vsurarij in fraudem eorum, à quibus extorserunt vsuras: & si dicatur ꝙ de isto pacto potuerunt pœnitere, vnde possibile est, ꝙ sequẽs actus sit verus in persona vxoris, vt C. de pac. l. pacta nouissima. Respondeo secundùm Bal. ibi ꝙ non præsumitur pœnitentia quando præcedunt
12 † verba derogatoria ad futurum actũ: vt ff. de leg. 2. l. si ita scriptum. Quandoque probatur tractatus tantum, & hoc probare per se non sufficit, quia multa tractantur, quę non veniunt ad conclusionem, nec ad finalem effectum: vt ff. de mino. l. si ex causa. §. nunc videndum. in fin. & capitul. dudum. de reb. eccle. non alie. in 6. & de cond. indeb. l. eleganter. in fi. C. de rescin. ven. l. si voluntate. sed si non probatur solus tractatus, sed confirmetur ex sequentibus signis, vtputa ex pretij numeratione, vel ex facta in persona viri traditione, vel ex longa possessione viri titulo pro suo: tunc præsumitur tractatus præcedens positus in executione. ff. de iure dot. l. cùm post. in principio.

Vnde dico in simili quod dicit ibi Bald. si inter Titium, & Martinum fuit tractatũ de occidendo Seium per ipsum Titium, & postea ipse Titius occidit, ꝙ præsumitur quod fuerit secutus illũ tractatũ, & quòd fuerit ita ordinatum inter ipsos: licet testes de finali ordinatione dicant se nescire. Ad hoc facit quod no. Bartol. in l. qui in aliena. §. si is qui. ff. de acquir. hæred. Sed ex sola solutione collectarum facta per maritum, vel ex eo, quòd maritus poni fecit res in suo æstimo, non præsumitur simulatio, vt l. si pater. C. de actio. empt. nec ex sola pretij numeratione, vt l. mancipia. C. si quis alteri vel sibi. Idem verò Baldus in consilio, quod incipit, Casus talis est, quidam nomine Matthęus. sic dicit quædam



dam gloss. allagata, quòd nomen
13 † vxoris insertum in instrumento affert vtilitatem & ius viro, & non vxori, quando de pecunia viri apparet pretium solutum. ff. de dona. inter uir. & vxor marito. in glo. quæ incipit, Argumentum contra prælatos. & hoc potest intelligi sic ut nomen uxoris uideatur adiectum, & insertum simpliciter, non donationis causa, nec ut uxori ius aliquod quæratur: sed honoris causa, & superficialiter. Et ista est vna opinio, & hoc alibi contingit, quòd nomen unius ponitur in instrumẽto, & tamen non quæritur sibi sed alteri, in quem re uera dirigebatur effectus intentionis: & hoc ponunt doctor. in l. 4. §. si ab ignoto. ff. de manu. etsi inspiciamus tex. uidetur tex. C. si quis alte. uel sibi. l. multum. uersiculo quòd si emisti. & l. cùm propria. in quibus legibus uidetur dici, quòd ius rei emptæ, id est, ius dominij, uel quasi dominij, acquiritur uiro, non uxori, cuius nomen tantum in instrumento insertum est.

In contrarium uidetur, quòd ius rei, seu in re sit quæsitum uxori. & hoc probatur tali ratione communi: nam pro instrumento præsumitur, nisi probetur contrarium. Ex instrumento enim quatuor
† præsumptiones oriri dici consueuit.
14 Prima, quòd instrumentum sit uerum, & non falsum. Secunda, quòd sit uerum, & non simulatum. Tertia, quòd quicquid ibi scriptum sit: sit scriptum de partium uoluntate. Quarta, quia præsumuntur oĩa solenniter esse acta, scilicet, quo ad intrinsecam solennitatem: ut C. de proba. l. cùm precibus. de contrahen. & commit. stipula. l. optimam. & no. plenè in l. sciendum. ff. de uerbo. oblig. & §. scriptum. & l. iurisgentium. § quod ferè: cùm ergo præsumatur nomen uxoris appositum re, & nomine, non nomine tantũ: ergo ei acquiritur. alioquin pręsumeretur simulatio quædam de persona ad ꝑsonam, quæ nũquam præsumitur, nisi ꝓbetur. C. plus valere quod agitur. l. 2. Pręterea hoc uidetur expressum C. de dona. inter uirum & uxo. l. si filij tui. ubi onus probandi incumbit uero, non mulieri, nec hæredi mulieris. In dubio præsumi-
15 tur † dominium acquisitum uxori. Ad hoc facit glo. in d. l. cùm propria in glo. quæ incipit, Quæ oportet te facere. cùm satis sit pro ea in instrumento contineri eam emisse: ut l. multũ. in glo. quæ incipit, Sed interim statur scripturæ.

Quid ergo dicendũ est? Solutio, aut in persona uxoris concurrit titulus, & traditio uera, uel ficta. & tunc ipsa efficietur domina rei: sed tenetur marito ad pretium restituendum, quod maritus pro ea numerauit: & si non soluendo: tunc maritus habet utilem rei uendicationem ad rem emptam. & ita loquitur l. uxor marito. & ita debet intelligi glo. ibi posita. Fit enim mulier domina rei per traditionem ab extraneo factã, non à merito. Aut titulus est in persona mulieris: sed traditio facta est marito. tũc præsumitur per uxorem titulus simulatus in fauorẽ uiri apposita. non aũt præsumitur uxorem esse ueram emptricem, nec etiã præsumitur aliquid donatũ sibi, ex quo in suam personã deuentum ad traditionẽ non est l. si filij. primo responso. ℣. allega. & l. Papinianus. ff. de dona. inter ui. & uxor. & facit quod not. in simili. ff. famil. erciscun. l. filiæ cuius. & si instrumentũ, in quo nomen uxoris est insertum, est precarium, uidetur interuenisse ficta traditio per uim precarij. & si ista uia ficta precarij recta uia porrigitur ad uxorem, est uxori dominũ quæsitum, si autem esset opus cessione, tunc secus. Guil. de Cu. dicit, quòd non
16 quæritur per † procuratorem uel ministrum ficta possessio. ut ipse no. C. de acqui. pos. l. licet. ff. de pac. l. ab emptione. Alij dicunt contra per l. certè de preca. & ff. de acqui. pos. l. quod meo. §. procurator passus est subtilis: tñ hoc ultimũ communiter seruatur secũdùm Bald. & ideo ex tali contractu quæritur dominum.

Dic de hoc latius in clausula, constituens se precario nomine possidere. Sed si per statutum uir non põt aliquid relinquere uxori, & uir in suo testamento, & inter uiuos confessus est ad interrogatonẽ uxoris suę se alienasse de bonis uxoris suę paraphernalibus aliq̃d, & se debere

pro

pro pretio centum, uel emit aliquid afferens se emere de pecunia paraphernali vxoris suę, an cõfessio præsumatur simulata, uel an ualeat: Super hoc dominus Ioan. de Canemortuo, consuluit quòd aut loquimur de confessione facta in ultima uoluntate: & illa non ualet, nisi constat uerum esse, quod testator confessus
17 est: ex quo enim per statutum nil † potest à uiro relinqui uxori, præsumitur in fraudem factum: & hoc per l. qui testamentum. ff. de proba. per quam l. dicit ipse, intelligo ut habeat dubium, quòd fuit facta in forma confessionis. Aut loquimur de confessione facta inter uiuos: & hoc dico quòd ualet, per ea quę not. in d. l. qui testamentum, pręterea non est præsumendus animus donandi, cùm ista sit facta inter uiuos: ut l. cùm de indebito. ff. de proba. & maximè quando quãtitas nõ est modica: ut l. uitium. ff. de dona. inter uirum & uxo. & l. si filij. alleg. in fi. glo. secundæ. Vide glo. l. uxor. §. fi. de lega. 3.

Sed obstat. quia præsumitur quęsita de bonis uiri. C. de dona. inter ui. & uxor. l. etiam. & l. Quintus. ff. eo. titu. & ideò uidetur, quòd animo donandi fecerit, nisi appareat unde mulier habeat pecuniam. Sed responderi potest, quòd id, quod ille leges dicunt, uidelicet l. etiam. & l. Quintus. loquuntur quando controuersia. est de hoc: sed uiro confiteente non potest esse controuersia, quia eius confessio sibi, & hęredi eius obstat propter euitandam suspicionem turpis quęstus, quæ tollitur uiro confitenti, quòd de bonis uxoris aliunde quęsitis habuit. Sed certè illa responsio nil ualet: quia in prędallegatis legibus etiam dicitur in prima glo. quòd dum uir deponendo dicit, quòd erat uxoris suę non ualet: & uidetur propter fi. l. ibi intelligitur etiam ubi non costaret eam fuisse uiri, nec cõfessio eius præiudicare uidetur.

Dubito, sed primùm uidetur quòd ualeat, quia ualet iure contractus, & confessionis non iure legati, ut in argu. l. assignare. ff. de assig. liber. & notat Dy. in c. quod semel. de reg. iur. in 6. licet facta in testamento deberet censeri, ac si facta foret inter uiuos, & ita ibi dicit text. & ita ibi intelligit Bar. qui dicit illam l. si legatur ut debitum, ualet ut legatum, nisi ut debitum, probaretur, sicut quando legaretur capaci, ut l. legaui. ff. de libe. leg. Ad secundum, quod dicitur. de confessione inter uiuos per glo. l. qui testamẽtum. videtur contrarium per l. j. C. de nat. lib. per quam l. Iacob. de Belui. impugnat illam glo. sed non opportet, quia ibi loquitur in causa speciali. quod patet ex illa l. coniuncta l. affectionis. ff. de dona. Præter eã quòd in omnibus contractibus in-
18 ter † uiuos non præsumatur fraus, nisi probetur. facit in materia nostra l. quod autẽ. §. si uxor & §. si uox. & §. si tibi. ff. de don. inter uirũ & uxo. nec requirunt illæ leges, quòd debeat apparere unde habuit pecuniam.

Vnde nec obstat ad istud secundum, si dicatur quòd per statutum non potest ualere, quia uir non potest quicquam relinquere, quia respondeo quòd ista cõfessio, quando fit inter uiuos, non continetur appellatione relicti, ut l. j. in prin. ff. de tabul. exiben. facit quod no. in l. si sponsus. §. circa. de dona. inter uir. & uxo. contra istud facit de contractu facto in testa. tempore mortis. quòd pręsumitur fraus, iuxta not. extra de sepultu. cap. de his. in glos. & extra de testa. c. Rainutius. in gos. super uerbo, deductis. uide Bart. in. l cùm quis. §. codicillis. de lega. 3. uide Cyn. in l. j. C. de sacrosanct. eccle. uide plenè super clausula, dedit, & donauit &c. & attende, quia supra dictum est, quod quærit uxor tempore constantis matrimonij, præsumũtur quæsita de bonis uiri, ut in iuribus supra allegatis, hoc uerum secundùm Sali. tamẽ muliere negante fuisse quæsita tempore constantis matrimonij uidetur casus in l. etiam. de dona. inter ui. & uxo. alle. quod non præsumentur tempore matrimonij quęsita. nisi probentur. ut ibi colligitur ex illis uerbis matrimonij tempore quod bene nota, quia hoc satis est æquum. & ita intelligenda est dicta l. Quintus. & probat ibi in fi. in ratione ibi posita in uerbo, quęstus.



quod bene notat Barto. in consilio, quod incipit, Factum tale est, Petrus Nicolai donauit Cole sexti &c.

19 Dicit, contractus † fictus imaginarius, seu simulatus dicitur tribus modis.

Vno modo, cùm in ueritate agitur, quòd unus contractus celebratur, tamen alius celebrari simulatur: vt C. plus ualere quod agitur. per totum. C. de contrahen. empt. l. fides. & istius simulationis natura est, ut ex hac simulatione nõ impediatur acquisitio fienda ei, cui acquirit, si ex causa, quæ uerè agebatur, intererat acquiri. C. si cer. pet. l. si ex pretio. no. in l. nuda. C. de contrahen. emp. & in l. imaginaria. ff. de regu. iur.

Secundo modo dicitur contractus simulatus, fictitius, seu imaginarius, quando contractus in ueritate celebratus est, sed modico tempore debet durare: quia fortè debet reuendere citò. vt l. 4. §. si ab ignoto. de manu. & istius simulationis natura est, ut debeat hoc per pactum agi: vt dicto §. si ab ignoto.

Tertio modo dicitur contractus imaginarius, seu simulatus, quando contractus apparenter fit, ex mente uerò agitur inter partes, quòd nihil fiat: & de istis loquitur dicta l. nuda. & l. imaginaria. de ritu nuptiarum. l. simulantis. de aqua plu. arcen. l. emptor. Et ista credo quòd appellatur certa, uel apparentia, hoc est, ad apparendum, seu ad reparandum: ut puta si aliquis timebat tyrannum, uel propter fugienda onera uel aliquid simile, fecit alienationem bonorum, uel partis bonorum in alium tamen in ueritate agebatur, quòd non esset alienatio: sed solùm ad operandum prædicta.

## SVMMARIVM.

1 *Turpitudinem suam qui allegat, an audiatur.*

Equit uidere quis possit dicere, seu allegare cõtractũ simulatũ an uẽditor cõtra ipsũ emptorẽ possit dicere contractũ simulatũ. Et dicendũ, q̃ aut uult dicere uenditionem esse factam in fraudem, & non potest: vt l. cùm profitearis. C. de reuocan. dona. & de seruo pigno. dato manu. l. si creditoribus. & de his quæ in fraudem credi. l. filio. Aut uult dicere uenditionem esse fictitiam, non in fraudẽ alicuius priuati, aut fisci: sed vt se defenderet à tyranno, uel alia honesta causa, & hoc poterit dicere: vt C. si quis alteri, uel sibi. l. quamuis. & l. cùm proponas. & ita punctaliter dicit. Barto. in l. post contractum. ff. de dona. Idem uerò Barto. in supradicto consilio, Factum tale, est Petrus Nico. &c. dicit, quòd si donator uult dicere ipsum cõtractum fore factum in fraudem, uel simulatum, & siquidem hoc uult dicere ipso donator, non debet audiri. C. de reuocam. dona l. cùm profitearis. de seruo pigno. da. manu. l. creditoribus. allega. Si uero uult dicere hęres ipsius alienatoris uel donatoris: tunc siquidem est talis hęres, cui testator habebat necesse relinquere, ut libertus patrono: tunc admmittitur ad reuocandum factum in fraudem probando ea, quæ requiruntur. C. de his quæ in frau. patro. l. 2. & ibi not. glo. in uerbo, reuocare. Si uerò est talis hæres, cui testator non habet necesse relinquere: tunc non potest uenire contra, sicut nec ipse defunctus: vt not. in l. 2. allega. Ideo hęres extraneus non potest dicere contractum simulatum: si uerò diceret extraneus, in cuius fraudem diceretur factum: vt puta creditor, uel fiscus, audiretur probando ea, quæ requiruntur. ff. de his quę in frau. credi. per totum. ita loquitur l. sicut. §. superuacuum. ff. quibus modis pign. uel hypo. sol. Creditor enim ibi conquerebatur: ideo l. illa nihil facit ad propositum, ubi hæres conqueritur.

Bald. uerò in l. cùm profitearis. de reuocan. dona. dicit quòd allegans † turpitudinem suam non auditur: de quo per glo. & Barto. in l. nam & postea. ff. de iureiuran. & licet uideatur, quòd contrahens non possit dicere contractum simulatum: quia uidetur allegare suam turpitudinem, vt ibi in d. l. cùm profitearis.

caue

saue tamen tibi. & d. l. debet intelligi, quando donatio erat uera, licet in fraudem facta, secus si esset simulata in fraudem facta, quia tunc bene potest agi de simulatione, & potest bene donator allegare, se simulatè donasse, & licet appareat de fraude, non tamen repellitur ab agendo. C. de dona. l. si præses. allegat. ꝙ consensus præstitus simulatè donationē nō inducit, uide quod no. Spec. in titu. de dona. quarta parte.

## Ex quibus causis possit simulatio præsumi.

### SVMMARIVM.

1 *Fraus præsumitur ex modicitate pretij.*
2 *Venditum utrum non præsumatur quod in patrimonio reperitur.*
3 *Dicere nō potest se pro suo possedisse, qui instrumento conuincitur.*
4 *Præsumptiones duæ an uincant unam.*
5 *Factum proprium utrum magis noceat alicui, quàm alienum.*
6 *Confessio utrum facilius elidatur, quàm solutio naturalis.*
7 *Effectus utrum augeatur ex pluribus iudicijs concurrentibus.*
8 *Confessio quę tendit ad exceptionum, utrum ualeat in absentia partis.*
9 *Possessio utrum non repugnet promissioni.*
10 *Præsuptio simulationis utrum excludatur per possessionem. precariam.*
11 *Emptionis est ut emptor faciat fructus suos.*
12 *Animus utrum sit donandi ubi pactum est oppositum reuendendi.*
13 *Probatio inducitur ex his, quę communiter solent fieri.*

REstat uidere ex quibus causis possit simulatio præsumi. & Cy. in l. emptor. C. plus uale re, quod agitur. quærit nun quid ex modico pretio potest probari simulatio, uidelicet quòd fuerit pignus & non emptio. Dicunt quidam, quòd sic,
1 quia ex modicitate † pretij præsumitur fraus. C. mandati. l. per diuersas. Sed certè non uidetur hanc solam præsumptionem sufficere, quia licet contrahentibus adinuicem se decipere. ff. de mino. l. in causæ. §. pe. secundùm Iacob. de Are. Quid si probatur, quòd sit usurarius, & ꝙ res plus ualet, & quòd conuenit eam reddere quandocunq; pretium redderetur, nunquid uenditio, pręsumeretur pignus? dicūt quidam quòd sic, extra de pignoribus. c. illos uos. & de emp. & uendi. c. ad nostram. sed certè illa capitula non loquuntur de hoc, quia c. illos uos. loquitur quando erat in potestate emptoris recuperandi. quod deest de potestate creditoris. Item ibi ex pretio habendo deliberat, quod est contra naturam emptionis, & ideo ibi determinatur, ꝙ fuerit pignus. Item cap. ad nostram. loquitur quādo debeat aliquid reddi supra datum, per quod uidebatur usura, & quòd fructus debeant cōputari, quod est contra naturam emptionis, unde ibi etiam erant ad minicula ad uiā præsumptioni faciendā, secundùm Iac. de Are. Bal. autē in consilio, quod incipit, In Dei nomine Amen. Punctus super quò cōsilium petitur talis est: Titius fecit instrumentum in forma uenditionis Seio, &c. ubi sic dicit, quòd possessio longo tempore tanta post cōtractum per uenditorem secundùm Guil. de Suza. facit contractum præsumi simulatum: quia nō præsumitur uenditū † quod
2 in patrimonio effectualiter reperitur. ff. qui. modis pig. uel hypot. sol. l. sicut §. superuacuum. C. de distract. pig. l. & qui sub imagine. argu. ff. de proba. l. Procula. ff. de contrahen. empt. l. cum manu sata. §. nemo potest. Itē præsumitur dominus, qui tanto tempore omnia pro domino egit, ut l. Titia. ff. de solu. ff. de acquirend. hęred. l. qui. in aliena. §. 1. ff. si serui. uendi. l. si quis diuturno. & sciente, & patiente emptore, se dominum nominauit. argu. C. de serui. & aqua. l. 2. C. de agri. & censi. l. litibus. lib. 11. Item si in æstimo uenditoris talia bona semper fuerunt, & patiente & sciente emptore soluit collectam, pro ipsius bonis, præsumit silentio, ac patientia interuenientibus contra emptorem, quòd sic titulus simulatus. Ad hoc facit. quod legitur, & notatur ff. de rei. uendic. l. si



l. si solennibus. Ad hoc facit de natu. lib. l. si quis. §. & quod de subeunda. & ff. de acquirend. hęred. l. si is qui bonis. C. de repud. hęre. l. 3. in quibus legibus dicitur, quòd ex possessione præsumitur simulatio, non est uerisimile, quod emptor tanto tempore suum iactasset, si uerus fuisset contractus, argu. ff. de probatio l. cùm de indebito.

Alij dixerunt quòd uidetur uenditor retinere, & possidere, uel detinere titulo precarij, ideo non præsumitur simulatio, nec præiudicat tempus. Primum probatur in d. §. superuacuum, 2. responso. ubi nouus titulus excludit præsumptionem simulationis. sed titulus precarij est nouus titulus, quem nunquam habuit uēditor, ergo, &c. ad hoc facit. C. de præscript. 30. an. l. malè agitur, nec potest dicere se pro suo possedisse, qui per instru-
3 mentum † conuincitur, quòd possidet precario nomine. argu. C. de non nu. pecu. l. generaliter. Suum enim affirmare, uel negare nihil mutat de rei ueritate. nec. aliquid operantur uerba, quæ potest contractum dicuntur ab una parte. C. de transa. l. si maior. C. quod meus cau. l. metum. Item non potest murare causam detentionis. ff. de usuris. l. non solùm. §. quod vulgo. C. de acquirēd. poss. l. cùm nemo. unde de precario, ad illud genus possidendi, se transferre non potest, & si facit, habet fidem malam, quę tempore non cō ualescit: ut C. de falsis. l. ex initio. Super isto puncto uidetur dicendum quòd aut contractus fuit celebratus inter prohibitos, & tūc præsumitur simulatio. ut l. qui testamentum. §. de proba. Aut inter personas pręmissas. & tunc aut inter personas coniunctas, & præsumitur simulatio. C. de don. l. data iam pridem. & de bonis lib. l. Iul. §. facilior. Aut inter extraneas: & tunc aut allegatur simulatio per tertiū cuius intereſt, puta per fiscum, quia uenditor commisit maleficiū, uel per creditorem, ut C. de non nu. pecu. l. si cui. tunc præsumitur simulatio, ut in §. superuacuum. & l. qui sub imagine. & no. per Iaco. in l. post contractum. ff. de dona. Aut allegatur simulatio per ipsum uenditorē ad proprium ipsius commodum: tūc dicit Bal. ibi, non concurrit mihi lex, quæ dicat quòd præsumat simulatio, imò in dubio uideatur standum instrumēto. C. de proba. l. cum precibus duo sunt quodam modo instrumentā: quia unū est habens duo capita, scilicet, venditionis, & precarii, & ideò meritò duo instrumenta excludere uidentur omnem præsumptionē simulationis, sicut si uenditor contradixisset, de contrahē. empt. l. fundi partem. sicut duę
4 præsumptiones, & duæ rationes † uincunt unam, ut in authen. de consangui. & ute. fratribus. &, quod ibi no.

Plus ergo fauetur tertio opponenti, quàm ipsi contrahenti. & est ratio, quia
5 factū proprium magis officit alicui, † quā alienum. ff. de opt. leg. l. post mortem. de rei uend. l. cum à matre. C. de reuo. dona. l. cum profitearis. Vel distingue, aut fuit pretium numeratum, aut confessatū, si fuit uere numeratum, tunc non præsumitur simulatio: si autem fuerit pretium confessatum, tunc præsumitur simulatio, quia facilius eliditur confessio, quàm so-
6 lutio † naturalis. C. man. l. ab Anastasio. & l. per diuersas & facit quod no. gloss. in l. assiduis. C. qui po. in pigno. ha. in gloss. parua. & C. de non nu. pecu. l. si ex cautione. & in authen. de æquali. do. § illud. de acceptil. l. si acceptilatum. §. apocha. C. de dona. l. si dona. uel potest dici, quòd aut possessio uenditionis fouetur solo cursu temporis: tūc non præsumitur simulatio: ut l. malè agitur. allegat. Aut possessio est coniuncta cum alijs indiciis significantibus simulationem, ut quia uenditor patiē te emptore, & sciente, semper se dominam uocauit, tunc fit emptori præiudicium. argu. C. ad Vell. l. si fine. & C. de peti. heredi. l. si filius. nec mirū, quia ex pluribus † iudiciis concurrentibus augetur
7 effectus, ut. ff. de ædil. edi. l. quero. §. fin. Aut possessio uenditoris est coniuncta cū confessione emptoris, tunc non est dubiū quòd contractus debet censeri simulatus & ualet confessio etiam absente possessore, quia tendit ad liberandum poss. flo-
8 rem. & omnis confessio, quę tendit † ad exceptionem, ualet in absentia partis, ut in au-

in auth.de testib.§.& licet. & no.in l.j. de interrog.act.& l. non solùm §. si liberationis.ff.de lib.leg. & in l. generaliter.C. de non nu.pe.per glo.pen.& Cy.& C.de iuris & fac.igno.l.cùm falsa.& contractus ex iudiciis, & confessione iudicatur, & probatur simulatus.extra de pigno.c.illo uos.de emp.& uend.c.ad nostra. & facit, quod no.in Spec.in tit. de dona. §.j. uer. item pone aliquis.& ꝑ Cyn. C. de bonis proscrip.l.si.quis post hac. Accidit prędictis,quia simulatio est facti,& animi probantur per confessionem factam in absentia partis.ff. de nego. gest. l. Pomponius scribit.& in l. Nesennius. Bald.autē in l. illud. C. de sacrosanc. ecc. sic dicit, Quęro nunquid contra donationem insinuatam possit opponi excetio simulationis & fraudis? & uidetur tex. quòd no. ut l.j.C.de prędiis curia.lib.10.

Breuiter ueritas est in contrariū, unde si donatio fiat in fraudem, quanquam sit insinuata,irritatur.Ita tenet Spec.in titu. de dona.uer.itē pone aliquis & uer. seq. & ad hoc facit quod plene no. per Bartol.in l. post contractum. ff. de dona. Et inter cętera ex quibus pręsumatur fraus, & simulatio, est post donationem continuata possessio, secūdum Spec. & Barto. in l.sicut.§.superuacuū.ff. qui. mod.pign. uel hypot. sol. Sed contra hoc oppono: quia ex donatione potest agi usq; ad 30. annos,ut donās tradat possessionem, sed si pręsumetur ex possessione simulatio, non posse ergo falsum est, quod dicunt. Respondeo,aut est instrumētum promissionis, & non pręsumitur ex possessione simulatio:ut l.2.de const.pe. in fi. Aut est instrumētū traditionis:tūc,aut sunt aliquę cōiecturæ seu causæ simulationis,uel fraudis,& ex possessione iuncta cum illis pręsumitur simulatio,uel fraus, ut d.§. superuacuum. Et est ratio differentię inter instrumentum promissionis, & traditionis:
9 †quia possessio non repugnat promissioni,sed traditio repugnat ueræ possessioni tradentis, nec cum eo concurrit. unde quia non consonat effectus cum sua causa pręsumitur simulatio causę seu tituli, nisi tradens precario recepisset. Nam per
10 †possessionem precariam excluditur pręsumptio simulationis, ut l. quod meo.ff. de acquiren. posses. & quod no. ff. de pact.l.ab emptione. sed non excluditur præsumptio simulationis,& fraudis simul iunctis:ut d.§.superuacuum.

Ioan.autem de Imo. in capit. ad nostram.de emptio. & uendi. dicit quòd ex conuentione de reuendendo ad certum tempus contractus emptionis præsumitur simulatus concurrente altero de duobus,secundum dominum Anton.de But. in c. nostram allegat. uel, quòd uenditor dum peteret pecuniam mutuo, ductus est ad uendendum,cum pacto de reuendendo, uel quòd pretium non commensuratur ualere rei ueditæ: ut quia ualde minus est pretium, quam ualebat res uendita. Sed dominus Petr.de Perusio aliter dicit in d.c.ad nostram. ubi dicit quòd licet secundum eum pactum de reuendendo sit licitum:ut l.2. de pac. inter emptorem & uend. compositis. & ante quā redimatur res,emptor lucratur fructus: ut ibi patet per not. per gloss. in c. conquestus.de usuris.

Tamen hoc fallit, quando cum pacto de reuendendo concurrunt, aliæ coniecturæ,propter quas præsumi potest contractum fuisse simulatum, & in fraudem usurarum factum, ut contingebat secundum eum in d.c.ad nostrā. nā ibi secūdū eum ponderandum erat quòd ille cui facta erat uēditio, erat usurarius. & dicitur ibi innuere tex.ibi dum dicit,contra usurarios editum,&c. & sic etiā dicebat Aegidius,ꝓ ille de quo loquitur litera, erat usurarius.Item concurrebat, ꝓ ante septennium res non poterat redemi. Item ꝓ à principio fuerat petitū pecuniā mutuari. Item concurrebat paruitas pretij: unde nimirū si præsumitur cōtractus simulatus, & factus in fraudem vsurarum, stante ēt pacto de reuendendo. & ibi dicitur in litera. facit quod inferius dicetur Vnde aduerte secūdū do. Anton. de But. ubi ī. ꝓ glos.in d.c. ad nostram. uidetur uoluisse in effectu.ꝓ aut cōtrahentes uolentes mutuum contrahere, simulāt uenditionem. & tunc clarum, ꝓ contractus simulatus



simulatus taliter.non ualet: sed de eo iudicatur,ut de mutuo, ut probatur in d.c. ad nostrā. & ad l.3. C. plus ualere quod agitur si hoc constat quòd tantummodo fit uenditio, & tunc talis uenditio ualebit & emptor interim lucratur fructus, donec uenditor reddat pretium ipsi emptori,ut d.l.2.C.de pact.inter empt. & uendi.Vbi autem sumus in dubio,dicta gloss. 3. non bene declarat,sed dicit idē dominus Ant.de But. ꝓ dictum c.ad nostram. uidetur requirere duo, ut præsumatur cōtractū simulatum fuisse,uel usurariū,uide licet paruitatem pretij, & pactū de reuendendo ad certū tēpus. Et ista duo ēt uidetur exigere Hosti.quasi per prædicta conuincatur de usuraria paruitate ipse emptor, præcipuè ex eo, quod paciscitur, quòd ad certum tempus res possit redimi, quia ex hoc apparet, quòd interim vult fructus lucrari, sola enim paruitas preti non sufficere secundum Innocen. ad præsumendum contractum simulatū nisi interueniat pactum de reuendēdo ad certum,tempus & quòd sola paruitas pretii non sufficit:patet, quia licitum est contrahentibus ad inuicem se decipere ipsa re absque dolo, dummodò non deueniat deceptio ultra dimidiam iusti pretii.l.in causę.§. pen.ff. de mino. Dicebat etiam Host.ut tāgit dominus.Ant.de But.quod ex quo pate simulatio: quia debitor petebat mutuo pecuniā, & creditor dixit nolo mutuare:sed sum contentus emere tales res, cum pacto de reuendendo ad tempus.

Et per prædicta cōcludit dominus Anto.quod solum paruitas pretii non faciat præsumi contractum simulatum, nec solum pactum de reuendendo: sed pactum de reuendendo in duobus casibus facit præsumi contractum simulatum.

Primus est quando constat uenditorem primo petiisse sibi mutuum,seu pecuniam mutuari. & ille, à quo petebatur, voluit sibi fieri uenditionem de certis rebus.

Secundus est quando concurrit paruitas pretii cum pacto de reuendendo,maximè si est, pactum de reuendendo post certum tempus, & non ante: quia ex hoc apparet, quòd uoluit sibi certitudinaliter fructus lucrari percipiendos ante dictum tempus, & sic uidetur gloss. intelligere dictum c. ad nostrā. sed dominus Anto.de Butr.in cap.conquestus.de usuris.& facit c.cum in diœcesi.eod. tit.& decima quæstione tertia cap. plerique & dicebat Hostiens.in dicto c. ad nostram. de facili esse præsumendum cōtra usurarios. quia pessimum est genus hominum. & quia sic presumi expedit pro animabus ipsorum argumē.cap.iuuenis.de sponf. & de usuris.in c.in ciuitate nam faciunt multas fraudes, & quotidie fingunt nouos cōtractus, contra quos horratur prouidere.& Ioan. Andr.in d.cap.ad nostrā.etiam exprimit de multis fraudibus, quas quotidie excogitāt facit quod no.in Spec. in titu. de usu.&.sic residet idē dominus. Antonius. Et per prædicta habes ex quibus coniecturis præsumatur.contractum uenditionis esse simulatū & fictitium in fraudem usurarum.

Aduerte,quia dominus Fran. Zabarella Florentinus in dicto cap. ad nostram. in materia ista aliter loquitur: nam concludit,quòd aut fuit pactum de reuendēdo post certum tempus: & tunc propriè habet locum cap.ad nostram. de emptio. & uendit.allegat. Interdum uerò sit pactum de reuendendo ad libitum uenditoris: & tunc aut sit pactum de reuendendo pro maiori pretio, quàm esset primum: & tunc præsumitur contractus fœneratitius,per cap. illo uos.de pign. aut fuit pactum de reuendendo, pro eodem pretio: & tunc ualebit ut eadem l.2. de pact. inter emp. & uendit. Et ex prędictis dicit,quòd in c.ad nostram. allegat.fuit duplex præsumptio. Primò propter pactum de reuendēdo,non simpliciter,sed post septennium. Item pro reuendendo pro longè minori pretio,quàm res ualeret,nam ex his,secundùm eum,pręsumitur quòd contractus fuerit pignoratitius,& quòd creditor uoluerit lucrari fructus septennii, pro usuris. Nec est uerisimile,secundùm eum, quòd si fuisset vera vēditio, quòd uoluisset dare pro

minori pretio, quam ualeret: sed certè istud vltimum secundùm Ioann. de Imol. non uidetur procedere: quando vult dare pro eodem pretio, quo emit: quia tunc satis est verisimile.

Et per prædicta dicit se consuluisse in quæstione facti. nam quidam habuerat, a Titio certam quantitatem: puta centum, & fecerat eidem Titio uenditionem, pro centum de prædio ualente centum: deinde per aliud instrumentum promisit Titio reddere prædium pretio habito. dicit se consuluisse, quòd ex hoc non poterat præsumi contractus fœneratitius, ex quo non fuit peractum de computando fructus in sortem, quo casu secus esset. ut d.cap. illo uos. & pro hoc allegat, quia
11 de natura emptionis est quòd emptor faciat † fructus suos, ut dicit glo. in c. ad nostram. alle. & per hoc dicit patere intellectum in quo dicit scribentes uariasse. & ad prędicta allegat, quod ipse not. in c. ex literis. de iureiur. & ꝓ no. Cyn. in l. 3. C. plus ualere quod agitur ubi cōcludit Cyn. quòd etiam si interueniat pactum de reuendendo, & etiam quòd quis sit usurarius & etiam paruiras pretii, ꝓ non præsumitur contractus fœneratitius quia licet quis sit usurarius, potest facere uerum cōtractum emptionis: & quia pactum de reuendendo de se est licitum, ut l. 2. C. de pac. inter empt. & ven. & quia etiam paruitas. pretii non uidetur nocere, per l. dolus. C. de rescin. uen. & quod etiam dixit Inn. in d.c. ad nostram. alle. & ad c. illo uos. respondetur: quia ibi alia cōcurrebāt, uidelicet quia ibi fuit actum, ꝓ fructus computarētur in sortem. Item & ꝓ ultra pretiū aliquid aliud daretur. Ideo nimirum, sibi contractus præsumitur fęneratitius: quia cessant in casu Cy. ad c. ad nostrā. alle. nititur Cy. in d. l. 3. respōdere: ut uoluit dominus Fran. Zaba. Florentinus in d.c ad nostram. ꝓ in d.c. ad nostram fuit pactum de reuendendo post septennium: & pro longè minori pretio, quàm res ualeret. sed in casu Cy. fuit pactum de reuendendo, quandocunque uoluerit uenditor usque ad biennium uel aliud tēpus. Posset etiam respōderi, quòd multa in d.c. ad nostram. concurrebant, ut supra est dictum per dominum Pet. de Perusio. & Ioan. And. in d. cap. illo uos. uidetur transire cum dicto Cyn. & similiter dominus Franciscus Zabarella Florentinus, & dictus dominus Petr.

Sed dominus Anto. de Butr. in dicto cap. ad nostram. alleg. uidetur uoluisse contrarium dum dixit, quòd quando cōcurrit paruitas pretii cum pacto de reuendendo, quòd prę̄sumitur contractus fœneratitius, maximè, si pactum est de reuēdendo, post certum tempus: & sic per dictionem maximè quę est implicatiua, ut no. de fil. presby. c. ad abolendam. & l. illud. ad legē Aquiliam uidetur uelle idē dicendum, si pactum sit de reuendendo, ad certum tempus, uel simpliciter quando placuerit uenditori. & idem uidetur uoluisse glo. in c. conquestus. de usuris ubi glo. uidetur apertè uelle, quòd paruitas pretii, cum pacto de reuendendo, quandocunque placuerit uenditori, faciat prę̄sumi contractum usurarium, præcipuè si emptor cōsueuit exercere usuras: alle. c. illo uos. ubi ponitur dictio, præsertim, quæ importat idē quod maximè, & sic uidet glo. prędicta uoluisse ꝓ etiā in nō cōsueto fœnerari præsumatur contractum fœneratitium, & istud etiam uidetur uoluisse Archi. in ca. plerique. 14. q. 3. & ista pars satis uidetur rationabilis, ex quo præsupponit paruitatem pretii interuenire, tamen, ut dixi, dicit Io. de Imo Cy. uoluit contrarium, quem uidetur se. qui Io. An. in d.c. illo uos. & etiam dominus Flo. & dominus Pet. & re uera ad c. ad nostrā. & c. illo uos. tenendo opi. Cy. & sequētium posset responderi, ut supra est dictū tamē propter fraudes, quæ quotidie fiunt in fraudem usurarū satis uidet ꝓ rationabiliter posset teneri opinio glo. in d.c. conquestus. quā sequit Archi. in dicto plerique. & do. Anto. in d. c. ad nostram. & no. etiam ut tangit Bald. in d. l. 3. plus valere quod agitur. Quandoque contractus uēditionis fit simulatè: ut quia cōtētatur creditor, à quo petitur pecunia



eunia mutuo mutuari: sed dicit, ꝓ pro sui securitate uult, ꝓ fiat instrumentum uenditionis de aliqua re cum pacto de reuēdendo. Interdum autem uerè fit contractus venditionis, sed fit in fraudem vsurarum: vt quia debitor petit mutuo: sed creditor dicit, quòd non vult mutuare, sed si vult ipse debitor vendere talem rem, pro tali pretio cum pacto de reuendendo, quòd ipse est contentus sic emere. nam hoc casu, secundùm Baldum, erit verè contractus venditionis factus in fraudem vsurarum. & sic præsumitur, ex quo originalis causa fuit mutui petiti. Facit c. ad nostram. allegatum. Bald. uerò in suo consilio, sic dicit ad literam: pretij incongruitas, & pactum de reuendendo vsque ad certū tempus faciunt præsumi contractum simulatum. C. de pac. inter empt. & venditio. l. 2. & not. in l. emptorem. C. plus valere quod agitur. & l. j. C de probationibus per Cyn. Et si in contractu reuenditionis fit mentio sortis, qui agitur: vt fructus non extenuent sortem, apparet, quòd est contractus vsurarius: nam sors dicitur per respectum ad vsuras. ff. si certum peta. l. lecta. §. sed causæ sortis. & de condict. indebi. l. si non sortem. cum simi., Vnde proculdubio venditio, quando prędicta interuenerunt est imaginaria, & simulata loco pignoris in fraudem vsurarum facta: extra de pigno. c. illo vos. de emptio. & vendi. c. ad nostram. & per Cyn. & alios, vt supra maxmè si emptor erat assuetus vsurarius. quia ex consuetudine fœnerandi præsumitur contractus fœneratitius: vt de pign. actio. l. vel vniuersorum. C. quis Impera. maledixe. l. j. de act. & obli. l. fin. & ista est ueritas Bald.

Idem verò Bald. in suo consilio, quod incipit, In Dei nomine Amen. Casus talis est, quidam Petrucius, sic dicit, venditio facta Patrucio domini Petri est multum suspecta ex promissione de reuendendo, & licet sit clausula donationis: tamen captiosam liberalitatem interpretatio prudentum fingit. ff. de transac. l. cum Aquilia. Prętera ista clausula donationis nō refertur, uisi ad modicam summā: non autē ubi esset deceptio vltra dimidiam iusti pretij. ff. de verbo. signi. l. hæc ædictio. ff. de legat. 2. l. cum filius. §. hæres meus. nec etiam conuenit bonis viris, tam enormiter cum aliena iactura locupletari, vt no. ff. de regu. iuris. l. iure naturę. & l. nam hoc à natura. ff. de condicti. indeb. nec est verisimile, quòd fue-
12 rit animus donandi, vbi pactum est † appositum reuendendi? argu. ff. de solutio. l. qui si soluit. In contrarium videtur nam ex quo scit valorem rei, nō competit sibi auxilium l. 2. C. de rescin. vend. Vnde secundùm Barto. illa clausula donationis in magna læsione videtur apposita per errorem: quia nemo prę̄sumitur suū iactare. l. cum de in debito. ff. de probationib. In contrarium videtur, quòd dicta clausula debet aliquid operari, sed in modica summa non est ista clausula necessaria. ff. de minorib. l. in cansę. trahitur ergo ad magnam summam, vt aliquid operetur. Item si in instrumento fit mentio scientæ, sibi tunc imputet venditor. ff. si quis cautionibus. l. sed & si quis. in fine. quod verum credo, dicit Baldus, de iure ergo non potest compelli emptor ad credendum: argumen. ff. de uerborū obligationib. l. si ita quis. §. Seia. sed in foro conscientię standum esset ueritati: in foro autem iudicij oportet quòd seruemus scripturas. C. de probationibus l. cum precibus. si tamen indicia alia sufficientia probarentur vel confessio dicti colorati emptoris, quòd fuerit pignus sufficiens: nam confessio etiam parte absente facit indicium. Pro hoc vide gloss. in l. capite quinto. ff. de adulterijs, in gloss. magna. iuncta cum alijs indicijs, plenè probat, uel vehemēter adminiculatur: & vehemens adminiculatio supplet semiplenam probationem. ff. de ædilitio edicto. l. quęro. §. finali. & extra de successio. ab intesta. c. cum dilectus. vbi text. not. Sed si probatur, quòd emptor esse consuetus talia instrumenta recipere, in fraudem vsurarum: etiam istud multum facit contra eum, qui in eodem genere culpę frequens malus semper præsumitur esse malus,

lus, vt in regula.

Idem uerò Bal. in l. legem. C. de pactis quæsiuit, si maritus fuit confessus se recipisse dotem, quam promisit restituere patri stipulanti, seu recipienti, pro filia, postea immediatè fit quidam alius contractus, in quo continetur promissio dotis dandæ non obstante confessione, quæritur an istud instrumentum ualeat ita, ꝙ ex primo instrumento adueniente casu restitutionis dotis filia non possit petere dotem, sed instrumentum dictę cõfessionis præsumatur simulatum, sed videtur quòd filia possit agere ex primo instrumento, & contractu, quia ex illo est sibi ius quæsitum, unde nõ potuit tolli per sequentem contractum, argu. l. fina. C. de pactis. cum simi. In contrarium videtur, quòd ex quo promissio sequens fui facta incontinenti, apparet, quòd non interuenit numeratio, sed illa confessio potius fuit simulata, argu. ff. de priui. credi. l. si vẽtri. §. fina. Iacob. de Aret. mouet istam quęstionem in l. in his. §. penul. ff. solu. matr. & determinat pro muliere, quæ determinatio uera, est ubi sequens contractus fuit factus ex interuallo: sed ubi fuisset factus incontinenti, nõ starem huic determinationi: quia sicut clausula posterior derogat primę: ita contractus posterior derogat primo contractui. ff. de stipula. l. seruo. l. 1. §. utrum autem fit incontinenti, uel nõ potest apparere ex eodem loco, uel ex eodem tempore. ff. de solutio: l. si ex pluribus. §. fin. Ludo. uerò in l. pen. §. si vir socero. ff. solu. matri. dicit, quòd ista quęstio in d. §. si vir. socero. tractatur per Bal. post Iaco. & Bar. & eandem. tractauit. idem Bald. in l. si absentis. C. si certum petatur. extensè ꝑ dominum Ang. in quodam suo consilio incip. In primis inquirendum est ad solutionem dictorũ dubiorum, an promissio per socerum &c. M. hi autem pro elucidanda eius decisione considerandi videntur tres casus principales.

Primus, ꝙ aliquando post confessionẽ dotis solutæ emanauit ꝓmissio eiusdem soluendę incontinenti, & eodẽ tẽpore: & tunc illa cõfessio ꝑcedẽs intelligitur emanasse sub spe futurę promissionis, quæ postmodum est secuta. hoc probatur ex tribus. Primò ex tex. ad ꝓpositum singulari in l. minor. 35. annis, cui fideicommissum. ff. de mino. in quo apparet, ꝙ quando præcedit refutatio seu confessio facta videtur sub spe futurę promissionis. Secundò ad idem tex. singularis in l. ab Anastasio. C. mandati. ex uerbo ibi dum dicit, hoc tamen modo exactionem sortiri &c. colligit idem Baldus. quòd si confessus fuerit se habuisse centum in dotem, seu nomine dotis; tandem post eius confessionem apparet, quòd fuerunt ei numerata quinquaginta de illa summa, quòd ex hoc præsumitur, quòd non receperit, nisi illa quinquaginta. Et consequenter non ultrà teneatur, quemadmodum ergo sibi subsequens particularis solutio eius summæ, quam quis integrè recepisse se confessus est indicit præsumptionem falsitatis confessans in residua summa ita pari ratione subsequens ꝓmissio summæ quam quis recepisse confessus est incontinenti secutam ipsam confessionem inducit prę-sumptionem falsitatis eiusdem. & sic quòd non confessus fuerit eo quia receperit: sed quia in futurum illam sibi promittit seu numerari sperauerit. & posito quòd hoc non rectè probaretur ex tex. dictæ l. ab Anastasio. est sententia gloss. singularis in l. 2. C. de non numerara pecu. dicentis pecuniam integram non fuisse numeratam, prout confessio cantat, & consequenter ipsam confessionem factam spe futuræ numerationis, seu promissionis probari ex diuersis numerationibus per cuius summæ confessat. post illam confessionem diuersis temporibus factis. Tertiò idem probatur, quoniam ita quotidie facimus, & facere solemus, scilicet, ut primò præcedat confessio de dote recepta. Secundò post promissionem eiusdem soluendę ex eo autem, quod communiter fit, seu fieri solet probatio inducitur. ff. de sponsalibus. l. sufficit. ff. de usufru. l. si quis donaturus. ff. de rebus creditis, & si certum petatur. l. certi condictio. §. si nummos. & C. de



& C. de iudiciis. l. certi iuris.

Cæterùm ratione eiusdem contextus ambo hi actus iudicari debẽt actus unus: & de eo, vt de actu vno debemus disponere: argumento. C. de testamentis. l. cùm antiquitas. ff. de testamen. l. hæredes palam. §. vno contextu. Ratione enim contextualitatis, ac vicinitatis actuũ illud, quod vni interest, alteri interesse creditur. ff. de vulgari & pupilla. substit. l. patris & filij. ff. de verborum obligationibus. l. Titia. §. idem respondit. ff. de pactis l. item quia. §. idem Iuliano. ff. de edendo. l. si quis ex argentariis. §. si initium tabularum. concordat etiam l. si ventri. §. finali. ff. de priuilegiis creditorum. de electione. capitul. officij. nisi enim hac de causa, idest, futuræ promissionis prę-sumamus cõfessionem emanasse, sequeretur, quòd socer vel extraneus dotantes duplici onere prę-stationis dotis se astrinxissent. quod non est verisimile. leg. Titia. §. qui in vita. ff. de legatis 2. & l. Lucius. de dote prę-legata. l. qui dotem.

Secundus casus principalis est, quòd aliquando ex interuallo post confessionem emanauit promissio dotis soluendæ, eo tamen tempore, quo promissio emanauit: adhuc supererat de tempore opponendæ exceptionis non numeratæ dotis, & tunc idem dico quòd in proximo dicto casu: ex quo enim in instrumẽtis non continebatur, nisi simplex confessio de recepto, adhuc mulieri perfectum ius ad dotis exactionem non erat quęsitum cum repelli potuisset exceptione non numeratæ dotis. l. 2. & l. final. & authen. quod locum. C. de dote cauta non nume. Satis enim constat, quòd animo seu prætextu futuræ promissionis, & numerationis: talis confessio ab initio emanauit, proximo per proxima dicta: quia non est verisimile, vt prædixi, quòd si fuocer uel extraneus dotem soluisset iterum eam soluere promisisset: ut dicto §. qui in uita. & dicta lege Lucius allega.

Inde his duobus casibus duplex est opi. Prima Bartol. dicentis, quòd ex quo confessio facta præsumitur spe futuræ ꝓmissionis ea ꝓmissione secura, nõ est cã quare efficaciter non teneat maritus, qui videtur voluisse fore de eadẽ contentus: vnde illa loco cedit solutionis. ff. manda. l. inter causas. §. abesse. & nomen illius promittentis in tantum ęstimatum, quantum fuit dos promissa, accepisse videtur: argumen. C. de rescindend. vendit. l. pretii causa. & sic periculum est ipsius mariti: argumen. dicti §. si vir à socero. & l. Męuia. ff. solut. matrimo. & l. promittendo. §. pe. & l. de dote. & l. vir ab eo. de iur. do. quod intelligendum est, si maritus in exigendo moram fecerit: alias enim periculum est mulieris, de iure do. l. cum dotem. vel nisi promissor dotis pater fuerit: quoniam tunc mulieris etiam est periculum, quia genero parcendum est, si socerum ad solutionem non præcipitauerit, dicit text. nota. in l. si extraneus. ff. de iure dot. Secunda est opin. Bald. & Ange. dicentium maritum, vel eius hæredem hoc casu liberari, si actio ad dotem competententem mulieri cedat. Ad hoc ff. solu. matrim. l. si socrus. §. Lucius. & l. etiam. §. final. ff. de peculio. l. quod debetur. & hæc opi. placet Ludoui. quando ipse promissor est soluendo dotem per prædicta iura, uel si soluendo non sit, marito non potest imputari mora, cùm non exegit, per dictam l. Męuia. & lege si extraneus. & l. promittendo. §. penultimo. & dict. l. cùm dotem. nisi ipse maritus ab initio pro dote nomen eius promissoris acceperit, quem sciebat non esse soluendo. quia tunc est eius periculum: quia illa nominis acceptatio, in dotis titulum loco solutionis cedit, vt d. l. promittendo. §. penult. uel nisi promissorem per acceptilationem liberauit. quoniam tunc non cedendo liberatur, vt d. §. si vir à socero.

Tertius casus principalis est, quando promissio emanauit post lapsa tempora ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis præfixa, & tunc quandocunque animo seu intentione emanauerit confessio nõ est vis: quia ex lapsu dicti tẽporis ex confessione viri ad dotis exactio-

exactionem mulieri erat ius perfectè quę situm, vnde suo facto non potest promissor citra mulieris uoluntatem actionem sibi quæsitam tollere. Ad hoc ff. solu.ma. l.non solum.& l quoties.& l.insulam.§.fi. C.de iure do.l.cum à socero. ff. de pac. l. fi.ff.de noua.l.Stichum.§.fi. & igitur ipsi mulieri, subsecuta promissione non obstante, competit actio, ad exigendum dotem propter confessionem, cui amplius opponi non potest non numeratæ dotis exceptio. Hostien.autem in summa in tit. de vsuris.§.qualiter contractus vsurarius detegatur. dicit ipsum detegi per testes, & indicia, vt si venio ad creditorem petens mutuum,& ipse dicit, quòd nõ mutuabit:quia bene scit, quòd non potest facere vtilitatem suam, sed ipse emet à me aliquam possessionem meam, vel aliquã rem, & faciet mihi hunc amorem, quòd restituet mihi rem eodem pretio, vsque ad certum tempus, ergo dico, ex quo non possum aliud,ergo faciam, si de hoc constet iudici per testes, præsumet hoc factum in fraudem vsurarum, maximè si longe citrà iustum pretium emat:vt in c. ad nostram.de empt.& venditio. Item si pacta apposita claudicant, quia omnia apposita sunt in fraudem creditoris, & nullum in fauorem debitoris, ut pone in potestate creditoris est, an velit contractum rescindi, quia computat fructus in sortẽ,quos non præsumitur iactare uelle, si verus fuisset contractus,& sui essent,argui.l.cũ de indebito.ff.de proba.quia recipit aliquid ultra sortem,quia cõsueuit vsuras exercere.ff.de pigno. actio.l. vel vniuersorum.c.illo vos.de pigno. secundum eundem Hostien.in summa in titu. de pignor.§.quibus pactis.versi.Item reprobatur.non valet pactum,quòd debitori non liceat pignus luere, vel redimere, vel in perpetuum, vel ante diem præfixum, argu.ff.de preca.l. cum precario. & in ca. precarium de preca.nec valet pactum, ꝙ debitori non liceat pignus recuperare .ff. de iureiurand.l.si duo patroni.§.idem Iulia.nec valet, si fiat pactum, ꝙ si debitor non soluit intra certam diem,ꝙ creditor habeat rem in feudum,de se duo dato in uicem legis commissor.c.1.quia sic fieret fraus legi,argumento.c.ad nostram.de rebus ecclesię non alie. Si verò est dictum ꝙ non possit recuperare vsque ad duos annos,non valet per dictam l.cum precario.licet sit argumentum contra.ff.communi.diui.l.in hoc iudicio.§.fin.

## Quando cessiones dicuntur simulatæ.

### SVMMARIVM.

1 *Titulus utrũ debeat poni in principio instrumenti.*
2 *Cessio trium possit impugnari ratione fraudis & simulationis simul iunctis.*
3 *Impugnari nullo modo potest, quod nuum est.*
4 *Vitium litigiosi impedit alienatione possidentis.*

SVpereſt ut tunc videamus de cessionibus,qñ dicãtur simulatę.Et Iacob.Bru.in l.per diuersas.C.manda.dicit, ꝙ aut constat cessionem simulatam esse,& non ualet:in dubio præsumitur simulata,si alterum de tribus interueniat. Primò, si minus est pretiũ cessionis, q̃ quantitas cessionis.Secundò si est pro parte donata,& pro parte uẽdita.Tertiò, si deficit titulus in instrumento cessionis.Modò,qd erit,si si instro cessionis continetur, ꝙ cõfessus est cedens se nomine cessionis tantam pecuniam recepisse,an sufficit?Iaco.ꝙ nõ, & hoc quantum ad debitorem. confessio tamen præiudicat confitenti:ut l.generaliter.C.de non nu.pe.quia debet re uera pretium esse numeratũ,& ideo in instrumentis ponitur quotidie, cessit ex causa emptionis iura contra talem pro tanto pretio numerato,in pręsentia mei notarij & testium infrascriptorum. & quidã adiiciunt, & malè secundum Iaco. prout confessus fuit cedens. & dicit Bald. in l.ab Anastasio. C. mand. quòd, si quis fuerit confessus se habuisse centum nomine dotis, tandem apparet, quòd post istam



istam confessionem,quòd ei fuerunt numerata quinquaginta de illa summa, ꝙ ex hoc præsumitur, quòd non receperit nisi illa quinquaginta, & quòd ultra non teneatur. hoc colligitur ex tex.dictæ.l.ab Anastasio. ibi, hoc tantumodo exactionem sortiri & c. nisi appareat quòd illa quinquaginta fuerunt soluta pro residuo:nam hæc uerba sonant,quòd totum sit receptum: vt l. 2.C.de hæred.institu. & l.1.C.si regun.de hoc est suprà latè dictum.Bar.autem in l.per diuersas.allega. dicit,cessio in dubio præsumitur simulata ex tribus,vel quatuor.

Primò ex paruitate pretij,si actio magnę quantitatis ꝓmodico ceditur:& ideo non ualet cessio nisi usque ad quantitatẽ solutam,vt l.per diuersas allega.

Secundò præsumitur simulata, si titulus contractus non apparet intercessisse, vt colligitur ex d l.per diuersas. ibi, licet instrumento cessionis venditionis nomine &c. Et ideo isti, qui faciunt contractum, dicunt talis titulo cessionis dedit cessit, transtulit &c. & semper ponunt titulum vel venditionis, vel donationis, vel alium. & ista duo ponuntur per gloss. in d.l.per diuersas.

Tertiò requritur, quòd titulus ponatur in principio instrumenti. Ita tenet gloss. C.ne lice.poten.l.1.in gloss.magna. & Innocen.etiam de aliena iud.mutand. causa fact.Dyn.& Cyn.in l.1.C.ne liceat poten. tenent,quòd hoc non est necesse, quòd in principio ponatur:quia nulla lege reperitur cautum: & hoc iam fuit obtentum,& iudicatum,& hoc placet Bart. Et istis casibus, licet cessio præsumatur simulata,tamen actio non perdicur.

Quarto casu præsumitur simulata, si partim venditur, & partim donatur:vt l. ab Anastasio. allega.& isto casu perditur actio in eo casu, quo donatur ꝓ vtraque parte.Et quando dicitur, ꝙ ex paruitate pretij, cessio præsumitur simulata: pretium intelligitur paruũ deductis expẽsis, & laboribus, qui de necessitate debent fieri, in exactione illius rei: tene menti, quia hoc ualet ad multa,& semper actio debeat æstimari.deducto eo, quod communiter expenderetur in exactione. & si Titius mihi cessit actiones, quas habet contra Sempronium ad centũ:& hoc pro pretio centum,tamen in instrumento nõ apponitur expressè, quòd hoc fecerit titulo venditionis secundùm eos, qui dicunt quòd titulus debet poni in principio† instrumenti:non valeret cessio,quia hoc non apparet ex principio, sed ex toto instrumento. Sed Barto. putat ibidem quòd cessio valet. nã nil aliud est titulus, quàm causa contractus. l.3.§. ex plurimis. ff.de acquirẽ.posses.vnde cum ex instrumento appareat titulus,hoc est,causa venditionis,satis est, secundùm Barto & si pro parte venditur, & pro parte permutatur,idem est,quia non valet:quia ex quo lex.in venditione loquitur: idem est in quo libet contractu, ex causa onerosam vt l. statuliber à cæteris.§.fin. ff.de statuliber.

Præsumitur etiam cessio simulata, quando in veritate pretium, pro quo est facta cessio, est solutum re ipsa, licet non dicatur per glo.magnam d.l. per diuersas.tamen innuitur in tex.d.l.per diuersas.& in gloss.super uerbo,solutarum. Quod etiam probatur in l.ab Anastasio. ibi,re ipsa persoluit. Et quo concludatur secundùm Barto.ibi, quòd non sufficit, si in instrumento cessionis cedens confiteatur sibi solutum esse, nisi re uerba fiat solutum probetur, Et hoc est uerum quantum ad eum, contra quem ceditur, sed quantum ad ipsum cedentem, nocet ipsa confessio, hoc tenet Iaco. de Belui. in auth. de ęquali.§. 1. hoc tenet consulendo Iac.Bru.& Rain.de Forli. ita pluries, vt Barto.dicit ipse cum domi. Fran. de Pisis consuluit.Et si ex alijs causis,quã ex causa venditionis.fiat cessio,debet aliter apparere de veritate causæ, quàm ꝓ confessionem partis. Et ideo si quis fecit cessionem pro bonis seruitiis, & meritis, quæ ab aliquo recipit.& habuit,an sit necessarium,quòd merita & seruitia probẽtur,videtur,ꝙ sic,quia confessio nihil releuat,vt supra dictũ est, vt l.si fortè.ff.de castren .pecu. & l.si donatione.ff.de col. bo.in contrarium videtur.ꝙ nõ debeat ꝓ

bari: quia si totam l. per diuersas. inspicias solummodo litium redemptores condemnauit: sed quando fit per merita, non potest dici litium redemptor. Non enim seruitia fecit, vt sibi actio cederetur, sed ideo cedit: quia cedenti placet siue causa sit uera, siue nõ apparet quòd nõ est litis redemptor: quid dicẽdũ dubito, dicit Barto. vide infra sup hoc, quòd dicetur per Bal. qui soluit.

Tamen propter tollendum dictum dubium, dicit Barto. Aliquando in quibusdam cessionibus eleuari fecit illam clausulam, pro bonis meritis, & seruitijs; & loco eius apponi fecit, sua mera libera, & spontanea voluntate, & liberalitate, quia sic sibi placuit, & sic voluit: & cessabit ista dubietas, & secundùm Barto. sufficit, quòd post cõtractũ re ipsa numeret licet in instrumento non dicatur, ꝙ re vera numerauit: sed si in veritate numerauit, & postea, recepit & recuperauit, & sic ex vna manu dat, ex alia recipit, non valet aliquid: imò perderet actionẽ, per l. ab Anastasio. per hanc fraudem, & simulationem, non videtur enim solutũ, quia statim soluẽs est recepturus: vt l. qui sic. ff. de sol. & si cessio fit inter socios, ex alia causa diuidentes, vel societatem conrrahentes: vnde quando contrahunt, dicit Bart. cessio valet; vt l. j. & 2. & 3. ff. pro so. tamen potest pręsumi simulata; sicut dicit de venditione, quando vnus ex vna parte ponit modicum, & alius multum: & quãdo inter eos fit diuisio, valet cessio: & hoc teneas, pro fundamento, quod sicut in certis casibus exceptuatis in l. per diuersas. allega. valet cessio, ita ꝙ non præsumitur simulata idem est, & verum est in omnibus casibus eandem rationem habentibus, vt ubicunque apparet, quod ille, cui fit cessio, non sit redemptor litiũ ex causa, ex qua sit cessio, quod tunc semper cessio valeat, sicut in casibus in d. l. exceptuatis. & dicit Bartol. in d. l. ab Anastasio. quod glo. sup verbo coloratã. facit ad statutũ, quod est in Perusio, quòd folliecta vini non possit vendi vltra octo denarios. modò quidam vendidit vinum ad illam rationẽ: tamen non dedisset tibi, nisi emisses ab eo vnam castaneam pro quatuor denarijs: certè videtur iste incidere in statutum, nec debet excusari per istam coloratam venditionem: argumen. dictæ. l. ab Anastasio. cum d. glo. ad quod optimè facit l. eos. C. de vsuris. ver. inter dicta licentia creditoribus. vt in l. quem admodum. C. de agri. & censit. lib. 11. qd̃ facit tam contra macellarios, quàm contra alios vendentes. qui habentes duas res vnã bonam, & aliam tristem, nolunt vendere bonam, nisi tristis mixtim cum bona ematur. quod not. bene. Bald. uero in l. cuiuscunque. C. ne liceat poten. dicit, impugnatur cessio ratione fraudis: vt si potentior noluit nominare in instrumento, sed per interpositam personam cœpit possessionem: vt C. quod metus cau. l. si per impressionem. Item potest
2 impugnari † cessio ratione fraudis & simulationis simul iunctis, quod est quando dicitur pro parte vendita, & pro parte donata in fraudem legis: vt l. ab Anastasio. C. man. quo casu quatenus prætenditur donatio, non valet cessio, & cedens suo iure priuatur: vt l. fi. §. si quis autem. C. ne liceat poten.

Quartò impugnatur cessio retione simulationis præsumptæ: q̃ simulatio præsumit ex tribus, scilicet, ꝙ actio sit ex parte vẽdita, & ꝙ parte donata: vt s̃ dictũ est.

Item & quod actio sit minori pretio vendita: nam quatenus est plus in actione, quàm in pretio præsumitur simulatio: hic tamen est considerandum, quòd debet haberi ratio expensarum iudicij; vt no. in l. p diuersas. C. man. adde, quod no. in l. 1. ff. de expensis in rebus dota. factis

Quintò pręsumitur simulata, si titulus cessionis non continetur in instrumento: Super hoc tamen dicit Cyn. ꝙ sufficit titulus præsumptus; vnde, quãdo fit cessio inter coniunctas personas, quia præsumitur donatio, valet cessio secundum Dyn. qui ita not. in l. patrem. ff. de his quæ in fraud. cred. Item de acto fuit ista quæstio, in instrumento cessionis sic continebatur, talis cessit talem actionem Seio pro centum, dicebatur, quòd non erat ibi titulus. Sed contrarium fuit consultum per do. Bar. quia cum ibi cõtinebatur pretium resultat titulus emptionis, vt l. fi. C. de prædijs curia. lib. x. & hoc est verum: quando in instrumento dicetur pro pretio centum, sed quando non fieret mentio, seu memoratio pretij, est magis dubium: tamen idem dico: quia saltẽ resultat cõtractus innominatus, facio vt des: argu. l. fi. ff. de condi. ob cau. & ꝙ ibi no.

Sextò pręsumitur simulatio, si non cõtinetur in instrumento vera numeratio, sed cõfessio numerationis, vt l. per diuersas. C. man. in. gloss. quæ incipit, not. in hoc forte &c. & l. ab Anastasio. §. si quis. in verbo, re ipsa persoluit &c. & hoc tenet Iacob. de Bel. in auth. de æqual. do. §. illud. facit quod not. in simili in l. assidu is. C. qui po. in pig. ha. in glo. non ergo, in dote confessata. & hoc consuluit Bartol. & multi alij docto. consuluerunt cũ eo, Ego autem dico, quòd aut actio est minori pretio vendita, vel pro parte vendita. & pro parte donata: & tunc fateor, quòd ex confessione pretij præsumitur simulatio: imò ipsa confessio habetur pro veritate, nisi probaretur, quòd re vera numeratio non intercessit: argum. ff. deposi. l. Publia. §. fi. ideo dico. quòd non pręsumit simulatio, quia nulla lex dicit, qd̃ pręsumit nisi in dictis duobus casib. & ita cõsueuerũt tenere aduocati Florentini, & cõmuniter hoc obseruat consuetudo. & Spe. ponendo formam cessionis cõficit instrumentũ sub forma cõfessionis. Et istud verius credo. Nõ obstat. §. aliud. in auth. de æquali. do. quia ibi confessio erat suspecta propter alios creditores, quibus præiudicabatur, non autem propter ipsum debitorem. C. de donatio. ante nupt. auth. sed iam necesse. & in ista ciuitate Perusij fuit iudicatum, secundum consilium Bartol. sæpius:

Septimò impugnatur cessio ratione veræ simulationis, id est, quia probatur verè simulatio, & tunc non est dubium, quia quod simulatè agitur, nullum est: &
3 illud, quod nullum est, † omni tempore põt impugnari: est enim iste falsus ꝙcurator in rẽ suam, vt l. licet. C. de procu.

Octauò impugnatur cessio ratione cedentis: de quo dic vt not. per Dyn. in l. pen. ff. de author. tut.

Nonò impugnatur rõne cessionarij. C. qui dar. tut. poss. auth. minoris debitor. & l. omnes. ff. de actio. & obliga.

Decimò impugnatur cessio ratione iuris incessibilis, vt ff. de iure do. l. si mulier. §. ex asse. facit ff. de administr. tuto. l. ex pluribus. Adde vbicunque dixi. dicit Bald. quòd cessio præsumitur simulata, est intelligendum, quando actio principaliter ceditur, sed quando ceditur, seu vẽditur possessio à possessore, vt in eius consequentiam venit cessio, ibi non præsumitur simulatio, vnde in instrumentis emptionum apponuntur ista verba, & quod plus valet, donat, &c. tamen non est dubium, quòd vbi rei venditio valet, & cessio, quæ fit in eius consequentiam, vt d. l. per diuersas. §. exceptis. Et idem dico, quando cessio dictat defensionem, non impugnationem, verbi gratia, possidebam quandam rem, conueniebar publiciana super ea, ad exclusionem istius publicianæ, acquisiui titulũ à vero domino rei aliquo sibi dato, certè licet minus fuerit pretium, tamen valet. titulus, & ex eo me tueor contra publicianam, vt d. §. except. nec per vitium litigiosi impeditur ista acquisitio tituli: quia litigiosi
4 vitium impedit alienationem † possidentis, sed non acquirentis ab eo fieri, quod est no. Adde quod no. per Gul. de Cug. C. de peti. hæred. l. cogi. Et si instrumentum cessionis dicat, ex causa donationis pro bonis meritis, & seruitijs: an oportet quòd cessionarius probet merita? Bar. in l. per diuersas. dubitat de hoc. sed non est dubitandum: quia in instrumento cessionis requirit titulus, qui hic ad est, scilicet titulus donationis. Causa autem tituli nõ requiritur, nec aliqua lex hoc dicit, & ideo non requiritur probatio meritorũ: quia nulla lex hoc dictat, quia merita nõ sunt titulus, sed præcedentia tituli. facit quod no. in simili. ff. de condi. ob tur. cau. l. si ob turpem. Præterea merita nõ sunt de substantia donationis, nisi donator legitimum modum excedat, & non est insinuata ff. de do. l. Aquilius Regulus.

Vltimò

Vltimò aduertas quia vbicunque dixi de præsumenda simulatione, debet intelligi in cessione voluntaria, secus in cessione necessaria, exemplum. ff. de sol. l. Modestinus. ff. de leg. j. l. si res. obligata. quia non potest dici redemptor litis, quia talem recipit cessionem de conscientia legis, vt d. §. exceptis. Host. verò in summa in titu. de alie. iud. mutan. causa fac. sub rubr. de cessione actionum. §. an actio cedi, vel vēdi possit. vers. itē si dubitetur. dicit, ꝙ si dubitetur vtrū cessio sit vera, vel ficta semper præsumitur simulata, ex eo, quòd actio pro parte donata fuit, & pro parte vendita: & tunc agitis cui cessa est vsq; ad quantitatem, quā dedit, nam in superfluo nūc cedēs agit. Idē si pro modico pretio vendidit. ar. ff. de transac. l. cum hi. §. modus quoq;. Idē si dicas in instrumento cessionis cessione factam, & nō dicatur ex qua causa, vt ff. de iu. fisl. ita fidei. C. ma. l. pe. & fi. Itē pręsumit facta in fraudē, si clerico fiat cessio, à laico cōtra laicum, secus putat Host. si cōtra clericum, ar. c. 2. de alie. iud. mut. causa fac. vel potest distingui, quādo laicus cedit clerico contra laicum, vtrum trahat ipsum corā ecclesiastico iudice, puta, quia sic est de consuetudine, quæ valet, vt de fo. comp. c. si clericus. vel corā suo iudice laico, vt in primo casu pręsumatur contra clericū: in secundo minimè, sed quicquid malitię cōtra hoc excogitari potest, pro infecto habetur. C. man. l. ab Anastasio. in fi. Cy. in l. qui stipendia. C. de procura. dicit, ꝙ quādo cessio fit cū fraude, causa, & intentione cōstituendi duriorem aduersariū, quòd non valet, ꝑ titu. de ali. iudi. mutā. causa fac. In dubio autem quisquis cedēdo præsumitur secundùm quosdā cessionem facere bona fide, & nō causa vexādi aduersarium, vel causa cōstituendi aduersarium duriorem, & qui malam fidem allegat, illam probat, vt l. quoties. §. qui dolo. ff. de prob. Doc. iuris canonici, secundùm Cyn. ibi dicunt in cessione facta in clericum præsumitur malafides, vt in cap. ex parte. de alie. iudi. mut. causa fac. tamen Deus nouit qualiter decretalis illa hoc dicit, nos habemus. duos titulos, vnū ne lice. potē. qui habet locum, vbi facta est cessio, in potentiorem ratione potestatis, vt quia sit præpositus, vel officialis. Alium titulum habemus, de alienindi. mutand. causa fac. qui habet locum, quando cessio fit causa mutandi iudicii. Modò ponamus, laicus in clericum facit cessionem, ista cessio non reputatur facta in potentiorem, ita quòd non habet locum prior titulus, sed an reputabitur facta causa mutandi iudicij in fraudē, certè dicit Pet. nō puto hoc in dubio, nisi fraus probetur, sed si ponamus, quòd fraus pręsumatur secundùm Cano. an & tūc si iuratur non factum in fraudem, præsumatur bona fides? videtur, ꝙ sic, vt l. fi. ad leg. Iuli. repe. C. Præterea ponamus, ꝙ laicus cessit iura sua in clericum de genere, suo videtur, quòd nō præsumatur fraus, quia conuentio videtur remouere dolum, vt l. 2. ff. de recepta. ad hoc facit, quia vbi sunt duæ rationes, quarum vna prodest, altera nocet: debemus assumere illam, quæ prodest, argum. ff. de acquirend. poss. l. si quis rem. & ff. pro socio. l. meritò. & sic in proposito quæ sunt vna est, quia durior est aduersarius, & sic præsumitur fraus, alia est, quia est coniuncta persona, & sic præsumitur honesta causa facta cessio, tanquam in coniunctam personam, & ista causa sumenda est tanquam nobilior secundùm Pet. argum. præalle.

## De fraude.

### SVMMARIVM.

1 *Tot modis fit simulatio, quod modis sit fraus*
2 *Fraus quid sit.*
3 *Fraus quando præsumatur.*
4 *Stimulatus titulus, titulus non est, neque traditio simulata, est traditio.*
5 *Fraus quando fiat de nomine ad nomen.*
6 *Facere contra legem quid sit.*
7 *Res minoris quæ seruando seruari non possunt, an possint uendi sine iudicis decreto.*
8 *Fraus quot modis fiat.*
9 *Donatio nulla inter uirum & uxorem.*

Bara-



10 *Barathrum quid sit,*
11 *Stochi quid dicantur.*
12 *Præsumptiones quæ colliguntur ex metu pęnæ delicti committendi.*
13 *Fraus antequàm præsumatur necessum est, ut causa aliqua præcedat.*
14 *Simulata uenditio nulla.*
15 *Casus ex quibus colligitur fraudis præsumptio.*

REstat vt aliquid de fraude dicamus quia secūdū Bald. in l. fraus. ff. de legi. & in l. nec patronus. C. de ope. lib. tot modis fit simulatio, † quot modis fit fraus. l. ab Anastasio. C. mā. & l. emptot. C. de aqua plu. arc. & vide no. in Spec. in tit. de dona. §. j. ver. itē pone aliquis. Ideo dic secūdū Bal. in d. l. fraus? ꝙ fraus est de permisso † ad prohibitū tēdēs occasio. vt no. ꝑ Guil. in d. l. fraus. & emācipatio, quæ pōt fieri simulatè vt l. j. §. is quoq;. de coll. bono. præsumitur simulata, & fraus si diu stetit occulta: vt l. si filio. ff. solu. mat. per Iaco. de Are. Itē præsumit † fraus ex vna alienatione magna l. omnes. §. Lucius. ff. de his quæ in frau. l. credit. Itē ex pluribus simul iūctis faciētibus vnū magnum: de lega. 3. l nomen. §. j. & ibi gloss. not. Itē traditio verbalis, sine realitatis effectu præsumitur simulata: vt l. sicut. §. superuacuum. ff. quib. mo. pigno. uel hypot. sol. Et not. quòd simulatus † titulus non est titulus, & simulata traditio non præiudicat possessori, vt l. emptor. de aqua plu. arc. & C. de transac. l. cum eaquæ. Non tamen dicitur simulatio, vbi vna persona permissa à iure recipitur pro alia permissa. ff. de manu. l. 4. §. si ab ignoto. & fit aliquādo fraus legi. l. si libertus minorem. ff. de iure pa. l. hac edictali. C. de secun. nup. Fit fraus fisco, de quo dic vt in l. post contractum. ff. de dona. Fit fraus priuato, vt l. sicut. §. nō videtur. ff. quib. mod. pig. vel hypot. sol.

Et uota, quòd ille qui non potest esse potestas, non potest esse defensor, quia † esset fraus de nomine ad nomen, cum idē imperium solo nomine mutato daretur, vt no. glo. de domino. Odone potesta-

te, qui in fraudem statutorum fecit se uocare defensorem. & facit. l. fi. C. de pa. pign. C. de vsucap. pro emptore. l. 2. de renuncia. c j. lib. 6. solut. mat. l. filiæ meæ. de pign. c. illo nos. de depos. cap. grauis. per Innocen. Et dicit Bal. in l. vnica. C. de suffra. vnum mirabile dictum, quòd vbicunque est suspicio fraudis, uel simulationis, ficta traditio pręsumitur simulata. ff. qui. mod. pig. vel hypot. sol. l. sicut. §. superuacuum. & l. emptor. de aqua plu. arcen. iuxta not. per Bartol. in l. emptor. alleg. & l. post contractum. & ideo, non sufficit tali casu precarium. uel retentio usus fructus, secundum eum: sed est necessaria uera traditio. Host. autem in summa in tit. de empt. & uend. §. qualiter rescindatur. uer. illud autē. sic dicit, illud autē nota, quòd si quid fiat in fraudē, non ualet, quòd sequit ex eo, uel ob id. C. de legi. l. non dubium. facit autē contra legem, † qui facit, quod lex prohibet, obseruando uerba legis, & sententiam, ut patet in iudice, qui emit à subditis, ut. ff. de cōtrahend. empt. l. non licet. uel patet in eo, qui emit rem minoris, quæ seruando seruari potest, sine iudicis † decreto, ut: ff. de rebus eorum. ꝑ totum. C. de admi. tu. l. lex quę tutores. ut patet in Oeconomo uel prelato, qui uendit rem ecclesiæ nō serua ordine iuris. C. de sacro sanc. eccl. auth. hoc ius porrectum: Sed sit fraus legi, quādo seruatis legibus circūuenitur mens, ut ff. de legi. l. contra legem. & l. seq.

Et hęc fraus habet fieri † quatuor modis. Primo modo de contractu ad contractum alterum, ut coniunx, qui donare nō potest ut de dona. inter ui. & uxo. c. fi. uēdit pretium non exacturus, ideo non ualet contractus. ff. de dona. inter ui. & uxo. l. si sponsus. §. circa. uel quando accedo ad usurarium & uolens mutuum recipere ipse non consentit, quia timer de usuris sed dicit, ꝙ emā, si uoluero. si hoc dicunt testes, qui fuerūt mecū ꝙ talia uerba habuimus, & uenditio fit lōge circa iustum pretiū, uel prope iustum, & constat quòd emptor usurarius est, & ꝙ si ego aliud facere possem, non uenderē, & nullatenus erā rē uenditurus, nō ualet cōtractus, de

contrahen-

contrahen.emp. c.ad nostram Item si fiat pactum,quòd fructus computētur in sortem,& quod detur aliquid vltra sortem: de pign.c. illo uos. Consuetudo usurarij, & literæ in hoc maximè est attendenda, scilicet, quando multi vsurarij in terra sunt: & sic omnes contrahere consueuerunt sicut in multis locis.

Secundò, de persona ad personam:ut si coniunx interponat aliquam personam cui donat,vt coniugi suo detur: vt .ff. de do.inter vi.& vxo.l.3.§. non tantum. Itē si do.potestatem amico meo, vt possit cōferre tibi ecclesiam, vel præbendam primò vacantem, vel cui voluerit, & ego bene scio, quòd tibi dabit: vt de concess. preben.cap.constitutus.& cap.fi. hæc autem potestas bene potest dari in genere, hoc est, vel tacitè, vel expressim: vt de insti.cap.ex frequentibus.Item quando persona per se prohibita contrahere, per alium contrahit:vt patet in iudice, qui cōtrahit per alium cum subditis, cum per se non possit·C. quod me.causa.l. pe. C.de contract.iudi.l.j.ff.de contrahen.emptio. l.non licet Item est exemplum in Oeconomo ecclesiæ. qui emit rem ecclesiæ per interpositam personam, cum per se non possit:quia non ualet. C. de sacrosan. eccle.auth.quibuscunque modis.Itē est exēplum C.de proximis sacr.scrinio.l.fin.C. de principi. agen.in rebus.l.j.

Tertiò, de re ad rem,vt cum filosofa. cui nō potest tradi pecuniam mutuo, sine metu Macedoniani patre inscio, & ratum non habēte: vt C.ad Macedonianū. l.j.Et si traditur species certo pretio, vt ipsam uenda,& pretium recipiat,vt ff.ad Macedo.l.item si filius.§. mutui. Item cū non possit dari iudici vltra esculēta, & poculenta.ff.de officio præsi.l. plebiscito. datur enim tātum,quod peruenit ad munerum qualitatem in encœniis .ff. de offic.proconsu.l.solent.§. fin. sic prælatus, qui non potest obligare ecclesiam suam, consueuerat tradere sigillum de solu.ca. quorundā.& hæc fraus nimium per vsurarios hodie est vsurpata: non enim mutuant, sed tradunt speciem certo pretio æstimatam,& aliquādo cum denariis mi scent assumēdo omnia insimul quas barathrarias uocant, & uerū dicunt barathrarias animarum suarum, quas barathrant siue ad barathrum inducunt nisi satis faciant ante mortem:nam in æstimatione chariori facta quam vendi posset bene cōtinetur vsura,ergo se ipsos barathrant tales barathratores,nec ualet etiā qd agunt ut sunt arg.expressa C.mand.l.ab Anastasio.ff.de act.empt.l.Iulianus.§. idem Papinianus.C.de vsuris.l.cum allegas.& l.constitutionibus. sed est argu. pro ipsis ff. de act.emp.l.Lucius §. Titius.

Quartò de contractu,ad eundem contractū,sed altero modo, vt cum trado mutuum tibi,uis dare mulierem in fideiussorem,& ego sciens eam tutam Velleiano, volo quòd constituat se principalem, & fideiubeas tu pro ipsa, vt ff. ad Velleia.l. quamuis.§. si cum essem.& hoc non est omittendum, ꝙ mulier consentiens alienationi rei sibi donatæ propter nuptias præiudicat sibi,vt in c.peruenit. de cōtrahen.empt.quod intellige,quando uir consensit,vt in authen.siue à me.C.ad Velle. vel quando debeat reuerti ad hęredes mariti,quia non erat factum pactum de lucrando, de do. inter. & vxo. c. fi. in fi. vel quando iurauit,vt in c.cum contingat de iureiurand.uel quādo expediebat mulieri,quo casu etiam dos uendi posset. ff. solu.matri.l.quamuis.& de iure do.l.fi.& in authen. vt nulli iudi. §. illud. colla. 9. Azo.autem in summa in rub.C.plus ualere quod agitur. dicit quòd fit fraus legi de re ad rem, de contractu ad alterum contractum,sed altero modo de persona ad personam, & dicit, quòd in omnibus talibus magis inspicit veritatem, vt præualeat falsitati, quod verè actum est, vel etiam vt non valeat secundum naturam rei,de qua quæritur. Nam vbi donare uolui vxori,& scriptum est me vēdidisse,nō tenet venditio, quia simulata est, nec do-
9 natio, quia inter me † & vxorem meam valere non potest, secus.si uoluissem donare alij,tunc enim donatio tenerer, & sic de cęteris exaudi.ff.de contrahen.em. l.si quis. donationis. & ff. de dona .inter vir.& vxo.l.si sponsus.§.circa. Ioann.verò de



rò de Imo.in cap.ad nostram.de emp.& vend.dicit quod.Host.dixit in cap. ad nostram. alleg. quòd fœneratores multas fraudes, & barathrarias faciunt nunc emendo, nunc partem vendendo,& reuendendo in fraudem vsurarum,quæ verè dicuntur barathrarię secundùm eos,
10 quia eos ducunt ad barathrum, † scilicet ad infernum.

Ioan. And.ibidē exprimit aliquas fraudes:nam dicunt,quòd emunt rem aliquā cum pacto de reuendendo, nolunt quòd de ipso pacto de reuendendo appareat in ipso instrumento venditionis, sed in alio de per se facto. Et quandoque etiam nolunt,ꝙ appareat aliquo modo pactum de reuēdendo,sed ꝙ debitor confidit de eo, vt fit de vno sacrista. Item quandoque nolunt reuendere,vel facere instrumentum,nisi econtra debitor absoluat eū ab omni eo, quod posset petere occasione vsurarum. Et quandoque etiam faciunt fieri cessiones in suos amicos, vel coniūctos de eo,quod posset peti nomine vsurū. Et dicit Ioan. Andr. ꝙ bonum esset prouidere contra tales fraudes,& præcipuè,secundùm,eum,posset fieri constitutio,ꝙ si post prædicta,de quibus supra est dictū reperiretur quem exercuisse, vel exercere vsuras,post prædicta instrumenta,præsumerentur acta in fraudem vsurarum,& ꝙ non tenerent cessiones. Dicit etiam ꝙ quandoque faciunt fraudem dādo pecuniam alicui ad negotiandum in certa arte: licet cum tali nullo modo negotietur. Item quandoque vendūt aliquam rem petenti pecuniam mutuo, & postea reemunt pro longè minori pretio, quam vendiderant, & isti vocantur
11 vulgariter † stochi.

Dicebat etiam dominus Pet. de Perusio,ꝙ vidit quendam mutuantem gratis. sed si in termino non soluebatur, tunc si aliquid emolumenti debatur, differebat exactionem,aliàs se difficilem exhibebat in exactione,& fortius molestabat debitorem, & si etiam soluebat in termino, si debitor aliquid vltra sortem sibi non dabat,alia vice sibi nō mutuabat, nam iste, secundū eū, erat vsurarius mentaliter: licet non faceret pactum expressum de vsuris,facit c.fi.de simo.& c.consuluit.de vsur.& dicit etiam, quòd aliqui vsurarij non scribunt id,quod recipiunt de vsuris vel si scribunt, scribunt in schedulis,quas postea lacerant, & sic non possint conuinci de vsuris: facit, clemen. j. de vsuris.vnde ipse dicit,quòd satis videtur de iure posse dici,quòd quando apparet aliquē nō fecisse aliquod exercitium, quàm mutui,& apparet ꝙ valde est ditatus vltra quam à principio haberet,id est, ante dictum exercitiū,quod satis præsumitur ipsum fuisse ditatum,quia sic communiter consueuit euenire,facit l. vel vniuersorum.ff.de pign.actio. & l. qui semisses.ff. de vsuris. & ideo videtur,ꝙ ex tali præsumptione posset condemnari ad restitutionē vsurarum,facit quod no.Bart. in l. fi.ff.de quæstio. Ioan. And.in c.ex literis. de iureiur.& maximè videtur procedere quod dixi,quando alia coniectura nō apparebat,ex qua posset dici ipsum lucratū fuisse,aliàs quando ex exercitio mutui,& fama etiam vicinorum hoc habebat, ꝙ ex exercitio mutui fuerit lucratus illa, quæ apparent ipsum fuisse lucratum post tale exercitium. Et ad hoc facit glo. valde notabilis. licet ipse non alleget in capitu. quamquam. in gloss. alioquin. de vsuris. lib. 6.

Adde, etiam superius dictis quòd eo casu,quo dixi contractum vēditionis prę sumi simulatum,multofortius prę sumeretur,si in cōtractu sunt adiecta illa verba quod venditor vendidit verè, & non fictè aut simulatè,quia talis clausula non consueta apponi inducit maiorem præsumptionem,& suspicionem, secundum Bal.in l.3. C.plus valere quod agitur.allegat quod not.glo.in l.si quis sub conditione.ff.de condi. institu. Et punctaliter dicit Bal.in l. 3.iam dicta, ꝙ si in instrumento dicitur,quòd vendidit,& trādidit verè,& non in fraudem vsurarum: quòd ex istis verbis instrumentum esset magis suspectum & non minus: iuxta gloss.not: in simili in l.si quis sub conditione. ff. de condi. insti.

Bar.aūt,in d.l.post cōtractū.ff.de dona. dicit

dicit quoddam est tempus ante crimē cō
missum. Aliud ante propositam accusa
tionem. Tertium tempus est post accusa
tionem, & ante litem contestatam. Quar
tum tempus est post accusationem & li
tem contestatam, ꝙ ante sententiam.
Quantum tempus est post sentētiam. In
primo tempore, quando ante delictum
commissum, & tunc fortè reuocandum,
si vendat, seu alienat ante delictum com
missum, & iam proposuerat delictum co
mittere, & sic propter delictum commit
tendum; tunc eodem modo reuocatur
propter delictum, quia satis est in fraudē
fisci factum, & sub spe pœnę, vt l. si aliqs.
ff. de do. & in l. in fraudem. ff. de iure fi
sci. & pro hoc facit in l. sed & si maritus in
fin. ff. qui & à qui. præsumitur autem hoc
esse factum metu pœnę delicti commit
tendi propter sex præsumptiones.

Et aliquos modos ex his ponit Dyn. in
l. omnes. §. Lucius. ff. de his quæ in fraud.
12 credi. Prima † præsumptio est, si dona
uit bona: vt l. omnes. § Lucius. alleg. &
ibi Dyn. & ibi dicitur in donatione idem,
quod in venditione, vt dicit glos in d. l. q
testamentum. ff. de probationib. Et ad
hoc, quod dicit de venditione, facit l. in
fraudem. in princip. alleg. Sed dices tu ve
rum esse, ꝙ præsumitur factum in frau
dem creditorum, quos habeo iam, sed ꝙ
faciam metu pœnę delicti non commis
si. Hot non declarant dictæ leges: imò
videtur tex. in contrarium, quòd in frau
dem futuri creditoris etiam fisci, nō pos
set fieri. C. de iure fisci. l. j. lib. 10. Dico ꝙ
tu debes probare quòd tempore dona
tionis suberat quædam causa inimicitiæ
capitalis, seu alia, propter quam uerisi
militer deuentum est ad delictum Probo
per authen. sed iam necesse. C de donatio.
ante nup. & ibi glo. & istud probatur
extra de renuncia ca. j. lib. 6. & probatur
hoc per l. sed si maritus. in fin. ff. qui & à
quibus. & ff. rerum amot. l. si mulier. in
principio.

Secundus casus, est quando donat con
iunctę personæ. C. de donatio. l. data. & l.
pe. de bonis lib. circa princ. & illa est mul
tum no. l. quam Dyn. non alle. Et ibi dici
tur etiam, quòd oportet ꝙ causa præce-
13 dat † per quam præsumitur fraus, aliàs
sola proximitas non sufficeret, vt l. si quis
post hanc. versi. si quid. C. de bonis damnato. Et idem in venditione, licet quod ad reuocandum venditionem requiratur ꝙ emptor sit particeps fraudis, vt l. ait prætor. §. si quis particeps. ff. de his quæ in fraud. cre. sed propter coniunctionem personarum præsumitur contra emptorem, quia deber scire, argum. l. octaui. vnde cogna. & in l. de tutela. C. de integ. restitutio.

Tertiò præsumitur, si post donationē vel venditionem ipse venditor reperiatur possidere. l. sicut. §. superuacuum. ff. quibus mo. pig. vel hypo. sol. & si is qui. ff. de acqui. hære. & l. si quis. in fi. C. de natu. lib. facit quod no. per Cy. in l. sicut. C. de repu. hære. Sed isto casu aduerte, quia magis videtur velle lex, ꝙ sit alienatio simulata, & imaginaria, quàm ꝙ sit vera, & facta in fraudem, quia differentia est inter alienationem veram, & factam in fraudem, & simulatam, & imagiuariam,
14 quia simulata † nulla est vt l. emptor. de aqua plu. arcen. & l. nuda. de contrahen. empt. & l. imaginaria. de reg. iur. & l. qui sub imagine. C. de distra. pign. & hic nō requiritur actio reuocatoria, quia de bonis non exiuit, secus, qñ in fraudem quia sunt tunc necessariæ actiones reuocatorię. Sed quid si emptor dicit se possedisse pro emptore. Respondeo, dicit Bald. non puto sufficere, quia est præsumptio, & suspicio fraudis, requiritur ergo traditio corporalis, vt l. j. C. de suffra. hoc solum inspicio, an venditori responderit de fructibus, & tunc præsumitur fictitia, aliàs secus, vt l. litibus. C. de agri & censi. de actio. empt. l. Iulianus. §. idem Papinianus. Sed quanto tempore est necesse pati emptorem posidere, vt præsumatur ista fictio? Respondeo hoc esse arbitrio iudicis, ex qualitate personarum, & ex fama loci, & alijs probationibus verisimilibus. Quid enim si statim oportet emptorem ablentari, vel mortuus est, & remanet hæres minor ignorās & si tunc nō prę sumerem talem fictionem. Prædicta vera nisi



nisi uenditor retinuerit sibi usumfructū; ut l. quisquis. C. de dona.
15 Quartus † casus est, quando est facta clam: ut l. si. ff. de ritu nupt. & l. non existimo. ff. de administra. tuto. & hoc in donatione, sed in uenditione credo quòd oportet quòd probetur, ꝙ fuerit emptor particeps, ut l. ait prætor. §. si quis particeps. allega. & semper intellige. quòd præcedat causa, propter quam uerisimiliter ille præcogitauerit malum committere.

Quintò præsumitur, si de proximo sequatur delictum, ut l. si uentri. §. in bonis. ff. de priui. credi. Cy. in l. si quis posthac. C. de bonis damna. In uenditione oportet emptorē fuisse participem: & ex hoc, quod incontinenti secutum est, pręsumeretur animus præcessisse: ad quod authē. minoris debitor. C. qui da. tut. pos. & in corpore unde sumitur. posset tamen malum esse commissum taliter, quòd manifestè appareret animum non præcessisse, ul si occidit hominem ex inopinata rixa.

Sextus & ultimus casus est, si sit sub conditione illa, dono si contingerit bona mea publicari: ut l. si. & ibi no. ff. de stipul. seruo. pro quo l. summa cū ratione. in principio. ff. de peculio. & uide de istis præsumptionibus per Angel. in alle. l. per hanc.

## Qualiter simulatio probetur.

### SVMMARIVM.

1 *Probatio non admittitur contra præsumptionem iuris & de iure.*
2 *Actus præcedens an tollat actum subsequentem.*
3 *Verba si non sint expressa, ad futurum relata an intelligantur.*
4 *Testibus an simulatio contra instrumentum probari possit.*
5 *Simulatio qualiter probetur.*
6 *Agere quis usque ad quod tempus possit in uenditiorem possidentem.*
7 *Necessaria quæ sint, ut probetur simulatio.*
8 *Fraus præsumitur ex qualitate personæ.*
9 *Pęna quæ inest contractui, an præsumatur adiecta in fraudem usurarum.*
10 *Pactum de reuendendo an præsumatur contractu usurarius.*
11 *Simulatio nulla præsumitur in eo qui iura ignorat.*

Estat ut dideamus, qualiter simulatio probetur. Et Ioan. de Imo. in c. ad nostram. de emp. & uendi. quærit an possit probari per testes: & gl. in auth. de fide instr. & cautel. in §. si uerò aliquid tale, ut tāgit dns Petr. in d. c. ad nostram. uidetur uellè, ꝙ sic, nisi contractus fuisset in scriptis, ita ꝙ scriptura esset de substantia, qa tūc nō posset probari, nisi per contrariam scripturam. Facit quod legitur & not. in l. generaliter. C. de non nu. pecu. Ipse dominus Pet. secutus fuit quanquam distinctionem, quam posuit Cy. in l. optimum. C. de contrahen. & commit. stip. in 4. q. quæ nō placet Io. de Imo. quia fundatur ex. l. antiqua. C. ad Velle. & ex l. si. C. de arbitute. quę iura loquunt, quādo ex scriptu
1 ta insurgit præsumptio † iuris & de iure, contra quam non admittitur probatio in contrarium: ut no. in ca. is qui de sponsal. Bal. in l. pacta nouissima. C. de pactis. dicit, quòd probatur, & probari potest si mulatio: ut ecce ego produco quoddam prætendens instrumentum, in quo continetur, quòd si inter te, & me fuerit actū quòd si appareret aliquod instrumētum inter te, & me in figura uenditionis, ꝙ intelligatur loco pignoris pro tanta quātitate, pone ergo quòd appareat primum instrumentum in figura uenditionis, nunquid præsumatur simulata? dicit Ia. Bru. quò sic quòd si incontinenti fuit factum, pręsumitur simulatio, sed si ex interuallo, non præsumitur simulatio, nisi in primo instrumento fiat mentio expressa futuri instrumenti fiendi ex interuallo secundum Iaco. Bru. & Bar. unde dicit Iacob. Bru. formam uerborum considerādam, quia, aut protestatio erat concepta

pta futuri actus quantunque ex interuallo fiendi, aut simpliciter.

Primo casu quando respicit futurum tempus. ex presse verbi gratia dico, quòd non intendo conuersari vel monachari, & si contingat me in futurum promittere, non intendo me obligare. Item actus
2 precedens † tollit actum subsequentem: quia excludit ab eo consensum. & ita loquitur gloss. in l. pacta nouissima.

Secundo casu quando protestatio non est collata in futurum, sed simpliciter: & tunc si incontinenti fit actus, non ualet: quia contraria protestatio sibi nocet: si autem interuallo fiat, ualet actus, quia præsumitur, quòd pœnituit protestationis ex duobus concurrentibus, scilicet, ex actu contrario, & temporis interuallo. in de presumitur uoluntas mutata, & sic intelligitur l. cum in plures. §. locator horrei. ff. locati. secundum Iacob. Bru. & Bar. quod est notandum. Et facit ad probandum cõtractum simulatum. Et ex hoc ad uerte, quando vis probare simulationem per testes, qui deponunt instrumentum venditionis simulatum ex eo, quia interfuerunt, quando partes agebant quòd esset pignus: nam nisi isti testes probent de tempore non probant simulationem, & non debent ita simpliciter deponere, sed quod partes hoc agebant quòd quandocunque fieret instrumentum venditionis, illud esset loco pignoris, nam si verba
3 non sunt expressa † ad futurũ relata non intelliguntur nisi de actu coniuncto cum protestatione, non de actu, qui fit postea cum temporis interuallo, secundum Bru. & Bart. quod est notandum.

Et ex hoc instruitur aduocatus qualiter debeat formare articulum, ad probandum simulationem. Bal. in l. in contractibus. C. plus ualere quod agitur. dicere
4 videtur quòd per † testes simulatio non posit probari contra instrumentum, vt C. de non numerata pecunia. l. generaliter. In contrarium uidetur per l. in exhibendis. C. de fide instrumen. Cyn. in l. 1. C. plus valere quod agitur. vacillat. Tu dic, quòd interdum testes producuntur ad remotionem causę scriptæ in instrumento, & talis probatio non admittitur, ut l. generaliter. allega. Interdum producuntur ad remotionem consensus, & ista est propria materia simulationis, & tunc duo dicit Bal. quòd testes requiruntur ad probandum simulatum instrumẽtum, vt l. multum. C. si qui alte. vel sibi. & C. de dona. inter virum & vxo. l. si non verum. & l. filij tui. Interdum non producuntur testes contra instrumentum, sed supra instrumentum ad eius declarationem, & tunc recipiuntur testes. ff. de testamen. l. hæredes palam. §. sed si notam. facit quod not. in l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duo. reis. interdum testes producuntur ad instrumenti suppletionem. & idem extra de fide instrumen. c. cum Ioannes Eremita. de leg. 2. l. cum proponeretur. Interdum producuntur testes ad transferendum in aliam dispositionem. & idem ff. de dona. inter vir & vxor. l. marito. Interdum introducuntur ad remouendum instrumẽti tacitam præsumptionem, & idem vt ff. de pac. l. iurisgentium. §. quod ferè. Interdum producuntur ad probandam instrumenti falsificationem, vt d. l. optimam. in fin. pe contrahen. & committen. stipu quę verba not.

Idem verò. Bal. in l. emptione. C. plus
5 vale. quod agitur dicit qualiter † probetur simulatio, videtur, quòd non possit probari. l. si alij. ff. de usufruc legat. sed ibi loquitur de impotentia facti, quia non habebas testes., ideo dicit simulationem nõ posse probari. Et dic, quòd simulatio aut allegatur per tertium, qui læditur, aut per eum cum quo contrahitur. Primo casu probatur simulatio per coniecturas, puta per continuatam possessionem, vt prius, vt l. sicut §. superuacuum. ff. quib. mo. pignus vel hypo. sol. & ideo ille, qui post venditionem possederit, si ex tali venditione alteri præiudicaretur, puta creditori, vel fisco, præsumitur celebrasse contractum simulatum, etiam si sibi fit cõstitutio precarij, ut no. in l. post contractum. per Bar. ff. de dona. & in Specu. de dona. j. versic. item pone aliquis intendens de actio. seu peti. §. in anterioribus. versicu. ipsi fortè. Si autem allegatur per eũ, cum quo cõtra

hitur



hitur, non præsumitur simulatio, licet sit retenta possessio: nam contra venditorẽ
6 posidentem potest agi vsque ad 30. annos actione ex empto: ergo per possessionem medij temporis non præsumitur simulatio. vt l. 2. C. de constitu. pecu. Bar. autem in l. pacta nouissima. C. de pactis.
7 dicit, si tu uis probare contractum † simulatũ, tu habes necesse probare, quòd tempore quo tu vendidisti, fuit dictum, q̃ non esset venditio, sed pignus: tamen venditio statim secuta bene præsumeretur simulata, sed si venditio esset postea secuta ex interuallo, non sufficeret illud probare, quia per sequentem venditionem videtur pœnituisse illius protestationis. vt d. l. cum in plures. §. locator horrei. allega. debet ergo probare, quòd ille dixit, quòd non intendebat, quòd esset venditio, & si contingerit in futurum vendere, quòd esset pignus, quod est satis not.

Ange. verò in d. l. pacta nouissima allega. dicit idem quod Bartol. dici tamen, quòd contra Bartol. dictum videtur tenere Innocen. in capit. innotuit. de arbitr. in gloss. fin. magna. vbi dicit, quòd qualis fuerit intentio contrahentium, declaratur ex contractu preambulo etiam dudum facto. Sed respõde, quòd quãdo verba contractus sunt ad plura referri ex proprio significato ipsorum: quòd tunc quid egerunt partes probatur per tractatum præambulum: & ita intelligitur dictũ. Innocen. Sed quando verba cõtractus sunt clara & nõ possunt nisi ad vnum referri, ut in exemplo de venditione, tamen si allegant partes aliud scripsisse, & aliud egisse, non sufficit probare tractatum præambulum ex interuallo. Super hoc omnino vide Ioan. de Imo. in l. si quis cum aliter ff. de verb. oblig. qui latissimè istum passum examinauit. & ponit Ioan. And. in c. in generali. de regul. iur. in 6. vnde quando pactum primum derogatorium processit simpliciter non respiciens expressè futurum tempus, tunc faciendo illud ex interuallo videtur recedere à primo: ita loquitur l. cum in plures. §. locator horrei. allega. sed si pactum esset derogatorium respiciens tempus futurũ expressè, verbi gratia, ego dico, non intẽdo promittere animo obligandi me, & si contigerit me in futurum promittere, nõ facio animo obligandi. tunc pactum primum tollit vltimum: ita loquitur gl. in de l. pacta nouissima. allega.

Idem verò Bal. in l. cum allegas. C. de
8 usuris. dicit, quòd ex qualitate † personæ fraus præsumitur. puta si erat alias solitus fœnerari, aliàs possent lites fingi ff. de transactio. l. cum hi. §. si cum lis. Et scias, quòd ad probandum contractum vsurarium sufficit probare, quòd ita erat præordinatum a partibus, licet tabellio, & testes instrumenti de hoc nihil sciant, si probatur per alios testes, vt eleganter ponit. Innocen. in c. grauis. de deposi. quod intelligę, quando erat pręordinatum sic firmando: secus, si solum modo ratiocinãdo, quia multa dicuntur, quæ non fiunt. ff. de ędi. edic. l. sciendum. §. dictum. Et in his multum habet locum iudiciis arbitrium, nam quòd aliquis sit fœnerator, est quædam infamia, super qua iupicis arbitrium multum potest, iuxta not. per Innocen. in ca. cum oporteat. de accusa. & si pœna est
9 adiecta in contractu, † an præsumitur adiecta in fraudem vsurarum? Ioã. And. in addit. Specul. in titu. de vsuris. tenet q̃ sic. & idem Ray. Iaco. Bru. in l. cum allegas. C. de vsur. dicit, quòd aut adiicitur pœna in augmentum solutionis, & nõ ualet, aut ad securitatem promissionis, & ualet, vt l. qui autẽ. & l. hactenus. in fi. ff. de constit. pecu. idem tenet ipse Iacob. in l. rogasti. §. fi. tibi. ff. si certum peta. Bartol. dicit, quòd in eodem instrumento præsumitur fraus, secus si tale factum promittatur in nouo instrumento, seu contractu sed certè secundum Bald. in d. l. si vt allegas per hoc nõ excluditur materia fraudis, argumen. C. ad Velleia. l. si mulier. ideo dic secundùm eum, quòd aut cõsueuit fœnerari, & pręsumitur fraus, & maximè quando est persona, quę ignorat ius, sicut sunt simplices personæ, seu homines rustici, vel mulieres, vel similes, in quib. nõ pręsumitur fraudis cõsilium, argumẽ. glo. positæ in d. l. cum allegas. ibi dũ dicit

S maxi-

maximè ius ignorantibus.quam glo.not. & pro hoc facit. ff.de actio.empti.l.prædia.

Ludo.in suis dictis in litera V.in dicto quod incipit.Solet quæri. sic dicit, solet
10 quæri,nunquid pactum † de reuẽdendo ad certum tempus faciat præsumi contractum vsurarium? ponunt Cano.in ca.ad nostram de emptio.& ven.& in cap.illo vos.de pig.& in c.cõquestus.de vsuris.& gl.& Archi.14.quæst.3.c.plerique.& Hostien.in summa in ti.de vsuris.in §.an aliquo.& Bald.in l.fina.C.de condi.infer.& in rub.C.de vsuris.& in c. j.de feu.da.in vicem legis commissoriæ Adde l.2.C.de pac.inter empto.& vendi.& tene pro regula, ꝓ vbicunque pactũ de reuendendo celebratum in contractu emptionis precessit contractus mutui, semper contractus emprionis habens annexum pactum de reuendendo presumitur celebratus in fraudem vsurarum,& ideo, vt vsurarius potest in illis declarari, & fructus percepti debent vendicari,dictum est singulare Odof.& non est alibi,secundum Bal.
4 in l.emptione.C.plusvalere,quod agitur Et dicit gloss.in l.cum allegas.C.de vsur. sic nota,quòd hanc l.intelligit But.quando talis esat persona,quę consueuerat fœnerari,quod si est contra naturalem præsumptionem,non admittit probationem in contrarium.In aliis autem gratis dantibus pecuniam; & maximè ius ignorãti
11 bus,† hoc peccatum non reprobatur.Et dicit Ludoui.in l.si duo.ff.de acquir hæredita.sic punctaliter, quod glo.dicit in l. cum allegas. C.de vsur.quòd eo ipsò, ꝓ quis solitus est fœnerari,clausula insolita per eum in contractu apposita inducit probationem iuris,& de iure, ꝓ contractus sit vsurarius,nec admittatur probatio in contrarium,quod tenementi:quoniam est opi.glo.licèt in practica non seruaretur.Facit glo.in l.iubrmus.§.fina.C. de testament.de notario, qui non ponit clausulas solitas,& consuetas,quod presumitur fraudulẽter,& in falsum incidit, & non admittitur probatio in contrarium: Et ex quibus causis contractus vsurarius præsumatur, vide latè Petr.de Ancha,in suo consiglio,quod incipit,in Christi nomine Amen. Plurimæ coniecturæ concurrunt &c.consiglio 48.

## Qualiter opponi debeat exceptio simulationis.

*SVMMARIVM.*

1 *Simulatio multiplex.*
2 *Simulatum instrumentum, qui impugnat debet exprimere in qua parte sit simulatus,& quare.*
3 *Contractus simalatus pro parte valet, & pro parte non.*
4 *Intentio excipientis certa esse debet.*

Valiter autem exceptio simulationis debeat opponi nunc videamus.Et dicit Barto.in al lega.cõsiglio,Factum tale est., Petrus Nicolai,&c.quòd qui dicit instrumentum simulatum, siue in agendo,siue
1 excipiendo,quia verbum,simulatio,† potest multipliciter intelligi, debet dicere, qua specie simulationis sit simulatus, nõ intentione incerta, vt aduersarius reddatur certus,& nulla alia facta declaratione ille contra quem dicitur simulatus, debet obtinere. l.prima in princip. ff.de edend. & l.Pomponius scribit si frumentum. in fin.ff.de rei vendic.quæ loquuntur in agẽte,& idem in excipiente.l. j. §.Labeo.de flumini.& de lega. j. l.Titiæ textores. in princip.& idem in obscurè probant.ff.de nego.gestis.l.cum actum.in fin.& ibi no. ff.de noui oper.nuncia.l.non solum.§.sed vt probari.& ibi glo.super verbo, probaretur.& idem extra de proba. cap.in præsentia.sed ibi diceretur,quòd instrumentum esset factum ad apparentiam, hoc est ad reparationem,& ad defensio alicuius facti. Ex hac enim causa videtur intentio certa, quasi dicat de tertia specie simulationis.

Sed adhuc est dicendum, quòd hæc similiter est incerta:nam non ponitur quæ causa timoris, vel suspicionis superesset, vel quę fuerit, nã ꝓ ad eius reparationẽ, &



& euitationem dictam donationis fecerit,& de iure est,quòd simulatio, & fictio nõ præsumuntur,nisi appareat causa quare sit.ff.rerum amo.l.si mulier.in prin.ff. qui & à quibus.l.si maritus.§.fi.vbi est expressum,& expressius extra de renuntia. capit.fi.lib.6.sic enim non possunt dici in fraudem creditorum,quę non sunt.ff. de iure fis.l.j. sicut non potest dici donatio facta metu mortis,nisi quando instat metus mortis.ff.de dona.causa mor.l.j.cum sequen.ita non potest dici donatio facta ad reparationem alicuius, nisi causa dicatur instare. Ex his concluditur,ꝓ qui dicit instrumentum fictitium,vel ad apparentiam factũ,debet speciem, & causam fictionis dicere:& ad cuius casus reparationem sit factum.Item ex prædictis apparet,quòd hoc solum,quod post donationem donatoris remansit in possessione non facit contractum fictitium simulatum,& ad apparentiam factum, quia ex possessione non apparet causa simulationis,quæ debet ante subsistere,vt probant, dictę leges:& sic loquitur.l.sicut.§. super uacuum.ff.quib. mod. pignus vel hypo. po.sol. ibi enim suberat causa, quare ad excludendum creditorem esset simulata venditio.& hoc vllegat ipse creditor,non venditor.vel heres eius.

Ad prædicta faciũt quæ scripsit idem Bar.in l.post cõtractum.ff.de don. ꝓ semper est necesse.quòd appareat causa propter quam ficta donatio præsumatur. Et an ex eo,quòd donator cõstituit se precario nomine posidere,tollatur dicta obiectio simulationis?tex.videtur sic in l quisquis.ff.de dona.& de rei vendi.l.quędam mulier.& de acquir. posses.l.cum te. vbi dicitur expressè, quod verum puto quando aliqua causa præsumendæ fictionis,& simulationis non apparet, aliàs si apparet,ita præsumeretur fictus dictus actus, quòd se constituit precario posidere, sicut alius contractus: argument. pro hoc ff.de vsufru.l.j.Bald.verò in l.ab Anastasio.C.man.dicit,quòd ille,qui dicit instrumentum †simulatum, debet exprimere
2 in qua parte sit simulatũ,& quare, & sic debet exprimere modum simulationis. Nam id quod pluribus modis potest fieri debet declarari per interpretantẽ.Facit quod not.Innocen.in simili in c.licèt causam.de probat.vbi dicit, quòd intentans vim turbatiuam debet exprimere modos turbationis,si hoc aduersarius declarari petat.si hic dico.Non enim sequitur, est instrumẽtum simulatum, ergo in totum simulatũ facit quod no.institu. de inutil. stipu.§.item verborum.& dicit ibi Bald. quòd donatio simulata dicitur figurata, seu depicta.Extrinsecus enim apparet aliqua, & intrinsecus non habet substantiã & dicit l.ab Anastasio. ꝓ vbi contractus
3 est pro parte verus,& pro †parte simulatus, vtile per inutile non vitiatur: & sic pro parte valet,& pro parte non.

Idem verò Bald.in consilio,quod incipit,In Dei nomine amen.In causa Nicolai de Forcolonis.dicit cum simulatio possit multipliciter intelligi, cũ eius species sint plures,& opponens talem exceptionem debet specifice, & clare dicere speciem simulationis,in,qua se fundat:vt sic aduersarius reddatur certus, & aliter obiciendo,& non declarando, eius intentio non est certa,nec necesse cõcludens ideo, nihil releuat, sed succumbit hanc, si eam
4 non opposuisset,cum intentio†excipientis debeat esse certa,sicut intentio agentis vt l.j.§.Labeo.ff. de flumi. & quod not. in l.Titiæ textores.in princip.de lega.j.& quod not.ibi per Bartol.

## An iuramentum validet contractum simulatum.

*SVMMARIVM.*

1 *Pœna adiecta contractui simulatu,si contra fiat,an committatur.*
2 *Iuramentum pro veritate habetur.*
3 *Contractus simulatus an firmetur iuramento.*
4 *Iuramentum appositum facit instrumentum meteri executionem.*
5 *Iuri suo quisque renunciare potest.*
6 *Iudex potest de facto supplere in ijs, quæ sunt sibi nota vt iudici.*

7 *Necesse an sit ut id quod apponitur ab homine id inducatur à iure.*
8 *Auxilio nullitatis an renuncietur.*
9 *Consensu deficiente nullus fert contractus.*
10 *Differentia inter verba & partium consensum.*
11 *Executio an differri possit exceptione.*
12 *Simulatio quædam in qua aliquid agitur, & simulantur alia, in qua aliquid simulatur & nihil agitur,*
13 *Exceptio debet clarè specificeq; proponi.*
14 *Verba sunt spectanda & consideranda in exceptionibus formandis.*
15 *Traditione nuda an dominium transferatur.*
16 *Arbitri seu arbitratores non sunt veri indices.*
17 *Arbitri à quibus dentur.*
18 *Exceptioni simulationis qui aduersatur an error opponi possit.*
19 *Iudex perniciosæ subtilitati debet occurrere.*
20 *Iudicia in notione esse debet qualis sit allegans errorem.*
21 *Iuramentum an impediat quominus qui simulationem proponere nequeat.*
22 *Exceptio simulationis quando opponi possit & quando non.*
23 *Contractus vnus in alium transferri potest.*
24 *Contractus si sit simulatus an traditio præsumatur simulata.*

Postremò est discutiendũ an iuramentũ validet cõtractũ, simulatũ, & Cy. in l. empt. C. plus valere quod agitur quærendo dicit, si quis iurauit non venire cõtra contractum simulatum, dicit, quòd gloss. dicit, quòd nihilominus potest venire contra, per l. non dubium. C. de legi. Et ex hoc colligitur, dicit ipse, quòd
1 pœna † simulato contractui adiecta si cõtrafiat, non committitur quod proculdubio dicit ipse verum est, cum in locũ reprobati, & prohibiti contractus, qui verè agitur, aliud simulatur. Bal. verò in d. cõsi. In Dei nomine Amen. In cã Nicolai de Forcolonis. dicit, q̃ si in instrumento interuenit iuramentum, q̃ ex hoc solo
2 excluditur omnis simulatio: nam † iuramentũ pro veritate habetur, vt l. sed & si possessori. §. item si iurauero. ff. de iure iur. & facit omnem præsumi solennitatẽ & verè omnia acta, vt l. cũ pater. §. filius matrem. & quod ibi not. ff. de leg. 2. & dicere instrumentum, in quo interuenit iuramẽtum, q̃ posit esse simulatum, est dicere, quòd dictum instrumẽtum esset verum per iuramentũ, vt in dictis iuribus. Et simulatum, & fictitium quod in omnino cõtinet repugnantiã, vnde non vr̃ hoc simul posse stare, sed magis dicendũ est, q̃ veritas, quę habet in se plurimum rationes perimat præsumptionem simulationis, & ipsa veritas præualeat iuxta no. per me, dicit Bald. in l. per hanc. C. de tẽpo. appel. in tertio quæsito.

Io. Cal. in cõsilio suo, quod incipit. Casus super quo consilium petitur exhiberi talis est, Statuto ciuitatis Fauentiæ cauetur, &c. dicit quòd iuramẽtum de iure canonico etiam non validat contractum simulatum, nec iuramentum tollit simulationem, quia in contractu simulato deficiunt illi tres comites, qui sunt necessarij in quolibet iuramẽto. 22. q. 2. iurauit de iureiur. c. & si Christus. de quo der glo. in auth. iisdẽ pœnis. C. de secun. nu. Bal. aũt in l. emptione. C. plus valere qd̃ agit dicit post gl. ibi, q̃ cõtractus † simulatus nõ
3 firmatur iuramẽto: qa istud iuramentũ nõ habet cõsensum, & sic non hẽt fundamentũ: vt l. fi. C. de nõ nu. pe. quod est verũ, secundũ Bal. ibi, si contractus fuit simulatus, secus, si verus licet in fraudem vsurarum, quia tunc esset standũ iuramẽto, donec relaxaretur per Episcopum: vt extra de iureiur. c. j. si tamẽ iurãs est mortuus, hęres non indiget relaxatione, quia spirituale vinculum iuramenti morte expiratũ est, de iureiur. c. veritas. p Inno. & in c. fi. de fo. cõpe. in 6. in nouella. & ideo dico spirituale vinculum, dicit Bal. ibi, q̃ secus in temporali, & obligatiuo respectu rerum temporalium in c. quamuis pactũ. de pact. lib. 6. in gloss. ordi.

Super hoc verò puncto recolendæ memoriæ dominus Rapha. Fulgo. doct. illustris consuluit, & quia plenè dixit eius cõsilium de verbo ad verbũ infero, cuius tenor ta-



nor talis est, Circa vires instrumenti, de quo agitur, & ipsius executionem petitã tria sunt examinanda: Primò an contra executionem petitam obiici posit exceptio simulationis, adeò quòd propter ipsius obiectum prædicta executio differatur, donec de viribus executionis fuerit cognitum, & decisum. Secundò posito q̃ dicta simulatio obiici posit, an à parte fuerit opposita. Tertiò posito, quòd à parte, & ritè proposita fuerit, an propterea cogendus sit ipse creditor a compromittendũ cũ afferto debitore virtute statuti disponentis cõpromissum fiẽdum inter affines. Ad primum dicendum est dictũ, instrumentũ executionem mereri, non obstante simulationis obiectu. Certum est enim, quòd si dicta simulatio non obiceretur, executio parata foret, tum propter iuramentum appositum, quòd
4 † facit instrumentum mereri executionẽ l. 2. & ibi Bartol. & doc. ff. de iureiurã. ad eo, quòd ib dicit Bal. quòd quando petitur executio instrumenti, in quo iuramẽtum continetur, si appelletur, talis executio non suspenditur: licet in sentẽtia secus idẽ est dicendum, quamuis dicta simulatio. obiicitur propter specialem clausulã, vel capitulum in instrumento contẽtum. quo apparet debitorem solenniter promisisse creditori non opponere aliquam exceptionem iuris, vel facti defensionem propter quã defectus exactionis depositi impediri posit, vel differri: & hoc etiam seruare iurauit. Constat autem exceptionem simulationis esse saltem exceptionẽ facti. vt no. Bartol. in l. j. §. denique ff. qd̃ vi aut clam & Bald. in l. si non sortem. §. indebitum ff. de condi. indebi. & in numero exceptionum non computatur, iuxta no. per gl. in l. nemo ex his. ff. de regu. iur. ergo ipsam opponere non potest: maximè obstante iuramento, quod seruandũ est. si nec vi aut metu prestium est. & seruari potest sine dispondio salutis æternę. de iureiu. c. cum contingat. & c. si verò. cũ si. Et si dicatur, talis conuentio generalis, non nocet ipsi debitori: respondetur, qd̃ immo nocet, ac si de ipsa simulatione fuisset facta mentio specialis: iuxta no. p Bal. in l. pacta nouissima. in fi. sui apparatus secundùm Petr. & Cy: C. de pac. Præterea hic adest specialis, & expressa renunciatio simulationis: ergo ab ipsius obiectu renunciationis exclusus est, cũ posit quis
5 que † suo iuri renuntiare. l. si quis in conscribendo. C. de pac.

Restat ad aliqua respondere, quæ allegantur in contrarium. Nõ obstant primò per Bald. post Nic de Matta dicta. in d. l. si ex cautione. C. de non nu. pe. vbi habetur in effectu, quòd quando renuntiatio accidit contractui seu obligationi, ipse cõtractus, seu obligatio non redditur propter ea efficax, quia renuntiatio non est modus faciendi obligationem efficacem. Nam quidquid sit de ratione prædicta, e spectu eius, ad quod inducitur ibi videlicet, an per ipsam rationem probetur exceptioni non numeratæ pecuniæ posse renunciari. respondeo, quod quandoque dispositio, cui apposita est renunciatio exceptionis nullitatẽ inferentis, tam apparenter, quàm incidenter, est ipso iure nulla, nullam producens actionem: & tunc verum est, quod renunciatio prædicta, dictæ dispositioni adiecta nil operatur, & ratio est, quia solùm accessit per modũ cuiusdam obstaculi, nõ autem per modũ roboris aut efficaciæ tribuendæ. vnde si in iudicio deducitur, cum ipsius nullitas sit in euidenti, non erit opus, quod ei opponatur à parte, sed iudex ex se, tanquã rem sibi notam vt iudici, poterit, & debe-
6 bit inniti. Nam in iis, quæ sunt nota iudici, vt iudici, iudex potest de facto supplere, & præsertim in his quæ patent ex processu: iuxta no. per glo. l. vbi pactum. C. transact. & per Innoc. in c. ex insinuatione. de appell. & per Ang. in l. 1. C. de iud. per glo. in l. j. C. vbi & apud quos. nã cũ ista nullitas. in sit à iure, & apparens sit vt supponitur statim repellit agentem: vt not. Ioan. And. in capit. vt circa. de elect. in 6. in nouella. ad hoc quod not. gloss. in l. si tutor. C. de pericul. tut. quæ vult qd̃ probationes, quæ veniunt à legibus sunt liquidissime. & quod not. Bartol. in l. necessariis ff. de acquirend. hæred: qui vult, quod id, quod inducitur à iure non est

7 † necesse, quòd apponatur ab homine, & quod not. gloss. in l. filius familias. §. veterani. ff. de procura.

Facit etiam quod de inepta actione dicitur, seu intentione repellenda, vt per Innocen. in c. examinata. de iudic. & in c. super his. de accu. circa princi. Quandoque verò contractus, seu dispositio, cui dicta renunciatio accedit, est ipso iure aliqua saltem apparenter, & ex alio nõ ostẽso proponentis intẽtio redditur iure fundata. & hoc casu renunciatio prædicta multum operatur: quoniam dato, ꝙ secundùm veritatem ipse cõtractus sit nullus: tamen quia de apparentibus tantum sumitur iudicium: & quæ non apparent, pro non existentibus iudicantur: vt l. in lege. ff. de contrahend. empt. tacente ipso renunciante: & sic nullitate occulta stabitur illi veritati præsumptæ. l. cum precibus. C. de proba. facit l. si. & quod ibi not. C. de edi. diui Adria. tollendo: sic est in ꝓposito dicendum, cum intentio ipsius deponentis per publicum instrumẽtum ꝓbata sit, cui standum est donec contrariũ probetur, seu doceatur, ut d. l. cum precibus. non ergo potest dici dictam renunciationem in casu prædicto non teneri, eo, quòd nil possit operari ex defectu materiæ non bene dispositæ, vt dicitur in casu præcedenti, quia imò poterit, vt nunc est dictum. Sed aduerte, quia isto casu hoc non erit tantum renunciatio nullitatis, sed etiam renunciatio proponẽdi de nullitate, quæ vt dictũ est, antequàm probatur, non præsumitur, & quam fortè, si ei non renunciaret seu potentiæ ipsam proponendi, foret impossibile probari, propter quod si renuncians qua sic super dubio nullitatis videatur transigi, videtur ꝙ fieri potest, vt l. post rem. & vtrobiq; not. ff. de transac. Ad hoc optimè facit quod no. Bal. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pac. circa fi. 9. col. versic. secundò quæro, pone quòd reus dicit sententiam nullam. vbi vide, & quòd idem no. in l. j. C. plus valere quod agitur. in tertio contrario. qd̃ præsertim in casu, de quo agit, est dicendum propter iuramentum appositũ, qd̃ facit rem ualere omni modo quo melius potest, vt l. cũ pater. §. filius matrem ff. de de lega. 2. Et dicit Bal. quòd auxilio
8 † nullitatis renunciari potest cũ iuramento. l. antiquæ. §. ne autem mulieres. C. ad Vell. quod intelligo, quando dispositio, cui accedit saltem est antiqua apparenter, vt dixit Inno. plus dico in renunciatione simulationis. Hęc enim exceptio solum potest arguere defectum consensus cõtrahentiũ apparẽter ꝓpter præambulam conuentionem, à qua cùm à solo contrahentium consensu dependet, certum est sequenti eorundem conuentione recedi posse. l. ab emptione. ff. de pac. tex. est in l. pacta nouissima. C. de pac.

Sed quomodo potest clarius, & expressius per contrarium primè conuentionis de simulando factum conuentioni. quàm simulationi renunciando, dum subsequẽter contrahitur, quid aliud importet renunciare simulationi, quàm præambulæ conuentionis de simulando pecuniam ostendere, & ipsam reuocare, & annullare, & velle quòd dispositio hæc, cui accedit, uera sit, & non simulata dicta prima conuentione de simulando non obstante, non video quomodo hęc duo dicere tè, sunt cõtraria, præsertim quãdo etiã, vt dictũ est promissum sit solenniter non opponi exceptionem aliquã, vel defensionem iuris, vel facti, per quam executio prædicta differri possit, vel impediri, in qua promissione, quãuis generaliter concepta, etiam exceptio simulationis comprehenditur, iuxta not. per Bald. in l. pacta nouissima. præalleg. in fi. vbi vult ipse, quòd si protestatio præambula ad cõsensum excludendum facta per contrarium consensum sensum sequentem sublata sit, actus valeat, qui geritur ad hoc l. si quis in principio testamenti. de leg. 3. cum sua materia.

Conclusio itaque est patens, quòd deposito, quòd in casu, de quo agitur præcessit præambula conuentio de simulando, quia tamen, & generaliter, & specialiter renunciatum est simulationi, & solẽniter promissum est ipsam non opponi, cõtractus iste nõ tãtum dici debet apparẽter verus, sed etiã existẽter. Ex quo sequitur quòd absque metũ periurij liceret debitori hanc exceptionem opponere, & probaretur conuentionem de simulãdo pręcessisse, non propterea releuaret excipientem; quia per ipsum renunciationem apparet euidenter à simulatione recessisse, per hoc etiam infertur, quod est dare casum, quo renunciatio simplex exceptionis inferens nullitatem dispositioni, cui accedit, quæ aliter aliqua fuisset, validam, & efficacem essentialiter reddit: sit ratio, quia remoto ipsius exceptionis necessariò sui oppositum infert; nam simulatione remota ab eo; quod gerit, si agitur absque medio, & necessitati succedit veritatis exclusio, vt patet ad sensum. & ideo in casu, de quo agitur ad liquiditatem contractus, seu ipsius confirmationẽ, non fuit necessarium iuramentum, tamen qa appositum fuit cum sponte, & ex certa scientia pręstitum, probatur, & seruari possit absque dispendio salutis æternæ, non video quare salua opinione iurantis ab ipso resiliri possit, & quin alias pœnas incurrat, de quibus in l. si quis maior. C. de transact.



Apparet etiã per prædicta quod not. per Cy. & Bal. in l. in contractibus. C. de non nu. pec. propositum non attingunt. illa enim sub aliis traditionibus iuris regulantur: nã ideo, vbi exceptio ex forma statuti nõ habet locum, quia pręceptum de quo ibi agitur, emanauit in contrarium confessionis morbo affectæ seu onere exceptionis, vnde nimirum si cessare debet executio, quæ pendet à præcepto, quod debet esse illius conditionis, & censuræ, cuius suum antecedens. Sed si præceptũ illud in cõtentioso iudicio emanasset, & sic non in consequentiã, sed principaliter: secus esset, quia tunc non compatibiliter, sed aduersatiuè, & appositiuè ipsi exceptioni veniret; vt ibi per eosdem not. Cum ita ad propositum renunciatio simulationis non in consequentiam, nec incompatibiliter accessit illi conuentioni, sed simulando allegatæ, sed remotiuè ad conflictum ipsius, si qua fortè pręcessit. Et ad omne dubium remouendum, & clarè ostendendum quòd in contractu, qui tunc gerebat, nulla fictio autẽ mulatio intercedebat, vt superius ostensum est, similiter dicendũ per ipsius exceptionis obiectum, executionem prædictam non impediri, vt nunc de præcepti executione dictum est.

Non obstat quod not. in l. 3. C. plus valere quod agitur. vbi habetur, quòd contractus simulatus non firmatur iuramento; quia cum præsumatur ibi contractum
9 nullũ † ex defectu cõsensus propter præcedentem conuentionem de simulando, quæ non suppon tur reuocata tacitè, vel expressè, similiter, & ipsi iuramento consensus abesse intelligitur quo ad obseruationem illius facti contractus, quoniam intelligatur iurari de obseruando contractu in sua forma, id est, eo modo, quo ipsi contrahentes censuerunt. Et quia contractus dici non potest, à quo remouetur cõsensus, sed ille, cui interest consensus. l. j. ff. de pact. & l. j. §. si conueniat. ff. depositi. perinde est iurare, seruare contractum simulatum, ac si iuraretur seruare nihil: vnde puto referre, qualiter iuretur, videlicet, an iuramentũ se referat ad contractum, puta, iuro seruare contractum, & locum habeant supradicta, & quę not. in d. l 3. an refert se ad verba. vt quia dicatur, iuro ea, quæ dixi nunc, seruare, quia tunc tenebitur seruare iurans, quod verborum prolatorũ significatio importat: nõ autem quod inter partes sensitum est,
10 cum † constat aliud esse verba, & aliud partium consensus. Nam & aliàs refert, qualiter concipiatur iuramentum: vt l. si duo patroni. §. idem Iulianus. & ibi no. ff. de iureiur. & no. Cyn. in l. si ex cautione. in 3 q. C. de non nume. pec. Bal. in l. 2. C. de rescind. vendi. versicu. illud. & idem dicendum, si in instrumento contineretur quòd debitor iurauit seruare scripta in ipso instrumento, referendo se ad scripturam, non ad ipsum contractum, seu consensus partiũ, vt fuerit in casu de quo agitur. Nam dicitur in instrumẽto, quòd ipse depositarius dixit omnia suprascripta ac infrascripta vera esse, & fuisse, & promisit ipsa attendere, & obseruare: ergo per prædicta, quamuis contractus

ipse simulatus fuisset, obligatus erit virtute iuramenti seruare id, quod ipsa literarum figura significat. Multum enim refert inter cõsensum & scripturã, vt superius dictum est de verbis, & consensu. Facit quod no. in l. non figura. ff. de actio. & obliga. ad hoc facit optimè: quia iuramẽtum debet seruari in forma specifica, vt conditio: de iureiurand. c. ad nostram. & no. Bar in l. amplius. ff. rem ratam hab. & sic potius factum respicit, quàm iuri dispositionem: vt l. qui hæredi. in princi. ff. de condi. & demonstra. & Mæuius. eo. ti. Item in casu nostro specialiter simulationi renuntiatum est cum iuramento, sed in d. l. 3. secus.

Ex prędictis etiam infero, quòd cum depositarius prædictus promisit non opponere aliquam exceptionem, seu defensionem iuris, vel facti, & sic ad factum suum retulit, non ad contractum seu consensum, vt est dictum posito etiam, quòd contractus etiam principaliter simulatus esset, nec iuramento confirmaretur, nec renunciatione: nihilominus ipsa simulatio opponi nõ poterit. Stante enim simul hæc, contractum simulatum, & nullum esse, & exceptionem simulationis obstante iuramento opponi non posse. casus est in c. debitores. de iureiurand. de pignori. c. significante. no. Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. in princip. Et per prædicta etiam apparent clarissimè no. per Barto. in l. Seius, & Augerius. ff. ad legem Falcidiam. & C. de execu. rei iudi. & alia allegata contra executionem dicti instrumẽti impertinenter allegata. Et vt detur breuis conclusio dic, quòd contra dictum instrumentum, seu executionem petitam, frustrà opponitur simulatio dicta, quæ executionem per ipsam exceptionem
11 † nullo modo differre posset, vel impedire.

Ad secundũ aduertendum est, quòd simulationis multę sunt species, & diuersorum effectuum: vt haberur. C. plus valere qđ agitur per totum. & pjenè per Bal. in l. j. eo. tiru. & in l. si non sortem. §. inde btum. de condictio. indebi. ff. & in l. cum precibus. C. de probat. & habetur etiam in l. quamuis. & in l. cum te. & in l. multũ interest. C. si quis alteri, vel sibi, & in multis aliis iuribus. & inter cęteras species quædam est, quę tantum simulatur, & nihil agitur: vt in l. nuda. ff. de contrahenda emptio. & not. in l. imaginaria. ff. de re
12 gulis iuris. Quædam † in qua aliquid agitur, & aliquid simulatur, & in hac specie quandoque, quod verè agitur, concernit fauorem dantis seu tradentis, vt cum agitur de deponendo, & donatio simulatur: & in hac specie quãdoque, quod verè agitur, concernit fauorem recipientis, vt si est verè donatum, & depositũ simulatur iuxta no. in l. cum manu fata. §. fina. ff. de contrahen. emptio. hoc præsupposito videtur dicendum, nisi simulatio proponatur in specie sua, non releuat proponen-
13 tes. Exceptio † enim debet clarè specificè quę proponi, aliàs non proderet. Tex. est in c. pia causa. de exceptio. libro 6. in glo. super verbo, speciem not. etiam glo. in c. pastoralis. de rescriptis. & in Specul. in titulo prædicto. §. nunc videndum. versicul. sed illud. Facit l. titiæ Textores. & quod ibi not. per docto. de lega. i. ad hoc etiam quod not. Ioan. And. in ca. præsentium. de testibus. lib. 6. in nouella. in exceptionibus fiendis contra testes. Et ratio est, quòd quemadmodum actio apertè, & concludenter proponenda est, vt l. Labeo. §. j. ff. de flumi. & not. Barto. in l. prima, & 2. ff. de except. Si verò simpliciter non designata specie proposita fuit in casu, de quo agitur, vt factum fuisse asseritur: cum multæ sint species diuersorum effectuum: dicendum videtur talis sic proponentis intentionem non procedere.

Et sic in terminis istis de facto consuluit Bar. iu consiglio, quod incipit, Petrus Nicolai. Sed forsitan. videtur mihi distinguendum, quòd aut proponẽs simulationem simul asserit aliquid verè actum simpliciter, & procedãt prædicta rationibus antedictis, aut solum dicitur contractum, de quo agitur simulatum: nec dicit verè actum fuisse: & ista simulationis exceptio procedat tanquam comprehendens solum istam speciem simulationis: aliàs in tantum,



tantum, quantum simulatur, & nihil agitur. de qua superius dictum est, quam tamen speciem verba apta sunt comprehẽdere. Nam in articulis, & exceptionibus
14 formandis, multum spectari † debẽt verba, & ideo, cauti debent esse aduocati, & procuratores: quia ex parua verborum mutatione, magnus quandoque mutatur effectus 3. q. 7. in grauibus ad hoc optimè, quod not. gloss. de statu regula. cap. j. in versic. absque penuria. & Ioan. And. in cap. j. & 2. de homici. in 6. in nouella. Bal. in l. si quis non dicam rapere. de Episc. & cle. sic itaque ipsam exceptionem tenendum est ritè propositam ratione prædicta de necessitate infertur pecuniam traditam per ipsum deponentem penes ipsum excipientem residere, & sine causa quia dato, quòd causa simulata dici possit, non tamen numeratio, quam factam realiter ipsum instrumentum attestatur, nisi, & instrumentum de falsitate arguatur.

Et hoc præsupposito satis dicendum erit promissionem de restituendo simulatam non intelligi: quia, & absque ipsa dicta pecunia, stans vendicari posse: quia
15 nuda traditione † dominũ non transfertur. l. nunquam nuda. ff. de acqui. rer. domi. quæ l. potest exẽplificari per id, quod no. in l. triticum. ff. de verb. obliga. in glo. argum. l. nam & si fur. ff. si cer. pera. Et si dubitaretur, an tradens fuisset dominus, & sic an pro stantibus rei vẽdicatio competeret, saltem ad aduocandam possessionem daretur condictio. l. indebiti. §. si nũmi. ff. de condi. inde. Ad tertium præsupponendo aptè, & ritè propositam fuisse dictam simulationem, an creditor possit inuitus cogi ad compromittendum virtute statuti prædicti. Et breuiter dicendum est, quòd non: nam electi ex necessitate imposita per legem, veri iudices, & non
16 arbitri seu † arbitratores sunt. l. j. C. de arbi. licet aliquibus non placeat hoc: sed dicunt, quòd quandoque iudex iubet eligi arbitros, & dari à iudice, & sunt iudices delegati, & ita dicunt debere intelligi l. apertissimi, & dictam. l. fina. C. de iudi. quandoque lex arctat in amicum compromitti, & hæc est transactio, vt not. in authenth. vt differentes iudices. §. j. vnde dicitur tunc compelli ad transigendum: & sic arbitri, seu arbitratores erunt, & non iudices, quorum opinio nõ est vera, quia arbiter, & arbitrator, de quibus in
17 dictis legibus, non dantur † à iudice, sed tantum à partibus eliguntur iussu legis, qui iussus, dato quòd à partibus eligãtur facit eos iudices esse, vnde refert an sponte eligantur à partibus, & sunt arbitri, seu arbitratores. iuxta no. in dict. § j. an legis præcepto, & tunc sunt iudices: nam dato, quòd à partibus eligantur, tamen à lege aurhoritatem iudicandi, & cognoscendi recipiunt, & ita loquitur dicta l. apertissimi. & dicta l. fina. & ita ibi tenet Bartol. & Bald. & per Bart. in l. j. ff. à quibus appella. non licet.

Et ita tenetur communiter, modò cum in casu istius executionis principaliter disceptetur de viribus iuramenti prẽstiti per dictum debitorem, de quo, an fuerit præstitum, non dubitatur, quia instrumentum attestatur de ipso: & sic inter dictas partes disceptatur, an seruandũ sit, cõstat huiusmodi cognitionem ad eligendos virtute dicti statuti, vt ad seculares iudices pertiuere non posse, sed solũ ad ecclesiasticum, tanquam de spirituali re, de electio. c. venerabilem, & no. Ioan. Andr. in ca fina. de foro competen. in 6. in nouella. ergo non potest cogi ad compromittendum, quia iudices eligendi nõ forent talis notionis capaces, nec etiam statutum posit facere hoc, etiam si expresse hoc dictaret, vt in ca. ecclesia sanctę Mariæ. de constitutio: solum enim ad iudicem sæcularem spectat facti quęstio, scilicet an iuratum sit, & cognito iuratũ esse, iuramentum exequi tenetur, vt in c. licet. de iureiuran. in 6. Ad hoc quod no Bald. de rescin. vendi. l. 2. versi. & nota. & quod de vsurarum quęstione dicitur in l. Titia. ff. solu. matri. per Bar. & docto. in l. omni. innouatione cessante. C. de sacrosan. eccle. & in l. quoties. C. de iudic. & vtrobique per Bal. & quod legitur, & no. in l. tuam. de ordi. cogni. qui filij sint legitimi. c. lator. cum si. huic tamen disputationi

tionis locus non videtur: quia, vt fertur. ecclesiasticus iudex per hunc creditorem adhibitus, iam ipsi debitori præcepit, vt iuramentum obseruet sub pęna &c. & sic dubium istud cognitum, & decisum est, non autem cognoscendum, vel dicēdum etiam per viam compromissi, vt no. in l. post rē. ff. de transactio. per Bar. & docto.

18 Postremò, † quia etiam error opponitur, qui exceptioni simulationis aduersatur, quia simulatio pręsupponit cōtractū iustum ex certa scientia sic inhibitum fuisse, nam si verum fuit conuentionem pręcessisse de simulando: ergo contractus simulatus subordinatus fuit conuentioni præcedenti, & sic non erratur, sed scienter fuit celebratus, ergo tanquam incompatibilia non possunt concurrere, nec admitti. l. j. C. de furt.

Nec obstat, quòd exceptiones etiam contrariæ simul opponi possunt, vt habetur per Dyn. in regula, nullus pluribus. de regulis iuris. in 6. & per gloss. in c. cum dilectus. de religio. domib. & in l. nemo. ff. de exceptionibus. & in l. nemo ex his: ff. de regul. iur. quia est verum, quando vna exceptio pure proponitur, & alia sub conditione, secundum Dyn. in dicta regula, nullus. sed glo. in d. l. nemo ex his. in distinctè admittit contrarias exceptiones. idem glo. in d. ca. nullus. pręterquam in casibus à iure prohibitis. Bartol. in d. l. nemo. de excep. sentit contra Dyn. gloss. verò in d. c. cum dilectus. distinguit inter contrarias, & compatibiles, vt compatibiles simul, & eodem tempore proponi possint: contrarię verò tantum successiuè, vnde postquàm à prima exclusus fuerit, poterit secundam contrariam proponere & idem tenet in ca. pastoralis. de excepr. pro opin. Dyn. facit l. si quidem. C. de excep. Item respondet, quòd allegans contraria repellitur, vt d. l. & c. solicitudinem in fi. de appella.

Non obstat l. nemo prohibetur, quia loquitur de diuersis, nō de contrariis. Nō obstat l. nemo ex his. quæ vult quòd possit negans vti alia exceptione seu defensione, quia intelligendo diuersa, erit non cōtraria. & eodem modo intelligi potest c. nulius satis equa uidetur opi. Bar. secundum quam allegans contraria est repellēdus secundum opi. Dy. Sed posito, ꝙ opi. Iaco. & Ioan. And. procedat, tamen in casu, de quo agitur, non debet habere locū per iuramenti religionem, quæ diuini iuris est, cuius executio propter subtiles, & calumniosas exceptiones impediri non debet, cum de mera, & plena veritate agatur, arg. c. cum dilecti, de accusa. de facili enim, tales exceptiones proponēdo quis posset periurium incurrere, & sic peccaret mortaliter, occurrendum est per iudicem ipsas taliter oppositas repellēdo, ar. optimum in l. pe. C. ad Trebel. ibi, nedū nimia, &c. & dicit Ioan. And. quòd iudex

19 † perniciosæ subtilitati debet occurrere, in c. cum cōtingat. de offic. delega. no gl. in c. sæpe. de restit. spo. si aduersantur, vel non adinuicem hę duæ exceptiones, vel simul possunt proponi, vel nō dicendum est, quòd in casu isto non est admittenda erroris allegatio, quia expressè dicitur in instrumento ipsum debitorem asseruisse se ex certa scientia, & non per errorem, contrahere, quæ verba, quamuis narratiua, sibi præiudicant l. optimam. C. de contrahen. & commit. stipu. & not. per Inno. c. cum in iure. de offi. deleg adhuc quia si in priuilegio principis continetur ipsum principem ex certa scientia aliquid cōcedere, remouetur etiam cōtrarium, vt habetur in l. idem Vlpianus. ff. de excu. tut. & l. quidā cōsulebant. ff. de re iud. & per Bal. in l. pen. C. de sent. rescin. non pos. facit quod not. in l. sed. & si quis. §. fina. ff. si quis cau. & in l. si diuortio. ff. de verb. ob.

20 Est etiam in notione iudicis, qualis † est allegans errorem, nam si diligens, & studiosus homo est maior ætate, & expertus in talibus, aut maioribus: aut scientificus maximè in facultate legali, & si verisimile debet scire errantibus consulere, ipsum sic allegantem non debet admittere vt l. j. C. qui & aduer. quos. facit l. cum de indebito. ff. de proba.

Et ex prędictis euidentissimè apparet executionem dicti instrumenti præter erroris allegationem, aut nullo modo impediri: aut differri posse. Rapha. Fulg. Ioan.

autem



autem de Imol. in l. nemo potest de leg. 1. dicit sic in eo, quòd do. Bar. dicit in l. nemo potest. de lega. j. de renunciatione exceptionis simulationis, dicit idem Ioan. quòd hoc procedit, quando non est in renunciatione iuramentum appositum. & idem quando est appositum, sed simpliciter est iuratum non contrauenire secundum mentem contrahentium argumen. l. fi. C. de non nume. pecu. & not. per eundem Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fideius. secus autem, si partes iurassent prædicta omnia vera esse. & in nullo contrafacere. vel venire & tunc per iuramētum nō uidetur allegari posse simulatio, vt videtur etiam voluisse Bartol. in alleg. l. fi. in fi. nisi fortè prius super hoc obtineatur, absolutio. argumen. c. debitores. de iureiurand. Idem verò Ioan. de Imo: in c. ad nostram. de empt. & venditio. idem dicit

21 sic: An † autem iuramentum super contractum simulatio impediat dici de simulatione. glo. in l. 3. C. plus valere quod agitur. videtur velle, quòd non. & idem dominus Flo. & idē dominus Pet. in d. c. ad nostram. quia cum deficiat consensus in contractu simulato, non extenditur ad iuramētum ad ipsum per id quod habetur in l. fi. fin. C. de non nume. pecu. quod videtur intelligendum, nisi expressè fuisset iuratum omnia & singula contenta in instrumento vera esse, quia tunc allegando simulationē ueniret contra iuramentum secus quando simpliciter iurasse non cōtrauenire. Facit quod not. Bart. in d. l. fi. & dominus Anto. de Bu. in c. cum contingat. de iureiuran. circa fi. & ibi vide Imo. dixit etiam idem dominus Flo. in d. cap. ad nostram. allega. quòd licet in instrumento sit renunciatum omnibus exceptionibus competentibus, quòd nihilominus poterit opponi exceptio simulationis quia talis renunciatio censetur etiam simulata. vt not. Bar. in l. nemo potest. de legat j. & hoc quando fuit facta in ipso instrumento, secus, si ex interuallo post instrumentū. ar. l. 2: C. quod metu causa. & no. Bar. in d. l. nemo pōt. & dicit Bar. in dicto cōsilio allegat. Petrus. Nicolai, ꝙ si qs renunciat in instrumento exceptioni simulationis. & apparentiæ facti contractus, ꝙ dicta renunciatio hoc operatur, quia declarat intentionem suam: quianō intendit dicere iustum contractum esse sicitiū simulatum, vel ad apparentiā factū. Sed hoc non obstante, si appareant legitimæ causæ probationis, & indicia: tunc eadem ratione, qua substantia contractus probaretur, simulata, eadē ratione, & renunciatio. argumen. ff. de noua. l. doli. §. diuersum. per easdem rationes potest dici facta donatio. licet fuerit omnium bonorum. & sic not. ff. quæ in fraud. credit. l. Lucius.

Sed quid, si statutum dicit, quòd contra instrumentum confessionatum non possit aliqua defensio, seu exceptio, nisi solutionis falsitatis. vel pacti, & nulla alia: nunquid poterit opponi exceptio simulationis, dicit, quòd non Bartol. in l. 1. ff. quod vi aut clam, quia instrumentum est instrumentum. licet contractus sit simulatus. Tu dic, dicit Bald. in l. 1. C. plus valere quod agitur quòd aut est simulatio probata per præsumptionem iuris, & de iure, & potest opponi, vt C. de dona. ante nup. auth. sed iam necesse, aut est simulatio probanda, & tunc refert, aut obijci

22 tur † contractui, & non potest opponi: aut obiicitur rogito notarij, quia dicit, ꝙ rogitus fuit simulatus. tunc dicit Bald. ꝙ potest opponi. Dicendo enim quòd notarius fuit simulatè rogatus, quia finxerunt se rogare, cùm non intenderent rogare, dicendo quòd testes fuerunt simulatè adhibiti per hoc dicitur, quod instrumentum non est instrumentum, quia deficit substantia instrumentaria, id est, rogitus vt in auth. de tabel. § nos autem. ideo salua veritate, quæ semper debet esse in proponente. vel opponente. respice modum excipiendi, & diligenter nota. Et secundùm Bald. in rubrica. C. deposi. exceptio simulationis tunc obstat quando in veritate nihil agebatur vel agebat aliquid inualidum, seu turpe secus. si in veritate aliquid agebat, in quo poterat fundari obligationis substantia, licet caderet in speciem alterius contractus. Tex. est not. in l. Lucius Titius cum hęres. ff. deposi-

Vnde

Vnde si quis mihi debet decem ex causa dotis, vel venditionis, qui promittit mihi soluere ex causa depositi: dum ego repeto, si ille opponit, quòd illud depositum, est simulatum, non procedit exceptio, per l. si ex pretio. C. si certum petat.

Vnde dicit Bartolus in l. Lucius. ff. depos. allega. quòd quandoque agitur aliquid simulatè. & tamen in veritate nihil agitur. & tunc sine dubio non valet quod agitur, nec quod simulatè concipitur: vt C. plus valere quod agitur. Quandoque vnum agitur, & aliud agi simulatur: & tunc quandoque illud, quod agitur in veritate, est de iure validum: & tunc illud, quòd agi simulatur, valet quia vnus
23 contractus † transfertur in alium: vt not. in l. Lucius. alleg. & in l. singularia. ff. si certũ peta. & in l. si ex prætio. C. si cert. peta. Quandoque illud, quod agitur, nullo modo est validum: & tunc non valet, quod simmulatè concipitur: vt l. 1. C. de condictio. ob turpem causam. Quandoque illud: quod agitur, est inualidum eo modo quo agitur, sed validum certo modo, vt d. l. Lucius. vbi non valebat dotis constitutio, quæ in veritate agebatur; sed obligatur recipiens ad restituendum condictione sine causa. vt C. de condi. sine causa. l. 1. & ff. de condict. sine cau. l. auũculo & tunc valet quod simulatè cõcipitur: vt d. l. Lucius. & illa obligatio, quę nascebatur præter propositum contrahentium, transfertur in actionem depositi: vt d. l. Lucius. in qua habetis, vt aliàs dixi, dicit Bartol. ibi quòd exceptio simulationis tunc obstat, quando in veritate nihil agebatur, vel agebatur aliquid inualidum seu turpe. secus, si in veritate aliquid agebatur, licet caderet in speciem alterius obligationis.

Et si quęritur quanto tempore durat exceptio simulationis, dic secundùm Bal. in l. i. C. plus valere quod agitur. aut succedit loco exceptionis non numeratæ pecuniæ, & tantum durat exceptio simulationi, quantum durat exceptio non numeratæ pecuniæ. C. de postu. l. si sub specie: aut competit ex alia æquitate: & tunc perpetuò. ff. de doli exceptio. l. pure. §. final. Et si quæratur, an exceptioni simulationis posit renunciari: exprædictis responsum est. Sed an ex contractu simulato transeat possessio, dic secundum Bal. in l. emptione. C. plus valere quod agitur. quod aut loqueris de ciuili translatione: puta per pręcarium, & non transfertur: quia cùm simulans remaneat dominus, vt prius rei suæ non tenet precarium: vt ff. de regul. iur. l. neque pignus. aut loquimur de naturali traditione: & tunc Bartol. distinguit: aut probatur animus transferendæ possessionis. & transfertur ex contractu etiam inutili. vt ff. de acquiren. posses. l. j. §. si vir vxori. sed indubio non præsumitur animus possessionis
24 transferendæ ex quo contractus † est simulatus, & sic etiam traditio præsumitur simulata secundùm Barto. qui ita not. de aqua plu. arcẽ. l. emptio. Credo dicit Bal. quòd si de possessione discesit, & alium in possessione dimisit, q̃ iste sit modus possessionis transferendæ. argument. ff. de dolo. l. cum quis. & l. fistulas. §. j. ff. de contrahen. empt. ergo secus, si in rei veritate non discessit de possessione. & vide Bal. in l. quidam cum filium. ff. de heredi. institu. Vltimo Sali. in l. emptione plus valere. dicit quòd ex contractu simulato pœna non committitur: quia est nullus propter consensus defectum. & idem Sal. in l. j. eod. titu. dicit, quòd si vnus contrahentium simulat, quòd non simulans potest dicere contractum valere, quando lex contractui non resistit. l. eleganter. in principio. de dolo & l. Iulianus. §. si quis. de actione empti. secus, si resistat contractui simulato. l. à diuo Pio. vbi gloss. de re iudicata.

*SVMMARIVM.*

1 *Spoliatus ante omnia restituendus.*
2 *Vis quod sint genera.*
3 *Accusatio criminalis non competit pro vi turbatiua*
4 *Violentiæ puniuntur tam à prætore quàm à iure ciuili.*
5 *Metus quid sit.*
6 *Factum qui confirmat per metum, potius confirmat dissensum quàm assensum.*
7 *Metus aliquando probabilis & aliquando improbabilis.*
8 *Metus damni in dato uel promisso excusat.*
9 *Excommunicatio quid contineat.*
10 *Metus uinculorum an sit iustus metus.*
11 *Appellatio quæ fit timore impressionis an ualeat.*



Lausula, Nõ vi, non metu, hẽt. duas partes: vnam vi: aliam metu. In ista clausula de vi quo ad primam partẽ modica dicentur: quia in clausula, spoliatus † ante omnia est restituendus latissimè omnia dicentur, & dixit Barto. in l. extra. ff. quòd metus cau. post gloss. q̃ quinque
2 sunt genera † violentiarum. Est enim quædam violentia expulsiua: & ista non habet consensum expulsi: & hæc punitur per interdictum, vnde vi; vt ff. de vi. & vi arma. per totum. Est quędam alia uiolentia, quæ uocatur turbatiua; & ista habet locum tam in remobili, quàm immobili, & contra eam subuenitur per interdictũ, vti possidetis. Sed est aduertẽdũ quòd pro hac uiolentia nõ reperitur prodita aliqua publica accusatio † criminalis;
3 vt l. si seruus. ff. de actioni. & obligatio. & l. hoc iure. ff. de regu. iur. & ibi per Iaco. de Are. est tamen prodita. actio iniurarũ ciuilis, vel accusatio iniuriarũ, quæ priuata est. ff. de iure dotium. l. sane. & vide Baldum, super hoc in sua quæstione, quã disputauit, q̃ incipit, Accusatus de vi turbatiua. & ibi vide. Est & tertia uiolentia quæ uocatur inquietatiua; vt quando tu ędificas in meo, vel aliquid facis; & hæc violentia punitur per interdictum, quod vi aut clam. & potest esse quòd hæc violentia habeat consensum eius, cui infertur, vt l. metum. §. 2. ff. quod metus cau. Est & quarta violentia, quæ vocatur ablatiua; & ista habet locum solùm in rebus mobilibus, nec habet voluntatem eius, cui auferuntur, & pro ista est prodita actio vi bonorum raptorũ, & compleuit etiam accusatio legis Iulię, de vi. Est quinta violẽtia, quæ vocatur compulsiua, vt quando per vim aliquis cogitur consentire, & velle: & de ista loquitur totus titulus, quod me. cau. C. & ff.

Sunt enim iura alia punientia violentias quædam prętoria, vt interdictum, ne uis fiat ei, & multa alia interdicta prohi-
4 bitoria. Et sunt etiam quædam iura † ciuilia, quæ puniunt uiolentias de quibus gl. mentionem facit in dicta l. extat. & Gof. omnes illas constitutiones commentauit circa finem libelli sui. & idem quod Bart. dicit Hosti. in summa quod me. causa. §. qualiter distinguitur. & idem dicit Bart. quod Bal.

Transeamus ad aliam partem de metu: & dicit Hostien. in summa in tit. quod
5 me. causa. §. quid si metus. quòd † metus est instãtis vel futuri periculi causa mẽti, trepidatio. ff. quod met. causa. l. 1. Exigit autem quòd metus sit pręsens, licet futurum periculum. ff. qd̃ metus causa. l. metum. Barto. dicit tamen ibi in d. l. metum. quòd instans metus non accipitur simpliciter prout verè est de pręsenti, sed quando res ad hoc verisimiliter tendit, & dicitur metus quasi mentem, scilicet, liberam tenens, id est, retines seu impediens. nam qui timorem habet, non quod ore semper exprimit, mente gerit. Bald. uerò in l. his qui. C. de his qui p̃ metum iudi. nõ appella. dicit quòd metus est tractio mentis, per quam vsus liberi arbitrij arcetur. & in tantum uitiet electionem pręlatorum, quod superior electionem uulnerata tam perseuerante uulnere & morbo ipsi is, cum radix ipsius sit puranda, & medicinæ formenta. non sentiat, confirmare nõ potest, quia talis electio est contra ius naturale secundum Inno. unde cum talis electio, quia uis est illata uerè, non conualescit. facit quod not. in cap. dudum. de rebus eccle. non alie. vt extra de elect. c.
6 in causis. per Bart. Considerat, q̃ † qui confirmat factum per metum, potius, cõfirmat dissensum, quàm assensum, id est, confirmat ipsum dissensum, quia, dissensus in metu potior est consensu, & pręvalet

valet à prædominio, & potentia: vt not. in l. debitor. ff. ad senatusconsul. Trebelleia.

Porrò iudicamus actũ secundùm pręualentiam. ff. de donatio. inter virũ & vxorem. l. si sponsus. §. circa. & l. quæritur. ff. de statu ho. & dicit Hostien. in summa. qd̃ metus cã. in §. qualiter. ꝙ metus est duplex, probabilis & improbabilis † & fuerũt
7 dicta Azonis in summa eod. titul. quod metus causa. Probabilis est, vt metus carceris, & status mortis, cruciatus corporis, verbnrum, stupri. Tales enim metus cadent in constantẽ virum: vt l. isti quidem ff. quod metus causa. C. de transactio. l. interpositas, vnde iustus metus est timere subuersionem sui status, vel stuprum sepati, vel filios, vel verbera, vel cruciatum corporis, vel vincula, vt l. nec timorem. ff. quod me. causa. Item metus iud. cis. 2. q. j. in primis. C. quod me. cau. l. pe. & fin. Item metus verberum. 24. q. 8. conuenior. Item metus onerandæ libertatis. ff. quarum re. ac non da. l. j. §. quæ onerandæ. Item metus, ne honor impediatur, seu beneficium, de insti. ca. cum venissent. Itẽ metus carceris, vel vincula. ff. quod met. cau. l. isti quidem. Item metus rerum, est iustus metus, vt in cap. Abbas. quod met. cau. 50. distinc. presbyteros. quod intelligę de damno graui, puta omniũ bonorũ vel maioris partis. ff. de excu. tu. l. propter litem. quia secundum eundẽ. Host. in summa in ti. de procura. in §. in qua re. versi. & quod dixit, amissio rerum altera mors est. vnde dicitur, quòd non est subuenien dum in necem suam. ff. de mino. l. in causæ, la prima. modicum autem damnum non excusat. 32. quæst. 7. ca. omnes. & melius secundum Host. in d. c qualiter. alle-
8 gat † damnum excusat in dato vel pmisso: nã & datum reperitur, & promissum non soluitur: exigitur & remissum, sed nõ excusat in commisso, scilicet, in peccato mortali, quia potius debemus omnia mala tolerare, vt in capit. fratris. quod metus causa secundum Gofre. Item metus excommunicationis: nam excommunicatio
9 † continet corporis & animę detrimentum. 2. quæstione. j. de manifesta. 12. q. 3 audi. & per ipsam subuertitur status hominis, quia de corpore ecclesię eijcitur, & traditur Sathano, vt ibi, & est, æternę mortis damnatio. 11. quæstio. 3. nemo vnde timendo est sicut mors. Sed cõtra, quia medicinalis est non mortalis. 2. q. 1. dixit Gofre. quòd metus excommunicationis non excusat, quia aut est iniusta, & illa non ligat quo ad Deum. 11. q. 3. cui est illata, dummodo non contemnat. 23. q. 3. in fi. Aut est iusta, & tunc sibi imputet, qui in culpam incidit. ff. quod met. causa. l. si mulier. secundum Gofre. ff. de regul. iur. l. quod, quis hoc non audeo asserere, dicit Hostien. ibi. Item dubiũ potest esse, vtrũ, sit iusta, vel iniusta, & etiam si iniustè excommunicetur quis, tamen quo ad ecclesiam tenet sententia, & multa sequuntur incommoda, vt patet in c. bonæ. de æta. & qua. de appel. c. pastoralis. in fi.

Quid enim si Episcopus pauperem sacerdotem qui nõ habet nisi vnicum beneficium, in casu non concesso nisi det decẽ vult excommunicare: videtur ergo quòd debeat aliquando, & in aliquibus excusari: arg 11. quæstio. 3. sententia. de rest. spo cap. olim. lo tertio. sed hæc à iudice diligenter inspicienda. erunt, vt arbitretur fideliter in prædictis si accidunt, vtrum debeat excusari considerando personas, loca, & tempora, & qualitatem facti, & causam. ff. ex quib. cau. maiores. l. 3. ff. quod met. cau. l. non est verisimile. ff. de rescin. vend. l. in fundo. quod metus cau. cap. fin. de trausa. cap. fi. in fi. & dicit Bal. in l. metum. ff. quod met. cau. quòd metus debet esse atrox, & qui cadit in constantem virum, facit C. de trabsactio. l. interpositas. ff. de iniu. l. itẽ apud Labeonem. §. quęstionem. Cyn. in l. 1. C. de rescind. vendit. in cap. Abbas. quod metus causa. & ca. cum dilectus. facit quod not. Innocen. in capit. cum nobis. de ele. Ex hoc apparet, dicit ibi Bald. quando electio dicatur facta per impressionem laicoũ, & vide quod not. Archi. 7. distin. fuerunt. & idem Arch. 74 distinct. vbi iste. & vide ff. quod falsotut. au. l. nouissimè. §. pe. & l. j. C. si quacũ que prædi. po. Item idem Bald. in l. nõ est verisimile. §. si iusto. ff. quod met. cau. dicit.



10 cit, quòd metus † vinculorum est iustus metus. Item, quòd minę potentum sunt metuendæ. Innocen. in ca. dilectus. quod me. cau. dicit, quòd iustus metus est mortis, & cruciatus corporis: vt in capil. cum dilectus. quod met. caus. & in l. interpositas. C. de transactio & l. metum. C. quod met. caus. Item famæ, stupri, & status. ff: quod met. caus. l. isti quidem. Item quòd metus verberum: & si negetur iustus metus, iudicis arbitrio relinquetur. ff. quod met. causa. l. non est verisimile. §. 1.

Et dicit idem Innocen. in cap. cum nobis. de elect. allegat. hæc appellatio aliquã do tenet, appello, ne fiat electio in certo loco, vel certo tempore, si tunc temporis, vel eo loco timetur impressio facienda. 23. distin. in nomine. & c. bonæ memoriæ Maguntiensi. sed contra, de his quę si. à ma. par. ca. c. cum in cunctis. vbi dicit Innocen. quòd non valet appellatio, quæ fit extra iudicium, nisi probetur vera esse causa, ex qua appellatum est: ergo non
11 valet appellatio, quæ fit † per timorem impressionis, nisi sequatur impressio. Solutio: iusta causa est quare non debet fieri electio; iustus timor impressionis secururæ, & imminens, & nõ vanus, etiã si nõ sequatur impressio dũmodo verisimile, & probabile sit, ꝙ timoris effectus sequatur si ibi fiat electio, & ideo sufficit probare hanc causã, scilicet, iustũ timorẽ hęc enim est cã, quæ facit iustã appellationẽ: arg. ff. quod met. cau. l. metũ. de ap. bonæ memorię. Alij dicunt, ꝙ non valet appellario, nisi sequatur impressio. Ang. verò in l. interpositas. C. de trãsact. dicit, quòd si infertur metus alicuius futuri periculi cuius euasio quasi totaliter dependet à metu inferentis, sufficit exemplum in medico, qui extorsit pecuniam asserendo infirme egritudinem esse grauem, & periculosam, nisi eam bene curat: vt l. medicus. de variis, & extraordi. cogni. ff. & Bald. in d. l. interpositas. alleg. dicit, quòd quando que infertur metus alicuius futuri euentus à natura, vt medicus, qui infirmitatem modicam facit magnam, & periculosam & occasione hui usmodi promissiones illicitas extorquet, certè rescindetur officio iudicis, vt l. medicus. supra allega. Barto. dicit in l. metum. ff. quod me. cau. quòd iustus metus non accipitur simpliciter, prout verè est de præsenti. sed quã lo res ad hoc verisimiliter tendit Innocen. in cap. perlatum. quòd met. cau. dicit no. metum mortis non tantum imminere ei, quando gladij erant præsentes: sed toto tempore quo maritus vixit, quia potestatem necis habebat super eam. & intelligo hunc præsentem, cum posit semper occidi per maritum, quia ita potens erat, ꝙ non poterat habere locum ad quẽ confugeret sine timore mortis. ff. quod met. caus. l. metum. in princip. vnde toto tempore vitæ eius non præsumitur ratificare, sed eo mortuo, si post remanet, præsumitur habere ratum, & si queras, intra quantum tempus? hoc est arbitrio iudicis relinquendum. ff. de verb. obliga. l. cõtinuus. §. cum ita.

## De metu vxoris.

### SVMMARIVM.

1 *Metu vel violentia non præsumitur ex sola dignitate.*
2 *Minæ quomodo intelligantur.*
3 *Temporis quantum detur ad rescindendum contractum factum metus.*
4 *Metus si semel est adhibitus an semper postea mulier præsumatur metu fecisse.*
5 *Metus qualis consideretur in muliere.*
6 *Præsentia amicorum an faciat cessare metum.*
7 *Minores, & mulieres in Italia sine consensu consanguineorum contrahere nequeunt.*
8 *Natura quæ sit.*

1 DE metu vxoris dicit Bar. in l. ad inuidiam. C. quod met. cau. ꝙ ex sola dignitate † non psumitur violẽtia, vel metus, & ideo, si mulier vendit pp metum mariti, iusta est causa rescindẽdi contractũ, vt l. prima. §. quæ onerandæ. ff. quarum re. act. non da. tamen iste metus nõ probatur eo, qa est maritus, arg. d. l. ad inuidiam. alle. sed est necesse, quòd probentur minæ, vel verbera,

verba: ut l. si donationis. C. quod me. cau. & per Inno. in c. cum accedens. de cõuer. coniu. & dicit Barto. in d. l. si donationis. C. quod me. causa. quòd metus mortis dicitur & intelligitur, quando instabat metus mortis: quia fortè tenebat gladium su
2 pra caput. Minę verò intelliguntur, † quãdo mors non instabat: tunc & istæ minæ faciunt iustum metum ex qualitate personæ. Ideo dicit Bart. in l. metum. C. quod me. cau. quòd quando minæ inferuntur, debet inspici persona inferentis minas: Sunt enim quidam potentes, & ita mali, quòd illud, quod dicunt, consueti sunt facere: & tunc causatur iustus metus ex minis, & iactationibus: ut l. si donationis. C. quod me. cau. Si verò erat quidam homo, qui multa consueuerat dicere, & pauca facere: tunc non esset iustus metus: vt l. metum. C. quod me. cau. ex personis ergo dicta pensemus: vt l. j. C. si quis Imperatori maledix. nec enim minæ elusoriæ debent attendi, sed uerisimiles. Itẽ idem Bart. in l. si ob turpem. ff. de condi. ob tur. cau. dicit quòd ipse in quæstione de facto dixit, probabatur quòd vir percussit optimè vxorem, quæ nolebat consentire cuidam instrumento, postea mulier consensit ex interuallo, certè enim metu videtur fecisse. Donec enim durat in matrimonio viri, iusta est causa metus. facit ad hoc quod no. ff. quarum re. act. nõ da. l. j. §. quæ onerandæ. & C. de transa. l. interpositas. & per Cano. maximè per Innocen. de conuersio. coniuga. c. accedens. & dicit Bart. in. l. j. §. quæ onerandę. ff. quarum re. ac. non datur. quòd licet actio, quod me. accusa, requirat cruciatũ, vel metum corporis, tamen propter metum, qui est ex nimia reuerentia, quam vxor habet in virum, & in clerico erga Episcopum rescinditur promissio, vt dicit glo. in d. §. quę onerandæ. quæ glo. secundum Bar. ibi, dicit veritatem, & reuocatur per officium iudicis. Casus est singularis in l. fi. §. j. & §. cum fœnerator. ff. quod met. cau. & no. C. eo. ti. l. metum. & C. de transac. l. interpositas. ergo eo quia maritus, vel eo quia Episcopus erat, pręsumitur illatus metus, vt d. l. interpositas. & l. ad inuidam. supra allega. debet ergo, vt supraidictũ est, probari quæ præcesserunt minę vel verba, tunc cum illa qualitate, quia vir, vel maritus erat, efficitur iustus metus, vt no. in l. metũ. C. quod me. causa. & per Innocen. d. capit. accedens. alle.

Et ad rescindendum talem cõtractum
3 celebratum prætextu metus talis † reuerentialis non datur, nisi annus, secundum Bart. in l. virum. ff. si quis aliquem testari prohibue. Ange. autẽ in l. j. §. quæ onerãdæ. ff. quarum re. ac. non da. dicit sic. si per patronum incussus fuit timor liberto, tũc omne promissum dicitur causa libertatis onerandæ, & semper subest eadem causa timoris, & reuerentię, nec est necesse, quòd libertus probet tempore promissionis aliquem metum fuisse incussum, quia sufficit ipsum promisisse, sicut & cũ vxor verberata, quia nolebat viro contrahenti consentire, eodem metu etiam ex interuallo intelligitur consentire, licet super caput suum non habuit gladium, neque baculum, vt no. Inno. in c. per latum. quòd met. causa. Si autem vxor antecedẽte tempore ad virum non habeat nimiam reuerentiam, neque etiã sibi alius timor fuit incussus, tunc neque timore, neque viri reuerentia, aut vi contractui consensisse uidetur. & ideo timorem, aut reuerentiam aliter probari oportet secũdum Inno. in d. c. perlatum. & idem tenuit idẽ Angel. in l. interpositas. C. de transa. sed si ratione præeminentię inferatur timor, vt vxori per virũ, & liberto per patronũ ad reuocãdum actum non requiritur terror. de quo in l. interpositas. allegat. sed tandem purus actus rescinditur officio iudicis, vt l. j. §. quę onerandæ. allegat. & dicit idem Angel. in l. ad inuidiam. allega. C. quod met. causa. quòd ex sola dignitate contrahentis, violentia non probatur. & ideo dixit ibi ipse, si uxor alicuius magni viri dicit ad contrahendum se fuisse coactam, non creditur suo uerbo nec præsumitur metus illatus, ex hoc quòd sit uir, etiam si sit in dignitate positus, nisi probetur minas, & metum pręcessisse, & si semel † metus fuit adhibitu
4 semper



semper postea mulier præsumitur metu fecisse, donec stat in eodem matrimonio,
vt dixi in l. 2. C. quod met. cau. & no. per Inno. in c. accedens. de conuer. coniug. in prima gl. ipsius Innoc & Bal. in l interpositas. C. de transac. dicit, quòd aliquando infertur metus ratione maioritatis, & reuerentiæ absque aliqua publica potestate, vt est maioritas, quæ habetur à viro in vxorem, & à patrono in libertũ, & rescinditur hoc ꝑ officium iudicis. vt dict. §. quæ onerandæ. quæ not. dicit Bal. quia si vxor facit aliquid propter minas marti tunc rescinditur per officium iudicis. Et aduerte ad vnum, quod dicit Ludouic in suis dictis in litera A. in dicto, quod incipit, Cum quæritur vbi dicit, quòd quando contractus initus per mulierem, debet rescindi propter metum, non inspici-
5 mus metum, qui † cadat in constantem virum. sed metum, qui cadit in constantem mulierem. gloss. est in c. cum locum. de sponsa. & not. Anto. de But eo. titul. c. consultationem.

Ad tollendum autem pręsumptionem metus vxoris serua consilium Bart. in l. transactionem. C. de transact. vbi dicit, quòd præsentia amicorum facit cessare
6 † præsumptionem metus & dicit Bartol. in l. interpositas. C. de transac. q̃ si vxor propter metum viri, & reuerentiam aliquid facit, quod reuocetur, licet non interueniat metus mortis, vel cruciatus corporis ut igitur cesset ista præsumptio metus, facias, quando istæ dominę faciunt istos contractus, quòd adhibeatur amicorum pręsentia, argu. l. transactionem. alle ga. Item ad tollendam præsumptionem doli, & metus, qui allegaretur contra te, sis memor facere probationes, quòd interuenerunt amici per dictam l. transactionem. allegat. Item ex dicta l. no. rationem statutorum, quæ fiunt per Italiam,
7 † quòd mulieres, & minores non possunt contrahere sine præsentia consanguineorum, hoc fit per dictã l. ad tollendã præsumptionem doli, & metus, sed si in statuto adiicitur, sine præsentia consanguineorum proximorum, in eo quod dicit proximorum, est ratio, quia cum ad eos spes successionis pertineat, est verisimile, q̃ diligentius hoc videbunt. facit ad hoc. ff. de legi tut. l. j. & secundum Bal. in d. l. transactionem. alle. Si illi promissores essent absentes in remotis partibus, nunc potest fi ne eis contrahi, argu. ff. de condi. indeb. l. multa. in princ.

Consuluit tamen ibi Bal. q̃ loco absentium adhibeatur iudicis præsentia, vel authoritas, argum. ff. qui admit. ad bon. pos. l. bonorum. facit in ratione sui in auth. de hære. & Falc. §. si verò absunt. facit quod no. ff. de fideicom. li. l. cum verò is qui. §. j. ff. quarũ re. act. nõ da. l. j. §. in summa. & ff. quod met. ca. l. si cum exceptione. §. quia tamen. & dicit Bal. quia lex præsumit, quòd vbi interuenerunt amici, quòd metus, seu dolus non interuenit, ideo volens probare metũ interuenisse, oportet quòd habeat clariores probationes, quã si amici non interuenissent, quia ista præsumptio aggrauat onus probãdi, vt not. ĩ d. l. non est verisimile. Natura enim præa
8 sumptionis † hæc est, quòd interdum attenuat onus probandi, interdum aggranat, interdum liberat ab onere probãdi, vt ibi, & dicit ibi Bald. quòd Bartol. dicit in d. transactionem. alle. quòd licet vxor vel filia præsumitur facere aliquid ob nimiã reuerentiam, vt l. j. §. quę onerandę. alle. tamen si adhibeantur consanguinei, & amici præsumitur omnis metus, & omnis reuerentia cessare, secundum Bald. dicentem in aliis, vt Bar. in l. transact. onẽ. Et attende, quòd quando aliqui sunt coacti propter metum, & vendunt, vel renũciant, vel quid aliud faciant, facies, quòd secretè tales prædicti, & clam protestentur coram quibusdam, quòd propter metum prædicta faciunt, talis protestatio ad conseruationem iurium eorum satis proderit: quod optimè probatur per gloss. in l. Cellus. alias, qui in aliena. de acquirendo hæreditate, vbi videas omnino Dyn. & talis protestatio inducit præsumptionem metus, & releuat protestantem ab onere probandi metum, & transfert probationem spontaneæ voluntatis in aduersarium secundũ Pet. de Peru. in c. j. quod met. cau. quod tene inẽti.

## De metu officialis.

### SVMMARIVM.

1 *Metus an semper præsumatur contra officialem.*
2 *Dignitas non obest, sed prodest.*
3 *Metus quibus coniecturis colligatur in officialem.*
4 *Suspicio metus quando in iudicem resultet.*
5 *Delictum commissum à familia præsumitur commissum voluntate domini.*
6 *Causa metus probata præsumitur impressio.*

DE metu officialiis. Cyn. in l. 2. C. quòd met. cau. dicit, quòd
1 semper contra officialem † præsumitur metus allegat l. si per impressionem. C. quod metus causa. Bal. autem in l. nouissimè. ff. quod fal. tu. autho sequendo Cyn. dicit quòd semper in officiali præsumitur metus, & præsumitur semper ab eo terror inferri. quod est no. dignum. Idem verò Bald. in l. ad inuidiam. C. quod me. cau. dicit, quòd quãdo administratio est annexa dignitati non præsumitur metus illatus per habentem dignitatem, nisi alia indicia illati metus
2 possint probari, nam dignitas nõ † debet obesse, sed prodesse: vt l. si longius. in fi. ff. de iudi. & hæc est ratio l. ad inuidiam. C. quod met. cau. licet quidam dicant cõtrarium, quòd præsumitur metus illatus. ar. l. si per impressionem. & l. fi. C. quod me. cau. secundum Bald. in l. si per impressionem. ibi constabat de metu in l. ad inuidiam. non constabat. facit secundum Bal. in d. l. si per impressionem. contra fœneratores, qui faciunt recipi instrumenta per vxores, vel per familiares eorum, quia non possunt: quia qui non potest recipere instrumentum in sua persona, non potest facere per alium recipi, secundum eũ ibi. Et hanc opi. quòd in officiali simpliciter, & indistinctè no, præsumatur metus sequitur Bar. in l. ad inuidiam. allega. vbi dicit, quòd quãdo officialis contrahit nullo metu adhibito, vel impressione, tunc contractus valet, & non rescinditur: vt in l. ad inuidiam. C. quod met. cau. sed si interuenit metus seu impressio officialis dicendo, quòd contra eum procederet, vel de maleficio eum denunciaret, tunc rescinditur contractus, vt d. l. si per impressionem. alle.

Bar. autem in l. de pupillo. §. si quis ipsi prętori ff de no. ope. nun. dicit, quòd metus officialis probatur probãdo, quòd cõsueuit appellãtes ab eo seu eius gestis incarcerare, & eis violentias, & iniurias inferre, & sic ex qualitate personæ hoc præsumitur, vt in l. si à bonæfidei. ff. de rei vẽdi. & l. argentum. ff. commo. vel quia minatus erat sic facere, vt l. metum. C. quod met. causa. cum gloss. sua. Facit si qui. Impera. maledix. l. j. & si probatur, quòd iudex tantum hoc semel fecit, an sit iusta causa timoris. Responde, vt ff. de ædili. edic. l. quis sit fugitiuus. in prin. & quasi ꝑ totam l. Sed si in alio officio probatur, ꝓ hoc fecit, sed non in isto, hæc non est iusta causa timoris, argu. ff. de suspe. tuto. l. quæri potest. & ibi not. in gloss. super verbo, cessare. Quid si probatur simpliciter. ꝓ consueuit homines incarcerare, an sufficiat, certè non, quia posset hoc facere iustS, & sic non esset iusta causa timoris, argu. ff. de ædil. edict. l. qui sit fugitiuus. §. j. vt seruus, qui iustè aufugit, non est fugitiuus, oportet, quòd probatio concludat, quòd cõsueuit hoc facere contra ius. Sed dices tu cum tales officiales incarceratores causas fingant, si inquisitiones de aliquibus delictis componant, vel forment, hoc scilicet, quòd iniustè fecerunt, nunquam poterit probari. Respondeo, dicit Bar. ex coniecturis, vt si in continenti interposita appellatione cõtra eũ formauit processum. vt ff. de priuileg. credi. l. si venti. § in bonis. & quòd postea secuta est renunciatio appellationis, vel absolutio ab inquisitione, quę omnia includunt animum præcedentem, vt ff. ad Maced. l. sed & Iulianus. §. proinde. fortè etiam sufficeret fama sola, scilicet, quòd consueuit has
3 violentias appellantibus, † & reclamantibus inferre, arg. ff. de quæsti. l. de minore. §. tormenta. ibi vel cuius æstimationis &c. facit quod not. per Cyn. in l. 4. C. de seruis fugi. vbi dicitur, ꝓ id, quod dicitur à per-



à personis fide dignis est iusta causa credulitatis: sed si non consueuit tale quid facere appellantibus, seu reclamantibus, seu protestantibus, sed eorum consanguineis, seu laboratoribus terrarum ipsorum satis est iustus metus: vt ff. de condi. & demon. l. hæres meus. §. fi. ff. quod me. cau. l. isti quidã §. fi. est & hodie decretalis multum no. de cõcess. præla. c. j. in cle. Et si nõ probatur, quòd ipse fecerit, sed eius familia hoc fecit. puto, dicit Bar. hoc sufficere, ꝓ ipse videtur fecisse, cum potuit corrigere & non fecit: vt l. fluminum. §. quanquã. ff. de aqua plu. arc. & est expressum extra de testi. c. constitutum. & c. seq. vbi dicitur ꝓ non est verisimile, quòd tales faciant contra voluntatem domini, vel sine eius conscentia.

Adde hic quod dicit Inno. in ca. querelam. de elect. ꝓ prohibens minis, vel verbis, cuius prohibitio incurrit terribilem metum, tenetur de violentia expulsiua. quod dictum Bald. in eo. ti. super Inno. dicit no. cõtra nobiles, & potentes, qui prohibent laboratoribus, ne tuum agrum laborent necne tibi respondeant de fructibus, & ne ad agrum tuum accedant, facit quod no. in l. metum. in princ. quod me. cau. Bald. tamẽ in l. ad inuidiam. C. quod me. cau. dicit, quòd ex metu adhibito per familiares alicuius potestatis non præsumitur propter hoc, quòd hoc sit factum de conscentia domini: ut extra de testi. spol. capit. cum ad sedem. Hæc opi. Bald. videtur mihi æquior, per alleg. capitul. cum ad sedem. per Bald. allegatum. iuncta gloss. magna, quæ punctaliter dicit, nec enim de facto familiæ suæ tenetur dominus, nisi mandauerit, vel ratum habuerit.

Ludouicus verò in d. l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori alle. dicit quòd in quantum Bart. dicit in d. §. si quis ipsi prætori, ex consuetudine personæ induci suspicionem metus: adde hoc probari. ff. de vsur. l. qui semisses. ff. de pigno. actio l. vel vniuersorum. facit de restitutio. spolia. c. frequens. & de celebra. mis. c. maritus. Et dũ subdit non sufficere pro probanda suspicione metus probari, ꝓ iudex semel intu
lerit metum: dicas, dicit Ludouic. hoc esse verum, si probat quòd alteri, quam probanti, metus illatus fuerit. secus si probat quòd eidem probanti metum intulit in eadem causa. Ex hac enim probatione quo ad ipsum probantem resultat proba
4 bilis † metus suspicio secundum Bald. in l. 2. C. de his, qui per met. iudi. non app. allegantem ad hoc leg. si patrono. quod met. caus. & dum subdit Bartol. in dicto §. si quis ipsi prætori. quòd inducitur probabilis suspicio metus. sed si probatur de consuetudine iudicis, intelligas hoc esse verum quantum ad excusandum partem quare coram iudice non appellauit: aut protestatus fuit non autem sufficit quantum ad puniendum ipsum iudicem respectu metus aut violentiæ illatæ, secundum eundem Bart. eleganter: & ibi est tex. no. in l. j. §. idem Labeo. ff. quod vi aut clam. Item inquantum dixit Bartol. ibidem me
5 tum aut delictum † aliud commissum à familia, seu famulis domesticis præsumi commissum voluntate, & conscientia domini.

Adde quod idem voluit in alle. l. j. §. si quis. ff. quod vi aut clam. Bald. autem indistinctè non faciens mentionem de Bart. voluit cõtrarium in l. j. in fi. C. de Epis. & cle. & in l. ad inuidiam. C. quod met. causa allegans casum, qui optimè facit: de restitu. spolia. c. cum ad sedem. pro quo videtur tex. si bene aduertatur in l. j. §. quod igitur. & §. si filius. ff. de vi & vi arma. Potes tamen concordando dicere, quòd aut contra dominum vltra famulatum & domesticitatem subest aliqua alia suspicio seu prę sumptio, & tunc verũ dicat Bartol. & hoc videtur sentire tex. in c. cõstitutus. per eum alleg. ad quod facit quod not. in l. fina. ff. de quæstioni. aut nulla alia suspicio. contra dominum subest, & tunc verum dicat Bal. quod probatur in d. §. si filius dicit idem Bald. in leg. iis qui. C. de his qui per me. iudic. non app. quod si alicui metus sit illatus, in aliquo actu præcedenti, puta: quia dum à grauamine velit appellare, iudex faciti eum poni in compedibus, & acriter torqueri: an idem metus præsumatur durare in

appellatione à diffinitiua? & dicit quòd sic, quia in eodem genere delicti, & malitiæ præsumitur perseuerãtia animi, vt extra quod metus causa. c. 1. & in regula, semel malus. & facit extra de appellatio. ca. si iustus metus Item similiter odium præsumitur cõtinuari, & odiosus in vno, præsumitur in aliis, quando est odium rationabile, vt l. si quis prouocatione. C. de appella. & l. licet. & l. non distinguemus. §. cum quidam. ff de arbi. extra, de arbitris. c. cum P. & V. Item an metus sit iustus, vel non, committitur arbitrio iudicis secundum Innoc. in c. cum dilectus. & dicit Innocen quòd probata causa metus
6 †impressio præsumitur. extra de elec. c. bonæ memoriæ.

## De metu rerum seu bonorum.

*SVMMARIVM.*

1. *Metus perditionis instrumentorum omnium bonorum an sit iustus.*

E metu rerũ seu bonorũ. Dicit Bal. in l. isti quidem. §. si is. ff. quod. met. cau. quòd timor perditionis instrumentorum omnium bonorum seu maioris partis ipsorum
1 † est iustus metus, & est idem, sicut quando infertur timor mortis, vel pœna capitalis. insti. de excu. tuto. §. item propter l. item. & in l. final. C. de reuo. dona. secundum Guiliel. & Cyn. in addi. & dicit idem Bald. in l. non est verisimile. §. si fœnerator. ff. quod metus causa. quod vbi non timetur damnum personæ, nec cursionis patrimonij. sed aliud damnum particulare, non habet locum actio quod met. cã. quæ est specialis, sed officium iudicis, vide ibi Inno. autem in c. cum dilectus. qd metus causa. dicit q̃ iustus metus est perditio omnium bonorum seu rerum fortis & magnæ partis in c. Abbas. qd met. cau. & c. pe. & idem dicit Host. in summa in tit. quod met. cau: §. qualiter. ver. item metus eorum est iustus metus &c. Bald. autem in l. interpositas. C. de transactio. sic dicit. Item adde quòd vbi non timetur mors, vel quasi, sed timetur graue damnum in rebus ꝓpriis, quòd iste est legitimus metus, ita quòd officio iudicis consuluitur. arg. C. de reuo. dona. l. final: secundum Cynum, metus grauis rerum est, vbi aliquis potestas, vel tyrannus dicit, facias mihi instrumentum mille florenorum, vel alterius promissionis. aliàs veniam ad comburendum domum tuam: nam rescinditur instrumentum, si metus imminebat ex qualitate personarum, sicut tescinderetur, si esset metus mortis, vel corporis cruciatus, quod est not. dicit Bald. ibi.

## De metu Regum.

*SVMMARIVM.*

1. *Metus iustus an causetur per præceptum Regis uel alicuius principis.*
2. *Princeps quando inducat metum.*
3. *Potentum minę metuendę.*
4. *Differenoia an sit inter præceptum & blanditias potentum.*
5. *Timor armorum an sit metus iustus.*
6. *Metus quando præsumatur circa principem*
7. *Actus unicus an inducat iustum metum.*



1 E metu regum, principum, & virorum potentum per præceptũ † regis, aut alterius principis non causatur metus iustus, vt est tex. in glo. in cap. qui insinuante. qui clerici. vel nouentes, vbi sic dicit gl. arg. q̃ imperium regis non sufficit ad iustum metum arg. C. quod metus causa. l. ad inuidiam. arg. contra. C. quod metus cau l. vlt. & 23. q. 8. conuenior. Similiter imperium parentum non sufficit. ff. de ritu. nup. l. parte. 32. q. 7. omnes cauriones. dicit, ibi Ioan. And. q̃ nisi alter probetur oppressio dignitatis aduersarij nõ sufficit ad probandum, metum sic loquitur d. l. ad inuidiam. Credo tamen, dicit, ibi Ioan. Andr. quòd imperium principis
2 qui aliàs consueuit † tyrannicè, & oppressiuè tractare eos, qui precibus, vel præceptis



ceptis suis non obediunt, induceret iustũ metum: ideo nõ videtur quòd Bartol. qui dixit indistinctè in tractatu de tyranno, quod verba præceptiua seu blanditiua inducunt iustum metum. benedixit, nisi intelligas Bartol. secundum Ioan. Andr. quando talis tyrannus solitus erat inferre damnum illis, qui præceptis, aut blanditiis suis non obtemperabant. Quod videtur verum, quia dicta ex persona pensamus, vt l. j. C. si quis Impera. maledixe. minæ tamen † potentum sunt metuendę,
3 vt dixit Bald. in l. non est verisimile. §. si iusto. ff. quod met. causa. De minis aliorum hominum an inducant iustum metũ supra est dictum; & super hoc vide Bald. & Cyn. in l. metum. C. quod me. causa ibi ponunt quid iuris de eo, qui post minas reperitur mortuus, an præsumatur mortuus ab eo, qui intulit minas, veritas est, secundum Bald. ibi, quod hoc debet perpendi ex qualitate personarum & aliis indiciis.

Illud tamen est notandum: quòd licet minæ nõ probent factum, probant tamen capitales inimicitias: vt not. ff. de arbit. l. licet. Item glo. l. metum. C. quòd me. cau. facit quòd si aliquis fuit mihi minatus, & post minas me offendit: & erat tunc ex se potens ad offendendum me, quòd alius non teneatur de mandato: quia ex minis cum actu subsecuto apparet. quod aliàs erat facturus secundùm Iaco. Bru. qui ita dicit, hoc verum dicit Bald. in d. l. metum allega. quando fecit suo nomine: sed si deliquit nomine mandatis, indistincte tenetur mandans, in cap. cum quis. de sen. excom. in vj. Vlterius vide glo. not. in l. j. C. si rector prouincię. quòd non est differen-
4 tia inter præceptum, † & blanditias potentium vide clemen. j. de testi. in verbo: ex hortamur. & ff. quod iussu l. j §. i. versi. quẽ admodum. Et dicit, quod non solum per minas, sed etiam per terribilem vultum potentis causatur iustus metus: vt dixit Ioan. Andr. in c. quia propter. de elect. in 6. in penul. col. & Bald. refert, & sequitur de pa. iura. fir. §. iniuria. hoc etiam tenet Hostien. in summa in tit. de alie. iudi. mu. causa fac. sub rub. de cessionibus. §. an actio vendi. versi. intelligo autem potentiorem &c. Item adde Bald. in titu. de pace Constan. versicu. pactiones. vbi dixit, quòd contractus factus cum domino terrarum per subditum est ipso iure nullus, quando metus interuenit: quia talis metus ex toto euacuat consensum: nam hoc est falsum, per text. l. si mulier. §. si metu. ff. quod me. cau. not. 8. quæst. aliàs 6. quæstio. cap. si ergo, & per aliam gloss. in capiut. si postquàm. 13. quæstio. j. quæ glossę. dicunt, quòd licet contractus vel actus sit factus ad fauorem popul, tamen non est ipso iure nullus, & tamen negari non potest quòd iste non sit metus ita terribilis, sicut metus tyranni.

Item adde Innocen. in c. fin. vbi dicit, quòd iustus met. causatur, si vidi venire
5 armatos contra me, quia timor † armorum sufficit ad causandũ iustum metũ, de quo vide text. in l. 3. §. 1. ff. de vi & vi ar. vbi Bart. dicit per istum tex. quòd dicitur violentia facta cum armis, si arma non extraxit. pur, si arma ad latus portabat, seu habebat, dixit Innoc. in cap. querelam. de elect. Si autem quis prohibuit armis alicuine ingrediretur possessionem cuius possessionem primò nõ deseruerat animo interdictum competit, & idem si prohibuit eum vti iure suo, puta vsufructu, vel administratione, cuius quasi possessionem habebat. ff. de vi & vi ar. l. idemq̃ uè. §. vnum vi. & §. pertinet. Si autem non armis, sed verbo prohibuit & esset talis prohibens, quòd eius prohibitio iustum metum faceret, locum habet inter dictum contra eum, si post inuasit illam intra annum insolidum, eo quòd occasione dictæ prohibitionis ad eum peruenit, aliàs non, interdictum enim hoc atrocitatem desiderat. ff. de vi & vi ar l. j. §. si interdictum hoc. & §. ad solam. Si autem esset in possessione, & exiuit possessionem propter minas, non habet locum interdictum, scilicet quod me. ca. ff. quod me. causa. l. metum: primo responso. Si autem antequàm uenirer ad locum vnde electus metu armatorum illuc euntium discesserit. contra

eos locum habet interdictum ff. de vi & vi ar. l. j. §. idem Labeo. Si autem illuc nõ ibãt, verùm est possidẽtem possessionem amisisse solo animo. ff. de vsuf. l. nõ solũ §. si dominus. verũtamen quia dolosè nõ egerunt, vt spoliarent, non tenẽtur interdicto ff. de vi & vi ar. l. idemque. §. si quis armatus.

Credimus tamen, quòd etiam tunc si acciperent possessionem sic derelictam, competit vel vtile interdictum, vel actio in factum, quia propter vim quam timuit exiens à possessione, uacua possessio ad eos peruenit. ff. de vi & vi ar. l. j. §. familię & §. sequẽ. Si verò aliquis occupasset possessionem, & postea deuenisset ad aliquos quorum metu exiuit, qui tamen metum non intendebant inferre, contra hos non competit interdictum ff. de vi & vi ar. l. j. §. eum qui neque animo. Et idem dicit Innocen. in c. fin. quod me. causa. Item vide glo. no. in cap. conuenior. 32. quęst. 8. quæ dicit quòd eoipso quòd princeps
6 mandat † aliquem eligi præsumitur metus, illa electio erit uitiosa. Item adde ad Barto. in l. de pupillo. in §. si si quis ipsi prętori de noui operis nuncia. in vj. quę. dum dicit, vnicum actum non inducere
7 iustum † metũ. pro quo quo facit qd not. Archidiacon. 12. distin. cap. illud. vbi dicitur non probari consuetudinem certi hominis per vnum actum, vnde facit l. 3. & quod ibi no. C. de Epi. audien. Item pro hoc facit quod not. ipse Bartol. in l. seruus vrbanus. de leg. 3. vbi dixit, quod ex vna sola mercatura nõ probatur quis mercator.

## De metu tyranni.

### SVMMARIVM.

1 *Tyranni ea quæ faciũt ipso iure nulla sunt.*
2 *Carceratus carcerante contrahere non potest.*
3 *Rogamina quæ sint.*
4 *Importune preces metus æquiparantur.*

DE metu tyrãni, vide Bart. in tractatu de tyrãno, & maximè in 7. q. vbi dicit, ꝓ ea quæ faciunt
1 ipsi tyrãni, † sunt nulla ipso iure vt l. decernimus. C. de sacrosanct. eccl. & in c. 1. de schismat. & 8. quæst. j. ordinatos. Et si ciuitas donat, vel aliquid concedit ipsi tyranno, contractu est ipso iure nullus, nam sicut non valet conrractus
2 factus per carceratum † cum carcerante, vt l. qui in carcerem. ff. quod met. cau. ita nõ valet promissio facta illi, q eum tenet quodãmodo captiuatũ. Nam tyrãnus dicitur tenere populum in seruitute, vt in c. non minus. de immu. eccle. Sunt etiam contractus in tit cum tyrãno nulli seu an nullãdo per l. si ꝑ impressionem. ff. quod me. causa. & per l. j. C. de contract. iudi. Et si tyrannus illi, qui habebat aliquam rem, super alienatione eius, multa rogamina. super ipsa alienatione fieri facit, rescinditur contractus, quoniam rogami
3 na † potentium seu maiorum sunt iussus, vt l. j. in princi. super verbo, quemadmodum. ff. quod iussu. & ibi gl. & in clemẽ. j. versi. hortamur. de testib. & est gloss. singularis in l. j. C. si rector prouin. facit dictũ Innocen. in c. petitio. de iureiuran. vbi cõtractus celebratus per importunas preces tyranni rescinditur, cum importu
4 næ preces † mentui æquiparantur quo ad actus rescissionem, vt ibi per Innocen. Et Bart. facit de hoc magnum sestum in dicto tractatu, in dicta 7. quæst. Et hoc verum est, quòd contractus rescinditur, quando est in fauorem tyranni. si autem est in fauorem illius qui cõtrahit cum tyranno, dicendum est, quòd valet, secundum Hostien. in ca. j. de schismaticis. per l. non eo minus. C. de procura. Si verò celebraretur contractus, qui partim esset in fauorem illius, qui cõtrahit cum tyrãno, & partim in fauorem tyrãni & contineant diuersa capitula, & separata, tunc valeret, inquantum continet fauorem illius, qui cõtrahit cum tyranno. Si autem non continet capitula separata, tunc necesse est, ꝓ aut in totum valeat, aut in totũ ruat. Et prędicta vera quando contrahens cum tyranno ignoret eũ esse tyrannum,



num, si verò sciebat, contractus est nullus, & ei non subuenitur, secundùm Bar. ibi, & vide ibi plenè de hoc, & quis est tyranus, & de his, quæ agit respectu iurisditionis, & quæ agit contrahendo. & vide per Bal. in d. l. decernimus. de sacrosanc. eccle. vbi posuit tractatum de tyranno dic, vt ibi.

## De metu tormentorum.

### SVMMARIVM.

1 *Confessio in criminali an faciat semiplenam probationem.*
2 *Confessio si extorqueatur per tormẽta, requiritur perseuerantia.*
3 *Assessorum practica, quæ sit in dandis torturis, & quomodo in ijs versentur.*
4 *Confessioni factę in tormentis non statur nisi sponte fiat.*
5 *Modus qualis sit seruandus in torturis.*
6 *Indicia debent præcedere per legitimos testes torturam.*
7 *Vitam suam nemo odio prosequitur.*
8 *Metus an semper in iudice presumatur.*
9 *Potentia torquendi in habitu idem operatur quòd in actu.*
10 *Nuda confessio in ciuilibus non sufficit.*
11 *Confessio quando dicatur facta per tormenta.*
12 *Testis vtrum possit corrigere dictum suum.*
13 *Confiteri in tormentis, & in formidine tormentorum vtrum sint paria.*
14 *Metus vtrum excuset à dolo.*
15 *Iuris executio vtrum habeat iniuriam.*
16 *Executio vtrum fiat ex sola confessione, absque alio processu in causa criminali, & tenetur quod non.*
17 *Probatio semiplena, fama de delicto commisso, & vitæ, personæ leuitas. inuicem concurrentia faciunt, vt quis possit tormentis addici.*

DE metu tormentorum. Cy. in l. si quis in ea. C. de custo. reo. dicit, ꝓ glo. in d. l. si quis in ea. vult, ꝓ confessio facta in crimi
1 nali † facit semiplenam probationem, & non plenam probationem, vt l. j. § diuus. ff. de quæstionib. Et aduerte, quia glos. & quidam sui sequaces, vt Franc. Accur. dicunt, ꝓ siue sponte, siue per tormenta, quis confiteatur, non est adhuc puniendus, nisi perseuerat, & probatur per l. si quis in ea. alleg. quæ generaliter loquitur ergo &c. ff. de leg. præstan. l. j. §. generaliter. de public. l. de pretio. Azo tenet, ꝓ ꝑ seuerantia tunc requiritur, cum per tor-
2 menta confessio † extorqueatur, aliàs nõ, & sic non insinuatur titulus, de confes. & idem tenet Odofre. Sed pro sentẽtia priorum facit. C. ad leg. Iul. de vi. l. seruos, vbi dicit confessionibus, in plurali. Sed gloss. quæ est ibi, videtur dicere contrariũ. Bal. aut in d. l. si quis in ea. alle. dicit no. in quo loco reus debet cõfiteri, vel negare, quia apud acta. Nam dicunt doct. per tex. d. l. si quis in ea. quòd quando quis cogitur ad confitendum per torturam, postquàm iudex torsit, talem tortum debet ducere ad bancham, & apud acta facere ipsum confiteri, quia confessio alibi facta in criminali non sufficit ad condemnationem ꝑ text. d. l. si quis in ea. alle. licèt sufficiat ad torturam. facit glo. in l. iubemus. C. de libe. cau. & in l. capite quinto. ff. de adult. Et dicunt docto. quòd cautius est, vt iudex adhibeat duos, vel tres testes, & videant quòd sponte confitetur maleficiũ. Et dicit ibidem Bal. quòd cauti assessores non sunt vna confessione contenti, sed
3 tempore, † quo mittunt malefactores ad supplicium, faciunt, quòd illam confessionem confirment iteratò, & confiteantur secundũ Azo. in summa in tit. de confess. & dicit, quòd tunc est necesse, quòd in cõfessione perseueret, quando confessio emanauit per torturam, secus si sponte, hoc tenet Gandinus, & Bartol. & dicunt idem de consuetudine obseruari, & allegant quod no. in l. seruos. C. ad leg. Iul. de vi. Et dicit, quòd aliquando in confessione perseueratur per expressam confessionem factam apud acta, & non est dubium. ꝓ talis confessus ex sola confessione potest damnari secundùm omnes. Quandoq; in cõfessione ꝑseuerat tacitè, quia nõ reuocat cõfessio, & tũc aut emanauit

nauit sponte, & sufficit, aut metu tormentorum, & non sufficit, imò repetenda est confessio, imò assessores, vt non stetur in dubio isto, faciunt scribi, quomodo reus fuit sponte confessus, & quasi vt plurimum ista confessio falsa. Quandoque in scriptura non perseueratur tacitè, vel expressè, sed reuocatur confessio, & tunc siquidem sunt aliqua indicia facientia pro reuocatione, admittitur reuocatio, sed iste potest cogi confiteri, ergo fortius cogi potest perseuerare in confessione. Si autem nulla indicia apparent, prout contra apparet, quòd ista reuocatio sponte non procedat, nisi error allegaretur, & probaretur aliàs non staret per allegantem, sed staret per iudicem, quominus probaretur, vt l. de ætate. §. fina. ff. de interrogatio. actio facit quod not. in l. ictus fustium: ff. de his qui not. infa.

Confessionem autem suam quis interpretari potest exponendo, vel perimendo in totum de accusa. c. cum dilecti. Iac. verò Bru. in l. si quis. in cap. allega. dicit
4 quòd non statur † confessioni adhibitę in tormentis, nisi sponte fuerit ratificata per cõfessum. Quidam iudices maleficiorum malè practicant dictam l. si quis in ea. alleg. quòd statim cum reus est confessus in tormentis, ducunt eum apud acta, & faciunt eum confiteri, & ratificare confessionem. & dicunt, quòd sufficit, per d. l. si quis in ea. & malè quia, quæ incontinenti fiunt, inesse videntur: vt l. lecta. versicu. dicebam. ff. si cert. petat. & ideo quando statim post tormenta ratificatur, videtur adhuc instare metus tormentorũ. & similiter habes in l. 2. C. quod me. causa. quia non videtur sponte soluere, qui statim post promissionem metu factam soluit. Oportet ergo, quòd quando confessus est in tormentis, per diem, vel noctem dimittatur quiescere, postea interrogetur apud acta, & si confiteatur, tunc iterum planum est, si negat, non statur primæ confessioni. & hoc directè probat dicta l. si quis in ea. Item est sciẽdum, quòd quidam intelligunt secundam confessionem debere sponte sequi, siue fuerit facta prima in tormentis, siue non, & malè, quia loquitur quando prima fuit facta in tormentis. Vnde dicit idem Iacob. Brunel. in l. 2. C. quod metus causa. quòd si solùm fuit metus adhibitus in promissione, & non in solutione, quod non repetitur solutum, quia spontanea solutio tollit metum, vt l. secunda. C. quod metus causa. hoc verum dicit ipse, nisi adhuc solueretur metu instante, vt quia promisit per metum, & statim, quia pecuniam habebat penes se, soluit, & tunc non inferente aduersario: quia fortè dixit, ex quo habes pecuniam, quare non soluis, & ideo puto, dicit Iaco. quòd repetat. Et ideo dicit l. secundùm eum ibi, quòd confessio facta in tormentis nõ valet, nisi perseuerat confessus in loco remoto à loco torturæ, vt sic non imminear locus tormentorum, aliàs asseueratio nõ tenet, vt colligitur ex l. secunda. C. de custodia reorum. licet malè obseruent eam iudices maleficiorum. Nam confes-
5 sionem factam in tormentis † faciunt ratificari statim, vnde adhuc instat metus tormentorum, & faciunt scribi postea, quòd sponte, & liberè fuit confessus de crimine, sine aliquo metu, & malè faciunt.

Bald. autem in consilio, quod incipit, In Christi nomine Amẽ. Tres sunt casus dicit ipse. Primò quando quis confitetur in tortura, vel in formidine tormentorum, & hoc constat, & tunc, si non præcedunt indicia, non creditur confessioni, & si post confessionem probãtur indicia, tunc iudex appellationis non debet confessionem sequi, quia illicita, & contra iuris formam fuit extorta, vt legitur, & not. in l. maritus. ff. de quæstio. Indicia
6 † ergo debent precedere per legitimos testes legitimè recipiendo, & examinandos. Si enim extra iudicium aliquid dicerent, sine iuramento, non facerent indicium, quia deposuerunt non iurati. C. de testibus. l. solam. & l. iurisiurandi. & indicia sunt probanda per duos testes contestes, nõ singulares. C. familiæ erciscundæ. l. fin. in glossa. Secũdus casus est, quãdo quis confitetur sponte, & hoc constat:

tunc



tunc statur suæ confessioni. C. de pœnis. l. qui sententiam. nisi indicia probabilia, & verisimilia, vel ipsa innocentiæ substãtia in cõtrarium appareant. ff. de quæstionibus l. j. §. si quis vltro. Et isto casu, si qs reuocet confessionem, & coram iudice appellationis detegat innocentiam, debet liberari, vt not. ff. de appellation. l. creditor. §. iussus. C. de errore aduocatorũ. l. fina. quorum appellationes non recipiuntur. l. 2. per Cynum. Tertius casus est, quando ipse dixit se confessum formidine tormentorum, & iudex, & tabellio dicunt eum sponte confessum, & est dubia per negationem, & tunc siquidem coram iudice appellationis probatur delictum, debet sequi cõdemnatio. Si autem dato termino vtrique parti non probatur delictum, tunc quia communiter tales confessiones consueuerunt per assessores, & potestates, per tormenta extorqueri, fortè per locum à communiter accidentibus debet præsumi formido tormentorum. Ad hoc facit quod not. Cyn. & Clarius no. Iacob. Bru. in l. 2. C. quod met. causa. in litera. & ibi multum assessores reprehenduntur, qui faciunt scribi, quòd fuit sponte confessus. Item ratio na-
7 turalis hoc dictat, quia nemo † vitã suam odio habet, vnde nõ est verisimile, quòd existens in fortia iudicis sponte confiteatur, sufficit enim terror eorum, qui minacem feruorem ponunt, ex sola ergo confessione reuocata, & ideò dato termino ad probandum hincinde, & maleficio nõ probato, non credo, quòd iudex possit fundare condemnationem, maximè secundùm gloss. quæ dicunt, quòd soli nudæ confessioni non creditur, vt not. C. de custo. reor. l. secunda. aliàs parum prodesset etiam ignorantibus appellare, quia durum est probare torturam, quæ fit in camera iudicium, nec assumuntur testes, quorum dicta possent haberi, sicut docet experientia, & sic lex quæ permittit appellare confesso, esset ludibrio.

Ex quibus dicit ibi Bald. in dicto consilio, concludo, quòd iudex primus malè, & perperam ad torturam processit non præcedentibus indiciis, & quod dictus miser captus legitimè potuit habere recursum, ex actitatis enim huc vsque non video dicit Bald. eum conuictum, & maximè cùm testes sint singulares, & contrarij, & defectiui, quia non deponunt de loco delicti: non nego tamen, quin iudex recursus seu appellationis per omnem viam possit sequi veritatem, quæ præsumitur ex conscientia eorum, quæ probarentur cum ipsa cõfessione, sed ibi non probantur, quia probatio caret substantialibus, vt hic, non debet ex sola conscientia sui à inris tramite deuiari, vt extra de proba. c. licet causam. circa mediũ. & l. illicitas. §. veritas. ff. de officio præsidis & l. 2. ff. de feriis. Petrus verò de Ancha. in suo consilio, quod incipit, Visa inquisitione formata contra Philosophum de Mantua, &c. consilium suprà dictum Baldus referendo dicit, quòd ad prædicta faciunt not. per Baldum in l. nouissimè. ff. quòd falso tutore author. post Cynum, vbi dicit, quòd semper præsumitur
8 in officiali metus, & terror † ab eo inferri. l. si per impressionem. C. quod me. causa. & licet quis sit relaxatus: tamen semper metus instare videtur, ne iterum capiatur, & talis rectè dici potest metus continuatus: vt in capitu. primo, quod met. causa.

Et idem dicendum est in iudice, cuius metus posito in carcere. pro crimine semper istat ad torturam: familiam, & alia instrumenta semper in promptu habet, ita q; potentia nocẽdi, & torquendi in habi-
6 tu † idem operatur quòd potentia in actu, vt in capit. non solum. de appel. in 6. & l. Labeo. de statu homi & habet hoc in se æquitatem: nam & si nimia reuerentia tormentorum contrahentis timetur, vt l. j. § quæ onerãdæ. ff. quarum rer. actio nõ da. 22. quæst. 2. c. vnusquisque. multo magis nimia tormentorum formido, quam formidinem iustam reddit cõmunis vulgi opinio, quæ habet, quòd officiales captos, & requisitos de criminibus prætermissa iuris granitate torquere consueuerunt. Ad hoc vt. no. Bar. in l. de pupillo. in §. si quis ipsi prætori. ff. de no. oper. nun.

Item

10 Item nuda confessio non sufficeret † in ciuilibus ad obligandum, seu ad obligationem. l. cum de indebito. ff. de proba. & cap tu. si cautio. de fide instru. multominus in criminalibus, vbi agitur de salute hominis.

Nec est verisimile, quòd quis vltro cõfiteatur illud, quod vitam adimat, vel statũ eius, vel famã minuat, abhorret enim hoc natura, quæ seruari desiderat, mortem verò, & perniciem, vt ait Boetius euitat, confessionem ergo non verisimilem, & sponte factam non debet iudex admittere, nisi alia suffragent adminicula, vt legitur, & no. in cap. quia verisimile. de præsumptio. & sic confessio contra naturam non valet, vt in cap fin de confes & c. nos in quemquam. 2. q 1. ita nec confessio cõtra præsumptionem, quæ est secundum naturam scilicet seipsum cõseruare, mortemque, & perniciem euitare. Remediũ ergo est, quòd ille qui dicitur confessus, secundum Pet. de Anch. ibidem, formidine tormentorum, & confessionem suam reuocet per se, vel per procuratorem habentem speciale mandatum ad hoc, nec iudex aliter dicto crimine non probato poterit eum condemnare rationibus supradictis.

Et ita idem dominus Petr. dicit de facto obtinuisse, licet iudices maleficiorum difficiles, & rigorosi in admittendam dictam reuocationem confessionis se exhibeant, & euolant ad condemnationem, cum per inquisitionem procedunt, & credunt vilescere in conspectu hominum, cum absoluunt. contra l. absentem. ff. de pœnis.

Dominus. Bar. in l. 1. §. diuus Seuerus. ff. de quæstionibus. dicit non stetur confessioni factæ in tormentis, nisi perseuerat in ea, vt l. 1. §. diuus Seuerus. & §. si quis vltro. ff. de quæstionibus. Si autem esset facta sponte sine tormentis, tunc ei statur, vt dict. §. diuus. allegat. & l. 1. C. de confess.

11 Et dicitur confessio † facta per tormẽta, quando est facta adhibita tortura, vel est facta prope torturam aliquo ligato, & præcedentibus minis de ponendo ad torturam. Non autem quælibet tortura facit videri confessionẽ factam esse formidine tormentorum, sed debet esse positus in tormentis, vel ductus ad ead. Idem si esset in carcere, in quo famis, vel frigoris multum patiebatur.

Nam tunc formidine tormentorum, tunc videtur facta, arg. ad hoc. ff. de iniuriis. l. apud Labeonem. §. quęstionem facit. ff. de vi & vi arma. l. 3. §. si quis autem visis. dum dicit, sufficit terror armorum.

Et qualiter dicatur perseuerare in confessione? hunc passum determinat text. in l. si quis in ea. de custo. reo. quia oportet, quòd post confessionem factam in tormẽtis, reducatur loco publici iudicij, & ibi coram notario, & personis publicis confiteatur, vt ibi in textu dicitur. Et tempus, intra quod debet reduci, arbitrio iudicis debet arbitrari, vt reducat eum illo tempore, quo cessauerit dolor tormentorum, si enim statim reduceret ad locũ iisdem doloribus instantibus, totum hoc videtur factum formidine tormentorum, eadem enim formidine dicere videretur, argu. l. quod ait. § filius. ff. de adulteriis. de hoc dic, vt latius dictum fuit in clausula, nõ error. dum fuit tractatum, an testis

12 possit † corrigere dictum suum, & si notarius scripsit, quòd spõte fuit confessus, verum est, quòd confessio fuit facta per tormenta, erit ne notarius falsus? & videtur tex. quòd non, in l. 1. § si quis vltro. ff. de quæstionibus. ibi in textu, si quis vltro, &c. & sequitur ibi in litera, cum tormentis, & c. constiterit, & sic dicitur sponte confessus ille qui in tormentis est confessus, & secundum hoc debemus exponere constiterit, scilicet de cõfessione illus, serui, & si dicis, quomodo dicitur sponte confessus, cum dicatur p tormẽta dicas, ideo quia perseuerauerit in confessione illius serui, vt l. §. diuus Seuerus. allegat. & l. 2. C. de custo. reo. vel etiam si confessus est in actu torturæ, quamuis ibi notarius scripserit, quòd sponte confessus, est.

Nec obstat verbum, constiterit, potum in dicto. §. si quis vltro. allegat, quod exponi-



exponitur, constiterit, scilicet de innocentia, & sic non refert se ad confessionem, sed ad serui innocentiam, vt ibi patet. & not. benè, dicit ibi Bartol. Bald. autem in l. nouissimè. ff. de fal. tutor. author. dicit, quòd paria sunt aliquid fieri, vel timor coactionis, vt d. l. nouissimè. & dicit ibi Bald. quòd ita clarè non reperitur alibi.

Et ex hoc dicit Bald. colligit Bar. quatuor argumen. Primum est, q paria sunt

13 † confiteri in tormentis, & formidine tormentorũ. Secundùm, quòd qui per timorem violat interdictum, non fit irregularis. Tertium, quòd testis, qui per tormenta seu per torturam dicit falsum non te-

14 netur crimine falsi, quia metus † excusat à dolo. & dicta l. nouissimè. ff. de libera. causa. l. minor. Idem verò Bald. in l 2. C. quod met. caus. dicit, quòd metus adhibitus in promittendo, sed non in soluendo, si soluitur incõtinẽti præsumitur metus, & metu solutum. Facit quod notatur in simili in l. 1. C. vnde vi. & l. 1. §. quæ onerãdæ. ff. quarum rerum act. non da. Si solutur ex interuallo, aut durat eadem causa metus puta tyranni potentia, & pręsumitur solutũ per metum, vt l. 1. §. Fulcinius. ff. ex quibus cau. in posses. ead. & in cap. 1. quod met. causa. & ff. de nego. gestis. l. nam, & Seruius. in princip. aut non durat eadem causa metus, puta fuit promissum tyranno, & solutum, postea desiit esse tyrannus, & tunc præsumitur solutum spõte, facit. l. 1. C. si quacunque prædit. potes. & l. 1. C. si rec. prouinc.

Et hęc faciunt ad quæstionẽ, dicit lex, quòd confessio facta in tormentis nihil valet nisi perseuerauerit cõfessus in loco remoto à loco torturę vt sic nõ immineat metus tormentorum, vt colligitur in l. 2. C. de custodia reorũ. modò iudices maleficiorum faciunt quem confiteri in tormentis, postea faciunt statim ipsam ratificari ad bancham, dicit Iaco. Bru. quòd malè faciũt, quia adhuc instat metus tormentorum, sed ipsi postea faciunt scribere, quòd sponte, & liberè fuit cõfessus de crimine, sine aliquo tormento, tamen ista scriptura non imitatur veritatem secundum Iacob. Brunel. & sua intẽtio est, quòd aliquod interuallum competens debeat esse inter tormenta, & confessionem, quæ postea fit in iudicio, tamẽ quia iudex semper habet potestatem tormentandi, licet adhibeatur interuallum, non propterea cessat metus tormentorum, quia est in potestate iudicis repetere tormenta: tamen quia iste metus non est iniustus, ex parte inferentis, dicit Bald. credo ibi confessionem valere, vt C. de quęstionibus. l. de militibus. ff. de ædi. edi.

15 quæro. in fin. quia iuris † executio, non habet iniuriam, vt l. continet. ff. quod metus causa.

Ang. verò in allega. l. quis in ea. de custodia reorum. ibi in tex. cum de commisso constiterit per confessionem factam, nõ in forma iudicij, forsitan intra palatiũ cum tormentis, vt moris est, vnde illa confessio non est sufficiens ad condemnatoriam, nisi peeseueret in ea, vt hic, & in l. 1. de custodia reorum. licet contrarium not. in l. si confessus. eod. titu. & in l. seruos. ad leg. Iuliam de vi. in 1. gloss. sed hæc vera. Semper autem dicitur perseuerare timor tormentorum, nisi repausatus fuerit per vnam diem. & noctem post tormenta illata, arg. in l. 2. C. quod met. cau. & ff. si cer. petatur. l. lecta. versi. dicebam. Caueant ergo iudices iniqui in continenti illatis tormentis, & confessione extorta, qui illata post tormenta ducant reum ad tribunal, & faciunt eum reconfirmare confessionem, & quod peius est, faciunt inscribi instrumentum falsum, quòd ille sponte confessus fuit, non enim hoc dicere possunt nisi tortus repausauerit se per diem, & noctem. Ange. vbi suprà attende ex prædictis, quòd in causa criminali

16 † ex sola confessione absque alio processu, non fit executio, neque patitur quis diffinitiuam. Hoc enim tenet Innocen. in c. quærenti. de offic. delegat. Cõtrarium tenet idem Innocen. in cap. qualiter. lo 2. de accus. & pro ista parte est casus in cap. Romana. de appel. lib. 6. dic, aut quis confitetur metu tormentorum, & habent locum superius dicta, & allegata, scilicet, q requiritur perseuerantia, aut confitetur sponte

ſponte, & habet locum ſecunda opi. Inno. in c. qualiter. ſcilicet, quòd ſine perſeuerantia poteſt pati diffinitiuam, & ſine alio proceſſu. & vide quod not. per gloſſ. in c. ex literis. de diuor. ſuper verbo, admonitus. & vide Bar. in l. j. in fi. de cuſto. reo. & per do. And. de Iſer. in conſtitutione regni pœnam eorum, de for bannitis, & foriudica.

Vltimò attende, quòd cõſtitutio regni ſi damna clandeſtina: & ibi, qui glo. & do. Andr. de Iſer. vult, quòd nullus poſsit tormentari, niſi tria concurrant, ſcili-
17 cet; ſemiplena probatio; leuitas † vitę per ſonæ, & fama de delicto commiſſo. Quod not.

## De metu matrimonij.

### *SVMMARIVM.*

1 *Filia quæ conſenſit nuptijs, timore, vel alio ſimili, ducta matrimonium non valet.*
2 *Captus apud hoſtes vtrum poſſit contrahere matrimonium.*
3 *Votum; & habitus ſuſceptio vtrum differant.*
4 *Arrhæ conſiſtunt in actuali datione,*
5 *Pœna vtrum nulla poſſit interuenire in matrimonijs.*
6 *Rem alienam ſi quis rapuerit punitur, in quadruplum.*
7 *Statutum, loquens de duplatione pœnæ non vendicat ſibi locum, vbi pes, vel manus debere abſcindi.*
8 *Sponſalibus diruptis per vnum eorum vtrũ poſsit alter ex ſtipulatione agere ad intereſſe.*
9 *Obligatio ſuccedit ad intereſſe in ſtipulationibus facti.*
10 *Promiſſor affectat fieri id quod in conditionem deuenit.*
11 *Executio matrimonij debet eſſe honeſta.*
12 *Priuatio præſupponit habitum.*
13 *Verba legis, quæ ſunt latiſſima non ſunt reſtringenda.*
14 *Simonia eſt, ſi quis obligatur ad monaſterium.*
15 *Paupertatis prætextu vtrum parcatur delinquenti.*
16 *Datio pecuniæ voluntaria non eſt prohibita.*
17 *Animus lucri eſt damnatus in vſura, & ſimonia.*
18 *Iudex ſecularis, vtrum poſſit facere circa matrimonia, ſtatuta pœnalia.*
19 *Conſonum vtrique iuri eſt, quod eſt ſtatutum.*
20 *Separatorum ratio eſt ſeparata.*
21 *Ius contrahendi matrimonium debet eſſe liberum.*
22 *Contrahere matrimonium ſine conſenſu patris vtrum ſit odium capitale.*
23 *Res raptoris aplicentur raptæ.*
24 *Confeſsione, realis probatur numeratio.*

DE metu matrimonij dicit Innocen. in cap. cum locum. de ſpõſa. quòd metus, qui cadat in conſtantem virum, de quo in l. metum. ff. quod met. cauſ. & 32. quę ſtio. 7. cap. indignatur. impedit matrimonium. Item coactio, id eſt, vis: quia capitur, vel tenetur, vel ligatur, vel huiuſmodi. Metus autem alterius, quàm eius, qui contrahit impedit, matrimonium, vt ſi filia timeat patris mortem, vel captiuitatem ſibi imminere, & propter hoc filia conſenſit nuptiis, quas pater pro ea con-
1 trahit: vel etiam ipſa hoc timore, † vel alio ſimili ducta contrahit matrimonium non valet, argu. eius, quod econuerſo dicitur de patre, quia iuſtus metus eſt in eo ſi timet ſtuprum, vel ſeruitutem filiorũ. ff. quod metus cauſa. l. iſti quidem. 31. q. ſecũda, ſi verum. & c. de nepte. ſed illa capitula loquũtur, quando etiam ſponſi in uici erant, ſed certè non videtur, quòd ibi alia de cauſa inuiti fuerunt, niſi propter eorum, metum, qui eos habebant in poteſtate. Hoc autem conſtat, quòd ſi conſenſus contrahentium, eſt liber, quamuis patres haberent iuſtum metum, tamen matrimonium tenet. Alij dicunt, q̃ nõ impeditur matrimonium, licet timeat filia mortem patris; & ſi metus, vel coactio interuenit ſuper eo, ſuper quo conſenſus requiritur, tunc metus, vel coactio impedit. Verbi gratia, ſi cogitur contrahere matrimonium, ſed ſi ſuper diuerſis interue-



nia ſi cogitur contrahere matrimonium: ſed ſi ſuper diuerſis interueniat vis, & cõſenſus verbi gratia, incarcerauit quis aliquem, vt ab eo pecuniam extorqueret, ſi idem vim, & vincula patiens conſentiat in matrimonium, vel etiam alium contractũ tenet, nam & agere poteſt per procuratorem, & per conſequens procuratorẽ conſtituere. ff. de mino. l. pręcipimus. ex quibus. cau. maio. l. ait prętor, niſi fortè in vinculis conſtitutus captus eſſet ab hoſtibus, & per hoc eſſet ſeruus nam tunc cõſenſum non haberet, vt in pręallega. l. ait prætor. Ioan. autem de Ligna. in cũ cum locum. de ſponſa. dicit quòd ſi mulier capiatur, & incarceretur, aut matrimoniũ contrahat, matrimonium nullum eſt, vt l. qui in carcerem. ff. quod met. cauſa & in c. cum locum de ſponſa.

Aduerte tamen, ſecundnm eundẽ Io. ibidem: quòd etiam ſi capta fuiſſet mulier vt matrimonium contraheret, ſi tamen alias ſponte, & voluntariè contrahe-
2 ret, bene teneret matrimonium ex quo coactio illa tranſiuit in purum conſenſum. & captus exiſtens in captiuitate apud † hoſtes, poteſt contrahere matrimonium, vt in ca. dominus. de ſecundis. nup. licèt Inno. dixerit contrarium in ca. cum locum. de ſponſa. alle. & gl. in c. Abbas. quod met. cauſa. & in c. cum locũ. de ſponſa. alle. tenet, quòd contractum matrimonium per metum, ipſo iure non tenet. Idem tenet Hoſtiẽ. in ſumma, quod met. cauſa §. pe. & idem gl. in l. ſi mulier. §. ſi dos & idem Oldr. conſi. 35. Lud. verò in rubrica, fol. matr. dicit, quod metus arguit nullitatem in matrimonio. Gl. eſt in d. § ſi dos alleg. & in cap. Abbas quod met. cau. & 2. q. 4 intercætera. & probatur in cap. 1. & c. requiſiuit & c. cum locũ. & c. cũ mulier: & c. veniens de ſponſ. q̃ tale matrimonium eſt ipſo iure nullum. & melius in c. ſignificauit extra de eo, qui dux. in ma quam polluit per adul. vbi eſt caſus rectè. Nec obſtat. l. ſi patre cogente. ff. de ritu nup. quia reſpondetur, vt ibi gl. Io. verò And. in c. cum locum. de ſponſa. dicit, quòd Innoc. in d. cap. cum locum. cuius verba hęc ſunt, ſi timeat filia mortem, vel captiuitatem patris. vel aliud ſimile non valet matrimonium ſecundum Innoc Hoſti. & Abba arg. 31. q. 2. cap. 1. & 2. nam iuſtus eſt timor, ſicut econtra ff. quod met. cau. l. iſti quidem. Si verò conſenſus eſſet liber, licet pater haberet iuſtum metum, tenet matrimonium.

Et dicitur coactio ſuper eo, ſuper quo conſenſus requiritur, vt ſi cogatur matrimonium contrahere, ſecus ſi in diuerſis interueniat conſenſus, vt coactio, vt ſi detentus in vinculis, pro pecunia extorquenda, matrimonium contrahat, bene tenet, quia tunc poteſt agere, per procuratorem l. Papinianus exuli. ff. de mino. ſecundum Innoc. ſi captus eſſet ab hoſtibus. quia per hoc eſſet ſeruus, & ſic conſenſum non habet. ff. ex qui. cau. maio. l. ait prætor. ſecundum eum. Sed tu dic cõtra. in illo caſu, vt de ſecundis nup. l. dominus. vbi de hoc dicam. dicit Ioan. And. & ibi dicit in verbo, uob s.

Not. quòd loquitur vniuerſis Chriſtianis, in captiuitate Saracenorum poſitis. per quod patet, quòd captiuus, vel incarceratus poteſt matrimonium contrahere. dixi de hoc, dicit Ioan. And in cap. cum locum. de ſponſa. & habet hoc locum in captiuo hoſtium, vt d. cap. dominus licet Inno. contrarium voluerit in dicto cap. cum locum. item in capit. prælatum quod met. cauſa.

Item hoc idem eſt in matrimonio, q̃ licet præceſſit metus, quod licet poſtea ſequatur conſenſus ratificatur matrimoniũ de ſponſ. c. ad id quod. Item in d. c. prælatum. quia ibi illa mulier, de qua cap. loquitur ſolenniter velum accepit de manibus Epiſcoporum, & in monaſterium ingrediendo voluiſſe videtur hoc votum tacitè ratificare ſi ceſſante timore in monaſterio perſeuerer. Sinautem ſine ſolennitate accesſiſſet nec verbo voluiſſet. nõ intelligeretur ratificare ille, ſi in eodem monaſterio eſſent non profeſsi, habitum non portantes.

3 Item differentia eſt inter † votum, & habitus ſuſceptionem, quia votum tenentur ſeruare, niſi metus interuenerit, q̃ in conſtantem

constantem virum caderet, nec valebit protestatio, nisi ex tali iusto metu interuenerit, cùm non profit, nisi iusta causa interuenerit, vt not. de elect. c. Cumana. non est autē iusta causa, nisi metus sit talis qui cadat in costantem virum. In habitus susceptione sufficit quicunque metus, vel alia pręsumptio, vel protestatio, super hoc habita appareat, ꝙ habitum inuitum suscipiebat: vnde si comminationibus patris habitum suscepit, potest illum dimittere. 20. q. 3. præses. secus si uouisset. Ratio diuersitatis, quia inuoto cum expressa sit uoluntas, ei standum est: nisi aliquid expressum appareat in contrariū. Si enim suscipiendo habitū, nihil expresè uoueat sed præsumptiuè tantum: talis præsumptio facile per aliā præsumptionem elidi tur. Et aduerte, quia matrimonia debent esse libera à pœna, tam in contrahendo, quàm in distrahendo: vt in cap. cùm locum. alleg. Et propterea dicit Ioann. de Imo. in l. Titia. ff. de verbo. obligatio. in princ. quòd licet matrimonia debeant esse libera à promissione pœnarum: vt d. l. Titia. alleg. & l. fin. C. de sponf. & cap. Gemma eod. titu. possunt tamen arrhæ dari, & interuenire: vt dicta l. fin. C. de sponsa.

Et est differentia, inter arrham, & pœnam: quia arrhæ consistunt in actuali †da
4 tione, & traditione: pœna verò in sola promissione, & quis de facili promittit magnam pœnam, quæ cōsistit in solo verbo, sed non dat magnas arrhas. & ideo nō sic de facili impeditur libertas matrimonij, per ipsas arrhas, sicut per ipsam pœnā secundùm docto. Et ex hac ratione videtur, quòd si pœna respectu personarum est parua, ita, quòd uerisimiliter libertas matrimonij non impediretur, tunc valet, & similiter si arrhę sunt ita magnę ꝙ uerisimiliter libertas matrimonij impediret, tūc non valeret etiam datio arrharum. Et est de facto, dicit Io. And. in d. c. Gēma de sponsa. & dicit se de facto uidisse arrhas datas in magna quātitate, ꝙ in quātitate quatuor milliū florenorum Et secundum hoc leges, quæ fecerunt differentiam inter arrham & pœnam, consideraueruntfrequentiam. & hanc opin. sequuntur Iacob. de Are. Petr. & Cyn. in d. l. fina. C. de sponsa.

Et Ion. Andr. in d. cap. Gemma. Barto. in d. l. Titia. tenet cōtrarium dicens, ꝙ
5 in matrimonijs † nulla pœna potest interuenire siue magna siue parua, per d. l. fina. quæ simpliciter loquitur, & præcisè dicendo, quòd quicquid sit extra diffinitionem illius legis, non ualet, per l. neque: cum sua gloss. C. de nuptijs. quæ uideruntexemplificare de quantitate 10. quæ sui natura est modica. & hoc placet. ipsi Ioā. de Imo. quia non est nostrum recede à verbis d. l. fina. C. de sponsa. & quod dicitur in arrhis, idem est pignoribus, vt dicit Innocen. in c. Gemma. de sponsa. & hæc est opin. communis. Ioann. tamen Andr. in c. Gemma. dicit posse distingui quantitatem valorem pignorum, vt supra dictū est de arrha, vt si fortè sit pignus magni ualoris inspecta qualitate personæ. & hoc casu non teneat, sicut nec arrha nec pœna. Bartol. verò dixit glos. in l. Titia. ff. de verbo. obliga. Innocen. in c. Gemma. allega. verum dicere, quando pignora dātur realiter, & consistunt in quantitate, quasi velit dicere, quòd secus sit, si sola cōuentione pignus contrahatur. & hoc etiā tenuit Ioan. And. in dict cap. Gemma. & videtur fuisse opinio Iacob. de Aret. vt patet ex notatis per Ioann. Andr. in dicto capitu. Gemma. & pro hoc facit quia eadem est ratio, quæ in pęna ex quo non interuenit traditio, nam & de facili talia pignora fierent, sicut & promissio pœnę.

Item Barto. innuit secus esse, si pignus consistat in speciale, licet actualiter tradatur quasi dicere velit, quòd arrha non possit consistere in specie, etiam si actualiter tradatur: & sic in libro, vel fundo, vel alia simili specie: & hoc ex eo, quia non recipit multiplicationem, vt l. Lucius §. impuberem. ff. de legatis. 2. & ideo. cùm l. fina. de sponsa. dictet deberi reddi arrhas duplicatas, non videtur, quòd habeat locum in specie, sed secundùm Ioā. de Imo. in d. l. Titia. alleg. in princi. non videtur verū, per l. 2. in prin. ff. vi. bo. rap.

vbi



6 vbi dicitur, quòd si quis † rapuerit rem alienam, punitur in quadruplū. & tamē nemo dixit, quòd si rapuerit speciem, & non quantitatem, quòd dicta pœna non habeat locum. Et ideo in proposito cum hic agatur ad puniendum illum, per quē remanet quominus matrimoniū cōtahatur, videtur, quòd si sit data species, & per illum recipientem remaneat, debeat illam reddere, & illius æstimationem, ne aliàs transeat impunitus, contra l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquil.

Nec obstat dictus §. impuberem. de legatis 2. quia potest dupliciter respondere. Primò, quia illud ibi ideo, ne duæ causæ lucratiuæ concurrant circa idem, vt l. Męuius. §. duobus. de legatis 2. quæ ratio hic cessat. Vel secundò ideo illud, quia ex quo testator aliqua disposuerat in quantitate, & aliqua in specie, dicendo, quòd ea, quæ reliquit vult in duplum præstari, videtur velle, quòd illa, quæ respiciunt multiplicationem, præstentur, cum hæc sonent verba: & sic non refert se ad species, quæ non recipiunt multiplicationē. Sed de mente l. esse videtur, quòd soluatur ęstimatio pro duplo, eo casu quò data esset species, pro arrha, ne aliàs transeat impunitus ille, per quem remanet, sicut in simili, vi bo. rap. l. 2. alleg. Si verò dicatur, seu dictum sit, do tibi ista cētum pro pœna, si contingat matrimonium non cōtrahi, nec pręcedit alia promissio pœnæ, an valeat. Nam si dictum esset, do tibi cētum pro arrhis, clarum est, quòd valeret, per l. fina. C. de sponsa. sed an hoc casu valeat? videtur, quod non: quia ex quo pœna cōuentionalis improbatur, imputādum videtur parti, quæ viam incongruā elegit argu. l. fina. §. quia quidem. C. de iure deliberan.

In contrarium videtur, quia non videtur curandum de nominibus, argu. l. j. & j. C. commu. de leg. & l. 2. ad finem C. de cōstitu. pecun. & secūdùm Ioan. de Imo. sub dubio fortè hęc pars est vera. Nec obstat d. l. fina. quia illa loquitur, quando pœna consistit in promissione, non autē quando in datione. Vnde dicit ibi litera, cautio stipulationis pœnæ. Et ideo cum eadem sit ratio, hoc casu videtur, quòd omnino debeat: valere, sicut si datio facta esset pro arrha, nec verba illius. l. fina. resistere videantur, videtur, quòd valere debeat, argu. l. à Titio cum si. ff. de verbor. obliga. iuncta. d. l. 2. ad fin. C. de const. pe. & per hoc patet soluta quæstio, videlicet quid iuris, si detur pignus pro pœna, si non sequatur matrimonium, eo casu quo alia non præcedit promissio pœnę? Dominus Barto. de Sali. in alleg. l. fi. de sponsa. dicit, dubitari potest, quid si species est data loco arrhæ, an pœna ista locum habere possit? reperio, quod Cyn. dixit, ꝙ sic, vt per no. infra titu. j. Sed Barto. tenet contrarium in l. Titia. in princip. de verb. obliga. ex eo quia dicit, quòd species non possunt duplari. ff. de lega. j. l. planè. §. primo. & de legat. j. l. Lucius. §. impuberem. sed iste tex. loquitur de re, quæ duplatur, igitur non in speciebus, sed in rebus consistentibus in pondere, numero, vel mensura, quia illæ duplantur, & quadruplantur.

Et attende, secundùm eundem, ista quæstio vnū pręsupponit, & aliud. quęrit, supponit speciē dari posse pro arrhis, in cuius contrariū potest hæc l. induci, quia species duplationem non recipiunt, secundum, Bar. in oppo. facit infrà ti. j. vbi dicit, quòd pignora data fuerunt, sed potest responderi, quòd ibi pignora accipiuntur pro arrhis, tamen ex mente contrahentiū puto speciem pro arrhis dari posse, nec dationem vitiari, quia l. ista in fin. non vitiat, nisi cautionem stipulationis pœnalis. Hoc supposito dico cum Cyn. pœnam dupli locum non habere, nisi vt duæ species tradantur, sed species recepta, & eius æstimatio, quæ loco speciei succedit, vt d. l. si cum exceptione. § quadruplabitur. & dict. l. ex hoc edicto. quæ in speciebus loquuntur. & etiam in d. l. is qui pręstia. & in glo. sua. & in l. senatus. de cōtrahen. emptio. & patet in pœna furti, & raptus, vbi species sit subtracta, quia duplatur, vel quadruplatur ęstimatio. C. de fur. l. de his: & probo tali ratione, si pars, quæ speciē dedisset pro arrha, fuisset stipulata duplum reddere, puto neminem

nem dubitari stipulationē valere, vt hac l. §. quadruplabitur, & tamen vnum simplum consistet in rei æstimatione, & si hoc facit prouisio hominis, idem dicendum est in prouisione legis. communia de leg. l. j. versi. cum enim.

Fauor vnum quoddam aliud, quod
7 tenet Bart. in l. sanctio legum. de pœnis. in vlti. quæstio. quòd statutum † loquēs de duplatione pœnæ non vendicat sibi locum, vbi pes, vel manus deberet abscindi, vel oculus euelli, quia talia æstimationem non recipiunt, & sic non duplantur respectu sui, nec respectu æstimationis, vt impossibilis: & licet pœnalis stipulatio nō valeat in matrimonis: vt supra est dictum, an saltim valeat, vt possit agi, ad interesse? gl. in l. Titia. all. g. & in l. 11. C. de sponsa. tenet, quod sic, sed contrarium tenetur, & not. in l. si stipuler. ff. de verb. obliga. & illam tenet Bart. per tex. in d. l. Titia. quæ dicit, quòd non valet promissio tanquam contra bonos mores, licet aliqui distinguant: an velit agere ad interesse, quod consistit in damno? an verò ad interesse, quod consistit in lucro? vt primo casu possim, secundo non. Et hoc tenet Dyn. sed communiter hoc non tenetur, secundum Petr. Iacob. de Aret. & Bart. & idem Ioan. And. in d. c. Gemma. & hoc per text. d. l. Titia. alleg. qui simpliciter vult stipulationem pœnalē inualidā & contra bonos mores, & quia aliter agi posset ad pœnam, si pœna esset apposita, saltem quatenus interesset, quod tamen. l. fin. C. de spons. indistinctè verat, & propēdictis etiam facit, quia imputet sibi ille, qui scit, vel scire debuit stipulationem inualidā, si præterea stipulationis aliquas fecit expensas. Ex quibus postea sequitur damnum, non secuto matrimonio. Bart. tamen dicit in d. l. Titia. alleg. quòd si ille, qui matrimonium non contraxit, dolum commisisset, ad finem, vt damnificaret illum, qui fecisset expensas, quòd tūc teneretur actione de dolo ad interesse.

Dicit Saly in l. j. C. de sponsi. quæritur,
8 an diruptis sponsalibus per vnum eorū † possit alter, ex stipulatione agere, ad interesse? & hanc quæstionem format glo. in l. 2. de sponsa. & non soluit, & videtur
9 quòd sic, quia in stipulationibus † facti succedit, obligatio ad interesse, vt l. stipulationes nō diuiduntur. §. Celsus. de verbo. obli. contrariū tenuit Iacob. de Are. & Petr. quia si hoc verum esset, sequeretur, quòd ad pœnam agi posset, quatenus interest quod tamē est falsum, vt l. fi. C. de sponsi. vbi simpliciter negatur ex stipulatione pœnali agi posse, & argu. l. Titia in princ. ff. de verb. obliga. Dy. verò dicit, q agitur ad interesse ratione lucri, quod facturus esset, quia mulier est aliues. & tūc non posset, quia esset species pœnæ. argu. ff. de fur. l. is cui. & de damno infec. l. Proculus & ideo dicit glo. in hoc malè dixisse in dict. l. Titia. aut vult petere interesse ratione damni incursi, vt quia magna fecit præparamenta, & tunc potest agi in eo, quod abest, quia non est pœna respectu agentis, sed rei persecutio, sed Cyn. hoc non placet, quia sibi imputet, qui talia præparamēta fecit scienS, vel ignorans, quòd stipulatio non est obligatoria. & sic non obstat dictus §. Celsus. Ego fateor, dicit Sali. dictum Cyn. & Petr. si vel agere ex stipulatione, sed vbi alia actione velit agere, puta de dolo ad interesse. argu. l. cum proponas. supra de dolo. vel saltim actione in factum ex æquitate, q a non debet remanere in damno, ex mulieris facto, non superueniente noua causa, quantumcunque sit locus pœnitentię. Distinguo, aut præparamenta sunt voluntaria, & tunc sto cum Cy. aut necessaria ad huius rei perfectionem, vt vestimenta, quæ mulieri fecit, quam vestire tenebatur, annulos, & centuram emit, & similia prout moris est, & tunc in illis sto cum Dyn. quia non est imputandum mihi, qui necesse habeo hoc facere, vt cōsumarem contentia. Ad hoc facit æquitas, quam cōsiderauit in illis præparamentis Legislator in l. si pecuniam. in princ. p. o. ff. de cōdict. ob causam. & in l. si verò non numerandi. §. j. in fi. man.

Vlterius aduerte, quòd quedam glo.
posita in d. l. Titia. super verbo, contrahēda, videtur velle, quòd si Titius promittit se facturum sab pena, q Titia consentiat in matri-



in matrimonio, quòd valebit. & pro hoc facit. l. mulieri. & Titio. ff. de condi. & demon. coniunctis legibus alleg. in d. gl. super verbo, contrahenda. Sed doctor. dicunt hoc verum, vbi ille promittens sit conductus, vel multum amicus sponsæ, quòd verisimiliter puella contraheret metu pœnæ, ne incidat ille in pœnā, tunc non valet promissio eadem ratione, qua in patre, & matre, arg. l. hæres meus. §. fi. cum ibi no. ff. de condi. & demon. Si autē esset penitus extraneus, & tunc procedit gloss. Et ita possent concordari opinio. & ita etiam per Ioan. And. in d. c. Gemma. super glo. circa fi. vnde dicit ibi Hostien. quòd si omnino extranei inter se bona fide faciūt sponsionem, seu promissionē, quòd tenet promissio. Exemplum ponit, si duobus loquentibus de sponsalibus, extraneorum vnus promittit alteri decem si fiat, & alter tantūdem, si non fiat? quòd tenet promissio, sicut sub qualibet conditione concepta. Secus, dicit Hostiē, si sponsalia promittant nomine mulieris addita pœna, si verò fiant, quamuis nomine suo. quia tunc non tenet pœna adiecta accessoriè principali. quòd esse debet lirum. & attende quia in terminis gloss. supradictæ promissio potest fieri nomine pœnæ, vt quia stipulator abhorret, & nolet fieri, quod in conuentione deuenit, quando fit præmissio non nomine pœnæ, sed ad finem incitandi sub ti. præmij. quia quod in conditione deducitur,
10 & quia promissor affectat fieri, † quod in conditione deuenit.

Hoc præmissio dic in primo casu glo. quando promittis decem, si illa nupserit, si nomine, pœnæ tenet promissio, si es extraneus omnino, nec es coniunctus, nec amicus multum mulieris ipsius, ita, quòd verisimiliter non curauit de pœna, quam incurres, alias est secus, vt est prædictum. Si verò promissio esset facta ad incitandum matrimonium spe præmii, tunc videtur, quòd teneat. Nam sicut potest incitari mulier spe præmii ad contrahendum matrimonium, ita videtur, quòd tertius possit incitari spe præmii, vt si suadeat mulieri matrimonium fieri. & si isto casu non esset vis, an ipse stipulator esset omnino extraneus, vel non.

In secūdo verò casu, quādo promittis decē, si talis nō nupserit illi cōclude, q si promissio fit nomine pœnę, nō tenet promissio, saluo nisi promissor sit omnino extraneus, & nullo modo cōiūctus, vel amicus mulieris. Si verò fiat ad incitandū, vt sequat, qd in conditione deuenit, tūc hoc casu secundùm iura Digestorū, secundū quæ reprobatur cōditio inducens viduitatē nō teneret promissio si stipulator erat multum amicus, vel coniunctus, ita q verisimiliter potuisset inducere mulierē ad nubendum, aliàs teneret stipulatio. hodie verò fortè teneret indistinctè etiā si esset aliàs coniunctus ipse stipulator, per auth. cui relictum. C. de indic. vidui, tollen. vbi hodie non eiicitur conditio inducens viduitatem. Et ita in effectu videtur Sali. tenere in allega. l. fina. C. de nup. vbi dicit, aut vnus coniugum promittit alteri coniugi, vel etiam extraneo, & tūc non tenet promissio, argu. d. l. fi. in fin. C. de nup. aut promittit extraneus extraneo, & tunc, aut debentes matrimonium contrahere, sunt subiecti promittentibus pęnam, & tunc non valet promissio, arg. l. j. & 2. ff. in ius voca. vt eant. quia non est verisimile filiam patrem illaqueatum dimittere, aut non sunt illis subiecti, & tūc si est tanta coniunctio, siue amicitia inter eos, quòd non est verisimile, quòd illi resilire, vt a contractu nuptiarum, & idem arg. l. hæres metus. de condi. & demon. Si verò hæc amicitia, vel cōiunctio cessat, & tūc cessat promissio, arg. ff. de cond. & demon. l. cum ita. & de indi. vi. l. j. & ita intelligit, qd no. glo. in l. Titia. in princ. ff. de ver. obl. & m doct. & Cy. & in alle. l. fin. de spon. Bal. quærit, an in matrimonio possit apponi pœna si concubinam tenebis, tantum dabis nomine pœnæ? respondit, q sic, quia licet matrimoniū debeat esse
11 liberū, tamē executio † matrimonij dēt esse honesta. & non debet aliquid fieri, nec per virum, nec per vxorē, seu mulierē lædens pudorem matrimonij. Tex. est no. in l. ex ea parte. §. j. ff. de verb. obli.

In tertia verò quæstione glo.quando fit promissio, si illa repudiauerit illum, conclude, quòd si fiat promissio sub nomine pœnæ,non valet,per l. Titia.allega. verum est tamẽ,ꝙ olim secundùm ista tẽpora Digestorũ permittebatur repudium inter cõiuges. l.j.& per totũ ti.ff de repu. hodie verò, & secundùm iura Codicis p mittitur solũ in casibus, de quibus in l.cõsensu. C.de rep.secundùm autẽ legẽ Euãgelicam, & ius canonicum, quod in hoc præualet iuri ciuili, cũ sumus in spiritualibus,iuxta no.per gl.in §. fi.insti.de gradibus.& extra de reg.iur.c.2.li.6.nullo modo est permissũ repudiũ, nisi causa fornicationis, quo casu permissa est ad thorise parationem, dummodo fiat authoritate ecclesiæ,vt in c. 2.de coniugio lepro.& in c.porrò.de diuor.& in c.tuæ.de procura. nõ autẽ quo ad vinculũ, & ideo non posset vnus altero viuente contrahere cũ alia persona,vt patet in dictis iuribus, vel nisi fortasse matrimonium fuisset nullũ, propter impedimentũ canonicũ,quo casu propriè non est diuortium,vel repudiũ,cùm
12 priuatio † præsupponat habitum,vt l.de cẽ.ff.de ver.ob. vnde dicitur potius declarari nullũ,de quo in l. diuortio.ff.de neg. gest. Si verò fiat dicta promissio ad incitandum diuortium, tunc etiam non valeret tanquam sub turpi conditione,& consequenter imposibili de iure,vt l.reprehenda. C.de insti.& substit.iuncta gl.in l. imposibilis.ff.de verb.oblig.

Posset tamen,& tertius casus considerari,scilicet, quando non est facta promissio nomine pœnæ, nec ad incitandum repudium,sed quasi sub quauis conditione alia,si aliquo casu contingat ipsum repudium,& tunc fortè hoc casu posset valere promissio,& tunc possit saluari gl.d.l.Titia.allega.

An autem in dubio præsumi debeat promissionem factam nomine pœnæ,vel ad incitandum,vt fiat id, quod in cõditione deducitur,vel vt simpliciter dispositio conditionalis, Dic hoc perpẽdendum ex circũstãtiis,& ex præcedentibus,& sequẽtibus,& ex qualitate personarũ,ar.l.si seruus pluriũ.§.fi.de leg.j.d.l.hæres meus.§. fi.de condi.& demõ.Satis tamẽ fortè posset dici ꝙ si præcedat conuentio, vt quia promittit quis se curaturũ,& facturũ id,qd in conditione deuenit,& si non fiat, promittit decem, tunc videtur facta promissio nonne pœnæ,si aũt nulla præcessit conuentio,tunc si fit promissio conditionalis inter extraneos omnino videatur facta tã quam sub simplici conditione. Vbi autem non essent omnino extranei, sed coniuncti,vel multum amici contrahere debeutium sponsalia,vel matrimonium,tunc esset considerandum, an verisimiliter pars mulieres haberet affectum ad sponsalia, vel matrimonium, an verò econtra,nam ex hoc verisimiliter perpẽdi poterit, qua de causa fuerit facta promissio. Et attende bene,ꝙ gl.d.l.Titia.alleg.fortè voluit, quod supra dictũ est, scilicet,ꝙ in dubio, quando nulla conuentio præcedit, & fit promissio,inter omnino extraneos,quòd intelligatur fieri promissio, sicut sub alia simplici conditione.

Item Barto.in alleg.l.Titia.dicit,quòd arrhæ, quæ promittuntur circa matrimonia, non possunt excedere quantitatem dotis,& vbi non esset aliqua dos, non possunt excedere quantitatem descriptam in l.iubemus. C.de repu. Adde, quòd hoc non placet Ang.nec Io.de Imo.per l.fin. C.de sponsa.quæ simpliciter concedit potestatem dãdi arrhas quascunque,& vult eas reddi duplicatas, vnde indistinctè sũt
13 intelligenda. Nam verba † legis, quæ sunt latissima, non sunt restringenda. l. quicquid astringendæ.de verb.oblig.& l. in fraudem.de testa.mili.& pro hoc facit, quia in sponsalibus nulla pœna imponitur arrhis non datis, quod non est in matrimonio dissoluto nulla dote data. d. l.iubemus.ideo nimirum si tolleretur, quòd aliquando maior pœna possit esse ipsis arrhis datis. Item dicit Bar.quòd sufficit confessio arrharum contra confitentem,per l.Publia. ff.deposi.nam hoc non placet Angel.& bene secundùm Imol. nam cùm dicta confessio emanat inter prohibitos, & nisi interueniat actus naturalis numerationis, non sufficit confessio. Allega.no.per glo.in l.assiduis. C.

qui



qui po.in pig.ha. & alle. gl. in l.qui testamentum.ff. de probatio. gloss. tamen ibi facit contra eum, sed dic quod reprobator per ipsummet Bart. in l.fi.is qui.ff.de vulga.& pupil. & ideo cùm in dicta.l.fin. C.de sponsa.requiratur actualis numeratio, & inualidetur, quod fit extra diffinitionem illius l. non debet sufficere dicta confessio.Pro hoc faciunt no.in l.j. C.de suffra.& l.per diuersas. cùm ibi not. per glo.& doct. C.manda.& pro hoc facit ẽt quia de facili faceret confessionem, cum consistat in solo verbo,sicut,& promissionem arrharum,& pœnæ,quę non valent secundùm eũ, ergo cùm sit eadem ratio, idem ius debet dici: argumen. l. illud. ff. ad legem Aquiliam.

Nec obstat dicta leg. Publia. quia loquitur in actu, in quo non requiritur actualis traditio, seu non emanat inter prohibitas personas, vel vbi non adesset præsumptio fraudis,in casu nostro secus. An autem in matrimonio spirituali sit licitum dari aliquid? & Ioan.de Imo.in l. Titio centum § Titio centum.ff. de condit. & demonstr. dicit quòd inquantum Bartol.in d.§.Titio centum. dixit, quòd dictus § Titio centum qui vult, quòd matrimonia debent esse libera à pœna amissionis damni,nõ à pœna amissionis lucri procedit & habet locum in matrimonio carnali,in quo non repugnat interuentus pecuniæ propter simoniam, vt in cap.non.satis.de simo. Nam adde primò, quòd in l.2.C.de insti.&.substit.sub cõdi. fac.simpliciter transiuit cũ opin. quam reprobat in d.§. Titio centum. in qua l. 2. alleg. Bartol. sic dicit, Quæro, quid in matrimonio spirituali, & si instituo monasterium mihi hæredem, si recipiat talem in monachum an valeat? & breuiter veritas est,quòd non valet conditto imò reijcitur,tanquam turpis,& institutio remanet pura quia in ueritate monasteriũ obligari ad recipiendum aliquem sub spe
14 † lucri, est simonia, ut extra de simo. cap.non satis.

Nec ob.d.l.2.quia loquitur in matrimonio carnali,in quo admittitur, ut spe lucri aliquis inuitetur, ut l. Titio. §. j. ff.de condi. & demonst. Et cùm hæc quæstio occurrisset de facto semel, ita fuit hic cõsultum per do.Recuperium de sancto Miniato, & ita sensimus nos omnes. facit ff.de hæred.insti.l.ille autem. & quod ibi not.sed quod dicit Bar.in d.§ Titio cẽtũ. allegat.secundùm Imol.est verius,p d.c. nõ satis.& per id,quod habetur in d.l.ille aũt.allegat.Item adde secundò,ꝙ inquãtũ dicit,ꝙ si reliquit pro alimẽtis monialium certũ quid, si recipiũt talẽ in monialẽ,ꝙ tunc renet, nã hoc videtur verũ,quãdo monasteriũ esset egenũ, & non posset per se prębere alimenta, per id quod no. gl.in d.c.non satis. aliàs de facili fieri posset fraus.Facit, quod no. in simili, in l.illud. C.de sacrosanct.ecc.per gl.& doct.& tamen de consilio esset ꝙ testator in testamento rogaret moniales, ꝙ acceptarent talem in monialem, & quòd ipse relinqueret aliquid ipsis monialibus simpliciter,per id,quod no.in d.c.non satis.per doc.quia tunc per hoc uidetur,cessare uitium simoniæ,tamen periculum tunc potest esse,si moniales non reciperent illam in monialem,sed non est uerisimile. Dicit tamen.Ioan.de Imo.in l. Titia.ff.de uerbor.oblig.quod de consilio esset,ut omnino euitetur uitium simonię quòd quãdo aliqua monasterium ingrediatur, quòd nullum penitus fiat pactum,seu conuentio,sed purè,& liberè recipiatur,demum aliquid detur pro alimentis, seu intuitu eleemosine. Hostiẽ.uerò in summa de simon.in §.qua pęna feriantur: uersicul. quid si quis confert dicit, quòd si quis cõfert bona sua ecclesiæ simpliciter sine pacto tamẽ intentione hac, vt per bona temporalia quæ offert,spiritualia valeat adipisci,ipsa bona,aliàs non daturus nec ipsum essent aliàs clerici recepturi. Ad hoc dicit decretalis,quòd tam ille, quàm isti apud districtum iudicem, qui est scrutator cordium,culpabiles iudicantur,in c.tua nos. in §.licet autẽ.de simo.& simoniaci sunt, quia sola volũtate committitur simonia, quo ad Deum, vt in c.tua nos.in fin.de simo.

Sed quid si monasterium non abũdat, & est tenue depressum nimia paupertate?

nūquid posit dari pecunia, & recipi sine vitio simoniæ? potest concedi, quòd hæc vera dicere possint tantum hi, qui sunt de conuentu volenti intrare. Nos libenter, & grati recipimus te ad consortium nostrum spirituale, sed cùm bona nostra nobis non sufficiunt, & tibi aperta tecum vnde videre possis: vel sic, prouideas tibi, vnde viuas: tunc enim si ingrediens aliqua bona conferrat temporalia, nō committitur simonia. Nec obstat cap. quoniā de simonia. vel dicit prętextu paupertatis volentes hoc vitium. palliare. Nam illa intelligenda sunt, quando non sic cautè proceditur, imò recipientes pactum faciunt, & certum forum. & cum sic commiserint prauitatem, nituntur paupertatis prętextu excusare, sed hoc prętextu
15 non †parcitur de linquenti. ff. de ritu. nuptio. l. palam. §. non est ignoscendum de diuor. capitu. ex literis. nam esset sanctius fame mori. 32. quæstione 4. sicut sanctius & omnia mala de mundo pati. 31. quęstione 5. ita ne obstat, quòd à furto excusat famis necessitas, de consecratione distinctione 5. discipulos. quia tali tempore omnia sunt communia. ff. ad leg. Rhodiam de iac. l. j. §. cùm in eadem naui. sed si non sit tanta necessitas, non excusat in totum. de furtis. cap. si quis propter necessitatem.

Quid de monasteriis, vbi nullū pactū interponitur, est tamē taxatum, quantum puella ingrediens dare debet, & quidem talis taxatio reprobatur. cap. sicut pro certo. & c. intantum. in fi. de simon. ideoque si pactum interponitur de tali consuetudine obseruanda simoniacum est, vt in c. veniēs. & in c. in tantum. in §. cùm verò expressus. de simon. Idem est, si gratis recipiatur, & postea copellatur receptus ad talem consuetudinem obseruandam, vt in capitu. audiuimus. & in ca. Iacobus. de simo. Si autem omni conuentione, omni compulsione cessante, gratis detur id, quod est consuetū, non est simonia, quo ad militātem ecclesiam. quamuis hoc sit simoniacum quo ad Deum, argu. capitu. consuluit. de vsuris. 14. q. 3. plerique. & est expressum in c. fina. de simon. Anton. de But. in capiu. quoniam. de simoni. dicit, quòd religiosi cum pecunia recepti. una cum recipientibus de monasterio expelluntur.

Sed querit ibi glo. an posit aliqua mulier in monialem recipi cum pecunia prętextu paupertatis? & dicit ibi gloss. quòd sic, si sunt omnino pauperes, nec in fraudem faciunt, nec ex pacto, & poterunt in receptione petere, vt apportent, vnde viuant, & forma talis receptionis erit, vt dicant non habemus, vnde possimus te sustentare, ideo si vis intrare, apporta tecum, vnde viuere possis, secundùm Ioan. dicit tamen gloss. quod tutius est quòd nullus sic recipiatur. Idem no. in cap. non satis. de simonia. alle. in j. glo. de quibus j. q. 3. in summa Hostien. tenet glos. Innoc. dicit indistinctè etiam prætextu paupertatis non valet receptio, quia non excusat paupertas à simonia, per decretalem, quoniam. de simonia. Itē quia pactum, quòd nō petatur, quod de iure communi competit, inducit simoniam, in ca. per tuas. & c. pe. de simo. & de iure cōmuni, quòd canonicus, vel monachus viuat de communi, de constitu. c. cùm omnes. de præben. c. relatum. dic si recipitur allegata paupertate in fraudem, est simonia, si allegata paupertate non in fraudem, sed pacto
16 prēcedente, est simonia, si pacto non prēcedēte, sed præmissa protestatione tēpore receptionis, si receptione, conditionat ad dationem bonorum, est simonia, vt in c. tua nos, de simo. si receptio est simplex, scilicet, de pecunia soluēda, vt viuat protestans receptio non est simoniaca. Idē & multo fortius, si nihil dicit in repetitione, & pecunia offeratur gratis, nā datio pe
17 cunię volūtaria †nō est prohibita. vt d. c. nō satis. Itē nec exactio est prohibita, quādo monasteriū est ita tenue, quòd non sufficit pro superueniente, quia potest dici, apporta tecū, vnde viuere possis, quia in vsura † & simonia animus lucri est dānatus. 14. q. 3. si quis obrepierit. quod not. & ex gl. d. c. quoniā. colligi potest practica instrumēti cōficiēdi super re quę dat monasterio, quia dicat, quòd voluntate, vel quòd exacta necessitate monasterij, sic enim



enim colligitur practica libellandi. Contra gl. d. c. non satis. tenet Innoc. in c. tua nos. de simo. quanquā. Host. teneat gl. d. cap. non satis. de hoc not. in d. ca. tua nos. & in capit. quoniam. super prima gloss. Ioan. Andr. dicit, quòd quando ipsi recipiētes volunt deducere in formam contractus, & sic illius vigore volunt pecuniam exigere, & non possunt: vt d. c. non satis. & ita intelligitur dictum Innocen quandoque hoc non deducunt in contractu, sed per viam cuiusdam protestationis simplicis hoc dicunt, & tunc licita est receptio pecuniæ. Ita intelligatur dictum gloss. dicto capit. non satis. quæ sic potest saluari.

18 Sed an iudex secularis. †circa matrimonia posit facere statuta pœnalia? Ioā. Andr. in c. statutum. de hęre. dicit sic. Hęc decretalis facit ad quæstionem de statuto ciuitatis quo imponit pęnam contrahēti matrimonium cum filia familias sine cōsesu patris, propter quod Titius, qui contra fecit conuenitur ad pœnam corā iudice sæculari, an iudex ecclesiasticus inhibere posit illi, ne procedat: & determinatū fuit, ꝙ non. Allega. quod de iurisdictione distīctiuè not. de iud. c. nouit. qui filij sint legi. c. causam. lo ij. Item quod est statutū
19 est † vtrique iuriconsonum. 32. q ij. honoratur. 32. quęst. 3. capit. vno. ff. de ritu nup. l. 2 & 3 nec est substātia super substātia matrimonij. sed super forma contrahēdi. Itē licet lex positiua legē diuinā tollere nō posit, illā tamē distinguit, & modificat. Inducebatur qd scripsit post Innoc. de consuetu. cap. fin. super verbo, denegare. Item exactio illius pęnę est à matrimonio separata, & separatorum debet esse
20 † ratio separata, de rescript. cap. edoceri. de his quę fiunt à pręla. cùm Apostolica. ff. de adul. l. similes §. defunct. C. de procu. l. maritus. de inhibitione igitur nō est curandum. de re. iur. ca. ea, quæ. vltra hoc videmus hoc statutum vigere quasi in singulis ciuitatibus Italiæ, æquitatem habet hæc solutio, & vigentem: & intātum, quòd pater pro liberis habet consilium capere. ff. de adul. l. nec in ea. maximè qa mulieris semper nituntur contra propria commoda, & agunt, quæ pariunt ipsis trē stem exitum. C. de bonis quæ lib. l. fina. § filiis. Et econtrà posset filiafamilias virgo vel vidua esse quadragenaria, aut vltra: nōne absurdum, quòd sine patris consensu virum habere non posit metu pœnæ: quo cessante plures idoneos inueniret, negari non potest, quin iste metus impediat matrimonium contrahi directè, vt hic. Itē, vt scripsit, de secun. nup. cap. fi. super gloss. In multis casibus correctę sunt leges ob certas causas matrimonia prohibentes & præcipuè, quæ requirunt patris consensum. 27. q 2. c j. 3. quæst. 2 ca. vno fortius ergo. prohibita sunt statuta id agē tia. Item ne impediatur libertas matrimonij, prohibetur in eo apponi pœna, de sponsa. c. Gemma. cum concordan. Cum ergo matrimoniū eius causa & dependentia ab illis sunt ecclesiastici fori de ordi. cogi. c. tuam. qui filij sunt legi. c. lator. de dona. inter vi. & vxo. cap. 3. merito iudex ecclesiasticus de hac pœna, ne exigatur, habet se intromittere, sicut facit de pœna conuentionali impediente libertatem matrimonij. vt in prædicto capitu. Gemma.

Ludouic. in rubr. ff. sol. matrimo. quęrit nunquid valeat statutū sub pęna prohibens matrimonium contrahi sine certa solennitate? & nunquid valeat statutum contrahi matrimonium prohibens cum certo genere personarū? & ista quæstio reperitur tacta per Ioan. Andr. in c. statutū. de. hęret. lib. 6. in nouella. Bartol. verò faciens mentionē de Ioan. Andr. in l. adijcimus. de Murilegu. lib. 11. & ponit Bald. in l. nemini. C. de nup & l. j. §. ius naturale ff. de iusti. & iur. l. omnem. C. ad Tertullia. Tu dic dum quærit, an valeat statutum prohibens cōtrahi matrimonium cū certo genere personarum, cum aliàs de iure permittitur, quòd communis opinio est, ꝙ statutum non valet. Et primò, quia matrimonium est quid spirituale, ergo dispositio iuris ciuilis super eo disponere non potest, vt in c. cum laicis. de rebus eccl. non alie. & c. quanto. & c. decernimus. de iudic. Secundò, quia ius contra-
21 hēdi † matrimonium debet esse liberū. vt

in.c.Gēma.de sponsa.& l.libera.C.de inu cili.stip.

Tu dic contrarium, & de ista quæstione est casus, quòd ualet consuetudo prohibens contrahi matrimonium cum certo genere personarum, cùm est aliàs permissum de iure. Et pro euidentia est sciēdum, quòd est licita coniunctio matrimonij inter filios compatrum, dummodo non sit ille, vel illa, qui fuerūt causa compaternitatis contrahendę, de cogna.spiri. c.1.cū si. Modò habeo casum, quòd valet consuetudo, quòd inter tales non possit contrahi matrimonium. Casus est in c.super eo.de cogna.spiri.quo autem ad illud dicitur, quod restringitur libertas matrimonij, dic, illud est verum, quando prohibetur quis contrahere matrimoniū cum omnibus, non autem cum certis personis. Text. est in l.cùm ita.& l. cùm hoc modo.ff.de condi.& demō. vnde dicit Io. de Imo.in l.hoc modo. facit hæc l.cùm licet, si fiat legatum alicui, si non ingrediatur monasterium seu religionem, reiiciatur conditio, per id quod habetur in §. sed hoc de pręsenti.in auth.de sanct.epis. col.9.si tamen relinquatur aliquid alicui, si certam religionem, puta fratrum minorum non fuerit ingressus, quòd tenet relictum, & non spernatur condictio, cū multæ aliæ sint religiones, quas posset ingredi, quod est multum not.ad ea, quæ habētur in d.§ sed hoc de præsenti. alleg. & in auth.nisi rogati.C.ad Treb. Et dicit idem Ioan.in d.l.cū ita. alleg. quod interdū est promissum aliquid prohiberi specialiter quòd non est promissum generaliter. Facit quod no.in c.1.de alie.feu. in vsi. feu. & in c. si sacerdos.de offi. ordi.

Item subiungit ipse Ludouic.in d.rub. vbi suprà nunquid valet statutum prohibens sub pœna matrimonium contrahi sine solennitate certæ obseruationis, vt puta dicit, quod nullum sit matrimonium contractum per filiamfamilias sine consensu patris, dic, quòd valet secundū eū. & vide l.semper in conuentionibus.ff.de ritu.nup. vbi dicit non considerari, quod licet, sed quod decet. Vnde induco, ꝙ quāuis de iure canonico possit sine consensu patris cōtrahi matrimoniū. tn non est expediens, licet sit licitū, qa non est honestū ꝙ filia nubat sine patris cōsensu. Pręterea tex.33.q.2.c.honorantur. dicit ꝙ pudor est virginibus circa quærendos maritos sine patris consensu, vnde cum statutum habeat honestatem causæ, in se valet, & punitur filia pęna imposita.

Bald.in l.omnem.C. ad Tertul. dicit sic adde quod not.in c.statutū. in nouella de hæreticis. lib.6. ibi enim disputat an valeat statutum ciuitatis; quod punit contrahentes matrimonium cum filiofamilias sine consensu patris, & finaliter determinat, quòd non valet, quia matrimoniū, & dependentia ex illo sunt ecclesiastici fori. Vnde si agitur ad pœnam, Episcopus potest inhibere, ne petatur pęna. Quam determinationem, dicit Bald. non credo veram, quia contrahere sine consensu patris est contra bonos mores omnium, &
22 maximè prudentium, † & inducit odium capitale, vt l.3.§. si emancipatus.ff.de cōtra tabu.& ideo valet statutum, non quia vetat substantiam matrimonij, hoc enim nemo potest facere, nisi Papa. sed quia punit malos mores, & in republica facinora seminantes. Non idem dicerem, dicit Bald. ibi in prælatorum electionibus, vel præsentationibus patronorum, quia ecclesia est libera, & iugum non patitur, vt legitur & notatur in authen.de non alien. §.1.in glos.quæ incipit, Si dederit. & ideo nō tenet statutum, quod metum inducit, quia terribilis metus nō solum in armis: sed etiam in statutis consistit. vt no. Cyn. in l.cum te.C quod me.cau. quinimo statutum, quod semper loquitur, semper terretur, & continuum infert metum. Et aduerte, quòd in multis casibus, contrahentibus matrimonium pœnas iura ciuilia infligunt, vt in l.j.C.si rector prouin. & in l.si tutor.C.de interdi.ma. & in l.lege Iulia. ff. de ritu nup. Sed ius canonicū derogat istis pœnis secūdum Ioan.Andr. in c.fi.de secund. nup.glo.est 30.q.3.cap. ita diligenter.

Item inter raptam, & rapientem non potest de iure ciuili esse matrimonium, vt l.vnica.C.de rap. virgi. & per totum titulum



titulum in auth. de rapto.de iure canonico primo hoc corrigitur 36.q.2.c.tua.c. pen. & fin.de rapt. similiter prohibetur mulier intra annum luctus contrahere matrimoniū.ut l.j.& 2.C.de incest.nupt. aliàs, de secun.nup.secus de iure canonico: qa mortuo uiro soluta est à lege uiri, & nubat in domino: ut in c.pen. & fi.de secun.nup. Sed nunquid his casibus, quibus est prohibitum de iure ciuili contrahi matrimonium, ius canonicum derogans iuri ciuili, intelligitur iuri ciuili derogare, etiam ad impositionem pœnæ? In ista quæstione remissiue quędam sunt pœnæ, quas ius ciuile imponit, ablatiuæ lucri, & an ius canonicum permittens matrimonium, intelligatur derogare? gl. sunt contrariæ, una 36. q. 2. de puellis. quę uult, ꝙ iuri ciuili intelligat derogare, ēt quo ad pœnas: alia contraria est in c.cū secundùm.de hæreti.in uj. Et pone exemplum in rapiente, ubi lex uult quòd res raptoris applicentur † raptę: ecce ergo,
23 quia lucratur hæc mulier ex raptura tales res. Item quòd mulier rapta perdat illud lucrum, si nubat raptori & trāsit in fiscū. ista ergo pœna est, quę est ablatiua lucri. & in hac loquuntur glo. Quędam uerò sunt priuatiuæ pœnę iuris proprij, quod ex contractu matrimonij prohibiti ortū capit. & tunc an ius ciuile corrigatur, uide Inno. Ioan. And. & alios in c.pen.& fi.de secun.nup. Bar. & Legistas in l.liberorum. ff.de his qui not. infa. & in l. j.de secund. nup. & ibi gloss. & Cyn. in l. decreto. C. de infa. & in l. si qua mulier. C. ad Orficia.

Ange autem in l. si quis tutores. C.de interdi.matri dicit, quòd pœna, de qua loquitur senatusconsultus, & titulus, de interdicto matri.non habet locum in iure canonico: & dixit Cyn. quod est uerum quantum ad ordines: sed quantum ad successiones, bene habet locum dictus titulus, de interdi.matri. C. Idem tenet in l.qui contra.de incest.nupt. Idem tenuit Iacob.Brun.in lectura antiqua, sed postea mutauit ita, quòd non habet locum pœna. Ita tenet Iaco.Bru.in l.quod principi. in lectura noua, de consti. princi. Iaco. uerò Bru.in l. quod principipi. ff.de consti. princ. sic dicit, fuit quęstio, an per statutum possit disponi aliquid ac circa matrimonia, ut certo modo fierent, vel non fierent taliter sub tali pœna, & dicebatur, quod non: quia cùm sit iurisgentiū non potest tolli, ego dicebam, quod poterat disponi, nam sicut princeps potest generaliter statuere, vt l.fi. C.de sponsa. ita & populus specialiter: vt l.omnes populi. ff.de iust. & iure. nam licet iusgentium in totum tolli non possit, potest tamen ei aliquid derogari. allegabatur contra me, quia Imperator, vt d.l.fin.de sponsa. disponit per modum arrharum, & non aliter: sed quid ad hoc, ergo & ciuis, si velit: & in hac opin. fui quandoque.

Nunc dico oppositum, nā licet matrimonium sit iurisgentium, tamen est spirituale, & nos non possumus aliquid disponere circa ipsum, nec etiam Imperator posset, nisi Papa concedente, sed Papa, & clerici bene, possent disponere & disposuerunt: nam, secundum nos, cum qualibet etiam coniuncta potest contrahi, hodie secus valent ergo leges nostrę tractantes de hoc, quatenus canones permittunt, & non plus ut in c.ecclesia sanctæ Mariæ.de consti. Bal.in l.perfectam.C.quando lice. ab emp.dis. pone in sponsalibus contrahendis dicitur sic, & confessi fuerunt dicti promisores ambo inuicem se unus ab altero recepisse centum, nomine arrharum pro sponsalibus adimplendis, deinde vnus non vult adimplere, quis erit effectus.

Respondit Nico. de Matta. quòd ille, quem pœnitet, conuenietur, non ex confessione, sed ex datione arrharum, quæ asserenda est in petendo, & probando per confessionem. vt dicta centum reddat, vel aliud tandundē condictione ex l. fi. C.de spō. & C.de fid. inst. l.cōtractus. & si tibi cōuentus dicit, & ego compenso tibi alia centum, quæ tibi dedi, ut apparet ex tua confessione, dicet petitor, & illa centum perdidisti, quia non seruasti sponsalia, & sic pateris duplicem pœnam propter duplicem dationem arrharum,

nam quod dedisti, perdis, quod recepisti, duplum reddis, & hoc est multum notabile, quia sepe de facto de talibus quæritur secundum Nico. de Matta. Bart. verò dicit, quòd Bal. somniat, quia dicit, quòd l. fin. C. de sponsa. alleg. non habet locum in arrhis cõfessatis, cum textus dicat ibi, extra diffinitionem &c. ipse no. in l. Titia. ff. de verb. oblig. quod nihil est dictum, & contrarium seruat consuetudo, quia per
34 † confessionem probatur realis numeratio, vt plenè dicit ibi Bald. in l. ex cautione. C. de non nume. pecun. & l. Publia. ff. deposi. Non obstat ille versi. extra diffinitionem &c. quia intelligitur, id est, extra metam in illa lege taxatam, puta si pactum excedat quadruplum. Et iste est verus intellectus illius legis, secundum Bal. vbi suprà.

## De metu carceris.

### SVMMARIVM.

1 *Carcer est metus iustus.*
2 *Testamentum virum valeat factum in priuato carcere.*

DE metu carceris Iacob. Bru. in l. qui in carcerem. ff. quod met. cau. dicit, ꝓ d. l. qui in carcerẽ. intelligitur duob. modis. Vno modo generaliter, vt quæcunque confessio facta in carcere, non valet, quod esset verum in causa criminali, & ideo dicuntur extra carcerem, vt probatur in l. 2. C. de custo. reo. Alia lectura est verior, scilicet, quod loquatur in eo, qui aliquem in priuatum carcerem detrudit, vt aliquid extorqueat, certè promissio non valet, etiam si de carcere extrahatur, & bene custodiatur, quia satis videtur in carcere esse, secus esset, si licitè propter debitum esset detrusus in carcerem: quia tunc, si aliquid promitteret, vt inde extraheretur, bene valeret promissio. Item promissio, quam faceret alij, non ei qui eum in carcerem detrusit, bene teneret. Bart. autem in d. l. qui in carcerem. dicit idem, quòd
1 Iac. dicit, ꝓ carcer est iustus † metus, & promissio facta detinenti, vel eius sociis, est nullius momenti, pro quo l. non interest. C quod me. causa. si autem fiat alteri, quam detinenti tunc valet, vt l. metũ. §. sed licet. ff. quod me. cau. & dicebat Iacob. Bru. in l. qui in carcerem. & Iacob. de Are. in l. qui neque. ff. de verbo. sign. ꝓ l. qui in carcerem debet intelligi, quando quis incarceratur iniustè, secus si iustè feci te incarcerari, vt l. si mulier. in princ. ff. quod met. cau. & ideo si fecisti debitorem tuum incarcerari iustè, & tibi soluit, vel vendit, valet.

Consuetudo tamen est, quòd extrahantur extra carcerem, quando faciunt aliquem contractum, sed illud extrahere nihil valet, quia donec habet custodes, adeo, ꝓ non potest ire quo vult, dicitur in carcere esse, vt l. qui neque. ff. de verb. signi. & ibi Iacob. de Are. Item dicit Bal. in d. l. qui in carcerem. quod Bar. & Iaco. Addit tamen vnum Bal. dicit, ꝓ detentus etiam cum detinente posset contrahere sponte, vt l. si mulier. in prin. ff. quod met. cau. & dicit idẽ Bal. in l. metũ. §. sed licet. ff. qd̃ met. cau. ꝓ si quis est incarceratus, & iniustè, ꝓ tenet promissio, quãuis detẽtus in carcere etiã illicito, dummodo non promittat detinenti, sed ex iusta causa: Contractus enim facta in carcere nõ annullantur ratione loci, sed ratione iniustę causæ. Vnde vbi est iusta causa, bene valet contractus, & promissio. Casus est expressus in l. metum in §. sed licet. ff. quod met. cau. subiungit idem Bal. in l. nam, & Seruius. in prin. ff. de neg. gest. quòd mandatum, & procuratio facta in carcere tenet. Et hoc est verum, dicit ipse ibi, quando fit ad vtilitatem carcerati, secus quãdo fit ad ad vtilitatem carcerãtis. ff. quod met. cau. l. qui in carcerem. Et adde, quod no. Iacob. de Aret. in d. l qui neque. Et ex hoc patet, ꝓ ille, qui est in carcere potest constituere procuratorem ad se defendẽdum. Item & ad vendendum bona pro sua excarceratione, & tenementi.

Sed cum ipso carcerante non potest cõtrahere, vt l. qui in carcerem. alleg. Item dicit Bartol. in d. l. qui in carcerem. quòd quis



quis existens in carceribus põt facere testamentũ, qd̃ intellige non ad commodũ detinẽtis. per titulum, si quis aliquẽ testari prohi. Item qui sunt in carceribus, & postea sunt damnati ad mortem, non faciunt testm̃, quia sunt serui, vt l. eius qui. ff. de testa. Bald. in l. qui à latronibus. ff. de testa. dicit, ꝓ valet testamentum factum in priuato † carcere. Quid de contra-
2 ctu? respondit gloss. in dict. l. qui à latronibus. obscurè, quòd non valet, licet posit contrahere, non enim valet, si contrahit cum eo, qui eum detinet, vt l. qui in carcerem alle. sed cum alio valet: vt l. metum. §. sed licet. ff. quod met. cau.

Dicunt Dyn. & Bart. ꝓ idem debet dici in testamento, nam si iste, qui cepit istum, facit se hæredem institui directè, vel per obliquum, non valet testamentum. secus si instituatur tertius, qui non deliquit in actu capturę, secundùm Dyn. & Barto. quod est no. Et hoc fuit de facto in testamento domini Ioannis de Piscina in quodam, qui fuit culpabilis in sua captura, & morte, fecit testamentum in carcere, & legari fecit sibi magnam summam. Adde quod not. in l. qui neque. ff. de verborum significa. Iacob. de Aret. & quod not. in dicta l. nam & Seruius. ff. de nego. gest. in princip. Si verò detinetur, quis in carcere publico, & iustè, tunc bene posset testari, & testamentum valeret, vt l. si quis post. ff. de testament. & hoc vult Bal. tam in l. qui à latronibus. quàm in l. si quis post de testamen. Et de priuato carcere vide Bartol. in l. capite quinto. de adulte vbi ponit, quis sit priuatus carcere, & quando dicatur teneri quem in priuato carcere.

### SVMMARIVM.

1 *Solutio spontanea virum purget metum violentiæ.*
2 *Solutio vna an non debeat parere obligationem, & liberationem.*
3 *Error non nocet inuitando damno.*
4 *Metus perditionis bonorum an æquiparetur metui mortis.*
5 *Reliquit nemo suam carnem.*
6 *Suspicio probabilis tormentorum idem operatur quod ipsorum illatio.*
7 *Periculum est instans, vel futurum, metus verò præsens.*
8 *Aestimatio nulla fit uani timoris.*

REstat videre, quæ sunt necessaria ad hoc, vt quis in actione quod metus causa obtineat. & Gofredus de Libellis in rubrica, de vtili rei, vendicatione, sic dicit, si aliquis per metum compellatur rem aliquam vendere, vel tradere, vel donare, succurritur per prætorem sibi, & habet vtilem rei vendicationem, licet de iure ciuili sit dominium translatum. Vnde ad hoc, vt actio ista competat, tot sunt necessaria. Primò, quòd, metus sit adhibitus, & talis, qui cadat in constantem virum ff. quod metus causa. l. metũ. non vanus, sed contineat animæ periculum, & corporis cruciatum, vt l. interpositas. C. de transactio. Secundò, ꝓ intercedat metus in contractu, & in ipsa traditione, alioquin si spontanea fuerit traditio licet præcesserit metus, non habet locum actio, quod met. cau. quia per spontaneam traditionẽ sublata est causa proxima, scilicet, causa turpitudinis, vt C. quod met. causa. l. 2.

Vnde Ang in l. 2. C. quod met. caus. di
1 ct, solutio spontanea † purgat metum violẽtiæ adhibitũ tẽpore promissionis. Et ꝓ intellectu distingue, ꝓ si constat metum adhibitum in soluendo locus est actioni, quod metus causa. sine dubio. & in vltimo responso l. 2. C quod metus causa. si constat metum non esse adhibitum, tunc non est locus repetitioni per actionem, quod me. causa, vt d. l. 2 siue facta fuerit incontinenti siue ex intetuallo.

Sed an habeat locum condictio indebiti dubitatur. & gl. in d. l. 2. videtur tenere, quòd non. Primò soluendo videtur habere ratam promissionem. Secundò. quia vna solutio nõ debet parere obliga
2 tionem & liberationem, vt l. qui hominem n fi. ff. de solu. quia soluens erat tutus exceptione odinsa, ergo non repetit, vt l: qui exceptionem. ff. de condi. indebi. Sed tu dic, dicit Angel. quòd aut soluit

scienter, & vera est opinio glo. quia videtur donasse, vt l. j. ff. de condi. indeb. aut soluit ignoranter errore supino, & nihilo
3 minus repetit, quia in damno † vitando talis error non nocet, vt l. iuris ignorātia. ff. de iur. & fac. ignorā. Nec obstat prima ratio, quia eadem solutio non parit liberationem, & repetitionem, quia hic inducitur liberatio ad obligatione inefficaci. Nec obstat tertia ratio de exceptione odiosa, quia illud procedit in mera odiosa, sed exceptio metus non est merè odiosa, imò introducta in fauorē metum passi, & ideo habet locū repetitio, aliàs delinquens esset meliori, cōditionis quam nō delinquens. Interdū verò dubitatur, an solutio sit facta per metum, & tunc si fit incontinenti, præsumitur facta per metū arg ff. de priui. credi. l. si vētri. §. in bonis. ff. si cer. peta. l. lecta. § dicebam. Idem si fiat ex interuallo, & eadem causa metus durat, vt l. Fulcinius. §. i. ff. ex quib. caus. in poss. ea dum de tyrānide ibi fit mētio, & l. j. §. quæ onerandæ ff. quarum rerum actio. non de. & cap. j. quod metus cau. Si verò fit ex interuallo, tunc non præsumitur metus, nisi probetur. & hoc voluit glo. in d. l. 2. C. quod metus caus. Et scias secundùm Angel. ibi, quòd nunquam soluens intelligitur approbare promissionem præambulam, quando suberat aliqua causa ex qua soluens necessitari poterat ad soluendum, puta quia iurauit. & hoc sentit glo. magna in d. l. 2.

Et ideò cùm ex forma statuti communis Perusij contra instrumentū guarentigiæ, non possit opponi exceptio doli, vel metus, si quis promisisset per metum; & postea soluisset, non videtur approbare contractum. quod est notandū. Bald. in l. qui in aliena. §. Celsus. ff. de acquiren. hęredit. dicit, ꝙ protestatio præcedens contraria aditioni hęreditatis, reddit aditionē in vtilē. vt d. §. Celsus. & ideo facit ad qōnem secundùm Bal. post Dyn. de quodam potēte, qui per metum coegit quendam ad vendēdum, quia dicit, ꝙ si statim vendat, quòd non valet propter protestationem, secus si ex interuallo post protestationem, vt l. cùm in plures. §. locator horrei ff. locati. Ego dico, dicit ibi Bal. audiui Bar. dicentem, ꝙ aliud est in additione hęreditatis, quæ dependet ab animo solius adeuntis: ideo non valet, sed contractus dependet ab animo vtriusque contrahentis, & ideò clandestina protestatio non valet in contractibus, & alleg. l. si repetendi. C. de condictio. ob causam. aliàs esset aperta via multis malitiis hominum & rescinderentur multi contractus bonæ fide facti secundùm Bart. Ego dico, dicit Bald. quòd donec protestatio habet fundamētum insti. t moris, locū habet, quod dicit Dy. argu. ff. de no. oper. nuncia. l. de pupillo. § si quis ipsi prætori. & intellige hoc verum, siue incontinenti, siue ex interuallo, dūmodo instet idem metus. Facit ad hoc l. 2 C. quod metus causa. Aut non præcedunt indicia timoris, tunc ista protestatio clandestina nihil valet, & ita intelligitur dictum Bart. siue ex interuallo, siue incontinenti fiat. & ad hoc facit dictus §. locator horrei. allega. ad hoc facit cap. cum M. Ferariensis. de constit. C. de pactis l. pacta nouissima. & l. fideiussor. in princip. ff. qui satisda. cogan. per Iacob. de Aret.

Et attende ad vnum, quod dicit Petr. de Ancha. in consilio suo, quod incipit, In Christi nomine Amē. In quæstiōe, quod vertitur inter ser Augustinum, &c. quòd licet spontanea solutio facta post promissionem factam per metum purget metū vt l. 2. C. quod metus causa. hoc verum, dicit ipse, nisi promissio, virtute cuius soluitur, fuerit facta in carcere, in qua est speciale secundum eum, vt nō teneat ipso iure, vt l. qui in carcerem. ff. quod metus cau. secus si extra carcerem, licet per metum, quia tenet, nisi rescindatur per actionem, quod met. cau. vt per totū istū titulum, quod me. cau. ff. & C. Cyn. autē in d. l. 2. etiam, quod metus causa. dicit, ꝙ si promitto per metū, & statim soluo, dicit glo. ibi, quod non repeto. Sed Pet. dicit, & bene, aut interuenit tantum interuallum, quòd appareat me per metū nō soluisse, & tunc non repetam, aliàs sic argu. l. si mulier. in princip. ff. quod metus causa. & ff. quarum rerum ac. nō da. l. i. §. quæ



quæ onerandæ. versi. in summa. quæ optime facit. & per dictam glo. dicit Cyn. ibidem, quòd vidit semel in quæstione de facto pessimè & iniquè determinari. Ecce statutū fuit in ciuitate Pistorii extitiorum expulsorum venire debebant in publica, rationes tā mobilia, quàm immobilia, & iura, & actiones, & c. accedit, ꝙ debitor cuiusdā expulsi per officialē cōmunis fuit coactus soluere communi & fuit ob hoc detentus in palatio, & fame affectus, ꝑ aliquos dies, ita ꝙ dixit se paratū soluere, & cauit relaxatus, postea eadem die vel sequenti soluit. demū reuersus creditor, repetebat ab eo, qui se tuebatur, ex solutione iā facta cōmuni per coactionē iudicis, & ad hoc inducebatur illa consueta disputatio de debitore expulso per iudicē coacto soluere communi, quæ ponitur in quęstionibus statutorum. & ꝑ Dy. ff. de solu. l. creditor. in princip. per soluē allegabatur statutū, quod tollit omnē dubitationem: ex aduerso dicebatur, ꝙ bene fuit coactus soluere, & sic promisit, tamen non probatur, quòd sic coactus soluit vnde fuit determinatum, quòd iteratò solueret per hanc glo. quæ determinatio, nec nunc, dicit Cyn placuit sibi. quia non erat remissa instantia iudicis, imò semper imminebat, & semper durabat coniectura metus. Ad hoc enim deputans erat & poterat facere, & iustè semper timuit iam expertus, & sic ex præterito in præsenti coniectura, & præsumptio erat.

Præterea videtur casus in l. nouissimè. §. 1. ff. quòd fal. tuto. autho. Bald. in l. nouissimè. alleg. dicit, quòd quidam socer habens generum, fuit detentus in carcere, & quasi fame necatus, promisit bona generi dare & tradere reipublicæ, mandato iudicis fuit dimissus, posteà post duos dies soluit, & dedit bona, posteà conuenitur à genero, qui petit bona, socer dicit, quòd est liberatus, quia compulsus soluit. De ista quæstione dicit ibi Cy. & dicit Bald. ibi, quòd fuerunt dati tres arbitri, quorum ipse Cy. fuit vnus, duo tenebāt, ꝙ nō fuit liberatus, quia quāuis fuerat cōpulsus, promittere, tamen quia ex quo posteà spōte soluit, illa spōtanea solutio tollit primam compulsionem, seu metū, arg. C. quod met. cau. l. 2. & quod nota. C. de condi. ob turpem causam. l. si ob turpem. Cy. dicit contrariū, arg. dictę l. nouissimè alleg. ibi, quid enim si compulsus, aut metuens ne repelleretur, &c & pro hoc ff. de nego. gesto. l. nam & Seruius. in princip. Et hoc tenet Iacob. de Are. qui ponit similem quęstionē. Et dicit Cy. quòd hanc credit veritatem esse, & ꝙ hæc quæstio fuit Bononiæ in Lambertariis.

Hanc quæstionē ponit idē Cy. in d. l. 2. & addit aliqua verba notabilia. Primum est, ꝙ si statutum disponit compelli debitores exititiorū, quòd hoc solùm sufficit ad liberationem soluentium, non tamen intelligitur, ꝙ liberētur ipso iure, nisi bona essent liberata, sed liberentur per exceptionem doli, quia non debent soluentes damnum pati ex eo, quod fit propter odium expulsi, vt d. l. nam & Seruius. in princip. ff. de nego. gest. Secundū est notdignū, quòd in officiali semper pręsumitur error ab eo inferri, super hoc tamen vide quæ dicta sunt suprà dum dictū est de metu officialis. Adde qd̄ no. in l. Paulo Callimacho. §. fi. de lega. 3. & l. creditor per Dy. ff. de solu. & ibi per Barto. Itē dicit ibi Cyn. quòd licet quis sit relaxatus per procuratorem, semper præsumitur metus instare, ne interim cōpellatur, quod est no. dignum secundùm Bal. Quęro hic debitor alicuius exigitur inuitus, à fisco vel aliquo potenti, vtrum sit liberatus soluens? de hac quæstione vide plenè per Specu. in ti. de obli. & solu. §. nunc aliqua de. solutionibus. versicu. illud autē quæritur. & per An. de Iser. in 10 colla. de pace tenen. vide Bart. in l. creditor. de solu. & ibi per dominum Petr. de Ancha. & per Ioann. And. in addi. Spec. in alleg. loco. & per Bald. in l. fi. C. deposi. & in c. significauit. de censi. in nouel. & plenè per Bar. in tractatu suo de tyrannide, in 7. quęstio Et adde, quòd si dictus debitor fisco soluens fuisset in mora soluendi, quia erat obligatus ad diem certum, vel quia fuerat interpellatus, & non soluit: tunc non liberaretur debitor soluendo, nam isto casu periculum esset debitoris, ꝑ l. qd̄ te. si

te, si certum peta.

Barto. in l. si ob turpem. ff. de condi. ob turpem cau. si quæratur, quis debet probare metum fuisse purgatum, vel nõ fuisse, dicit, dic ꝙ quandoque actor fundat intentionem suam ex turpitudine seu metu adhibito tempore contractus celebrati: reus dicit turpitudinem submotam esse ex sequenti ratihatione, tunc reus debet probare: vt cap. super hoc. de renunciatio Quandoque actor non fundat intentionem suam ex turpitudine seu metu adhibito tempore contractus, seu actus celebrati, contra quem venit, sed adhibito tempore anteriori. Exemplum, quis promittit, & soluit nunc venit quis contra solutionem, certè non sufficit probare turpitudinem, seu metum adhibitum esse in obligatione prima, tempore promissionis. vt l. si ob turpem. ff. de condit. ob turpem. cau. & l. 2 C. quod metus causa. Sed contra hoc facit, quia iste soluens soluit ex necessitate primæ obligationis, ergo sufficit turpitudinem, seu metum adhibitum esse in obligatione prima, vt l. damni. §. Sabinus. ff. de damno infect. Dic, ꝙ in l. 2. C. quod metus causa. & in l. si ob turpem alleg non habebat soluens necesse soluere, quia tutus exceptione, vnde solutio non habuit necessariam consequẽtiã à principio, probatur in l. 3. §. minor. §. de minori. Et per hoc dico, dicit Barto. in d. l. si ob turpem. alle. quòd si ex necessitate primæ obligationis quis soluerit ex forma statutorum Italiæ, quæ volunt, ꝙ contra instrumentum non possit opponi exceptio doli, vel metus, vel turpitudinis, sed solùm permittit quasdam exceptiones, quòd tũc solutum posset repeti, quia tempore solutionis adhuc subest turpitudo, & habet necessariam consequentiam ad primam turpitudinem.

Idem dico, si metus illatus adhuc tempore solutionis duraret. Exemplum, tyrannus compulit me ad promittendum centum, vel etiam commune istius ciuitatis, certe tẽpore solutionis adhuc subest metus, donec tyrannia illius durat, vel regimen istius ciuitatis, argumen. l. Fulcinius. §. 1. ff. ex quibus cau. in poss. ea. & est expressum extra quod metus cau. cap. 1. nec potest dici, tu debeas recedere de illa ciuitate, & dimittere domum, & omnia bona tua, quia imò debuit, primo soluere. Metus enim perditionis † omnium
4 bonorum, ęquiparatur metui mortis, vt l. propter litem. in prin. ff. de excusa. tutor. & extra quod metus causa. c. 2. Vnde ex his apparet, quòd lex debet intelligi, quãdo causa turpitudinis est finita tempore solutionis, vt si promisit pecuniam, vt liberum redderet, & eam solui postquam reddidisti, secus si in primo actu redditionis soluerim, vel modicum post, vt l. lecta. §. dicebam. ff. si certum peta & l. vt iurisiurandi. §. primo ff. de ope. liber. Item est exemplum l. si ob turpem. allega. si adhibuisti metum tempore promissionis, & postea tibi soluto in loco, & tempore, in quo omnis turpitudo, & omnis metus cessabat, secus si adhuc poterat durare, vt suprà est dictum de metu, vel turpitudine durante promisi ne maleficium committeres, licet ista causa sit completa per per tẽpus, quia stetisti per mensem, quòd non fecisti maleficium, tamen adhuc potes facere soluens repetam, vt l. 2. §. de cõdi. ob turpem cau.

Quòd autem dixit Rofre. ꝙ primùm, quod requiritur ad hoc, vt actio, quod metus causa. competat, quod est necessarium, quod metus sit talis, qui cadat in constantem virum, dic, quòd hoc verum est, vt reuocetur, quod metu gestum per actionem, quod metus cau. potest autem reuocari, & alio remedio puta actione de dolo, vel actione. ex eo contractu, secundùm Cyn. in l. j. de rescin. vendi. qui dicit sic, quòd licet in contractu ibi non interueniat iustus metus, qui caderet in constantem virum, non habeat locum quod metus cau. ita, quòd veniat rescindendus per actionem quod metus causa. per totũ titulum, quod metus causa. habebitur tamen ratio tanquam per dolum fit contractum, si vt fiat rescissio, per actionem ex eo contractu, in qua non venit quadruplum, vt ff. quod metus causa. l. fin. & ff. de action. empt. l. Iulianus. § per contrarium. & §. venditor. vnde dicit Barto. in l.



in l. fin. §. si fenerator. quòd quando aliquid fit aliquo: metu, non tamen, mortis, vel cruciatus corporis licet non rescindatur per actionem, quod metus causa. rescinditur tamen per officium iudicis, & sic facit, quòd si vxor propter reuerentiã patris, vel mariti aliquid facit, per officiũ iudicis rescindi, vt l. j. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio. non da. & in l. interpositas. C. de transac. & in l. nec timorem. ff. quod metus causa. & dicit idem Barto. in l. metũ. ff. quòd metus causa. ꝙ metus infamiæ non rescinditur per actionem quod metus causa, vt d. l. metum. in princip. sed per officium iudicis, vt d. l. fin. §. si fœnerator. ff. quod metus causa.

Et dicit Baldus in l. interpositas. C. de transac. cuius verba sunt quasi verba Bartol. ibidem. Quandoque quis vult rescindere contractum metu. factum ex dicto prætoris, quod metus causa, & tunc requiritur ille metus, de quo loquitur l. interpositas. videlicet, mortis vel cruciatus corporis: vt l. metum. ff. quod metus causa. Quandoque quis vult rescindere ex sententia edicti. & tunc sufficit, si est metus in persona filij, vel coniuncti: licet non in persona sua: vt ff. quod metus causa. l. isti
5 quidem. in fin. nam nemo † carnem suam reliquid, vt l. 2. ff si quis in ius voca. non ier. & ibi not. Quãdoq; quis vult rescindere per officium iudicis: & tunc sufficit metus verecundię. licet non contineat metũ mortis vel corporis cruciatum. Exemplũ quidam denudauit quandam mulierẽ dicẽs, aut te mittam nudam extra domum aut promittas mihi decem: vt l. fi. ff. quod metus causa. Quandoque infertur metus causa. Quandoque infertur metus alicui futuri euentus à natura, vt medicus, qui infirmitatem modicam facit magnam, & periculosam, & occasione huiusmodi causæ extorquet promissiones illicitas, certè rescindetur officio iudicis: vt l. medicus. ff. de varijs & extraor. cognitio. Quãdoque infertur ratione maioritatis, & reuerentiæ: & hoc fit dupliciter. Nam quædam est maioritas absque publica vtilitate, vt maioritas, quę habetur à marito in vxorem, & à patrono in libertum: & hoc rescinditur per officium iudicis: vt l. j. §. quæ onerandæ allega. quod not. quia si vxor facit aliquid propter minas mariti: tunc rescinditur ꝑ officium iudicis. Quãdoque fit aliquid propter metum officialis, seu potestatis: & tunc rescinditur per l. penultima. C. quod metus causa, & not. in glo ff. secundùm Barto. Adde ad illud, quod fit propter nimiam reuerentiam, rescinditur, ac si fieret per metum vt no. in d. §. quę onerandę. allegato. argumẽto. l. fin. ff. de furtis. Item adde. quòd vbi non timetur mors, seu quasi, sed timetur graue damnum in rebus propriis, quòd iste metus est legitimus, ita quòd officio iudicis consulitur. arg. C. de reuo. dona. l. fi. secundùm Cyn. Idem adde, quòd idẽ ope
6 ratur probabilis † suspicio tormentorũ, quod ipsorũ illatio: vt. ff. quod fal. tut. au. l. nouissimè. & ibi per Cyn. Item l. interpositas. alle. dum æquiparat mortem, & tormenta est in ar. quòd sicut mulier grauida non potest occidi per iudicem, ita nec tormentari. De hoc nota. ff. de pœnis l. prægnantes. Angel. autem in l. interpositas. alleg. dicit idem, quod Bald. per alia verba tamen, sed non ita plenè. Tertium, quod requiritur, quòd actio, quòd metus causa, competat, est, quòd propter metum obligatio aliqua intercesserit, vel res aliqua tradita sit. ff. quod metus causa l. metum. § sed quòd prætor. Item quartũ
7 quòd periculum sit instans, † vel futurum & metus sit pręsens, vt ff. quod metus causa. l. j. & l. metum. Quintum est, quòd metus sit illatus, & aliquid ad te successorem vniuersalem, vel rei singularis peruenit; alioquin & si tu metum intulisti licet non peruenerit, nihilominus teneris, vt ff. qd metus caus. l. metũ. §. ex hoc edicto. & §. cùm autem. & l. sed & si partus. & l. quod diximus. §. fi.

Item & sextum est necessarium, quòd alius inferat metum. & non ipse sibi, vt ff. quod metus causa l. si mulier & hęc vera sunt in actione ꝙ metus causa directa, ꝙ metus mortis desideratur, vt dictũ est nã
8 vani † timoris nulla fit æstimatio: vt ff. de re iudic. l. si quis ab alio. verum in actione, quod metus causa vtili, non est necessarius

ſarius metus mortis, ſed æquè ſimilis: puta ſi volebas comburere inſtrumenta ſtatus mei, volebas agere & noſcere filiam, vel filiũ meum, & hoc caſu locum habet actio vtilis, quod metus cau. quia concordat ſententia, licet verba deficiant. ff. quod metus cauſ. l. iſti quidem. Item, & ſeptimum eſt neceſſarium ad hoc, vt actio, quod met. cau. competat, vt ille, qui infert metum ſit potentior te alias nõ audieris, niſi probares metum illatum eſſe. ff. quod me. cauſ. l. non eſt veriſimile. Item octauũ quòd fuerit in tali loco, quòd potuit vires timere. Si autem in curia Imperatoris, vel domini Papæ, dicat metum illatũ, non auditur: quia in comitatu Imperatoris, vel Papæ nil debuiſti timere: vt C. de his qui per met. iudi. non appel. Et ſecundùm eundem Rofre. ibi metus qui caderet in conſtantiſsimũ virũ, eſt quia habebas ad gulã cultellum tuum: quia me poſuiſti in carcerem, vel quia ligatum me tenebas, & quotidie me verberabas, & malè me tractabas.

## Qualiter metus in iudicio deduci debeat

### SVMMARIVM.

1 *Probare metum in genere non ſufficit.*
2 *Probatio vbi requiritur certa non ſufficit probare per veriſimiles.*

Idendũ eſt qualiter metus in iudicio debeat deduci. Et ſecũdùm Bal. in l. interpoſitas. C. de trãſactio. non ſufficit allegare vel probare genus, vbi requiritur
1 ſpecificata probatio. Vnde nõ † ſufficit probare metũ in genere, ſed debet probari ſpecies, & qualitas metus, ſcilicet, q̃ ex eo imminebat ſalutis periculũ, vel corporis cruciatus eſt arg. ad reſcindẽdũ cõtractũ vſurarium, quia non ſufficit probare, q̃ contrahens erat vſurarius, niſi probetur ſpecificatio de illo contractu.

Circa hoc vide dicta in clauſula, rei nõ ſic geſtæ. dũ fuit ibi dictũ qualiter exceptio ſimulationis opponi debeat, & quando aliquid dicatur factũ metu cruciatus, corporis, vel tormentorum hoc relinquitur iudicis arbitrio coniecturandum ex circunſtãtiis probatis. Ita dicit glo. in d. l. interpoſitas. in gl. quæ incipit, Iudicis arbitrio, quod eſt no. quia ſæpe allegat, quòd confeſsio non valet: quia facta metu tormentorum, nec clarè poteſt probari: quia recurritur, ad coniecturas, ex quibus iudex habet arbitrari. & non ſufficit probare † quaſdam veriſimiles multum
2 diſtantes, vbi requiritur certa, & clara probatio.

### SVMMARIVM.

1 *Voluntas vtrum deprehendatur quamuis coacta.*
2 *Dolus in ſpiritualibus non reſcindit contractum.*
3 *Vnuſquiſque det, prout deſtinauerit in corde ſuo.*
4 *Cogendus eſt quis ad bonum iam ſuſceptum.*

Superest vt ſubiũgamus aliquos caſus ſpeciales in quibus negotiũ geſtũ eſt ipſe iure nullũ, & nõ tenet. Et primò datur regula ſecũdùm Hoſti. in ſumma, qd̃ me. cau. §. pe. vbi ſic dicit: ea, quæ fiũt metu, valeant ipſo iure, ſed p̃ exceptionẽ irritantur, vt in c. Abbas. quod metus cauſa. & l. metũ. §. ſed quod prętor. ff. qd̃ metus cauſa. Ratio eſt
1 q̃a deprehẽdit voluntas † q̃uis coacta. ff. quod me. cau. l. ſi mulier. §. ſi metu. 15. q. j. meritò.

Excipiunt̃ nouẽ caſus, in q̃b. nõ valet ipſo iure, q̃uis iuramẽtũ interueniat. Primus eſt in matrimoniis, q̃a debẽt eſſe libera in cõtrahẽdo, & diſtrahẽdo deſpon. c. cùm locũ. & c. veniẽs. vbi pater compullit illũ quẽ inuenit cùm filia, vt eã adduceret in vxorẽ, q̃a ergo non excuſat ibi metus, nam mortis metus imminebat, cùm hoc caſu liceat patri illum interficere. ff. de ad ulter. l. quod ait quare ergo dicit in fine, niſi metu coactus, &c quia ſemper potuit cadere in conſtantem virum: Sed dic, quòd ſecundùm canones non licet interficere. 33. q. 2. inter hęc. vel in fauorem matrimonij. Sic reſponderetur, ſecundùm Gofr. quòd quamuis liceat patri interficere, non tamen ſemper interficit, imò aliquoties pacto conſentit, & ideo aut attentauit interficere, & ſic metus potuit cadere in conſtantem virum, aut non attentauit, & tunc matrimonium tenuit, & hoc eſt, quod diſtinguit. Secũdus caſus eſt in promiſsione dotis eadem ratione. ff. quod met. cauſ. l. ſi mulier. §. ſi dos. Tertius eſt in alienatione rei eccleſię. 15. q. 6. c. 1. de iureiu. c. 2. de rebus ecc. non alie. c. presbiterorum. quia non poteſt vendi propria voluntate, niſi ſeruata ſolennitate. Quartus in iuriſdictione proroganda. vt in c. ſi diligenti. de foro compe. Quintus in voto. c. licet, & c. 1. quod met. cauſa: 15. quæſtio. i. non eſt. Sextus in authoritate tutoris. ff. de author. tutor. l. fin. Septimus vbi quis facit teſtamentum per metum, de teſt. l. qui teſtamẽto. §. fi. Octauus in ſententię pronunciatione. 11. q. 4. iniuſtũ. Nonus in procuratoris cõſtitutione, arg. c. accedens. de procur. de quo etiã per Hoſt. in c. Abbas. quod met. cauſa & ibi Ioan. Andr.

Et ſi quis inducitur dolo, vel metu, ad bene agendum, vel operandum, non reſcinditur, in c. pen. quod me. cauſa ideo dicit Hoſtien. in ſumma in ti. de conuerſio. coniuga. §. & vtrum. quod ſi quis dolo inductus fuit, vt religionem intraret, nõ poteſt religionem exire, & vt in c. veniens. & in c. dudum. de conuerſ. coniuga. Idem eſt, ſi ex falſa cauſa. vt in cap. ex parte. lo 2. de conuer. coniug. quia dolus in ſpiritualibus non reſcindit contractũ, † quod
2 met. cauſ. c. pen. cùm bonus ſit l. i. §. non fuit de dolo. ſecus in contractibus. ca. dilecti. de contrahen. emp. quia ſecundùm eundem, Hoſti. licet ad bonum non ſuſceptum. quis non debeat cogi. 40. diſtinct. qui ſyncera. & capitu. 1. de Iudęis. quia Deus ſpernit coacta ſeruitia. vnde Apoſtolus ad Corinthios. Vnuſquiſque det, † prout deſtinauerit in corde ſuo, non
3 ex triſtitia, aut ex neceſsitate, hylarem enim datorem diligit Deus. Item eſt in eodem. Si ex neceſsitate euangelizaue ro, non eſt mihi gloria. Si autem hoc agoo volens mercedem. habeo apud Deum
4 ad bonum † iam ſuſceptum quis cogẽdus eſt in c. diſciplina. 45. diſtinct. contra oĩa.

### SVMMARIVM.

1 *Iuramentum vi vel metu extortum vtrum valeat.*
2 *Tollerare omnia mala eſt melius quam malo conſentire.*
3 *Exceptio doli vel metus vtrum poſſit opponi contra inſtrumenta.*

Vltimò videamus, an iuramentum vi vel metu extortũ obliget Hoſt. in ſumma in tit. quod met. cauſa. in §. in
1 hac autem. dicit quòd Tancre. dixit, † q̃ iuramentum vi, vel metu extortum nemi nem obligat, argumen. 22. quæſt. 4. inter cętera. 31. q. 2 Lotharius 15. q 6 capit. 1. Alanus dixit, an habeat animum implendi, & tunc ligatur: alia: non, vt in c. 1. circa. c. fi. de oblig. Guil. Nazo dixit, q̃ ſemper eſt obligatoriũ. 15. q. i. meritò. c. ad aures. quod met. cauſa. de iureiur. c. contra iuramentũ, vi vel metu præſtitum, iungitur pœnitentia, tanquam pro venia li. peccato, vt in c. verum. de iureiur. quod poteſt dici verum ſi ſit coactio abſoluta, puta quia aliquis manus alicuius violenter, & ipſo nolente ponit thus in manus eius, & trahit eum ad idolum, ita quòd velit, nolit, ponit thus illud ſuper archam idoli. 50. diſtin. presbiteros 1. q. j. conſtat. 32. q. v. quaſi per totũ 16. quæſt. i. c. 1. Archid. de conſecratio. diſtinction. 4. eos. ff. de author. præſtan. l. i. Si vero ſit conditionalis, nõ excuſat à tanto, ſed à toto, quia culpam, ſiue pœnam attenuat: quod met. cauſa c. ſacris. enim coactio dicitur met. de qua dicitur, q̃ melius eſt omnia mala tolerare, † quàm malo conſentire 32.
2 q. 5. ita ne.

Si aũt cogatur ad id, qd̃ non ſit mortale. puta renunciare rebus ſuis. ſi poteſt cadere in conſtantem virũ, indiſtinctè põt venire contra ſecũdùm quoſdam. Sed refert vtrum iurauerit quis reſiguare tãtũ, vel etiam non petere, ſi iurauerit tantum reſignare,

resignare, illud seruandum erit, sed tamen directè ipso beneficio resignando potest rescriptum impetrare, & ipsum repetere peractionē, quod metus causa, quæ in rem datur, licet personalis, sit, sic potest intelligi c. Abbas. & c. ad audientiam. quod met. caus. Si verò iurauerit, non repetere, & iterum sibi confiteatur, recipere potest, & ex secunda receptione agere, de renū. c. cum inter P. Gaufredi. Itē, & absolutus per Papam, poterit petere ex prima constitutione, sic potest intelligi d. c. cùm inter. & de iureiurand. c. si verò. quòd si iurauit nō venire contra iuramētum, id est, non petere absolutionem, ad huc potest ecclesiæ renunciare, & ecclesia ad nunciationem ipsius ipsum absoluere motu proprio. 35. quæst. 5. consanguinos. de iureiuran. c. quemadmodum. in fi. & de spon. impu. c. ad dissoluēdum. & de iureiurā. c. ad nostram. lo 2. Si verò iurauit non denunciare, non valet. de iure. ca. quemadmodum. quod est verum, quo ad pęnitentiam agendam, sed si is, q̃ iurauit, non denunciare, magis mouetur zelo rei recuperandæ ad denunciationē faciendam. quàm zelo animæ, alàs cum proximi videtur sanum esse consilium, q̃ non denunciet, quia iam deieraret, ergo in hoc casu amico eget, secundùm hoc intelligo, de iureiur. c. j. & c. debitores, sit ergo omne sacramentum tenendum, nisi vrgeat in dispendium salutis ęternæ, nam tale tenendum non est. 32. q. 7. capit. omnes causationes. & 22. q. 4. si aliquid. 32. q. 5. ita ne de iureiur. verum, quia iuramentum nō est iniquitatis vinculum. 22. q. 4. inter cętera Bal. in l. 2. C. quod met. cau. dicit, si per metum iurauī, si postea soluo, dicor secundum gloss. dictæ l. 2. sponte soluere, quia non teneor seruare iuramentum de iure ciuili, sed de iure canonico, est secus: quia imminet metus periurij, ideo attento iure canonico repeto, quod non sponte solui.

Pe. dicit, quòd etiam de iure ciuili repeto nam quidam metunt etiam inualidum iuramentum, secundum Petr. & Cyn. in alle. l. quæ sub conditione. ff. de condi. insti. quę nihil facit, loquitur in iuramento valido.

Et ex prædictis nota, quod. quando in solutione potest accedere alia causa, quā approbatio promissionis, quòd non videtur quis soluendo approbare promissionem, & pro hoc dicit Bar: quòd si ex forma statuti non potest opponi exceptio metus: vel doli, contra instrumētum guarentigiatum, quòd ille, qui soluit, nō dicitur approbare instrumētum, sed videtur soluere, ne capiatur, & ideò solutum repetit, arg. de iureiur. c. si debitores. secundū Bart. Et ex hoc nota, quòd l cet statutum tollat exceptiones in se habentes ęquitatem naturalem, tamen soluens potest repetere quod bene not. non quia tutus exceptione, sed quia tutus naturali æquitate. Et an l. secunda. C. metus causa. habeat locum in contractibus, qui sunt ipso iure nulli propter metum, dic, vt in capitu. primo quod me. cau. Cyn. autem in l. j. C. quòd met. caus. dicit, promisi per metum, & iurauī, demū solui de iure canonico repeto, secus de iure ciuili, quia iuramentum remittitur, ideo, &c. secūdùm gloss. Petr. contra, quia multi sunt timentes iuramentum adeo, quòd mirabile est, & tunc repetitioni locus est, etiam de iure nostro, arg. ff. de alie. iud. mutan. causa fa. l. item si res. Iaco.

Bru. in alleg. l. 2. dicit, item quæro, an si per metum iurauī soluere, & spōte solui, an possim repetere? glo. dicit, & bene quòd de iure ciuili non repeto, de iure canonico sic. Et est ratio, quia ius ciuile tollit, & remittit hoc sacramentum, vt in authen. sacramenta. C. si aduersus vendit. & l. fina. ff. qui satisdat. cogant. & ideo cùm nullus metus periurij immineat spōte soluendo non repetit, sed iure canonico non remittitur sacramentum, ideo imminet metus periurij, & infamiæ, vt l. sancimus. de iureiurā. & l. isti quidem. ff. quod met. cau. de iure ergo ciuili non imminet metus aliquis, & ideò non repetit, sed de iure canonico imminet, ideo repetitur. Dicebat do. Rapha. Fulg. in l. 2. C. quod me. cau. attendite iudicio meo, allegatione factæ in eadem l. 2. contra Placea. per gloss. neque iure ciuili, neque iuri



canonico uidentur posse præstringere: nā l. j. C. si aduer. uend. loquitur de iuramento non extorto per uim: nec etiam ca. debitores. quia loquitur de iuramento, quod non erat extortum per uim: nos autem loquimur de iuramento per uim extorto.

Pro sententia tamē gl. melius facere uidetur authen. sacramenta puberum si aduer. vendi. Iure autē canonico plus dubiū dubium est, & nisi fallor, gl. in c. Abbate. de iureiu. videtur sentire, quòd iuramentum teneat ipso iure, sed debeat peti absolutio à superiore & si hæc essent verba sententiæ, tunc bene sequeretur, quòd si solueret, posset repetere. Pe. autem hic noua consideratione, etiam de iure ciuili concedit repetitionem dicens, quòd alī qui sunt ita timidi, & nimis reuerentiæ q̃ iuramentum ēt, quod non tenentur seruare nolunt contemnere ut l. quæ sub cōditione. in prin. de condi. inst. & l. item si res. §. j. de alie. iud. mu. causa fac. & hanc sententiam debemus tenere ratione, quia in re obscura potius est fauendum redetitioni. l. non debet §. in re obscura. ff. de reg iur. Bar. autem in l. 2. alleg. dicit, quòd si iurauī per metum decem dare, & posteà saluo, de iure ciuili non possum repetere, secundùm gl. in d. l. 2. C. quod me. cau. de iure canonico contra: quia uideor soluere metu periurij, & repetam: extra de iureiu. c. ad aures. & in his standum est iure canonico.

Ex quo no. quod ubicunque in solutione potest subesse alia causa, quàm approbatio primæ promissionis, quis non præsumitur illam approbare, quoniam uideor soluēte metu periurij, non ut approbem promissionem primam, sed ut non sim periurus: & per hoc dicit ibi Bar. q̃ in Tuscia in ciuitatibus, vbi sunt statuta, quòd contra instrumenta non posit opponi † exceptio doli, vel metu, quòd soluens non uidetur primam promissionem approbare, sed uidetur soluere, ne capiatur, & poterit repetere. Facit ad prædicta, quod dixit Barto. in l. j. §. j. ff. quod ui aut clam. Inno. in c. ad aures. quod me. cau. dicit quòd est distinguendum inter iuramentum, quod sui natu est malū, & turpiter præstitum, & istud non obligat: ut no. per ipsum Inno. in c. uenerabilem. extra de elec. Et illud, quod non est malum de natura sui, sed turpiter præstitum tantum, id est, dolo, uel metu, extortum, & tale obligat. & dicimus, & dicit ibi Inno. quod iuramentum metu extortum super rebus suis non repetendit obligatorum est, quantum ad hoc: quia debet illud seruare quousque absoluat p Episcopum: sed absolui debet, & postea petere. & sic loquitur c. si uerò. & c. uerum de iureiu. & cognoscet Episcopus, an tequam absoluet, an fuerit metus, qui cadat in constantem uirum, & caueat iudex quantum potest ne directè ueniat contra sacramentum, sed si iurauit soluere usuras soluuat, & postea rapetat: & si iurauit non repetere, posset iudex compellere receptorem ac restitueudum, de iureiuran. c. ad nostram. posset etiam denunciare ad peniteutiam, & si iurasset non denunuciare, non debet seruare, quia est contra legem Euangelicam. 2. q. j. c. si peccauerit. et quosque autem aliter rpouidere posset, eo modo Episcopus non ueniat ad absolutionem à iuramento, quamuis contractus non reputetur si alijs omissis absoluat.

Host. in summa in §. habet aūt. dicit, q̃ si quis obsidet castrū meum & ego uideo quòd nullatenus possum euadere. castrū meum reddo, ita quòd cùm familia, & armis exire possum · credo, dicit Hostien. edicto. quod me. causa. fore locū: & hoc nimis de facto contingit: & plerunque discreti dubitant, quæ actio cōpetit. sed planum est q̃ hęc actio, quod metus cau. ff. quod metus cau. l. metū. j. respōso. ibi aliter atq; &c. Interdictum enim unde ui, locum sibi non uendicat in hoc casu: ut expressè regitur ff. de ui, & ui arma. l. si rerū. Et si quis in captiuitate detētus aliquid p̃mittat uel fideiussores det, exceptionē habet aduersus petentem, & actionem vt liberetur ipse & fideiussor. ff. quod met. cau. l. metum §. sed quod prætor. & actio, quod metus causa. quæ est in rem scripta: ut insti. de actio. §. prætera

ff.quod met.cau.l.si cum exceptione.§.in hac.competit contra quemlibet possidentem, quamuis metum non intulerit. Vide ibi plenè per ipsum Hostien. & uide suprà ibi, restat quæ sunt necessaria.

Vltimò Bal. in usibus Feu. in ti.de pa. iur.fir.§.itē sacramenta.x.colum.in.princip.sic dicit, nota quòd iuramentum per metum interpositum, est ipso iure nullū, etiam si contractus principalis non esset ipso iure nullus, sed ueniret rescindendus, p actionem, quod metus causa. & subdit idem Bald. in allega.§. item sacramenta. in fin.dicens, quæro quare stipulatio facta per metum, ualet mero iure, & iuramentum factum per metum, est ipso iure nullum mero iure. Gloss. nota b. in allega. §. respondet, quòd ratio est, quia debilior est stipulatio, quàm iuramentum. Tu dic, dicit Bald.melius, quòd ratio est natura iuramenti, quia est istius naturę, quia non debet esse uinculum iniquitatis, eo quia Deus, qui est ibi præsens, non asistit, sed resistit peccato. Bal.Tu adde, quòd istam rationem ponit Archidiaconus in c. quamuis.extra de pactis. Et inter alia dicit, quòd ubi præstatur tale iuramentum, scilicet, per uim extortum, debet prius absolutio peti, antequàm faciat contra, & istud dicit tutius tenere.

*SVMMARIVM.*

1 *Renunciatio an sit proprijs iuris spontanea refutatio.*

Lausula, Renunciauit omnibus bonis paternis, & maternis &c. Quia in ista materia seu clausula tractabatur de materia renunciationis, quę lata & utilis, ac quotidiana est. Ideo in primis est uidendum, quid sit renunciatio. & dicit Hostien.in summa in titu. de renuncia. in §.j. quòd
1 renunciatio. † est proprii iuris spontanea refutatio. Alieno enim iuri renunciari non potest. C. res inter alios acta. per totum.& pactum inter certas personas, uel super certa re habitum aliis non nocet. C. de iudi. l. licet. ff. de pact. leg. si unus, §. pacta. & de transac. c.ueniens. §.fi.

## Quibus iuribus renunciari posit. Rubrica.

*SVMMARIVM.*

1 *Debitor utrum non possit probare solutionem nisi per scripturam.*
2 *Iuri scripto & non scripto utrum possit renunciari.*
3 *Iura condere & habere inciuitate parum est, nisi sit qui per ipsum ius reddat & seruet.*
4 *Pactis priuatorum non derogaturiuri publico.*
5 *Clericus laico utrum posit renunciare priuilegium ordinis clericalis.*
6 *Renunciari nō possunt quæ respiciunt uigorem & rigorem iudicij.*
7 *Liber homo an posit renunciare iuri libertatis.*
8 *Communio generare solet discordias.*
9 *Fauori suo quilibet potest renunciare.*
10 *Derogari iuri publico p legem utrum possit, non autem per pactum.*
11 *Fauorabilis omnis lex præsumitur in dubio.*
12 *Renunciatio utrum teneat nulla specificatione facta.*
13 *Iura deceptis non decipientibus subueniunt.*
14 *Clericus à quo recepit ordinem, ab eo debet recipere & iudicium.*
15 *Iura loquentia super materia in renunciando utrum contineatur simplici renunciatione.*
16 *Actus quilibet præsumitur spontaneus.*
17 *Princeps utrum possit super omnes ius cōstituere.*
18 *Iurisdictio iudicis incapacis non firmatur nisi demum per litis contestationem.*
19 *Probatum semel non reprobatur.*
20 *Iudex semel acceptatus non recusatur.*
21 *Sufficere uidetur quòd quis satisdet de iudicato soluendo.*
22 *Promittere aliud est & aliud soluere.*

Videamus

Ideamus quibus iuribus renunciari posit & glo. magistralis in auth. vt sine prohi. matres. collati. 7. sic dicit sed nunquid semper cuilibet iuri renunciari potest? plene dicas, quod aut est ius publicum authoritatis, & vtilitatis vt quia ius fisci, vel alia publica vtilitas vertitur, & tunc renunciari non potest. C. sine censu vel reliq.l.j.&2.&.ff.de pactis. l.ius publicum, & l.inter.aut authoritatis tantū.non tamen vtilitatis.nam, & hoc dicitur publicum. vt insti.de excusa.tuto.§. 1.tūc aut statutūifactum est in vtilitatē renunciantis, aut communis. Primo casu potest renunciari, siue sit priuilegium, siue ius ex aliquo contractu, vel pacto, vt ff. de pact.& transactio. & de acceptilla. & de noua. hic excipe casus illos, quos notaui secundùm Ioann. C. de pact.l. pen. Si verò communi vtilitati, id est, publicę, & renunciātis, & cui renūciatur, & tūc non licet. C.de iura. calū. l.2.§. sed quia. & ff.de postu.l.qnos prohibet.ff.de admi. tuto.l. quidam decedens.& ff.de ope.lib. l.cerdonem.& ff.de pac.l.iurisgentium.§. si paciscar. Et per hoc puto, quòd hoc pactum non tenet, quod faciunt creditores quòd debitor non valet probare solutio-
1 nē, † nisi per scripturam, cùm sit communis vtilitas testificandi, vt in authen.de testi.in princi.& non debet angustari. vt C. de hæreti.l. quoniam.in fi.imò debet adāpliari.C. de rebus credi l. generaliter. in prin.nec ad vnam speciem probationis iudex debet animum alligare.ff.de testib.l. testium.§.quæ argumenta.Si verò renuncietur iuri communi, quod nō est in fauorem, nec est ibi publica vtilitas, potest renunciari, vt no.ff.de pact.l.ius publicū.sed etiam videtur, quòd etiam si sit communis vtilitas videtur in iure, quòd posit renunciari.ff.de feriis.l.j.

Ideo distinguunt alii. Aut ius cōsistit in probatione, vel præcepto, & tunc renunciari non potest, aut in promissione, & tūc potest Alii sic, quòd aut est generale, & tunc licet, aut speciale, & tunc odio sui nō licet, vt in Macedoniano, si verò in fauorē, & tunc licet.ff.ad Velleia.l.fi. §. penul. primam approbo. Nec ob.d.l.j.de feriis, quia tacitè fuit ibi renunciatum, quod licet, vbi etiam aliàs non licet expressim. ff.de procurato.leg. final. §. veterani.vel quòd dic, principaliter in laborantium vtilitatem dantur illæ feriæ, vt patet in l.j.de feriis.in princ. ibi qa occupati &c.

Casus verò, in quibus non potest renūciari, etiam vbi vertitur vtilitas renunciātis, quos ponis gl.secundùm Ioā.ponunt per gl.vt est dictū in l penul.C.de pactis. cuius verba gl.sunt hæc. Primus.ff.de pac. dota.l.de die. sed ibi speciale, vt argu. ff. solu.matrimo.l.1.Secundus, ff.solu. matrimo.l.alia.§. eleganter.Sed ibi, quia contra bonos mores. Tertius. ff. de postualn. l.quos prohibet. Sed ibi, propter honorem prætoris, vt eod. titu.l. prima vel vt puniātur prohibiti, vt ff.ad legem Aquiliam l.ita vulneratus.§.p si quis. Quartus.ff.de procura.l.filius familias §. veterani.Sed ibi propter publicam vtilitatem. C.locat. milites. Quintus de iuramento. calum.l.2.§.sed quia. sed ibi redditur ratio. Sextus de liberali causa.l.nec si volēs sed ibi non sunt verba pacti, vt diximus. & C. de iuris & facti ignoran.l.cùm testamentum. Item ff. de vsufruct.l.sed & si quid. in fin. Expone vt ibi. Item alius. C.de pac.pigno.l.fina. sed ibi speciale, ne creditores nimium extendant suam auaritiā. Item ff. si quis cau.l.sed & si quis §. q̄sitū. sed ibi tenet speciale pactū.& iō nō est cōtra. Itē cōtra C.de quæstio.l.seruos sed ibi nō fuit pactū. Sed est aliud ff.de pactis l.si vnus.§.pacta.sed ibi ponit ratio solutionis. Item contra C.de officio.testamen.l.si quando. §. illud. & de collatio. l.pactum. Sed ibi illud, quia contra bonos mores. Item.ff. de pactis l. ius autem agnationis. sed ibi est ius naturale. Item C.de pa.pote.l.abdicatio. sed ibi non fuit pactum. Item.ff.de trāsactionib.l.cùm hi. in principio. Solu. ibi in speciale. Item ff. de pignorat. actio.l.4. in fine. sed ibi speciale. Item de aduoca. diuerso. iudic.l. ne quis. Soluo, vt ibi. Item ff. de liberali causa l.2.1.&3.sed ibi nō tantum renunciantis, sed etiam mei causa est, vt in eodem titulo. l. quoniam. & l.4.

Item ff. de precario. l. precario. sed ibi nõ fecit pactũ de non petendo: tunc enim teneret, sed concessit ad tempus, & etiam interim mutauit voluntatem &c. cùm vnum speciale pro eo, cui conceditur, inducatur, sed ne teneatur nisi de dolo, & lata culpa, & hoc contra eum inducitur. ff. de iureiurando. l. eum qui. in principio. & ex quibus causis manumittere licet. l. j. & de preca l. quæsitum. §. cũ. secundùm Ioã. Item ff. communi diuidum. l. in hoc iudicium

Host. autem in summa in titu. de renunc. in § quæ possunt renunciari dicit: quòd iura scripta, & non scripta † possunt
2 renunciari. Et dicit, quòd ius publicum auctoritatis largo modo dicitur quodlibet ius in scriptis redactum: quia à publicis personis introductum, puta principibus factis, vel consiliis: sic etiam dici potest publicum ius, quælibet constitutio municipalis, vel Episcopalis: institu. de iure naturali gentium & ciuili. § 3. & 4. & de maiori. & obedien. capitu. quod super his. Item quodlibet ius vtilitatis publicum est largo modo. nam publicæ vtilitati expedit, ne quis malè utatur re sua: institu. de his qui sunt sui, vel alienis iuris. §. dominorum. Item largo modo publicæ interest, quòd quodlibet obseruetur. & ideò iudices constituuntur: quia parum esset iura condere, & habere
3 in ciuitate † nisi esset, qui per ipsum ius redderet, & seruaret. ff. de orig. iur. l. 2. § post originem.

Sed ius publicũ specialiter, & propriè dicitur illud, quod consistit in sacris, & sacerdotibus. ff. de iusti. & iur. l. j. & j. dist. ius publicũ. quod & specialiter diuinũ dicitur: de iureiuran. c. nimis.

Et si vis scire cui iuri renũciari possit, sic distingue ius publicum: aliud diuinũ, aliud humanum.

Ius publicum, diuinum subauditur, aliud reale, siue temporale, aliud spirituale, aliud collegiatũ, aliud personale, aliud statum publicus respiciens.

Ius publicum diuinum reale aliud cõcessum ecclesijs, ne ipsarum res alienẽtur. nisi in casu concesso, & modo debito, & huic renunciari non potest, etiam per iuramentum. de iureiur. c. sicut nostris. 35. q. 9 c. quod quis commisit. Aliud cõsistit in hoc vt immunitas ecclesiæ seruetur, ne huic renunciari potest etiam per Episcopum, de immu. eccle. c. nõ minus. & c. aduersus. & 17. q 4. per totum. aliud in hoc vt debitus status ecclesiæ generali non immutetur. nec huic renunciari potest. 27. quæstio. 2. cap 1. & cap. sequentibus.

Ius verò publicũ diuinũ spirituale, aut consistit in diuino cultu, puta feriis inductis in honorem Dei, & huic renunciari non potest. ff. de arbitr. l. si feriatis. de feriis c. fi. Et ne de relictis ad pias causas aliquid deducatur, de testa. c. fin. aut consistit in diuinis præceptis, & huic etiã consuetudo nõ obstat de consuetu. c. fi. nec ẽt aliqua constitutio, de præscrip. c. fi. aut cõsistit in consiliis generalibus, & prouincialibus & præceptis, vel prohibitionibus periculum animarum tangentibus, & huic non renunciatur. 20. q. j. sunt quidam. 15. distinct. sicut. de transact. c. fi. de in integr. resti. c. causa. §. fin. de re iudic. c. lator. c. teneor. & c. consanguinei. & de except. c. exceptione.

Ius verò publicum, diuinum collegiatũ aliud cõmune, id est, vniuerso collegio clericali generali ecclesiæ indultum, & huic etiam per iuramẽtum renunciari nõ potest expressim, de foro compet. c. si diligenti. de sent. excomm. c. contingit. lo j. licet per contrarium actum aliquando cõsortio clericali, & priuilegio per consequens priuet se clericus, de priuileg. c. ex parte. de sent. excom. c. perpendimus & c. in audientia. & c. contingit. lo 2. licet enim Episcopus in præiudicium collegii egit, ratificare possit, vt in quo deliquit, puniatur, vt in capitu. quod in dubiis de renuncia. & sic intelliguntur consilia. 11. q. 1. placuit. & capitu. nolita, quorum tenor ponitur, de foro compe. captu. si diligenti Aliud est singulare, vt singulari ecclesiæ vel collegio concessum, & huic aliquando expressim, aliquando per contrarium actũ aliquãdo spacio decẽ annorum, aliquando 30. renunciant, vt no. idẽ

Hostien.



Hostien. in summa in ti. de cõstitu. §. quãdo cõstitutio. In distinctione, quæ incipit, Cum priuilegium.

Ius verò diuinum publicum personale, aliud ob honorem, uel utilitatem dignitatis, cui à persona dignitatem tenentem, quatenus personam tangit, renunciari potest, sed superior, uel ad querelam illorum quorum aliàs interest, uel ex officio restituit, de insti. c. cùm uenissent. in fi. de arb. cum tempore. Aliud ob personas singulares, & huic indistinctè renunciatur, de rescriptis. nonnulli. de foro competen. dilecti. de regu. ad nostram. & cap. statuimus. de crmi. fal. c. j. de elec. quòd sicut. §. sinautem. & c. ne pro defectu. § fi. Aliud ob personam singularem, cui personaliter indulgetur, & huic multo fortius renunciari potest: quia nec personã egreditur de concess. prebẽ. cõstitutus. 7. q. j. petisti. insti. de iure natu. §. sed quod principio. uersi. planè.

Ius autem publicum diuinum, publicum statum respiciens est, quòd persona idonea eligatur, & quod forma seruetur, & quòd Episcopi testamenta exequantur & si quibus bene renunciari non potest: ut patet de elec. c. cùm in cunctis. & ca. ne
4 p defectu j. responso. & c. quia propter. de test. c. tua.

Ius verò humanũ publicum, aliud puplicum utilitate, & authoritate, ut fiscale: & hunc non renunciatur. ff. de pact. l. ius publicum. & l. inter debitorẽ. ff. de iure immu. l. semper. §. conductorem. Idem in omnibus his in quibus, iudex ex officio proprio motu procedit, de quibus dicit Hostien. in summa in titu. de offi. iudi. §. utrũ desideret: & ut maleficia non remaneant impunita. ff ad leg Aqui. l. ita uulneratus. de senten. excom. ca. ut famæ, hoc saluo, quia inquantum tangit priuitam utilitatem renunciari potest. ff. de pac. l. iurisgentium. § si pascisear. ideo pacisci possum ne furti iam commissi agam. non tamen furti committendi: ut. ff. de pact. l. item si unus. §. pacta. de iureiu. c. quemadmodũ. §. illud autem.

Itẽ dicitur ius humanũ publicũ aut honestate, & utilitate &c. ut ordo iudiciarius seruetur sicut quòd libellus offeretur lis contestetur, & sententia in scriptis feratur, & ius reddatur, & ut leges publicum statum respicientes seruentur. ff. de leg. j. l. nemo. de testa. requisiti. & c. tua. ergo lite non contestata non potest dari diffinitiua sententia, quantuncunque renuncietur, licet posit mandamentum, uel compositio fieri: de hoc notat. per Hostien. in titu. de libel. obla §. vltra libellus, & litis contesta. §. quę sit ratio. & §. quid sit effectus.

Aliud publicum authoritate, sed utilitate priuatum: & hoc, aut est inductum, ob communem utilitatem, & huic renunciari non potest expressim, licèt tacitè posit. C. de iurament. calum. l. 2. §. sed quia ueremur. in hoc etiam iure tenet renunciatio, si iuramento firmetur: de iureiur. capitu. cùm contingat. C. si aduerauend. auth. sacramenta puberum. Aut est inductum propter priuatam utilitatem: & tunc si fauorabile, & proprium est renunciari potest: ut C. quando mulier tutel. offi. fungi potest. authen. matri, & auiæ. C. de pact. l. si quis in conscibendo. nam tempore illius l. illud priuilegium talis naturæ erat. licet hodie, secus sit per constitutionem imperialem, quæ incipit, Sed hodie sanxit noua constitutio &c. Si est fauorabile, & commune, quatenus tangit renunciantem tenet, quatenus tangit aliam, non tenet. ff. de serui. rusti. prodi. l. per fundũ. ideo si vasallus renunciat foro domini, nõ præiudicat domino, de arbi. cùm tẽpore de offic. deleg. c. significantibus. de iudi. cæterũ. de foro compe. ex transmissa. & c. sequenti. & c. significasti. aut est odiosum, si vt Macedonianum, & hic renunciari non potest. ut tractatur de condi. indebi. l. qui exceptionem. ff. ad Macedo. l. sed & si pater. §. fi. fallit autem hoc in tutelari munere, quod est publicum authoritate. institu. de excusa. tut. 1. responso de mune. & hono. l. 1. & l. munerũ. de uerbo. signi. l. pupillus. §. munus. sed non est publicum vtilitate. & sic intellige. de excusa. tutu. l. athletę. §. tutela immò est utilitate priuatũ, ne pupilli incurrant detrimẽ

tum rerum suarum. Insti. de tutel. §. cum autem. & §. sequenti. & de autho. tut. i. responso. & de satisd. tut. & cura. i. responso. & tamen huic renunciari nõ potest: quia inuitus datur tutor, cùm sit munus publicum. C. de decur. l. nullus. lib. 10. & inuito datur. ff. de tutelis. l. 2. tamen l. alle. athleræ. non dicit, quin sit munus publicum: imò ꝙ non est munus reipublicæ, & vt non possit renunciari fragilitati ætatis. Facit ff. de mino. l. j. huic quod suprà dictum est, ꝙ clericus non potest renunciare suo priuilegio, concordat, de fo. competen. c. significasti.

Sed contra, quia si voluntarius responderet coram non suo iudice, tacitè renunciare videtur. 3. q. 6. pulsatus. potest autem intelligi illud. c. quando clericus citatur authoritate secundi rescripti intra annum, & dolosè tacet primum rescriptum impetratum, de rescip. c. ex parte. § j. dic ergo, ꝙ si clericus coram laico responderet, & causa ciuilis sit, pro conuicto habetur, etiam si pro ipso sententia feratur, alioquin locum suum amittit, & si non habet locum, fortè poterit, excommunicari, arg. c. tuę. vt lit. non contest. & c. quoniam. § fi. & de dolo, & contu. c. finem. In criminali verò locum suum amittit, & si non habet locum, puto, dicit Host. quod posit aliàs extra ordinem puniri, argu. in proximè dictis concordantiis. Et sic patet, ꝙ tacitè renunciari potest quantum ad damnum suum. 11. q. 1. placuit. sed certè multomagis puniẽdus est, & si expressim consenserit, & postea responderit. Si verò inuitus tractus sit, sententia cõtra eum lata non tenet: sic intelligit, de iudi. c. at si clerici. & c. cùm non ab homine. sed qui eum vocauit, & cogi fecit, causam amittere debet, intelligas per sententiam, & excommunicari debet iudex, & ab officio iudicandi priuandus est. 11. q. 1. inolita. de foro compe. c. si diligenti. Et puto, dicit Host. ꝙ sola vocatione, ex quo ego clericus tractus ero, hanc pœnam aduersarius patietur. 11. q. j. placuit. de excess. præla. c. grauem. C. de transac l. si quis maior. C. de iurisdict. om. iud. l. in criminali. Iudex verò non patietur dictam pœnam, nisi iudicauerit: sed fortè iure citandi priori potest, vt priuatur in eo, in quo deliquit, de transla. episcopi. quanto. de tempo. ordi. literas. & c. seq. vel fortè circa litis contestationem locus erit pœnitentiæ, arg. ff. de in ius vocan. l. quamuis. ff. rem ra. hab. l. amplius.

Alij dicunt, ꝙ vsq; ad sententiam, arg. ff. de inof. testam. l. Papinianus. §. meminisse. C. de his quib. vt indig. l. alia. Sed si certo loco promittat clericus, quid soluturum se, tacitè videtur renunciare priuilegio suo, argu. c. dilecta. de foro compet. Idem est in recõuentione, secundùm eundem Hostien. in summa de mutuis peti. in §. & quando. versic. sed nunquid. idem verò Host. in tit. de fo. compe. in §. liquet. vers. sed nunquid clericus. dicit, videtur, ꝙ clericus †nõ posit renunciare priuilegio suo, quia iuri publico pactis priuatorũ non derogatur. ff. de pact. l. ius publicum. & l. inter debitorem. & de re. iur. l. neque pignus §. priuatorum. de arbi. c. cùm tempore. de sent. excom. c. contingit. ff. de admini. tuto. l. quidam decedens. de leg. j. l. nemo. de testib. requisiti. ff. ad legem Fal. l. quod de bonis. §. j. C. de cond. infer. l. 2. 10. q. 1. sicut quidã. C. de iura. calum. l. 2. §. sed quia. ff. de postu. l. quos prohibet. C. de aduo. diuer. iu. l. ne quis ex corpore tõgatorũ, & est expressius. de foro compe. c. si diligẽti. Sed cõtra ff. de pactis. l. paciscì. ff. à qui. appel. non licet. l. 1. §. 1. de temp. appel. l. fi. in fi. ff. de feriis. l. 1. ff. de mino. l. iudex. de regulari. ad Apostolicã statuimus. de cri. fal. c. fi. de priui. c. si de terra. accedentibus pro, & contra. de feriis. c. fi. Et est expressum, ꝙ renunciatio tenet. C. de pac. l. si quis in conscribẽdo. de vita, & ho. cle. c. fi. de cle. cõiug. c. ex parte. de sentẽ. excõ. c. cõtingit. in audiẽtia. 3. q. 6. pulsatus. 2. q. 7. vos. Super hoc sunt diuersæ opin. magistri dicunt, ꝙ contraria corriguntur, ꝙ nunquã potest renunciari priuilegio suo ẽt de cõsensu: vt in c. significasti. de fo. cõpe. quia non est suum, sed cõe: vt dicit decretalis, si diligenti. Doct. magnæ opinio. dixerunt, ꝙ registretur in suo foro: decretalis in suo: sed hoc non valet, cũ clericus non posit laico renunciare †priuilegium

4

5



ordinis clericalis.

Ego dico dicit Host. ꝙ secũdùm tẽpus illius l. si quis in conscribendo. laicis licuit iudicare clericos: nec habebant clerici priuilegium, nisi hoc solum quòd poterant eligere utrum conuenirẽtur sub Episcopo, uel sub præside prouinciæ: ut patet C. de Epi. & cle. l. cùm clericis. & l. omnes. l. iubemus §. fi. unde tunc tali electioni poterant renunciare. quę electio in fauorem suum tantum fuit data. Iustinianus verò hoc priuilegium augmentauit: quia dixit, quòd in causa pecuniaria prius, conueniat corã Episcopo: ut in auth. ut cle. apud pro. prios Episcopos: col. 6. posita. C. de Epis & cle. clericus. sed in criminalibus dixit, ꝙ cognoscet ciuilis iudex. & secundùm illud tempus dicas, quòd renunciare poterat in foro ciuili: quia adhuc non indulgebatur collegio, sed clericis: tamen hodie sanxit noua constitutio Federici vt nullus ecclesiasticam personam in criminali, uel ciuili ad iudicem secularem tradere præsumat, contra cõstitutionem imperialem, & canonicas sanctiones: aliàs actor à iure suo cadat, nec teneat iudicium, iudex ab officio iudicandi priuetur. Si quis autem ecclesiasticis personis iustitiam denegare pręsumpserit, tertiò requisitus iurisdictionem amittat, ut in constitutione Federici hac edictali. Approbat ergo Fede. quantum ad partem istam canonicas sanctiones, 11. quæstio. 1. inolita. & capit. placuit, & capitul. si diligenti. ergo in utroque foro hodie seruari debent, nec corrigit l. si quis in conscribendo. quia illo tempore priuilegium singulare erat; & ideo ei renunciari poterat. ff. de edil. edict. l. quæritur. §. si uenditor. & subdit idem Hosti. in eodem titu. in summa in §. illud scias. §. sed nũquid hoc casu: ubi dicit. sed nunqd, si clericos coram iudice laico, sententiam contrariã reportet potest eam habere ratã Episcopus in suum præiudicium? non uidetur, quia initium spectandum est: de elec. c. dudum. de contrahen. empt. capit. cùm dilecti. & respectu initij nulla est, quia lata est à nõ suo iudice: ergo quod ab initio non ualet & c. de elect. c. audistis. de regu. iur. quod ab initio.

Item prælatus similis est tutori. ut in auth. de eccle. titu. §. penul. & fi. col. 9. sed tutor contractum præcedentem, non potest ratificare: institu. de autho. tutor. §. tutor. Credo contra, dicit Hosti. ubi suprà arg. c. quod in dubijs. de renuncia. de offi. deleg. c. cùm olim Abbas. de his quę fiunt à prælato. c. cùm nos de dona. ca. pastoralis. ff. de arbi. l. ligatores. & de iudic. licet. Et laicus in iudicem non suum, non potest in spiritualibus, puta matrimoniis, usuris, & similib. sine cõsensu proprii Episcopi consentire: argumen. cum apostolica. de reb. ecclesi. non alien. de parochia: nullus. de iure patro. nullus. de pœniten: & remissio. cap. omnes. & cap. ne pro dilatione.

Item Episcopus me inuito non potest me submittere alicui tanquam ordinario ut patet in dicto cap. significasti. ubi utriusque consensus requiritur, & est ratio: ut infrà de pręscriptio. cum non liceat. & de his quæ fiunt à prelato. capit. quanto. & sequenti. potest tamen ipse delegare causam ad non pertinentem etiam me inuito, dummodo, non sit persona suspecta: de foro competen. c. 1. & l. 3. de appella. c. cum speciali. de officio delega. cap. cum super quæstionum. §. uerum. & §. intentionis. & hoc si ordinarius recusatur tanquam suspectus. ut dicunt iura inducta: idem si non recusatur: de foro competent. c. 1. delegabit autem ordinarius recusatur, nisi pximus superior sit pręsens, & de consuetudine recurratur ad eum, vel de iure communi, ad Papam, de foro competen. licet. 2. quęst. 6. quamuis. & c. sequenti. vel dic, quòd vbi ordinarius recusatur, delegat. causam, vel ad superiorem remittat, nam ad hæc duo sub distinctione tenetur, de appel. cum speciali. §. causa. sufficit ergo quod eligat. argumen. de rescrip. cap. cum inter cęteras. ff. de iure do. l. plerunque. C. de condictio. indeb. l. fina. sed si delegare non vult, vel remittere, recurritur ad superiorẽ, de iure patro. nullus põt, & illud dici, ꝙ vbi superior pximus non multũ distat, recurritur ad superiorẽ, de foro compe. c. licet. sicut ibi recusat delegatus, cognoscit delegãs,

qui proximus est, de offic. deleg. cap. cùm olim magister vel vbi nimis distat, est ad arbitros recurrendum, de offi. dele. capit. suspicionis. & cùm Episcopus, si ordinarius Episcopi clericus de Episcopo suo cõquerens sequitur forum suum, & sic conueniet eum coram Archiepiscopo. de offi ordi. cap. pastora. de fo. compe. sanè. de offi. ordi. cap. ad reprimendam. de offi. de leg. capitu. cum contingat. Si verò Episcopus conqueratur de clerico, ibi eligendi sunt arbitri, quia in re propria non potest esse iudex. 11. quæstio. j. clericus aduersus clericum. in aljis libris incipit, Clericus.

Angel. autem in quodam suo consilio, quod incipit, Clericus, non sub nomine clericali, sic consuluit, nõ sub nomine clericali, sed simpliciter nomine priuato, nõ incidens in habitu clericali, non opponẽs exceptionem iudicis incompetentis condemnatus appellat. Quæritur, an talem sentẽtiam posit dicere nullam, cùm non opposuit principali exceptionem clericatus? & sine dubio potest dicere nullam: quia hanc exceptionem non potest remittere, nec ei renunciare tacitè, vel expressè: extra de foro compe. cap. si dilegenti. & cap. significasti. & notat, & tenet expressè. Guil. in Spec. in titul. de act. §. 1. in fin. versic. sed pone. & Archi. 15. q. 3. placitis. & ad hoc facit quod no. Innocent. extra de censib. cap. venerabili. nam cùm ipsum priuilegium non sit ipsius clerici, sed totius ordinis clericalis, vt in cap. si diligenti. nihil operatur taciturnas clerici, vbi enim est tale factum, quòd à iure improbatur, nec est in potestate facientis, nihil operatur approbatio etiam expressa facientis: extra de præben: cap. dilectus. cum si.

Non ob. quòd non incedebat in habitu, quia propter hoc non perdit priuilegium, nisi post trinam monitionem, de sent. excommu. cap. in audientia. Bald. in l. j. ff. de iudiciis. in noua lectura. sic dicit, sed pone, clericus coram laico conuẽtus processit in causa, & litem est contestatus, & tacet de clericatu suo an valet processus? glossa tangit in alleg. l. j. & innuit, quòd si sponte litigat, valet processus, quia hoc videtur potius prorogatio iuris, quam hominis, vt l. si. de excep. Ioã. Andr. dicit, quòd si clericus opponit de clericatu iudex secularis super ista declinatoria potest procedere, & ideo consulit, quòd si clericus vult processum nõ valere, non excipiat, sed protestẽtur de clericatu. Ita dicit ipse in d. c. si diligenti. in addi. In eo autem, qui non adiicit, neque protestatur, nihil determinat potest dici, quòd si in fraudem tacuit de clericatu aduersario ignorante, quòd valet processus, ne dolus eius sibi patrocinetur, aliàs secus, ꝙ licet non posit prorogare per pactum, potest per delictum, quia dolo tacet, & dissimulat, argumẽ. C. ad Velle. l. si sine.

Iacob. Bru. in authen. generaliter C. de Episcop. & cle. dicit quòd quædam sunt, quę respiciunt fauorem partium, & ista possunt remitti ex cõsensu, vt l. quæritur. §. si venditor. ff. de ædil. edi. & authen. generaliter. C. de Episcop. & cle. & l. penul.
6 C. de pact. Quædam sunt, quæ †respiciũt vigorem, & rigorem iudici, & ista nõ possunt renunciari, vt l. prolatam. C. de senten. & authen. offeratur. C. de lit. contest. Quædam sunt quæ respiciunt publicam, seu communem vtilitatem. & ista nõ possunt remitti consensu partium, vt l. 2. §. sed quia veremur. C. de iura. calum. & l. iurisgẽtium. §. si paciscar. ff. de pact. Idem verò Iacob. Bru. in l. penultima. C. de pac. dicit, ꝙ aut per pactum volo tollere id quod continet publicam vtilitatem, & non valet, vt l. iurisgentium. § si paciscar. ff. de pact. & l. quos prohibet. ff. de postu. Aut volo tollere id, quod continet communem vtilitatem, & non possum, vt l. 2. §. sed quia veremur. C. de iura. calum. & in corpore de non alie. §. vt autem. Aut volo tollere id, quod continet odium alienum, vt Macedonianum pactum legis cõmissoriæ in pignoribus, & non possum, vt l. penultima. C. de pac. pig. & l. eam & si. ff. ad Macedon. Aut volo tollere per pactũ id, quod continet fauorem alienum. & nõ possum vt l. si vnus. §. & in summa. ff. de pact. aut continet fauorem meum, & tunc



tunc aut est tale, quod per pactum tolli non potest, & pactum nihil operatur: vt l. abdicatio. C. de pat. pote. & l. ius autem agnationis. ff. de pact. aut per pactum tolli potest: & verba non sunt apta ad paciscendum, & tollendum, & tunc pactum nihil operatur: vt l. nec si volẽs. C. de libe. causa. aut possunt tolli per pactum, & verba sunt apta ad pactum, & tunc tolli possunt regulariter, vt l. penultima. C. de pact. & l. pactum. ff. de pact. Et contraria quæ no. in l. penultima. C. de pact. sunt specialia, & ratio specialitatis ponitur ibi in gloss.

Cyn in l. penult. C. de pact. dicit sic: Si quæris an possit renunciari iuri naturali, aut alij iuri? si iuri naturali, puta sanguinis non potest. ff. de reg. iur. l. iura sanguinis ff. de pact. l. ius autẽ agnationis aut aliqs vult renunciare alij iuri per pactũ. & tunc subdistingue: & tũc aut illud ius est solùm in fauorem eius introductum, aut est introductum in fauorẽ sui, & alterius. si in fauorem eius, & alterius, vt rei publicæ, vel alterius, tunc non potest renunciari, vt ff. de pact. do. l. 2. quia in fauorem reipublicę ibi est, vt dos citius habeatur, vt ff. so. ma. i. j. similiter in fauorem reipublicę est vt miles non sit procurator, vt l. filiusfamilias. §. veterani. ff. de procur. eodem modo est fauor publicus in iuramento calumniæ, vt d. § sed quia veremur. C. de iura. calum. Idem si fuerit introductũ in fauorem cuiuslibet alterius: vt in l. quos prohibet ff. de postu. Aut illud ius est introductum in fauorem vnius tantum, & tunc subdistingue, & tunc aut ille, qui renunciat, habet illius iuris plenam dispositionem seu dominationem, aut nõ si vult renunciare iuri cuius plenam dispositionem seu dominationem non habet, non potest, vt liber † homo, qui non potest
7 renunciare iuri libertatis, nisi multis iuris solennitatibus occurrentibus, vt ff. ad leg. Aqui. l. liber homo. C. de libera causa l. nec si volẽs. Inst. de iure perso. §. serui. aut vult quis renunciare iuri, cuius qu s habet dispositionem, tunc refert, aut renunciatio est contra bonos mores, & tunc si quidem per hoc induceretur ad delinquendum, non valet, vt l. si vnus. §. illud. ff. de pact. & ff. de pact. do. l. conuenire. Si autẽ non induceretur ad delinquendum, tunc regulariter verum est, quòd iuri pro se introducto quis renunciare potest, vt l. penulti. C. de pactis: Fallit quatuor casibus.

Primus est l. fi. C. de pact. pig. ratio ibi est propter auaritiam creditorum.

Secundus est ff. de transact. l. cum hi. ibi est in fauore alimẽtorum in vltima voluntate relictorum.

Tertius est ff. de pig. act. l. si conuenerit. vbi creditor non pôt conuenire. vt pignus vendere. sibi liceat certè ibi non dicitur hoc imò dicitur quòd si conuenerit potest vendere, sed ibi conuenit non vendere, tunc non potest vendere, nisi præcedente trina monitione, vt ibi dicitur, Vnde secundùm Petr. ille casus non facit ad exceptionem. Item fallit in precario ff. de precar. & iste est tertius casus, & est ratio quia pactum est contra naturam contractus.

Quartus casus est ff. communi diuid. l. in hoc iudicio §. conuenerit. ratio fallendi est, quia communitas, quę per pactum induceretur, ibi pareret discordias, quas
8 †communio generare solet. ff. de leg. 2. l. cùm pater. §. dulcissimis. & C. de dona. l. sancimus. §. si autem res donationis. in gloss. super verbo, contentio. Bartol. autẽ in l. ius publicum ff. de pact. dicit pro vtili doctrina huius materiæ dicas, ꝙ quoddam est ius publicum naturale non positiuum, & istud non potest tolli pacto. vt l. ius autem agnationis. ff. de pactis.

Quoddam est ius publicum positiuũ, & istud quandoque disponit circa formãdandam alicui actui, testamentis, contractibus vel iudiciis, non curo. & istud pacto contrahentium tolli nõ potest, seu mutari, vt l. nemo potest. ff. de leg. 1. ff. de verbo. obliga. l. 1. §. si quis ita. C. de sentent. l. prolatam. & de fide instrum. l. comparationes. ibi non aliter &c. Quãdoque ius disponit circa effectũ alicuius actus, & tunc aut ille effectus respicit principaliter, & directo vtilitatem publicam, & non potest

teſt mutari pacto priuatorum: vt ff. de pact.l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. & l. ſi vnus. §. item ne experiar. & l. ius publicum. ff. de pactis. Quandoque reſpicit vtilitatem priuatam, & tunc aduertendum eſt ad cauſam. quare lex ſic diſponit, aut cauſa continet ſimpliciter fauorem eius qui huic iuri renunciauit, & hoc ius vult mutare, & poteſt, quia quilibet poteſt renunciare †fauori ſuo, vt l. pactum. ff. pac. & l. penultima. C de pactis, & hoc eſt verum reſpectu ipſius iuris, quod eſt mutabile per pactum, ſi tamen perſona ſit talis, cui paciſci liceat, vt beneficio reſtitutionis in integrum, quod poteſt tolli per pactum factum à maiore. C. ſi maior factus ratum habuerit per totum. nõ, ſi fieret à minore, vt l. ſi iudex circunuentu. ff. de minor. & ibi no. C. de in integr. reſtit. l. ſi intra. Si verò cauſa illius ſtatuti facti per legem non eſt priuata vtilitas paciſcentium, ſed ſubeſt alia cauſa, tunc non poteſt, ita loquuntur omnes caſus notati in l. pactum. ff. de pact. & in l. penulti. C. de pact. Subiicio exẽplum, dicit Bart. cauſa euidentioris intellectus. Quandoque aliquid ſtatuitur, quia ſi ſecus fieret, eſſet contra bonos mores, tunc pactum in contrarium non valet, vt l. alia. §. eleganter. ff. ſo. ma. & l. ſi vnus. §: pacta quę ob turpem. ff. de pact. ſic poteſt loqui titulus C. ne fideiuſ. do. dẽ. Et enim ibi ratio, ne cauſa perfidiæ naſcatur in matrimonio, & omnes leges, quæ prohibent pactũ, ex quo daretur materia delinquendi. Quandoq; pactũ prohibetur odio alicuius, vt in pacto legis commiſſoriæ, & in pignore, & in mutuo facto filiofa. tũc per pactum non poteſt mutuari, vt ff ad Maced. l. tam & ſi C. de pact. pig. l. ſi. Quãdoque pactũ prohibetur, ſeu p legẽ aliquid ſtatuitur ratione publicæ vtilitatis, licet reſpiciat principaliter priuatam vtilitatẽ tunc etiam hoc pacto mutari non poteſt, vt l. de die. ff. de pact do. & C. de agric. & cẽſi. l. 2. & l. quemadmodum. Et ad iſta reducuntur omnes caſus, qui not. in l. pactũ ff. de pact.

Et ideo multum diligenter aduerte, ſi in ſtatuto apponitur cauſa, quæ reſpicit publicam vtilitatem, vel nõ tunc enim non poſſet etiam iuramento firmari, conueniri, ſeu in contrarium paciſci, vt l. iuriſgentium §. ſed & generaliter. alle. & no. in d. l. 2. C. de agric. & cenſi. Circa hoc vide in l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. & latius in l. ſi quis in conſcribendo. C. de pac. Sed cõtra prædicta videtur, quia quod poteſt fieri per legem, & ſic, & per pactum. Bar. in l. nõ impoſsibile ff. de pactis. dicit, quòd quedam ſunt prohibita ratione publicæ vtilitatis, & tunc non eſt vera regula hoc modo ſumendo, quod poteſt fieri per legem, poteſt fieri per pactum priuatorum, quia per legem poteſt iuri publico derogari, †non poteſt per pactum, vt l. ius publicum. ff. de pact. ſed bene procederet iſta regula quod poteſt fieri per legem, poteſt fieri per pactum ſcilicet, publicum populi vel alterius, qui habet poteſtatem cõdendi legem, ita intelligitur, quod no. in l. neque ex prætorio. & l. neque pignus. §. priuatorũ. ff. de reg. iur. ſed ſi pactum eſſet prohibitum, eo: quòd cõtra bonos mores ſit tunc iſta ſunt conuertibilia, quod non poteſt fieri per pactum, neque per legem, nec econtra, vt no. C. de decretis decu. ſuper rubr. dixi de hoc plenè, dicit Bar. in l. omnes populi. in quæſtione illa, à q̃bus poſsũt fieri ſtatuta ff. de iuſt. & iur.

Idem autem Bar. in l. penultima C. de pac. dicit ſic quando aliquis vult renunciare iuri ſuo. Aut eſt ius naturale, aut poſitiuũ. Primo caſu non poteſt renunciare, vt l. iura ſanguinis ff. de reg. iuris l. & l. ius autem agnationis. ff. de pact. Secundo caſu, aut eſt ius, quod ſtatuit certam formã, in actibus hominum introducendo, vel alio modo diſponendo. Primo caſu pone exemplum, quòd teſtamentum fiat cum ſolenni numero teſtium, & quòd pacta & ſtipulationes certo modo fiant, & huic non poteſt renunciari, vt l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. & ff. de pact. l. contra iuris. in principio. & C. de teſtamen. l. teſtandi. Secundo caſu, aut eſt ius publicum. & ei renunciare poteſt quis, vt l. ius publicum ff. de pact. aut ius priuatum, cui quis vult renunciare, & tunc quandoque illud ius continet publicam vtilitatem cuiuſdam alterius



alterius tertij priuati: quandoque continet priuatam vtilitatem renunciantis tantum. Primo caſu, ſi quidem vtilitas priuata poteſt ſeparari à publica, & valet renunciatio, quantum ad priuatam vtilitatem, quantum ad publicam non, vt l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. & ibi not. ff. de pact. l. ſi non poteſt ſeparari, renunciatio non ualet, vt l. de die. ff. de pact. do. coniuncta. l. j. ff. ſolu. matr. ff. de poſtu. l. quos prohibet. & l. filiusfamilias. §. veterani. ff. de procu. & l. 2. §. ſed quia veremur. C. de iura. calum. Secundo caſu, quando continet vtilitatem renunciantis, & tertij, & tunc idem, quia ſiquidem poſſunt renunciare, ualet quantum ad præindicium renunciatis, non autem quantum præiudicium tertij, vt C. res inter alios ac. per totum. & l. ſi poſt mortem. ff. de contratab. Sed ſi non poteſt ſeparari, non valet renunciatio, vt C. de libe. cauſa. l. 1. 3. & 4. Tertio caſu, quando continet priuatam vtilitatem tantum, tunc quandoque illud ius eſt introductum principaliter in fauorem renunciantis, quandoq; eſt introductum principaliter in odiũ alterius, & ſecundariò redundat in fauorẽ renũciantis.

Primo caſu, ſiquidem ille fauor eſt introductus propter renunciantis imbecillitatem, & renunciatio nõ valet, vt l. ſi intra, & ibi no. C. de in integ. reſti. & l. ſi iudex. & ibi not. ff. de mino. & ff. noua. l. doli. §. diuerſum. Si verò eſt inrroductum aliter, quàm propter eius imbecillitatẽ, tunc ſiquidem talis renunciatio eſſet contra bonos mores, vel induceret aliquem ad delinquendum, & nõ valet, vt l. alia. §. eleganter. ff. ſolu. mat. & de pact. do. l. conuenire. Sed ſi non eſſet contra bonos mores, vel non induceret aliquem ad delinquendum, & tunc renunciatio valet, vt l. penult. C. de pact. Secundo caſu, quando illud ius eſt introductum principaliter in odium alterius, tunc ſi quidem renunciatio eſt cauſa, quare illud odium ceſſat, valebit renunciatio, vt l. ſi. C. ad Macedo. aliàs non valeret, vt l. tam, & ſi. ff. ad Macedon.

Bal. autem in l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. dicit ſic poſt Bar. quòd quando quis vult ſuo iuri renunciare. Aut eſt ius naturale, aut poſitiuum. Primo caſu non poteſt, quia de neceſsitate ineſt. ff. de reg. iur. l. iura ſanguinis. & ff. de pac. l. ius autem agnationis. Secundo caſu aut eſt ius, quod ſtatuit certam formam in contractibus, ſeu actibus hominum, vt quòd teſtamenta fiant ſub certa ſolennitate, & non poteſt renunciari, vt ff. de leg. 1. l. nemo poteſt. de pac. l. contra iuris in prin. & C. de teſta. l. teſtandi. Aut ius ciuile non diſponit per modum ſolennitatis, vel formæ, ſed alio modo in actibus hominum diſponit, & tunc refert, aut eſt ius publicum principaliter, & ei non poteſt, quis renunciare, vt ff. de pact. l. ius publicum. Aut eſt ius priuatum, & tunc aut continet priuatam vtilitatem renuntiantis, & publicam ſimul, aut continet priuatam vtilitatem renunciantis, & cuiuſdam alterius tertij priuati, aut cõtinet vtilitatem ſolius renunciantis.

Primo caſu ſi vtilitas publica poteſt ſeparari à priuata, valet renunciatio quantum ad priuatam vtilitatem, quantum ad publicam non, vt l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. ff. de pac. ſi autem non poteſt ſeparari, non valet renunciatio, vt l. de die. ff. de pac. do. coniuncta l. j. ff. ſolu. mat. ff. de poſtulã. l. quos prohibet. ff. de procu. l. filiusfamilias. §. veterani. C. de iura. calum. l. 2. §. ſed quia veremur. Secundo caſu quando continet vtilitatem renunciãtis, & tertiij, tunc ſimiliter refert, quia ſi poſſunt ſeparari, valet quantum ad præiudicium renunciantis non autem quantũ ad præiudicium tertii. ff. de pact. l. ſi. ff. de cõtratab. l. ſi poſt mortẽ. §. ſi. ſed ſi non põt ſeparari, nõ valet renunciatio. ff. de appel. l. non tantum. & l. 1. 2. 3. & 4 ff. de lib. cauſa. ſecundum Bar. hæc diſtinctio de ſeparabili, & inſeparabili probatur per l. quod ſponſus. § generaliter. ff. de do. inter vi. & vxo. & ff. de liber. cauſa. l. ſi is, qui duos. ff. de diſtrac. p g. l. arbitri. ff. qui po. in pig. hab. l. Claudius Felix.

Tertio caſu, quando continet priuatam vtilitatem renuntiantis tantũ, & tunc refert: aut illud ius eſt introductũ principaliter in fauorem renunciantis: aut in alterius

rius odium: & ſecundariò redundat in fauorem renunciantis.

Primo caſu, ſi quidem ille fauor eſt introductus propter imbecillitatem renunciantis, & non ualet renunciatio: ut l. ſi intra, & ibi not. de integr. reſti. mino. C. & l. ſi iudex circunuento. ff. de mino. & l. doli. uerſicul. diuerſum. ff. de noua. ſecundùm Bar. Et hoc verum, niſi imbecillitas cauſetur ratione præſumpte ignorātię: quia tūc certificatus quis renunciare poteſt: ut in muliere renunciante Velleiano. Si uerò eſt introductus aliter, quàm propter eius imbecillitatem: & tunc ſi talis renunciatio eſſet contra bonos mores, uel induceret quem ad delinquendum, & nō ualet: ut l. alia. §. eleganter. ff. ſol. mat. & l. conuenire. ff. de pac. do. ſed ſi non eſſet contra bonos mores, uel non induceret quem ad delinquendum: & tunc ualet: ut l. pe. C. de pact. & hoc uerum, niſi in his quæ non dependent ex mera poteſtate, unde libertati renunciare non poſsimus: quia libertas ſola uoluntate non perditur, ut C. de libe. cau. l. nec ſi uolens. ſecundum Cy. & hac ratione non poſsimus nos obligare ad perſonalem pœnam, uel mortis, quia nunquam talia poſſunt induci, per talia pacta, ut legitur & notatur. 23. q. 5. cùm homo. Facit ff. de pac. l. ſi unus. §. pactus. uerſi. ſed ſi pactum.

Secundo caſu quando principaliter eſt introductum in odium, non ualet renūciatio, niſi illa renunciatio cauſam odij ceſſare faceret, ut C. ad Macedo. l. fi. ff. ad Maced. l. tam & ſi. ſecundùm Bar. ſed quomodo cognoſco, ſit in odium, uel in fauorem introductum? Reſpōdeo, ex ratione legis, nam aut ratio legis conſiſtit in doli præſumptione, tunc eſt in odium, aut in præſumptione imbecillitatis, uel in alia ęqtate, & tunc eſt in fauorem, ut ff. de cond. indebi. l. qui exceptionem. Ratio enim legis quādoque ex proęmio ipſius colligitur, ut ff. de hære. inſti. l. fi. Si aūt non conſtat de ratione, ſi quidē lex prohibet, & annullat, non poteſt renunciari: ut C. ne fide. dor. den. l. j. nam ſi principale eſt nullum, cauſa ſimiliter renunciationis eſt nulla. Facit quod not. per Cyn. C. ad Velle. authent. ſi qua mulier. Si autem lex non prohibet, ſed permittit, tunc poteſt tali legi renunciari, ſi non appareret, quòd ſit prodita in
11 odium uel fauorem, quia in dubio † omnis pręſumitur fauorabilis, arg. d. l. qui exceptionem.

Ang. autem in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis cau. ſic dicit, Tu autem ſup iſto puncto quotidiano & utili, uidelicet, an renunciatio generalis ualeat, conclude breuiter, quòd in iudicijs generalis renunciatio caſus fortuiti, uel, periculi nūquam tenet. Et ſi aliqui caſus ſpecialiter enumerati fuiſſent, quia noluit prętor ſtipulationibus ab eo inductis, quēquam decipi, ſub verborum inuolutione, & ita loquitur in d. §. quæſitum. imò eſt neceſſarium, ꝙ caſus exprimantur, & ſigillatim, ut patet in litera, defenſionibus uerò competentibus, de pręſenti bene quis poteſt renunciare generaliter in iudicio, habet enim earum notitiam, unde imputet ſibi. C. de iud. auct. iubemus. & C. de app. l. addictos. & C. de Epiſ. aud. l. adictos. & hac practica utuntur aſſeſſores, cum faciunt damnandos ad mortem renunciare termino adiecta cauſa, quia nullam defenſionem habent. Caueant tamen ne ſuper ſe & filios eorū cōuertatur, ſi iniquè facerent, ut in corpore iuriſiur. quòd prętatur ab his. & facit ad prædicta quòd notat. per Bar. in l. Aurelio. §. Caius. de liber. lega.

In conuentionalibus ſtipulationibus conclude, quòd ſi renunciatur defenſioni futuræ propter caſum fortuitū. ſufficit illa renunciatio abſque alia expreſsione. Tex. eſt in l. quæ fortuitis C. de pigno. actio. & intellige de caſu fortuito uitato. Text. eſt in l. fiſtulas. § frumēta. ff. de cōtrahē. emptio. Venit etiā caſus fortuitus cōtingens ex natura rei. Caſus eſt in l. iti ē quæritur. §. fi. gemma. ff. locati. & ſi caſus, uel periculum ueniebat de natura contractus, hoc plus operatur promiſsio, ut ueniat etiam ſi cauſetur ex culpa aduerſarij, abſque dolo. Tamen. text. eſt ſingularis in l. qui officij. in fin. ff. de contrahen. emptio. Si tamen non renunciaretur caſui fortuito, ſed periculo, & defenſioni oriendę ex eo, tunc conclude, quòd nulla ſpecificatione,



12 ne † facta ſimiliter tenet renūciatio. ff. de nautico fœnore. l. periculi. Si non ueniebat, tunc ſimiliter cōclude, quòd tenet, ſi ille qui renunciat, non poſsidet rem cuius ſuſcepit periculum, nam cùm culpam de leui non poſsit committere in re, quā poſsidet, neceſſario hæc verba ad caſum fortuitum ſunt ad trahēda, ut l. j. & l. ſi in venditione. ff. de periculo & commo. rei vend. Sed ſi poſſeſsio remaneat apud eū, & ſic de facili in ea poteſt committi dolus, & culpa, tunc conclude, quòd ſemper hæc renunciatio debet aliquid operari, & operatur ſemper vnum ſolùm, quod propinquus caſui, qui veniebat de natura contractus, veniat, vnde ſi de natura contractus veniebat dolus, & lata culpa, nunc venit leuis, & non plus, ſi venit leuis, nunc venit leuiſsima, & non vltra, ſi veniebat leuiſsima, nunc venit caſus fortuitus. Ad aliud enim non poteſt fieri relatio. Si intelligē. ff. locati. l. hæc diſtinctio. in princip. & l opus quod aduerſione. quæ optima eſt ad hoc, coniuncta l. & Ariſtoni. ff. manda. Dicet quis, quare non ita operatur renunciatio periculi, ſicut caſus fortuiti? dicit, quòd non eſt eadem ſignificatio. Tex. eſt in d. l. locus. Et prædicta vendicant ſibi locum, quando ſolùm generalis renunciatio emanauit. Si autem fuerit quorundam caſum expreſsio, & deinde ſubſequatur clauſula generalis, vt videmus cōmuniter fieri in omnibus iuſtrumētis, dic, ꝙ in ſpecificatis tenet ſine dubio, in non expreſsis etiam valet quo ad ſimilia, vel minora, non quo ad grauiora, ſecūdùm Guil. pro quo optimè facit cle. 2. de procuratoribus. facit optimè l. ſi cui. & l. fi. §. cui dulcia. ff. de vino tritico, & oleo lega. & quod no. Spec. in titu. de procuratore. §. 1. verſi. ſed nunquid. & extra de reſcrip. c. fides Apoſtolica. vbi dicit ita iudicatū fuiſſe. Facit etiam optimè. ff. de dona. l. filius.

Vltimo ſcias, quòd licet iſta renunciatio generalis in retur, tamen nihil operatur iuramentum, quia non interponitur ad confirmandum, ſed ad augendum, & iuramētū nō auget, vt no. gl. in auth. ſacramenta. C. ſi aduerſus vend. facit. C. de non nume. pec. l. fi. ff. ad munici. l. fi. Quid autem ſi in renunciatione generali apponerentur iſta verba in clauſula generalis videlicet, quòd partes velint habere pro, ſpecificatis, & expreſsis caſus, qui contingere poſſunt dic, ꝙ non ſufficit, per §. quęſitū. l. ſed, & ſi qs. ff. ſi qs cau. q requirit expreſsionē ſigillatim, ſecus eſſet, ſi iſta clauſula apponeret in ſtatutis, nā ſatis debet haberi pro expreſſo, quo legiſlator vult haberi. & idem dicas in ſcriptis gratiæ quæ conceduntur motu proprio, nam illæ veræ non ſunt leges, ſecus verò forſitā ſi cōcederetur ad poſtulationē alterius. In hoc tamen ſerua. opi. Io. And. notatam in c. cùm aliquibus. & c. ſubſcriptum de reſcri. Bar. autem in d. l. 2. §. quæſitū ff. ſi quis cau. dicit quod gloſſ. in d. §. quęſitum. & l. ſi quis. alleg. quærit an d. §. quęſitum habeat locū in veritate in contractibus, vt caſus debeant ſpecialiter exprimi, & recitat opin. Mar. quod non. ideò dicit contra, quilibet pro ſe allegat, multas bonas leges.

Tertia fuit opi. Bal. qui diſtinxit, quod aut aliqui caſus enumerantur in contractibus, & poſtea ſubiicitur clauſula generalis, & valet, aut renunciatur generaliter tantum, & non valet, vt in gloſſ. & gloſſ. dicit iſtud conſuetudine approbatum. Hoc ſequitur Dyn. in capitu. contractus. de regu. iur. in vj. ſed Cyn. in l. 1. C. commodati. hanc opi. repugnat, quia eſt eadem ratio, quæ in iudiciis quę in d. § quæſitum, reprobatur, ergo, &c. Guil. de Cu. tenet gloſſ. cum quadam modificatione, videlicet quòd clauſula generalis valet quo ad omnia ſimilia, vel minora caſibus expreſsis, non quo ad maiora, ar. l. fi. §. cui dulcia. ff. de vino tri. & oleo legato. quæ limitatio ſatis placet ꝑ tex. ca. ſedes. de reſcri. & in c. non poteſt de procu. in cle.

Quarta fuit opi. quæ colligitur hic ex glo. in d. §. quæſitum. alle. licet illud donat per modum cuiuſdam quæſtionis nonæ, vt diſtinguamus, aut quis reuūciat ꝙ ſuſcipit in ſe periculū ſimpliciter, & tunc aut ex natura contractus veniebat leui culpa, & veniet leuiſsima, aut veniebas

leuiſsima

leuissima culpa, & veniet casus fortuitus vt verba aliquid operentur: vt l.si quando.de lega.j.sed Cy.in l.j.§. commodati. reprehendit hac distinctionem: sed non curo, quia vera est, vt infra dicam. Odofre.distinguit, aut stetit per reum, cum actor velit enumerare, quia dicit, dicas generaliter, aut non stetit per reum: ego non curo de ista sua opi. Nic.de Matta.dicebat, aut ille, qui est obligatus ad rem, suscipit in se periculum, & hoc valet, quã quam generaliter dicat, vt l.iurisgentium. §.item si quis.ff.de pac.& ff.manda.l. Aristo.& l.3.§.nunc videndum.ff.commodati & depositi.l.j.§.sepe. de nautico fœno. l.periculi. de iure dotium. l. si mancipia. Aut est obligatus ad factum. & tunc non suscipit in se periculum, nisi specialiter exprimatur, vt l.2.§.quæsitum. alleg hæc opin.est contra casum leg. opus ff.locati. vbi, licet est obligatus ad factum, tenebitur, etiam ad ipsum opus restituendum & tamen si suscipit in se periculum, non intelligitur de casu fortuito. Vt igitur liqueat huius materię veritas in iudiciis seu stipulationibus iudiciariis, & prætoriis tene §.quæsitum.l.2. alle. Item si renuncietur exceptionibus peremptoriis, vel aliis iuribus competentibus, vt in glo. l.sub prætextu.& l.si de certa. C. de transact.dixit idẽ Bar.in l. Aurelius.§. Caius. de liber.lega.

In stipulationibus cõuẽtionalibus si alis quis renunciat exceptionibus competituris, vel suscipit in se periculum, quid operetur? distingue, aut exprimit se suscipere periculum casus, & valet & de omni casu fortuito tenetur.l. quæ fortuitis. C.de pigno..actio.in fin.& ibi casus, vt gl. tenet in d.§ quęsitum. aut suscipit in se periculum simpliciter, & tunc aut ille qui suscipit, erat ille, ad quem pertinebat periculum, ante contractum, & tenetur de casu fortuito, vt dicta l. periculi de nautico fœnore, aut ille primo non tenebatur, & tunc aut possessio rei non transit ad eum, qui in se suscipit periculum, & tenetur de casu fortuito, vt l, si in venditione.in principio. ff. de periculo & eommodo.rei venditæ.ratio, quia non est verisimile, quòd in re, quam non habet, committat.culpam, solum ergo ad casum referri potest, aut trãsit ad eum, & tunc aut ex natura contractus veniebat leuis culpa, & tenetur de leuissima, vt dicta l. opus.ff. locati. aut veniebat leuissima, vt in mandato, & tunc tenebitur de casu fortuito, vt in l. Aristo. ff. mandati. & tenet glos. in dicto §. quęsitum. aut tenebatur de casu fortuito, & tunc istud in se suscipere periculum hoc operatur, quia prius tenebatur de casu fortuito contingente absque culpa alterius partis, dummodo dolus absit, vt l. qui officii.§. fin. ff.de contrahenda emptione. & omnes leges quæ videntur simpliciter dicere quem teneri de periculo, si est actum, intelligunt secũdum prædictam distinctionẽ. Est enim necesse quòd omnes exprimantur in casibus, in quibus prius tenebantur de leui culpa ad plus.C.commodati.leg. ea quidem de vi maiore. & depositi. l.j. & ita intelligatur opinio. Ioann.posita in dicto §.quęsitum. Si verò quosdam casus enumerauit, & postea subiicitur clausula generalis, valet illa generalis clausula, vt dicto §.quæsitum.in gloss. secundum opinionem Bald.& Dyn. in dicto c. contractus. quod intellige quo ad similia, vel minora, non quo ad maiora, vt d.c. sedes & capit.non potes. de procuratoribus.in cle. vbicunque teneri quem de casu fortuito intellige in solito, non in casibus in consuetis, vel non verisimilibus, vt l. fistulas.§. fi.ff. de contrahend. empt. qui casus est notabilis.

Quid si postea in generali renunciatione instrumẽto est iuratũ? Respondeo, dicit Bar.ad illos casus, ad quos renunciatio refertur, & iuramentum, vt c. fina. C.de non nu.pecun.& l.fin.in princ.ff.ad municip.& l fi.ff., qui facisda.cog. & dicit Hostien.in summa in titu.de renun.in §. quę possunt renunciari. quod si quis renũciat omni iuri competenti, & competituro literis impetratis, & impetrandis, & quidem quo ae futurum tempus pertinet non valere, argu. prædictorum iurium.ff. de pactis.l.tres fratres.ff.de transact.leg. qui cum tutoribus.in fi. & de: const. cũ accessissent.



accessissent. de rescriptis.pastoralis. §. fin. de eccle. ędifi. cap.ad audientiam.lo 2.de despon. impube.c.ad dissoluendum.j.respon.ff.de iniusto rup.& irrito testamento l.nam & si sub conditione.dic secundũ ipsum Hostien. si generalis sit renunciatio, uere ualet.secus si specificatis quibusdam iuribus, sequitur generalis reũciationis conclusio. C.quando mulier tutel.officio fungi potest.l.fi.circa medium. & in auth.ibi posita matri & auię.& in authen.ut sine prohibit. ma.§.quia uerò.colum.7.

Possunt etiam renunciari iura non scripta circa incorporalia: puta seruitutes, cõpetentia, & similia: quę etiam annalia sunt in futurum renunciari possunt: de sepulturis.c.in prędentia. de decimis.cap.ex multiplici.si seruitus uen.l. harũ. & l. egi. de excep.rei iudi. possunt etiam renunciari iura non scripta, quæ circa beneficia cõpetunt: quia renunciari possunt beneficia maiora maxima, & minora: licèt autem clericus, qui impetrauit beneficium misericordię canonicorum se subiiciat, nõ propter hoc renunciare uidetur. ut in cap.ueniens. de renun. nisi literas reddat: sed ex tunc officio iudicis restituitur, si immiseri cordes sunt, ne unde misericordiam debuit impetrare, inde cogatur dispendiũ sustinere: ut in c.sanè.de renũc..ff.de furtis. l.seruus cõmunis.§. quę uerò. ff. quemadmodum testa. ape. l. sed si quis.deceptis

13 enim & non decipientibus † iura subueniunt.de rerum permuta.c.cum uniuersorum. & dicit idem Hostien.in titu.de renuncia.§. qualiter, quòd renunciatio iuris stricti ex certa scientia facienda est: ideò renuncians ius, ignorans de effectu iuris, cui renunciat, certificandis est: argumentũ in auth.quomodo oportet Episcopos. & cleri. §. igitur ordinandus.col. j.ne causetur literarum ignorantia. §.de insti. actio. l. si pupilli. §. de quo palam. nec enim potest quis renunciare ei, quod ignorat.ff.de innoffi. testa. l.mater decedens.ff.de acquiren. hęredita.l.is qui.§.si dubitet.& l.j.§. qui putet.& ff.quibus ad liber.procla.non licèt. l. pen.§.non enim. nec enim renunciari potest ei, quod non habetur nec haberi potest.ff.de reg.iur.l. eius.& l.qui potest.ff.de acquiren.hæred. l.hæredi.& l. nolle.& l.is qui hæres.j.respon.& l.is potest.ff.de succes.edi.l.j.§.de cretali. & argu.ff. quod met. causa.l. sed & partus.§. Iulianus.in fi.licèt ergo renũciari, vel repudiari non possit, quod nondum competit: pacto tamen remitti potest.C. de pactis.l..j.ff.de pactis.l.pactum inter hæredem renunciat etiam quis expressè, si dicat, si quietum clamo ius tale: de decimis. ex multiplici. renunciat, & tacitè compositionem recipiendo, & inuitus causatiuè, non prędcise: sic intelligitur.cap. cum inter seniorem.de ele.tacitè, etiam renunciat exhibendo honorem illi, cuius electioni contradixit: de his quę fiunt à maio.parte capi.c.ex ore. uel recipiendo aliquid ex testamento, quod impugnat. ff.de.inoffi.testamen.l.si proponas.C.de inoffi.testamen.l.si pater. ad idem.ff.de publ.l. si ego.§.j.de re iu.c. quo ad cõsultationem.uel accipiendo beneficium, uel aduocando pro eo: de transac.ex literis. ff. de inoffi. testa.l. pe.in fi.

Item facienda est renunciatio auctoritate illorum, quorum interest: de offic. Archidia.ad hęc.§. fi.ideo clericus nõ potest suo foro renunciare, sine auctoritate Episcopi, & eius consensu: quia ex hoc præiudicaretur Episcopo: de foro compe. c.significasti.x. quæst. j.clericum. 3. q.6.

14 non licet. A quo enim clericus † recipit ordinem, ab eo debet recipere & iudicium 9.quest.2.nullus primas forense & & pœnitentiale.de pœni. distin.6.placuit de parochiis.nullus.de pœni.& remis.omnes.alioquin quilibet clericus de uno Episcopatu posset sibi constituere iudicem in alio: ut ff.de iudi.l.1.eadem ratione nõ potest renunciare clericus priuilegio, quo habet. 17.quæst. 4. si.quis suadente. nam & si actionem iniuriarum propriam remittere potest. 23. quæst.4. si is qui. & c.si illic. iniuriam tamen ecclesię siue collegii in personam suam illatam, remittere non potest: de sent.excomm.c.cum de fideres §.fi.nec enim hoc ius in fauorem suum specialiter, sed totius collegii introductum est, & in odium laicorum.de sententen.

ten. excommo.cã contingit. lo 2. in fin. qui nobis oppidò sũt in festi.2.q.7.laicos.

Bal.autem in l.2 §.quæsitum.ff.si quis aut. sic dicit, si quis renunciat omnibus beneficijs, an intelligatur renunciare omnibus, beneficijs iuris communis, & statutarijs.an iuris communis tantum? dicunt quidam,quòd iuris appellatione simpliciter continetur ius commune,tanquã nobilius, & superius, sicut appellatione Poetæ, intelligitur Virgilius per excellentiã iustè & iure naturali. Et ideo agẽs secundùm formam iuris concludẽdo intelligitur nominasse solũ ius commnnem. Ad hoc de testamẽto. militis.l.in testamẽto.cõtrarium dicit Bal.ut no.Innocẽ in c. certificari de sepulturis. ut omnem uiam iuris comprehendat:ut l.3.§.de testamento mili.& quod no.in l.actu sint.C.de senatamẽ in ciuili si uię sunt diuerse,intelligitur sibi eligere utiliorem de iudi.in ciuili leuiorem, ut l.si præsens.C.de senato.Sed in renunciando credo omnia iu

15 ra † super materia loquentia contineri simplici renunciatione:ut argumẽ.l.illud. de acquiren. hæredi.secus si renunciatur certo capiti, & non simpliciter:ut in l.j.§. sed uidendum.de succes ed.c.

An generalis renunciatio casum fortuitorum, seu obligatio nulla specificatione facta, ualidetur iuramento,secundùm formam § quæsitum allega.Cyn.dicit ꝙ non, in l.j. C commo.in 4 q & non allegat.gloss.ordina.quæ est in auth sacramẽta.C. si aduer.uen.quia iuramentum nõ ampliat obligationem, sed confirmat:hic autem ampliaret Item qa iuris præsumptione est defectus consensus, unde nihil operatur iuramentum. Et an casibus fortuitis in iudicij sufficiat ita renunciare:renuncio omnibus casibus fortuitis: dicit glo.in §.quęsitum.alleg.quòd non: quia non sufficit exprimere,nisi & specificentur causæ: ut d.§ quæsitum.allega. Et an in renunciatione sufficiat unum casum exprimere seu specificare,& postea generalem clausulam inferre: puta, renuncio incendio,& omnibus alijs casibus fortuitis:quidam,quòd sic,intelligendo de similibus, ut de furto: quia incendium, & fur tum rarò sunt sine culpa:sed nõ de uiolentia: quia est casus diuersus in ratione: ut l. fluminum.§.seruus ff.de dam.infec. dixit, quòd custodia aduersus uim parũ proficit,sed aduersus incendium, sine uiolentia,& furtum multum proficit:ut ff.de offic.præse.urb: l.3.Pro hoc, quia eadem ratio,ergo idem ius,ut quia uidetur sensũ tum de simili qualitate casuum specificatorum:ut in l.si. §.cui dulcia.de uino tritico. & oleo lega.Alij dicunt quòd illa generalitas nihil ualet, nec de similibus ad similia porrigitur, quia litera d.§.quęsitum.allegati,requirit casus contingentes specificatione, quod est tutius, & uerius secundùm Bal.In contractibus uerò extraiudicialibus an suscipiens in se omne periculum intelligatur de casu fortuito cogitasse. Ioan.dixit,quòd non:sed de culpa etiam leuissima. glo.distinguit in d.§. quæsitum.aut potest aliquid operari non extendendo ad casum. & tunc non continet casum;secus si non potest aliquid operari. Sentit ergo gloss.in d §. quæsitum.ꝙ generalis renunciatio, & arctatio ualeat in extraiudicialibus, dũmodo liqueat de cõsensu,& interpretatur liquere per hoc, quia verba videtur inserta ad aliquid operandum. ff.de fun.instructo. l.fundũ qui. contrarium tamen probat gloss. relata ad tex l.j. C.commodati.Iac. & in extra iudicialibus, si quis suscipit in se casum fortuitum expressè, sed non speficat singulas species,vel capitula,-an valeat,glo.dicit in d.§ quæsitum.quòd sic,multo magis si quendam casuum fortuitorum specificat, & addit clausulam generalẽ,quia valet. & dicebat Mar.quod renunciatio facta suis iuribus in iudicijs, præsumebatur facta metu, secus in contractibus,sed

16 falsum est, quia quilibet † actus præsumitur spontaneus, alias enim generalis exceptio nõ ualeret. Et facit gl.in § quæsitum.allega.& Innocen.extra de renun. c.cùm semper.

An renunciatio possit fieri parte absente? videtur, quòd sic, ut no.in l.j. C.de pactis. c.cùm pridẽ.eo.ti. contrarium credit Bald. fore uerum,quia fit ad obligandũ, ut l.certum.§. si quis absente.ff.de cõfes.



fes.& quia iuri futuro nõ renunciatur;nisi iudex tenuit locũ partis.& ff.de in ius vocan.l.eũ pro quo, & secũdùm Bal. idẽ est dicere,renuncio, & promitto nõ uti,ut d. § quæsitũ,& l.penul.C.de pact,Et an ille, qui renunciat præsumatur scienter renũciare,dic ut no.in l.si quis.ff.de noua.loã. An.in c.si diligẽti.de foro cõpecẽ dicit circa gl.nostrã:dicunt aliqui, ꝙ aut ius præcipit,vel prohibet:& tũc nõ renunciat, ut c si diligẽti.de foro cõpe.aut permittit, & tũc renunciat,& sic intelligitur de priuilegiis c.si de terra.cũ si. Alij dicũt,ius publicum est authoritatis, sed utilitatis priuatũ,aut authoritatis,& utilitatis publicum.

Secũdo casu nõ renũciatur:ut d.c.si diligẽti. in primo renũciari põt ut in iuribus, & cõtrariis in gl.d.c.si diligẽti signatis.

Est aũt ius publicũ.authoritatis, quod

17 princeps cõstituit, qui ius super oẽs constituere põt,de cõst.c. si publicũ utilitatis, quando omniũ:ibi tangitur utilitas: ut d. c.si diligenti. ius enim publicum consistit in sacris,& sacerdotibus.j.distin.ius publicum. Item alio respectu est publicum utilitatis,quia omnium interest, ne sacerdotes diuinis officiis auocentur, sed suis precibus peccata populi commendant, & deleant.j.q.2.pastor.3.q.j.nulli. Alii coniugunt has duas solutiones, scilicet proximam,& gl.dicentes, aut est ius publicum authoritatis & utilitatis, aut publicum authoritatis,& utilitatis priuatum. Primo casu non renunciatur. Secundò subdistingue,aut introductũ est in fauorẽ renũciãtis tantũ, aut eius, & alterius. Primo casu renunciari potest. Secundo verò non.& hoc placet Gofr in sũma in ti.de renũcia.

Hostien.verò volens plenius casus,& materiam comprehendere dicebat sic iuri publico diuino collegiato, quale est in c.si diligẽti.non põt renunciari,etiam per iuramentũ,ut in d.c. si diligenti.& de sentẽ.excommuni.c.contingit nisi forsitan p actum contrarium, de priuil.ca.ex parte. de senten.excom.perpendimus.in audientia contingit, nec concesso in libertatem ecclesiæ.17.quęst. 4.per totum. de immuni.eccle.cap.non minus.nec prohibenti generale statutum ecclesiæ mutari.26. quæst.2.cap.1.& 2. & sequenti.nec inducto propter honorem Dei. de feriis. cap fin.nec firmato diuinis præceptis, vel consiliis generalibus, vel prouincialibus, vel aliis iuribus,quorum transgressio inducat peccatum mortale,de consuetu.c fin. 25 q.j.sunt quidam. & iuri concesso in fauorem ecclesiæ singulis, vel collegij,potest renunciari expressè per actum contrarium,& p lapsum temporis,quod dic, ut de constitu.ca. accessissent. iuri diuino personarum,ad statum vel libertatem dignitatis,vel ecclesiæ spectanti, & si renunciari valet quo ad personam renunciantem, non obest superiori dignitati, vel ecclesiæ,de arbitris.cum tempore. de institu.cùm venissent.quod me.cau.c 1.iuri inducto propter priuatam utilitatem, seu priuatum ius, & si commune sit, renunciari potest,quale est,de rescrip. cap.non nulli.de elec.cap.quòd sicut.§. finautem de regulari. ad Apostolicam. multo fortius quando non est commune, sed personale, vel speciale, quale est infra de concess.præben.cap.constitutus illi iuri, quod publicum statum respicit,renunciari non potest, sicut, quòd persona idonea, & canonicè eligatur, de elec. quia propter, quòd voluntas defunctorum adimpleatur,de testa.tute. hoc de iure ecclesiastico ecclesiis,& ecclesiasticis personis,concesso iuri humano publico authoritatis, & utilitatis,sicut ẽ ius fiscale renũciari nõ põt,ff.de pact.l.ius publicũ. & l.inter debitorem?quale est illud quod præcipit puniri maleficia, de sen. excom.c. vt famæ. ꝙ libellus detur, iudicialis ordo seruetur, de libel.obla. & lit. contest. per totum. & quòd alia iura seruentur. respicientia publicum statum,de leg.j.l.nemo potest publico authoritatis, & utilitatis priuato per communem utilitatem introducto expressè renunciari non potest,nisi iuramento firmetur, de iureiuran.capit cùm contingat.C.si aduer ven.l.j. & auth. sacramenta. tacitè potest.ff. de procura.l. filiusfa.§ veterani. Si sit introductũ propter priuatam utilitatem, renunciari potest,si sit fauorabile. C. quando mulier tutelæ offi.fungi potest,auth.matri & auiæ.si

 sit

sic odiosum, vt Macedonianum, secus ff. ad Macedo. l. sed, & si pater. secundum Hosti. secundùm quem adde quod no. pe regularibus ad Apostolicã & in summa de renun. §. 2. & ibi hæc distinctio remittitur.

Ange. autem in l. penul. C. de pac. dicit quòd renuncians priuilegio fori, eo vlterius non veritur, vt l. si quis in conscribendo. C. de pact. & intellige in eo, qui nunciauit priuilegio quod poterat declinare ex priuilegio, exemplum in scholari. qui habet tres iudices, vt in authẽ. habita. C. ne filius pro patre. ligatur ergo scholaris tali renunciationi, ante litem contestatã. Sed vbi quis renunciasset priuilegio fori, cui nullo modo est subditus, talis renunciatio non stringit renunciantem, nisi post litem contestatam sic intelligitur l. si conuenerit. ff. de iurisdi. om. iudi. quæ videtur contraria l. penul. C. de pac. Si tamen pœna esset apposita inquantum renũciauit, vteretur exceptione, bene esset locus exactioni, pœnę, quia renũciatio nõ est contra legem, imò prꝗter legem, ergo pœna petitur, vt l. stipulatio ista. §. aleri. ff. de verbo. obliga. Vbi tamen ista renunciatio sit semper valida, facias secundùm Ange. ibi apponi in instrumento illa verba, quòd quis promittit soluere Neapoli, Pisis, & vbicunque locorum fuerit inuẽtus, nam tunc ratione destinatæ solutionis, vbicunque intelligitur contraxisse, vt ff. de actio. & obli. l. contraxisse. Idem verò Ang. in l. j. C. de iurisdi. omnium iudic. super gloss. dicit, quòd gloss. in d. l. j. de iurisdi. omni. iudi. videtur innuere, ꝗ licet exceptio iudicis incompetentis non sit proposita inter alias exceptiones, tamen continuò propoui poterit ante litis con-
18 testationem, quia iurisdictio† iudicis incompetentis non firmatur, nisi demũ per litem contesta. & hoc idem tenuit gloss. in l. si per errorem. ff. de iurisd. omn. iudi. hoc etiam tenet Pet. de Bellaper. per l. eo tempore. ff. de pecul. in princip. & ff. solu. matri. l. si cum dotem. §. eo autem tempore.

Sed Marti. Silla. dicit indistinctè in cõtinenti iurisdictionem fundati, cùm quis declinat iurisdictionem, cùm potest: nam
19 semel probatum, †nõ reprobatur: vt l. Põponius. ff. de nego. gest. & iudex semel ac
20 ceptatus† non recusatur: vt C. de dile. l. si quando. & semel placitum amplius nõ displicet in præiudicium alienum, vt in regula, quod semel. de regu. iur. in 6. nec potest quis mutare consilium in præiudicium alterius, vt in regula iuris, mutari. pro hoc etiam facit, quòd ad recusandum iudicem suspectum 20. dies tribuuntur: vt in auth. offeratur. C. de litis contesta.

Iacob. de Are. cuius opi. tenet Iac. But. dicit ꝗ iudici non quærit iurisdictio, nisi per litis contestatio. vt d. auth. offeratur. sed parti, quæritur actio ad interesse, vel ad pœnam, si se per stipulationem obligauit, si autem nudo pacto, tunc agitur cum eo de dolo, vt ff. de dolo. l. si cùm mihi. & hęc est opi. originalis Iacob. de Rauen.

Sed Iaco. Bru. licet teneat eam subdistinguit. latius dicẽs, quòd prorogatio duplex est. Vna est tacita, cùm partes scienter litigant coram iudice incompetenti, vt l. j. C. de iurisdi. omn. iudic. & ista prorogatio non obstat, nisi post litem contestatam, nec ante quęritur iurisdictio iudici, vt dictis iuribus. & ita intelligitur gl. in l. j. C. de iurisdi. omn. iudic. Alia est prorogatio scilicet, expressa, cũ partes paciscunt adinuicẽ: vt de causa talis sit iudex, licet incompetens, & cognoscere possit, & debeat & tunc ex conuentione quæritur iurisdictio iudici, sed reuocabiliter, quia potest eius iurisditio declinari, vsque ad litis cõtestationem, sic intelligitur l. si conuenerit. allegat. sicut dicimus in legato, quia quęritur ignorãti reuocabiliter, sed post acceptationem irreuocabiliter vt l. cùm pater. §. surdo. ff. de leg. 2. Si verò non per viam prorogationis, sed per viam promissionis simplicis, aliqua pars promisit sub certo iudice respondere, sicut videmus quotidie fieri in omnibus instrumentis, quia promittit quis respõdere Perusii, Assisii, &c. & tũc ex tali pacto iudici nulla quæritur iurisdictio, nisi lit. cõtesta. sed si pars, quę promisit, nõ obseruat promissa,

quia



quia non vult respondere: tenetur ad pœnam, si promisit, vel ad interesse, si promisit, sic intelligitur. C. de episc. & cler. l. si quis in conscribendo.

Pet. autem de Anchar. in suo consilio, quod incipit, In Christi nomine Amen. In auxilium veritatis, & pro confirmatione eorum, &c. loquendo dę intellectu dictę l. si conuenerit. allegat. dicit, ꝗ expositio gl. in ea. l si conuenerit. quæ intelligit, & glossat verbum, adiretur, in ipsa l. positum per verbum, vsque ad lit. contesta. potest intelligi dicta glossa, cùm nõ appareat per aliquem actum expressè an te litem contestatam in iudicio consensisse, sed si appareret, non videtur amplius habere locum pœnitentia, & sic intelligat dictam glo. quasi funiculus duplex difficiliter rumpatur, vt in cap. 1. de pact. nec potest negari, dicit ipse Petr. ibi, quin per satisdationem, & promissionem, de iudicato soluendo videatur iurisdictio prorogata, quæ prorogatio etiam absque litis contestatione confirmatur: iuxta not. in cap. P. & G. de off. deleg. & etiam pronunciatio iudicis, à quo non est appellatum, & firmat iurisdictionem iudicis ordinarij etiam contra non suos subditos, vt not. Innoc. in c. prærerea. de dila. & quod ipse no. & post eum Ioan. And. in c. super literis. de rescrip. & fine. appellatione cõtradictio personarum, aut modicum operatur contra factum iudicis. cap. dilecto. & quod ibi not. Innoc. de appel.

Item exceptio iudicis incompetentis propter iuramenti appositionem, in contractu non habet obstare, & certè dicit, idem Petr. licèt nouum videatur, audeo, dicit ipse dicere, ꝗ lex, si conuenerit. non habet locum vbi promissio de non suo iudice adeundo, est firmata iuramento, quo casu non videtur habere locum pœnitentia, de qua loquitur l. illa, quod primo probo dicit ipse, ex regula generali, qua cauetur omne iuramentum esse seruandum, quod non vergit in dispendium salutis æternæ. c. cum cõtingat. de iureiu. de pactis. c. 1. lib. 6. sed illud est huiusmodi. Conuenit enim expressè plurib. locis generaliter vbiq; posse grauari in ære, & in persona, & coram quocunque iudice, vbi creditor voluerit eum conuenire. Quæ ergo sunt promissa, de iure canonico opere compleantur, & mortaliter peccat, qui recedit à pacto, vt in c. 1. de pact. & quod ibi not. nec debet iudex secularis aliquem audire contra proprium iuramentum, vt c. 2. de iureiur. in 6. Nec mirum, dicit Pet. si in hoc dico l. illam, si conuenerit. non habere locum, cùm pactum est iuramento firmatum: nam in grauiorib. iuramentum firmat contractum inniti tum contra ius ciuile, vt d. c. cùm contingat. & c. 2. de pact. lib. 6. multomagis debet firmare: ne liceat variare, vel pœnitere, & sit vnus iste de casib. in quib. varietas, & inconstantia reprobatur propter vinculum iuramenti. c. cùm in multis. de rescrip. lib. 6. nec potest dici dictam l. concernere publicam vtilitatem, sed vtilitatem priuatorum, & per consequens potest actus, & dispositio iuramento firmari, iuxta theoricam Bar. in l. si quis ꝗ eod. ff. de fideius.

Ioan. de Imo. in l. quidam consulebãt. de re iud. quærit an per satisdationem, de iudicio sisti, quis videatur in iudicẽ consentire. & sic præiudicet sibi in exceptione recusationis: nam Barto. tenet ibi simpliciter, quòd non, per not. in authen. offeratur. C. de lit. contesta. & per ea, quæ Bartol. tetigit in l. vir bonus. ff. iudicatum solui gloss. tamen de hoc dubitauit in l. si. in glo. ff. quando appel. sit. & nihil decidit. Innoc. tetigit in c. inter monasterium. de re iud. Barto. etiam videtur dubitasse in l. si pupillus. §. j. ff. de priuileg. cred. fortè posset sic dici secundum Ioan. quòd si de mente partis constet seruetur. In dubio autem potest dici, quòd aut præstatur in casu necessitatis, & tunc non intelligitur renunciasse exceptioni recusationis, & ita videtur intelligere Innoc. authen. offeratur, quòd ex necessitate fuit præstita ibi, vt quia erat casus, in quo tenebatur satisdationem illam præstare, & hoc casu potest dici, quòd illa satisdatio, habet in se tacitam conditionem, si, & inquantum teneatur coram illo iudice respondere, & non posset illius examen declinare,

& sic posset intelligi quod dixit Bar. in d. l. quidam consulebāt. Si autem præstatur sponte eo, casu quo non tenebatur: tunc est magis dubium, quia tunc videtur sentire, ꝙ tunc sit secus, à contrario suorum verborum. sed Bar. in alleg. l. quidā consulebāt. videtur sentire idem inquantū simpliciter dicit, ꝙ dicta satisdatio habet in se conditionem tacitā, de qua suprà dixi. nec distinguit, an sponte, an necessitate præstetur, fortè potest dici. secundùm ipsum Io. pro concordia, ꝙ aut prestans illā sciebat se non teneri, & hoc constat: & tūc procedat opinio Innocē. quia nō videtur bene posse capi alia coniectura, quare tūc præstiterit, nisi vt consentiret in iudicem Ioan. tunc videtur consensisse, arg. uot. in simili in l. si cùm aurum. ff. de solut. & quod habetur in l. si quando. ff. de leg. 1. Si autem putabat se teneri: tunc posset procedere opin. Bar. quia errans non videtur consentire, vt l. si per errorem. ff. de iurisdi. omn. iud

In dubio aūt pręsumitur sciētia, ꝙ quilibet pſumatur scire iura. l. leges. C. de legibus nisi fortè fuerit minor, mulier vel rusticus, vel similis pſona, in qua præsumit iusta ignorantia, vt ll. cū indebito. in princip. cum ibi no. ff. de proba. & hoc in satisdatione de iudicio sisti. In satisdatiōe autem iudicatum solui. Bar. etiam in l. quidā consulebant non tetigit, tamen idem dixit in d. l. j. vir bonus. in eo, quod dicit in dicta l. quidam consulebant. in satisdatione de iudicio sisti. nam vtraque debet, ante litis contesta. pręstari eo casu, quo sunt præstandæ. Facit quod habetur in l. Pomponius. §. rati. ff. de procura. de hac autem satisdatione iudicatum solui specificè dubitauit in dicta l. si pupillus.

Aduerte tamen, quia subtiliter considerando ibi loquitur quando post contumaciam pro recuperanda possessione quis satisdedit de iudicato soluendo, an tunc perdiderit declinatoriam fori. Nam potest tunc dubitari propter duplicem causam primò propter ipsam satisdationem, secundò propter contumaciam pręambulam. & de ista secunda causa tangit Angel. & ibi dixit Ioann. post eum in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infect. de prima videtur dicendum, vt superius est dictum in simili de satisdatione, de iudicio sisti.

Aduerte tamen, quia nō videt esse necesse, ꝙ pro recuperanda possessione data in contumaciam, quis satisdet de iudicato soluendo, sed videt sufficere, ꝙ quis
21 satisdet † de iudicio sisti, vt in authē. & qui iurat. C. de bonis author. iudic. possid. & hoc etiam videtur velle Bar. in l. hoc aūt §. si ff. ex quibus caus. in poss. eat. licet contrarium videatur sensisse in allegata l. si pupillus. Et ad prædicta facit quod not. Cy. in l. fi. C. de spon.

Et aduerte, quia hęc procedūt renēdo opinio. prędictam, quam tenuit Bar. in d. l. quidam consulebant. & glos. in d. capi. inter monasterium. & videtur fuisse communis opin. Bartol. in l. si conuenerit. ff. de iurisdic. omn. iudic. dicit, quid releuāt ista pacta, quę quotidie ponūtur in instrumentis, quòd quis possit vbiq; conuenire. Respon. aut istud simplici pacto fit, & nō releuet aliquid, vt l. si conuenerit. ff. de iurisdi. omn. iudic. aut fit per stipulationem, & tunc qui promisit, conueniri coram iudice non suo, potest conueniri ad pœnam, vel interesse. ff. de arbitris. l. diem proferre. in l. fi. sed si ista conuentio esset confecta ꝑ alia verba, scilicet, quòd quis promittit soluere in quolibet loco, in quo placuerit actori, & istud non releuat ꝙ debet intelligi, ꝙ actor nō trahat reum debitorē extra suum domicilīū, vt l. Męuia. in fin. de oper. liber. aut promittit soluere, in quecunque loco fuerit inuentus, & tunc vbicunq; fuerit inuentus, potest conueniri, quia ibi dicitur contraxisse, vt l. contraxisse. ff. de act. & oblig. & de administ. tut. l. si Titium, & Męuium. §. j.

Et sic aduerte ad differētiā, quia aliud est promittere, quòd vbiq; posset conueniri: aliud est promittere soluere † vbicun-
22 que inuenitur. Facit ad prędicta quod dixit Bart. in l. 2. §. si quis ita. ff. de eo quod certo loco. sic intelligo, dicit Barto. quod no. Guil. in l. si quis in conscribendo. C. de Episcop. & cleric. Item si promitto soluere



soluere vbicunque in Tuscia me inueneris: nam vbicunque me in ea prouincia poteris inuenire, si ibi me inueneris, poteris ibi me conuenire, vt l. hæres absens. §. fin. cum l. seq. ff. de iud. Non obstat §. quæsitum. l. 2. ff. si quis cautio. quia bene possunt quæri quælibet ciuitates. seu castra, quę sunt in Tuscia.

## Renunciatio iurium futurorum.

*SVMMARIVM.*

1 *Pactum confirmatur consensu amborum.*
2 *Nolle posse dicitur, qui potest, & velle.*
3 *Obligatio duorum consensu introducta, consensu vnius dissoluitur.*
4 *Renunciatio vtrum porrigatur ad ius futurum.*

SVpereſt, vt videamus an ius futurum possit tolli, seu renunciari. Iacob. Bru. in d. l. j. C. de pac. dicit, ꝙ per pactum tollitur ius futurum, vt l. j. supra de pact. per repudiationem solùm ius præsens, & non futurum tollitur, vt l. si ita scriptum. §. si sub conditione. ff. de leg. 2. Sed quæ est ratio, quòd repudiatio, seu renūciatio tollit ius præsens, & non futurum, quod est vilius, quàm ius præsens. Respon dicit Iac. licet repudiatio, de præsenti iure. & eius consensus interueniat, non tamen propter ea validatur, nisi solo consensu repudiantis, & ab eius solo consensu dependet: pactum verò validatur consensu amborum.
1 † Et si dicas, nonne quotidie fit repudiatio iuris futuri alicui pręsenti, quomodo ergo valet? dic secundùm Iacob. quòd est pactum, quod fit, & non renunciatio.

Non attendam abusionem nominis, quam faciunt tabelliones dicentes. Talis renunciauit, imò intelligam, pactum fecit: argu. l. insulam. ff. de præscrip. verb. & l. si duo. circa prin. ff. locati. Et dato, quòd non intelligam sic dictum. dicam, quòd cum de fauor retractamus, si non valet id, quod ago, vt ago, valet, vt potest, vt l. an inutilis. ff. de acceptilat. & sicut pactum valebit.

Sed quæ est ratio, ꝙ renunciatio operatur, super iure præsenti, & non super iure futuro? Responsio duplex: Vna est, quia renunciare est à se abdicare aliquid, &
2 ille dicitur posse † nolle, qui potest, & velle. Sed ita est antecedente conditione, quis non potest nolle à se abdicare. Secunda ratio est, quia verba prolata secundùm præsens tempus, operantur secundùm illud, si possunt, & si non possunt, non operantur etiam secundum aliud, vnde verbum præsentis temporis non trahitur ad futurum, vt l. verbum erit. ff. de verb. sig. & l. si à colono. ff. de verb. oblig. modo ita est, ꝙ, quando dico, remitto, vel repudio, ista verba sunt ordinata, ad præsens, sed de pręsenti operari non possunt, cùm nil iuris habeam, quod posit à me abdicari: ergo nec de futuro operatur. Sed si paciscar non petere, pactum operatur de pręsenti, quia me statim obligat, vt non petam in futurum. & ideo pactum valet, & non renunciatio, vt d. l. j. C. de pact.

Et circa istam materiam Vltramōtani distinguunt, ꝙ aut quæris de eo, quod est vallatum consensu vnius tantum, & ꝑ pactum tollitur pars pręsens, per cōsensum futurum ꝑ repudiationem tollitur pſens, non futurum. Sed hic non vī bene dictū, nam dominium acquiritur alicui cōsensu duorum, & tamen potest tolli consensu vnius tantum, habēdo rem pro derelicta,
3 sic, & obligatio consensu † duorum introducta potest dissolui consensu vnius, seu solius creditoris, & inuito debitore, vt l. solutionem. ff. de solu. Sed ego puto, dicit Iacob. quòd ipsi voluerunt sic intelligere, ꝙ aut quædam, causantur consensu duorum, residēt apud duos, & ista per renunciationem non tolluntur, sed per pactum, vt l. Pomponius scribit. ff. de neg. gest. Nō obst. l. solutionem. ff. de solu. quia ibi per indirectum tollitur. Aut ego volo tollere directè id, quod residet apud duos, & oportet interuenire consensus alterius ꝑ pactum, vt l. Pomponius. aut volo, & indirectum tollere, & possum etiam sine consensu alterius, vt d. l. solutionem. de sol.

Dicerem ergo, dicit Iaco. quòd aut quæremus de eo, quod est vallatum consensu duorum, sed tamen residet apud vnum tantum, vt est dominum, & hoc possum abdicare si volo, aut apud vtrunque, & tunc per repudiationem tollere non possum, sed per pactum, vt l. Pomponius. & l. seq. cum gl. ff. de nego. gest. Aut quæro de eo, quod est fundatũ in persona vnius, & ab vnius tantum consensu, vt est legatum nondum agnitum, quod est solum fundatum à voluntate defuncti, vt l. cum pater. §. surdo. ff. de leg. 2. & tunc si est præsens, tollitur repudiatione, si futurum, tollitur pacto, sed si agnouisset legatum præsens, tunc esset fundatum voluntate duorum, scilicet, defuncti, & legatarij, & ideo repudiatio, non valeret, sed pactum de non petendo sic.

Ange. autem in l. j. C. de pact: dicit, an iuri de præsenti, vel de futuro renunciari possit, & quomodo? Circa, quod dic aut ius competit nobis re, & spe, de præsenti, aut competit spe tantum, aut nec re, nec pe. Primo casu, aut competit nobis sine aliquo facto nostro ex dispositione legali, vel testatoris, & potest remitti repudiatione simplici, exemplum in hæreditate, vel legato relictis, vt l. si. C. de repudian. hæred. de condi. insti. l. si quis ita. de leg. 1. l. seruum filij. §. j. Si verò tale ius nobis competit ex facto nostro, tunc aut est ius personale, aut est ius reale. Si personale, non tollitur repudiatione, sed pacto, vt l. fideiussores. de pactis. & facit. ff. de verb. oblig. l. stipulatio ista. §. alteri. Si verò est ius reale, tunc ius possessionis potest tolli sine repudiatione, vel pacto, ius dominij non, vt probatur de vtroq; iure. l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquir. pos. Secundo casu, quando ius competit nobis spe tantum, dic, quòd pacto renunciari potest, vt l. j. C. de pactis. in primo contrario, & in legib. allegatis in ea, nisi talis renunciatio fieret in iudicio, quia tunc habet vim pacti, vt l. j. de cur. bo. dan. facit l. si. in fin. C. de temporib. appella. & nisi talis renunciatio fiat extra iudicium parte præsente, & acceptãte, quia tunc talis renũciatio induit pactũ, vt l. tale pactũ. in prin. ff. de pact.

Si verò tale ius nõ competit nobis, nec re, nec spe, tunc non videtur renunciatione, vel pacto remitti posse, vt l. j. §. quod ait. ff. quorum legatorum. Bar. in l. j. C. de pactis. sic ait, an iuri de futuro possit renunciari? Distinguo tres casus. Quædam sunt iura, quę verè nobis competunt, re, & spe, quędam, quæ nobis spe, quædam, quæ nec cõpetunt re, nec spe. Primo casu siquidem illa iura competunt nobis absq; aliquo nostro facto ex dispositione legis, vel testatoris, vt legata, quę à die mortis, quęruntur ignoranti, & hęreditas, quæ quæritur filio suo ignoranti, tunc potest repudiari, & per pactum remitti. non est dubium, vt l. si. C. de repud. hæred. & l. si quis ita. de condi. insti. & quod ibi not. & in l. seruum filij. §. j. ff. de leg. j. Si verò nobis competunt ex aliquo facto nostro: tũc, si est ius personale, nullo modo potest tolli renũciatione, sed requiritur pactum factum parte præsente, quod alteri pacíscendo alteri non quęritur, vt in l. fideiussores. & quod ibi not. ff. de pact. & l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. oblig. Si verò est ius reale, tunc ius possessionis potest simplici renunciatione perdi, vt l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquir. posses. Quandoq; est ius aliquod, quod competit spe, non re, & tunc per pactum potest remitti, vt l. j. C. de pact.

Simplici verò renunciatione, dic aut fit parte præsente, & idem quod habet vim pacti, vt l. tale pactum. in prin. ff. de pact: S parte absente in iudicio valet, vt l. j. de curatore bo. dan. & ibi nota. & in l. plurium. ff. de acq. hæred. & in l. 1. §. 1. ff. qui, & à quibus. & in l. 1. circa fi. C. de temporib. appella. Si extra iudicium, non valet, vt l. si ita scriptum. §. si sub conditione. ff. de lega. 2. cum similibus. Quandoque est aliquod ius, quod nec re, nec spe, & istud si quidem verba renũciationis propriam sapiunt, dispositionem, de præsenti: nullo
4 modo ad ius futurum † renunciatio porrigitur. C. de capti. l. nec nos. ff. quorum legatorum. l. 1. §. quod ait. Sed si verba pacti porrigerentur ad futurum, hoc modo, si quo tempore res ad me pertineret, etiam ex causa de futuro, facio tibi pactum



pactum de nõ petendo, vel similia verba tunc puto, quòd istud valeret, argu. ff. de verbo. obligat. l. si rem meam. facit ff. de vsucap. l. cùm vir.

## Renunciatio successionum futurarum.

### SVMMARIVM.

1 *Pactum futuræ successionis conseruandæ vtrum valeat.*
2 *Filiæ fæminę vtrum faciant pactum de non succedendo, & iurant.*
3 *Hæres vtrum debeat habere falcidiam.*
4 *Hæreditas vtrũ recipiat semper augmentũ.*
5 *Facultas testãdi, an sit libera in usufructu.*
6 *Dispositio omnis vtrum iudicatur secundum tempus, in quo confertur effectus.*
7 *Donatio si sit causa mortis vtrum possit reuocari.*
8 *Renunciatio matris vtrum noceat filijs.*
9 *Remittere vtrum, sit aliud, & promittere.*
10 *Ius ubi est alij quæsitum, uel quærendum, non admittitur quis ad deierandum.*
11 *Lex vtrum habeat uim apostolici.*
12 *Periurium est pœna legalis.*
13 *Lex vtrum possit disponere super iuramẽto.*
14 *Magistratus est lex loquens.*
15 *Obligatio duplex vtrum oriatur ex iuramento.*
16 *Dispositio vtrum possit tolli per statutum.*
17 *Veritas plus attendi debet apud Deum, cui omnia sunt nota, quàm fictio.*
18 *Factum plus attenditur in contractibus, quam contemplatio.*
19 *Causa uoluntatis distinguitur à noluntate, tanquam actus exterior ab animo.*
20 *Iuramenti ratione vtrum ciuilis authoritas obrumpitur.*
21 *Nomen dotis sine matrimonio esse non põt.*
22 *Pacto priuatorum vtrum lex tollatur statutaria.*
23 *Pactum admixtum cum delicto, vtrum ualeat.*
24 *Præcepta iudicialia ueteris legis vtrum nõ obligent in noua, nisi à noua sint approbata.*
25 *Dominiũ nõ trãsfertur ex titulo uniuersali.*
26 *Bona non sunt propriè testantis, quę crescunt post mortem ipsius.*
27 *Qualitas adiuncta uerbo debet intelligi secundum tempus uerbi.*
28 *Successiones quæ iure publico deferuntur priuatorum pactionibus vtrum mutari non conuenit.*
29 *Meritis filios magis ad paterna uocandos, quàm pactionib. adstringẽdos, decens est.*
30 *Hæreditas quemadmodum non potest pacto dari, nec adimi.*
31 *Specialitatis ratio, quę uendicat sibi locum in milite, vtrum non uendicat sibi locum ad pias causas.*
32 *Delictum uidetur committi, quando accipitur ab inuito pecunia.*
33 *Casus ille tacitè comprehensus uidetur, in quo concurrit identitas rationis.*
34 *Facultas contrahendi matrimonium vtrum sit libera.*
35 *Renunciatio in aliorum, quàm fratrum fauorem extenditur.*
36 *Dos vtrum succedat in locum legitimæ:*
37 *Actus factus contra iuramentum vtrum firmetur iuramento.*
38 *Actus temporalis qui fit contra iuramentum vtrum ualeat.*
39 *Actus spiritualis factus contra iuramentum vtrum ualeat.*
40 *Matrimonium de presenti vtrum sit fortius quàm sponsalia de futuro.*
41 *Iuramẽtũ nõ debet esse iniquitatis uinculũ.*
42 *Iuramentum vtrum non extendatur ad id, ad quod non erat cogitatum.*
43 *Certificatio non præsumitur, nisi probetur.*
44 *Par non habet in patrem imperium.*
45 *Iuramenta vtrum cadant in Iudeos actiuè, atque passiuè.*
46 *Iuramentum unius vtrum non debeat præiudicare alteri.*
47 *Pactũ unius non potest tollere ius alterius.*
48 *Pactum futuræ successionis priuatiuum vtrum iuramento non firmetur.*

SVpereſt, vt videamus de pactis ſucceſsionum futurarum. Pro quo ſciendum eſt, q; quoddã eſt pactũ futuræ ſucceſsionis cõſeruandę, quoddã eſt pactũ de nõ ſuccedẽdo alicui.

alicui. Circa primum pactum, scilicet pactum futuræ successionis conseruādæ dicit Bartol. in l. fina. C. de pactis. an tale
1 †pactum valeat videtur tex. quòd sic, in §. fi. insti. de legitima agna. succes. & ibi pater emancipat filium contracta fiducia. Dico sic quandoque ille, qui habet ius succedēdi, priuatur eo propter suū delictum, quandoque propter alium iuris rigorem. Primò casu. siquidem quis est priuatus propter delictum, tunc valet pactū cōseruandæ successionis, quia potest quis remittere causas ingratitudinis, vt l. fi. C. de reuo. dona. Sed si quis vellet facere pactū, vt ingratitudo futura. non obstaret, non valeret, quia induceret quem ad delinquendum: & esset cōtra bonos mores, vt ff. de pactis dota. l. conuenire. Secundo casu quādo quis priuatur, propter aliquē iuris rigorem, & tunc aut paciscens, posset super hoc prouidere testando, & valet pactum, vt d. §. fina. institu. de legitima agna. successio. an non possit prohibere testando. & pactum non valet, vt 10. collatio. de feud. succes. c. 1.

Pro hoc induco, dicit Bart. ad quæstionem de facto, statutum est Perusii, quòd filia fœmina non succedat ab intestato, stantibus masculinis, ex testamento capit quicquid sibi relinquatur. Ex hoc dicit Bar. ipse, ꝙ tempore quo dotatur ipsa filia, de cōsensu patris reseruat sibi ius successionis, istud pactum valet, vt dicto §. finali. institu. de legitima agna. successio. Sed pone, vt vidi in quibusdam ciuitatibus est statutum, quòd mulier nupta extra ciuitatem non succedat, ex testamento nec ab intestato, certè tunc pactum de reseruando iure successionis non valeret. per ea quæ dicta sunt supra. Idem possumus dicere, dicit Bar. in ciuitate Asissij est statutum, ꝙ ingredies monasterium non succedat, an valeat pactum factum con consanguineis de reseruando iure successionis tempore ingressus.

Ad istam quæstionē examinandā oportet primò videre secundùm Bartol: an valeat statutum, quòd ingrediens monasterium non succedat, videtur, quòd non, quia contra priuilegia concessa clericis, per l. Deo nobis. C. de Episcop. & cle. & videtur contra libertatem ecclesiæ, vt in authen. cassa. C. de sacrosanct. eccles. & pro hoc videtur text. in authen. de sanctissimis Episcopis. §. sed hoc præsenti. & in authen. nisi rogati. C. ad Trebel. Solutio, aut statutum disponit de ingrediente per hæc verba, ingrediens monasterium, vel si quis intraret monasterium, sit priuatus iure succedendi, vel non succedat: & dico, quòd statutum valet, nam non disponit circa clericum, sed circa laicum, nam laicus est ille, qui ingreditur monasterium sicut viuens moritur, vt l. qui duos. de manumiss. testamēto. Et huic non obstat auth. cassa nec obstat authen. nisi rogati: quia ibi si monasterium ingreditur lucratur. In casu verò nostro lucrum aufertur. Sed si statutum disponit de iam ingresso per hæc verba, si quis ingressus fuerit monasterium, & tunc non valet statutum, quia non potest clerico auferri ius suum, & esset contra libertatem ecclesiæ, vt dicta l. Deo nobis. & hoc dico, dicit Bartolus saluo iudicio, & determinatione canonica. Et quòd in casu prædicto valet statutum patet, quia potest fieri per pactum saltem iuramento firmatum, vt statim dicetur. Pactum verò de non succedendo an valeat, dic, ꝙ aut cum pacto est admixtum delictum, & tunc valet pactum successionis perdende, vt l. j. §. si parens. ff. si quis à paren. fuerit manu. secundùm vnam solutionem. Si verò non est admixtum delictum, & tunc aut ratione talis pacti tantum percepit, quantum occasione successionis deberet, & valet pactum, vt d. l. j. §. si parens secundùm aliam lecturam. Si verò tantum non percepit, & tunc de iure ciuili pactum non valet, vt C. de col. l. pactū. de iure canonico sic, si fuerit iuramento firmatum, vt in cap. quamuis. de pactis. lib. 6.

2 †Et ideo hodie est consuetudo, qd̄ filię fœminę faciunt pactū de nō succedendo: & iurant, & valet istud pactum. Et si tu dicis, videtur quod iuramentum non habeat validare, seu confirmare istud pactum,



pactum, quia est contra bonos mores: vt l. fin. C. de pact. & in cap. non est obligatorium. de reg. iuris in 6. dico, dicit Bartol. quod istud pactum non est contra bonos mores. Nec obstat l. fin. C. de pactis. quia loquitur de pacto de succedendo, vel disponendo, de hęreditate, postquàm fuit successum. quod pactum inducit votum captande mortis alterius, & sic non valet. Sed quæstio nostra loquitur de pacto de non succedendo, per quod votum captan de mortis non inducitur, imò tollitur, meritò iuramento firmatur. Pactum autem de succedendo alicui videtur expressum, quòd non valeat, cum sit contra bonos mores, ideò non valet, vt l. pactum. C. de pact. & l. cum donationis. C. de trāsact. & l. stipulatio hoc modo concepta. de verb. obliga. C. de pac. conuentis. l. cum hęreditas.

Gloss. tamen, quæ est in d. l. fina. C. de pact. videtur dicere, quòd per stipulationem hoc possit fieri promittendo omnia bona pręsentia post mortem, vide ibi glossam super verbo, accommodatum quam nota, & tene menti. Si igitur promitto, quòd tu sis hęres meus, vel mihi succedas, vel quod te faciam hęredem, non valet istud pactum, quia est contra bonos mores, vt dictum est. Sed si promitto tibi omnia bona mea post mortem meam valet vt dicit glo. in d. l. fin. C. de pact. & erit donatio causa mortis, vel inter viuos. Examinemus, dicit Barto. an sit donatio causa mortis, vel inter viuos, si est facta mentio mortis, est donatio causa mortis nisi sic dictum expressè, quòd est inter viuos, vel, quòd reuocari non liceat vt ff. de dot. præleg. l. si Seię. & l. vbi ita. de dona. causa mortis.

An autem valeat videtur, ꝙ sic primò per leges quas allegat. glo. in d. l. fina. C. de pact. Secundò per l. hæreditarium. C. de bonis author. iudic. poss. Tertiò, per remotionem contrariorum, nam istud pactum non aufert libeam testamenti factionem. Potero enim quemcunque volo instituere, sed ille tenebitur illi stipulatori dare. Item non inducit votum captandę mortis, modo prohibito, quia hoc fit de voluntate eius, cui speratur succedi: Quandoque ista promissio est donatio causa mortis. & tunc valet, quia potest reuocari. vt l. non omnis. ff. si cer. peta. Item non aufert liberam testamenti factionem
3 quoniam hæres† debet habere Falcidiā, vt l. donationis. C. ad legē Falcid. quorū lega. l. j. §. si mortis. Si verò esset donatio inter diuos, aut dicit, dono omnia bona mea: & tunc valet, vt dicit glo. in d. l. fin. nec aufert liberam testamēti factionem, quia potest lucrari, & de suo lucro testari. Item de fructibus potest testari, quia ista verba omnia ad præsentia referuntur. l. fin. §. 1. de lega. 2. Nec obstat l. hæreditas. C. de pac. conuentis. quia ibi fuit facta illa promissio.

Si verò diceret, dono omnia bona mea præsentia, & futura, tunc non valeret. primò, quia auferret liberam testamenti factionem, cum non possit habere, de quo testetur. Secundò, quia videtur contra bonos mores, vt l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verborum obligatio. Item ponere hominem liberū in statu, in quo sit certum, quòd nihil in perpetuum habere poterit istud est contra bonos mores. Prædicta fortè non haberent locum, si quis donaret ecclesiæ, nam cum quis posset personam suam vouere ecclesiæ, multomagis bona præsentia, & futura, argumēto eorum, quæ Barto. dixit in auth. ingressi. C. de sacrosanct. eccle. vbi concludit quòd quis principaliter se dedicādo ecclesiæ, per consequentiam omnia bona sua sunt ecclesiæ, & in auth. de monachis. §. illud. 19. quæst. 3. quia ingrediētibus. Si verò aliquis diceret, dono hæreditatem meam idem esset dicere, quòd dono omnia bona mea præsentia, & futu
4 ra, nam hæreditas est nomen iuris, † & semper recipiat augmentum. ff. peti. hæredi. l. item veniunt. §. fructus.

Item si quis non donaret, sed venderet omnia bona sua præsentia, & futura, talis venditio valet, nam remanet præcium, de quo potest testari, etiam si esset deceptus vltra dimidiam iusti precij, remanet illud ius petendi in hæreditate. Apparet ergo si dono omnia bona mea præsentia,

præsentia, & futura, quòd non valet, vt vt dictũ est. Sed an vitietur illa adiectio, & futura tantum, an vitietur tota donatio, videtur, quòd illa adiectio, & futura tãtum vritietur, vt in l. sancimus. C. de donat. In contrarium videtur, quòd vritietur totum quasi totum sit contra bonos mores. vt d. l. hæreditas. Pro nunc, dicit Bar. non determino.

Bar. autẽ circa donationem omniũ bonorum præsentium, & futurorum in consilio suo, quod incipit, Punctus talis est, Pater filio suo &c. sic dicit, pater filio suo emancipato donauit omnia bona sua præsentia, & futura, saluis, & reseruantis dicto patri omnibus fructibus, vsufructibus & reditibus, & prouentibus omnium dictorum bonorum, in vita dicti patris, vt eo patre viuente: ita quòd de dictis fructibus, reditibus, & prouentibus liceat dicto patri in vita sua disponere pro suo libito voluntatis, an dicta donatio valeat? viso puncto prædicto, & visis & consideratis quæ videnda, & consideranda sunt, Christi nomine inuocato, videtur dicendum de iure dictam donationem non valere Et ad hoc dicendum me mouet, quia omnis actus, per quem infringitur libera testandi facultas, est nullus, & ipso iure non valet. C. de pac. l. pactum, quod dotale. cùm similib. Sed donando omnia bona præsentia, & futura aufert sibi libera testandi facultatem: quia non haberet, in quo posset sibi hæredem instituere: & ideo testari non posset: vt in auth. ingressi. C. de sacrosanc. eccle. ibi, vt pote nec, & domini rerum. Et si dicatur, leges videtur velle, quòd de alieno quis testetur: vt l. conficiuntur. C. de iure codicillorum. Respon. hoc verum in his quæ sua futura possibilia sunt: tunc de alienis non testatur: vt in dicta auth. ingressi. & in quæstione nostra: nã sicut monachus, nec habet nec habere potest bona in futurum, quæ sub dominio suo sint: sic si instrumẽto donationis est dictũ, ꝙ donator ex nũc cum donauit ea bona, pro donatario constituit se possidere, & immediatè, & instanti acquisitione facta transfert in donatarium dominium. & sic tempore mortis nunquam inuenitur, quòd donans in aliquo possit in articulo mortis hæredem instituere: quamuis etiam satis pro nunc iuridicum videretur. Quòd si in instrumento donationis non constituisset se precario possidere. & ita non possit dici acquiri donananti: sed quia compelli potest adtrahendum, videtur dicendum donationem non valere: non est verisimile quòd hæres adire velit, si cum omnia restituere oportet. Et sic vtroque casu videtur impediri libera testandi facultas, quamuis in primo casu dum constitutio possidendi facta est indubitanter, videatur plus quàm in secundo casu.

Præterea ad hoc facit, quòd notant moderni in l. fina. C. de pactis. quos Cy. ibi refert. Et si dicatur imò videtur, quòd possit testari, & liberam testamenti factionem habere donatione prædicta non obstante, cum reseruauerit sibi vsumfructum, & dispositionem supra eo in vita. ergo videtur, quòd libera sit testandi facultas † in vsufructu, vigore huiusmodi reseruationis. Ad istud respondeo, & dico, dicit Bar. ꝙ istud sanè intelligẽt nõ obstat. Ratio me mouens ad hoc est: quia quamuis dispositio testamenti fiat in vita tamen testatore viuente testamentum nõ dicitur, nec dispositio, vnde licet hæredis institutio dicatur esse fundamentum ipsius testamenti, vt l. proximè. ff. de his quæ in testamento delentur. tamen hæredis institutio, & hæreditas non põt dici viuẽtis, vt l. j. ff. de hæreditate, vel actione vendita l. 2. post principium. ff. de vul. & pupil.

Quod dixi, quòd possit in vita sua disponere intellexit donans de contractu aliquo inter viuos, non autem de vltima voluntate testamenti, alias enim si aliter intelligeremus, scilicet, quòd testamentum intelligeretur dispositio in vita. Iam de necessitate sequeretur, quòd illa tota distinctio magistralis gloss. & docto. scilicet, quòd quædam est dispositio inter viuos, quædam vltimę voluntatis, frustra esset posita, quia non esset dare nisi dispositionem inter viuos, ex quo in vita fit. quod tamen apud rectè intelligentes ridi-



ridiculum esset. Fuit enim donantis intentio, quòd quamuis largè, & effusè donaret, tamen nollet donans, ꝙ in uita egeret, & ideo uoluit reseruare fructus, de ꝗbus uiueret, & faceret ꝗquid uellet uiuẽdo. Itaq; cũ post mortẽ nõ egeat apud donatarium remaneret, si quid de fructi. superesset. Sed ꝙ dispositio testamẽti, nõ dicatur fieri in uita, cũ effectũ nõ habeat, ꝓbatur in l. j. cũ gl. ff. de testamẽta. tutel.

Ad hoc etiam facit, ꝙ omnis dispositio
6 iudicatur secundum † tempus in quo confertur effectus. C. de donatio. ante nuptias. l. quod sponsæ. & l. in fuga. C. ad le. Flauiã de plagiarijs. Sed effectus testamẽti licèt fiat à uiuente, tamen confertur post mortem: ut d. l. j. ergo tota dispositio. non debet dici inter uiuos, sed potius ultimæ uoluntatis, & post mortem. Nec obstant illa uerba reseruationis duntaxat quòd possit disponere in uita sua: quia de necessitate omnis dispositio, quæ fit oportet ꝙ fiat in uita: quia à iam mortuo nulla fit uel fieri põt dispositio. Idcirco dicta uerba in uita sua, & c. de necessitate sunt intelligenda, id est, de dispositione, quæ inter uiuos dicitur: nã uerba debent aliquid operari. ut l. si quando. de legat. j. & in reseruatione dixit in uita sua: ego suprà probaui, ꝙ nulla dispositio fit à mortuo, sed solum à uiuente. Et ideo ut illa uerba in uita sua, ut rectè aliquid operẽtur, oportet de necessitate intelligere, de dispositione, q̃ fit inter uiuos: aliàs illa uerba nihil operarẽtur: sed sufficiebat solũ dicere, ꝙ possit de fructibus disponere.

Et ideò ut rectus, & sanus sit intellectus illorum uerborum, dicit Bar. concludendo, ꝙ de dispositione, quæ dicitur inter uiuos, fuerit à donatore sensitum. Idẽ Bar. addit in l. pactum. de col. dicit. ꝙ pactũ, ꝙ filia dote contenta non succedat, non ualet: sed hodie confirmat iuramento de iure canonico: ut in c. quãuis. de pactis. lib. 6. licèt secundũ gl. ibi de iure ciuili non ualeat: ut tenet gl. in d. l. pactũ. Sed an unleat pactũ factum ab uxore cũ marito, ne filij nati ex ea succedant. gl. in d. l. pactũ. dicit, ꝙ non licèt contrarium possit dici per l. imperialẽ. §. fi. de prohibita feudi alle. per Fede. dic ut ibi. Sed alibi habemus duos textus, dixit Barto. Primus est de filijs natis, ex matrimonio ad morganaticam contracto §. fi. si de feudo cõtrouersia fuerit. § si filij. ubi expressè dicit, quòd tale pactum non ualet de iure. Bart. autem in l. stipulatio. hoc modo cõcepta. ff. he uerb. ob. sic dicit, dũ quẽrit an valeat pactũ de futura successioue.

Plenius quàm docto. distĩgue, aut fuit pactum pro iure successionis conseruando, aut pro iure successionis amittendo, seu perdendo, aut pro iure successionis acquirendo, aut de eo, quod acquiritur, certo modo per successionem disponendo. Primo casu ualet pactum: ut institu. de legitima agna. successio. §. fin. Secundo casu aut tale pactũ est admixtum cũ delicto, & ualet: ut l. j. §. si parẽs. ff. si quis à paren. fuerit ma. aut non est admixtum delictum: & tunc aut firmatur iuramẽto, & ualet, ut c. 2. de pactis. lib. 6. aut non firmatur iuramento, & nõ ualet, ut C. de colla. l. pactum. quod nota. Tertio casu nõ ualet, ut l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de uerborum oblig. & C. de pactis. l. pactum. & C. de trãsactio. l. cum donationis. etiam si fuerit donatum, ut est dictũ. Quarto casu. aut pactum fuit appositum supra hæreditate incerti hominis, & ualet, ut l. 3. §. de illo. ff. pro socio. aut hominis certi: & tunc aut hoc uenit ex consequentia prioris contractus, & ualet: ut l. si quis seruũ. ff. de actione empti. aut non est, tunc aut uenit super quadam uniuersitate, & ualet. ut l. 2. §. illud. ff. de hæreditate. uel actio. uendita. Aut fit per se principaliter, & tunc aut continet liberationẽ paciscẽtis. & ualet, ut in l. & suum. § filia. ff. de pactis. aut continet obligationem: & tunc aut ille de cuius bonis agitur nõ cõsensit, & non ualet etiam si iuretur, aut consensit, & ualet si consensus dictat, ut C. de pactis. l. fi. & dicit idem Bar. ꝙ quãdoque est pactum tale de futura successione, quod inducit uotum captandę mortis, quale est pactum de succedendo affirmatiuè cõceptum: uel pactũ, quod aufert libearm testandi facultatem, & tunc non ualet, nec firmatur iuramento, ut l. fin. C. de

de pactis.& l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de uerbo.oblig. quia est contra bonos mores, facit cap. ne captandæ.de preben.lib.6. Quandoque est pactum de non succedendo patri,& negatiuè,& nõ ualet de iure ciuili:ut l.pactum,quod dotale.C.de collatio.sed tunc firmatur iuramento.extra de iureiuran.cap. licèt. in 6.& cap.2.de pactis lib.6 ubi loquitur, quando pactum fit patri.de non succedẽdo. Sed si pactum fieret fratri, de ne succedendo patri, non impediretur filia iurans, ex testamento succedere, non auferatur libera testandi facultas,seu testamenti factio:ut C.de pactis. l.pactum. Et si aliquis uult facere, quòd alius habeat bona sua post mortem, modus, & cautela erit.ut dicit glo.in l.fin. C. de pactis.quòd promittat bona sua, per stipulationem,post mortem suam : ut l. j. ut actio.ab hærede, & contra hæredem.& erit donatio causa mortis,vt ibi dicit.

Sed hoc cõsimiliter modicum est:quia si est donatio †causa mortis,potest reuocari:faciat enim hanc promissionem animo donandi inter uiuos:ut l.ubi mortis. ff.de donatione causa mortis.Sed an tunc ualeat Cyn.tangit in dicta l.fina.Tu autẽ dic latius,aut promittit in hereditatẽ,& sic ius succedendi, & non ualet ut dicta, l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de uerborum obligationibus.et C.de trãsactio. l.cũ donationis.in fine.aut promittit bona:& tunc aut omnia bona præsentia, & futura,& non ualet:quia aufert liberam testandi facultatem per indirectum,cum nullus uellet esse hęres sine cõmodo. & hoc Cyn consuluit & pro hoc facit institu.ad legem Falcidiam.in princip.coniuncta l.quod de bonis.aut dicit bona omnia non autem adijcit pręsentia,& futura.& tunc ualet:ut l.omnes.§ Lucius.ff.de his quæ in frau.credito.& dicta l.j.ut actio. ab hærede,& contra hæredem. & l. hæreditarium.ff.de bonis auth.iudi.poss. ratio quia poterit post promissionem acquirere,quod lex præsumit:ut l.si defunctæ. C.arbi.tutel.& in illo lucro poterit testari:& sic non aufert liberam testandi facultatem,seu testamenti factionem.Item quia à uolente fit,non curatur, quia inducit uotum captandæ mortis:ut dicta l. fina. C. de pactis. Idem puto si donauit omnia bona sua præsentia,& futura reseruata sibi certa quantitate,uel re. Intelligendo tamen,ut Barto.suprà dixit in suo consilio,idem dico,si uendidit omnia sua bona pręsentia,&.futura:nam in hoc non uenit precium:quod percipit ab emptore:argumentum l.damni. §.cum parietẽ. ff.de damno infecto. unde in illo precio poterit testari.Secus puto dicit Bartolus, si diceret uendo hęreditatem meam:quia importat ius succedendi sibi, quod non potest,ut dictum est. Bartolus autem in l.qui superstitis.ff.de acquirenda hæreditate.dixit sic, utrum per pactum posit renunciari successioni uiuentis.gloss. dicit, quòd non,etiam si iuretur. Vide glo.quę de iuramento dicit,quod de iure canonico non procedit,cui in hoc est standum : ut in cap.quamuis.de pactis. lib. 6. quod est verum de pacto in non succedendo : sed pactum de succedendo, est contra bonos mores.l.fin.C.de pactis:ideo non ualidatur iuramento,etiam de iure canonico:ut in cap.non est obligatorium. de regulis iuris.in 6.

7

Quid si filia promisit,& iurauit se non reuersuram ad bona patris : utrum hoc præiudicat filijs existentibus : glo.tangit in l.pactum.C.de collationi.

Tu aduerte,si quidẽ nepos ex filia ueniret ad successionem cum alijs nepotibus,tũc pactum matris non noceret sibi, sine dubio:quia mater pacta est de se : filius autem uenit suo iure : sed si poneres nepotem uenire ad successionem, cum patruis siue auunculis,tuncipse non potest uenire,nisi succedendo in locum matris:mater autem fuit exclusa, per suum pactum:ergo:& filius. Sed respondeo ad hoc quòd filius succedat in locum patris, siue matris quantum ad successionẽ aui: quia hoc non habet à matre:sed ex dispositione legis.l.3. ff.de interdictis & relegatis. ergo mater suo facto non potuit auferre filio:ut l.si arrogator. ff.de adoptionibus.Sed quid si poneres hoc expressè fore dictum in pacto, quòd filij nati



nati ex ea non succedant.hoc tangit gl.in l.pactum. C.de colla.ueritas est,quòd de iure non valet, de consuetudine in quibusdam locis admittitur,vt in 10.colla.de matrimonio ad morga. contracto. c.1. & c. si filius. si de feudo controuersia fuerit tenet ergo Bar.in d.l.qui superstitis.quòd non obstante iuramento matris, ac pacto filius indistinctè venit ad successionem sui aui, quia hoc habet à natura, vel ex dispositione legis, vt l.2. ff. de interdictis. Bal.autem in l.fi.circa finem.C.de pactis. arguit pro hac parte.

Nec obstat iuramentum matris, quia est personale ex parte iurantis,vt not.Innoc. in c. veritatis. de iureiurando, & sic finitur cum persona. Præterea nepos venit ex persona propria: ergo non obstat sibi renunciatio materna, vt in l.non tantum.§.si emancipatus. ff.de contratabul. Præterea videtur habere locum successorium edictum. ff.de inof.testamen.l. pater. & l. si is qui. Præterea pone, quòd non sit hæres matris: ergo factum matris non nocet nepoti : iuxta notata. C.de rei vend.l.cum à matre. Super hoc sic distingue, aut talis mater decessit viuo patre suo, tunc non repellitur nepos, propter illam renunciationem,quia venit ex propria persona, non propter renunciationẽ matris, aut mater decessit, post patrem suum:tunc,cum talis renunciatio habeat vim pact,nec pariat vniuersali hæredi pacti exceptionem, videtur nepos excludi, quia hæres vniuersali videtur hoc ius habere ex liberalitate matris, vnde aliud est hæreditatem delatam renũciare, quo casu habent locum contraria, aliud est de hæreditate deferenda pacisci, non petere eam, nam illud pactum,est quædam tacita donatio à matre nepotis in hæredem vniuersalem collata, perinde ergo nepos excluditur. Cautela tamen est optima, quòd verba non sint concepta, per modum simplicis renunciationis, sed magis in forma pacti de non petendo, quod censetur esse quædam donatio, vt l. si quis obligatione. de regulis iuris.

Non obstat ad prædicta dictum Inno. de iureiurand. in capitu. veritatis. quòd iuramentum est personale, ergo, & eius effectus, quia illud est verum quo ad spirituale vinculum animæ, sed quo ad robur contractus iuramentum habet realẽ effectum,vt in auth.sacramenta. C.si aduersus vendit. Angelus tamen in l.qui superstitis. tenet contra Bartolum,quòd renunciatio †matris noceat filiis. & videtur gloss.in capitul.2.de pactis.lib.6. Bal. in l. pactum.C.de collationib. dicit,quòd si filia cum iuramento, metu tamen patris, vel cum nimia reuerentia eius renunciauit bonis patris, sibi non præiudicat dummodo petat absolutionem, à iuramento,vt l.j.§ quę onerandæ.ff.quarum rerum ac. non datur. & l.fin. ff.de furtis. Et secundum Bald. ibi, talis renunciatio facta,per filiam cum iuramento non nocet nepoti, tum, quia iuramentum est personale: extra de iureiurand. cap.veritatis. tum, quia super iure tertij iurare non potuit, vt l. fina. C. de repudianda bonorum posses. Et hoc verum, quando fuit simplex renunciatio, secus si partis sibi debitæ exceptio, nam tunc obligatur sequentibus, non vi repudiationis, sed vi successionis, quia successit in parte sua.

8

Consulo tamen patri,si vult,quòd nepotes ex filia non succedant, quòd filia vocet se contentam sua portione, & iuret. Si verò non appareret aliqua causa renunciationis, deuolueretur successio in nepotem, vt C.de successo. edicto. l.j. etiam si renunciasset aliquo accepto pro ipsa renunciatione, vt ff. de acquirenda hęred.l.fuit quęstionis.ff.si quis omis.causa testa.l.licet. nisi tale acceptum consueuerit in legitimam imputari, vt dos,quia tunc non est mera renunciatio, sed partis, id est, suæ legitimæ perceptio, & ideo non fieret locus secundo in gradu, & in gradu sequenti. Si autem ista filia decederet viuo patre, tunc indistinctè non obstat nepoti, ut ff. de libe. & posthum. l. Gallus.in princi.de iniusto rupto, & irrit. testamento.l.posthumorum. & Instit.de hæredita. quæ ab intestato. §.cum filius. Et si filia cum iuramento promisit se non succes-

successuram patri suo, & patre mortuo vult succedere, & dicit licet succedendo inciderim in periurium, tamen succedere
9 possum, quia aliud est promittere †aliud remittere, & ideo licet testator damnet hæredem suum liberare debitorem suũ, non tamen liberat, vt not. ff. de condi. indeb. l. si non sortem. §. adeo. nec mirum aliud posimus, licet in periurium incidamus, vt not. in capit. fin. de procurato. in sexto.

Contrarium est verum, quia vbi est alij ius quæsitum, vel quærendum, non ad-
10 mittitur quis †ad deierandum, vt l. si quis maior. C. de transact. silere ergo debet, & an per hoc præiudicatur nepotis? suprà est dictum. Bartolus tamen in l. qui superstitis. ff. de acquir. hęred. mouet vnum dubium: an tales nepotes posint succedere cum patruis? & arguit, quòd non, quia succedunt loco matris: sed mater est exclusa: ergo, & eius locum tenentes, vt in feu. titu. j. §. hoc autem. contrà. tamen determinat, & bene, quia hoc ius habet nepos à lege, non à matris beneficio ff. de adoptio. l. si arrogator. melius facit. ff. de contratabul. l. 3. §. si emancipatus filius. Non obstat. §. hoc autem, quia ibi nepos succedit ex linea insuccessibili: vnde vitium est in tota linea, non in sola matre. Item non obstat, quòd succedat in locum matris, quia succedit per locum à remotione, siue priuatione matris, & ideo nõ potest sibi assumere naturam iam extinctam, sed assumit sibi locum, quem reperit vacantem.

Et hæc sunt vera in matre, quæ non facit partem aliis successoribus: nam si faceret partem, nepos ex ea repellitur, nec refert quo titulo partem faciat, ex quo iurauit. Facit, quod not. Bartol. ff. de contratab. l. j. §. filiusfam. in 4. quæst. Et per renunciationem, quam facit filia, non prohibetur succedere ex testamento patris, vt C. de pactis. l. fi. & ff. de verb. oblig. l. stipulatio hoc modo concepta. aliàs ipsius patris impediretur testamenti factio, quod esset absurdum. Et si renunciauit patri propter fratres, qui viuebant tempore renunciationis, qui viuo patre decesserunt non nocet renunciatio, argu. C. ad Velle. l. iubemus. Et propter statuta ciuitatum, potest prouideri, ne iuramenta apposita in talibus renunciationibus, valeãt,
11 quia lex habet vim† apostolicam, vt not. in l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. vnde lex municipalis, seu principis sæcularis, potest super iuramento dispensare hoc probatur primo per text. in l. fina. ff. ad municipales. vbi Imperator Antonius, & Seuerus gratiam fecerunt iurisiurandi ei, qui iurauit se decurionum ordini non interfuturum, dum postea esset creatus duumuir, ita dicit ibi tex. gratiam fecerunt, &c. Ex quo patet, quòd Imperatores dispensant, super iuramento. hoc etiam probat l. adigere. §. quamuis. de iure patronatus. vbi lex Iulia de maritandis, iuramentum remittit, quod præstat libertus ne vxorem ducat. & ibi glos. singularis dicit legem ciuilem habere vim apostolicam. Probatur, & tertio in l. non dubium. C. de legib. & in l. si quis inquilinos. §. fin. ff. de leg. j. cum simil.

Item iuramentum, quod est speciale, potest remitti per eum, cui est quæsitum: pro hoc facit doctrina Barto. in l. cum ita stipulatus. ff. de verborum obligat. dicentis, quòd si pars sciat aliam partem, in termino, non posse adimplere, & prorogauit terminum iuramento, adimplens iuramentum post terminum non est periu-
12 rus, quia periurium est † pœna legalis, & ideo debet totum tempus transire, vt sit periurus, per not. per Ioan. And. in c. 2. de sponsa. & ibi per Anton. de But. per illum text. vbi remittitur fides præstita. Facit etiam l. remittit. de iureiurand. Cur ergo non per legem, vel statutum, cum pactũ, & statutum æquiparantur per glo. in rubrica, de decretis ab ordine faciẽd. lib. 10. nam in statuto censentur omnes consentire, licet non interfuerunt, per l. quod maior. & l. municeps. ff. ad municipa. & sic non obstat, quòd sit spirituale, & non obstat, in primis ratio Bartol. in repetitione l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. in 2. principali quæstione, vbi dicit, quòd iuramentum est res spiritualis, & in spiritualibus non potest se intromittere iudex



dex secularis: vt in cap. tuam. de ordine cogni. facit cap. ecclesia sanctæ Mariæ. de const. Item quia iuramentum est de iure diuino, vel naturali. xxij. quæst. 2. si peccauerit. & inferior non habet potestatem in superiorem: ergo princeps sęcularis nõ potest dispensare, quia vt dicit gloss. in l. l. 1. de constitu. princip. & in l. ius ciuile de iusti. & iure. & hoc ius diuinum, vel naturale non corrigitur, sed limitatur, & distinguitur, quod facere potest lex humana. vt expressè tenet glo. in l. fi. C. si contra ius vel vtilit. publi. allegat Apostolum dicentem, Estote subditi principi tanquã præcellenti, & ducibus tanquam à Deo missis: nam lex diuina dicit, Non occides & tamen lex ciuilis permittit patrem occidere filiam repertam in adulterio. l. patri. datur. ff. de adulteriis.

In multis casibus tam de iure canonico quàm ciuili requiruntur testes plures tribus: vt dicit Anton. de Butri. in cap. in omni. de testib. etiam de iure canonico requiruntur plures testes aliquãdo: & quod dicitur, in ore duorum, vel trium stat omne verbum, id est, non paucorum. Item, quòd de iure canonico requiruntur est tex. 2. quæst. v. cap. 1. & 2. & Innocẽ. in c. quæ in ecclesiarum. de constitu. & hanc partem secutus est Bal. in l. non dubium. de legibus. & in corpore, vnde sumitur auth. sacramenta puberum, & l. 2. C. de rescin. ven. in quæst. ix. & Sali. in d. auth. sacramenta pnberum. & l. non dubium. C. de leg. & in l. si quis inqlinos. §. fin. de de leg. 1. vbi dicit text. iusiurandum contra vim legum, & authoritatem iuris in testamento sumptũ nullius esse momẽti. Et hanc opinio. vult etiam Albe. de Rosa. in d. auth. sacramenta puberum. & Raphael. Fulg. in l. 1. ff. de consti. principũ. & l. fi. ff. qui satisda. cog. Et hanc etiam opinio. secutus est do. Petr. de Ancha. in repetitione regula, ea quæ à iudice. de reg. iur. libro. 6. & in repetitione. cap. 1. de constitu: quia causa iuramenti est de foro ciuili, per not. in cap. fin. de foro cõpet. lib.
13 6. & ideo lex ciuilis potest disponere †su periuramento, per d. l. adigere. §. quãuis. de iure patronatus. cũ si. Si põt lex, ergo
14 & princeps, qui est lex †viua in terris, ut in auth. de consulibus. in princip. & multo fortius Papa.

Nec obstat ꝙ iuramentum principaliter dirigitur in Deũ, & sibi quæritur principalis obligatio: vt in c. debitores. & in c. si Christus. de iureiur. ergo hoc potest impediri, nec tolli, nisi per Deũ, vel eius uicarium, in spiritualibus ex causa, non aliter: ut in c. nouit ille. de iudic. & quod no. in c. authoritatis. xiiii. quæst. 6. & per gloss. in c. quanto. de iureiuran. & Innoc. in c. inter P. de renun. quia ut dicit Anto. de But. in c. cum contingat. de iureiuran.
15 ex iuramento oritur duplex †obligatio: una est, quò ad Deum: alia quo ad partẽ illa quo ad Deũ ipsum habet ultorẽ, & super illa solus Papa habet dispensare, & tollere: sed quo ad aliam etiã princeps secularis poterit etiam uel super ipsa princeps ex causa iusta.

Pau. de Cast. in repetitione auth. sacramenta puberum. dicit quòd si statutum diceret, quòd iuramentum non valeat, non ualet statutum, quia disponit de re ad suum forum non pertinente, cum iuramentum hodie, secundũ eum, non sit de foro sæculari, nisi ut ipsum mãdet executioni. vt in c. fin. de foro compet. lib. 6: non ut circa ipsum aliquid statuat annullando: vel ut de uiribus eius cognoscat. Hoc enim pertinet ad iudicium ecclesię, sicut non posset statutum, uel consuetudo locorum statuere contra vires matrimonii ad ipsum inualidandum, ut plenè not. in capitu. primo. de sposa. nam & annullationes inductæ de iure ciuili, sunt hodie sublatæ per ius canonicum, quatenus cum eo non concordat, cui in hoc duntaxat est hodie standum. vt not. in l. fin. C. de interdi. matri. & in Specul. de cogna. spi. super rubrica. in additio. Specu. capitu. tuam. de ordine cogni. & capi. lator. qui filii sint legit. C. de sacrosanct. eccles. l. omni innouatione cessante. cum ibi not. & quod no. Bartolus in l. Titia. ff. solut. matrimo. vnde attenta dispositione iuris ciuils & canonici statutum non potest annullare de directo, & principaliter iuramẽtum, quia non est de suo fo-

ro: sed dispositio iure diuino, vel canonico attento dispositione iuris ciuilis est secus, vnde posset bene per statutum tolli
16 †dispositio.auth.sacramenta puberum. & in l.iurisgentium.§.& generaliter.ff.de pact & in l.omnes populi.ff.de iusti.& iure.sed non prodesset, quòd remaneret dispositio iuris canonici, quæ tantundem, & plus operaretur. Facit text.in l. adigere.§ fi.ff.de iurepatro. vbi dicit,quòd lex habet vim apostolicam,in remittendo iuramentum . Quod ego intelligo, dicit Pau.vt dixit de iure ciuil.nõ canonico vel diuino. Ad idem l. fin.cũ ibi no.ff. qui satisda.cogan.& per Bal. in l. nec patronis. C.de ope.lib.

Sed an saltem per indirectum posset statutum infringere vires iuramenti,puta statuendo. quòd nisi certa solennitas fuerit obseruata, contractus præsumatur fictitius , & simulatus , & dolo initus , & videtur quòd sic: nam istud videtur posse facere statutum , circa contractus laicorum,qui sunt de foro suo tam personæ, quàm contractus:arg.l. per diuersas, & l. ab Anastasio.C.mandati.& præsupposita simulatione contractus, vel dolo dante ei causam, iuramentum supra eo appositum , non est seruandum, quia caret voluntate:vt in capit. 2. de pactis. lib.6:& l. nuda.ff.de contrahen.empt. & l.imaginaria.ff.de reg.iur. & sic caret iudicio,quod est vnum de necessariis tribus comitibus iuramenti.& est glo.ordi. in l. 3. C. plus valere quod agitur. & probatur. C. de ope.lib.l.j. Istam partem tenet Bar. in l. omnes populi ff.de iust. & iur.super 2.q. principali.idem Bald.in l.nec patronis.C. de oper.lib.dicens,quòd statutum potest interpretari iuramentum prędicto modo: & tunc absolutio non erit necessaria, sed sola declaratio, ꝙ non legauit. prout in simili dicit text.in c.quanto.de iureiuran. sed Bal.in authen.sacramenta.tenet plus, quòd etiam directo posit statutum annullare iuramentum,quando subest iusta causa, vt quia in loco minores, & mulieres decipiebantur , & ideo statuit, quòd non seruata tali solennitate non valeat contractus,nec iuramentum.& idem sentit Bal.in l.j. C.si aduersus vend.Breuiter dicit Pau. ego puto quòd quantum ad vires,quas habet iuramentum de iure ciuili,bene posset, per statutum tam directè, quàm per indirectum sibi auferri,per d. l.adigere.§. fina. Sed quantum ad vires, quas habet à iure canonico, nec directè, nec per obliquum,etiam potest statutum eas auferre per regulam , cum quid vna via.de reg.iur.lib.6.& quia esset in potestate laicorum attrahere ad se ea, quæ non essent de suo foro, quod fieri non debet:sicut nec econtra. & in c. innotuit.de iudi.in authen. quomodo oportet episcopos.in prin.

Nec obstant iura in cõtrarium allegata,quia fateor quando contractus est vere simulatus,vel dolo initus,iuramẽtum non valet, quia non adest consensus iurãtis,sed in casu nostro potest esse, quòd re uera potest esse, quòd consensus adest,& tamen per statutum fingitur abesse, sed quo ad Deum, †cui omnia sũt nota,plus
17 veritas attendi debet, quam fictio , arg. c.inquisitionis.de senten excommu.Si tamen statutum fingeret simulationem, & dolum ex aliquibus coniecturis, propinquis,& verisimilibus ad præsumendum verum dolum,secundum ea, quæ notantur in l.dolum.C. de dolo dicerem, dicit Paul.contrarium,quia tunc non esset dolus fictus,sed verus, qui cum non possũt directò probari,sed per coniecturas,possunt per statutum tales verisimiles coniecturæ declarari, & specificari, & si diceret, quòd quando quis accusatus de aliquo crimine facit aliquem contractum, quòd iste præsumatur simulatus. Satis enim esset ista propinqua, & verisimilis coniectura , scilicet, quòd faciat potius ad euadendum pœnam,quàm pro veritate, si contingat eum absolui ab accusatione . Poterit enim dicere contractum simulatum ex forma statuti, non obstante iuramento. Vel pone, dicat, si minor curatorem habens contrahat sine eo,cũ de facili posit haberi præsumitur dolo inductus, certè satis est bona ista pręsumptio,arg.l.fin. C.de ritu nup. Sicut enim per ius commune,quædam pręsumptiones verisimiles specificantur ad probandũ verum dolum,vel simulatũ. vt l. dolũ. cum ibi notatis.C.de dolo. & l. per diuersas C.mandati.ita possunt induci per statutum,sed quãdo est coniectura omnino extranea:vt si est statutum,ꝙ mulier,vel minor non contrahat, nisi corã capitaneo tali:& alias contractus, præsumeretur simulatus:non putarem per hoc tolli iuramentũ,& eius vires per iam dicta.& dicit Bal.in l.pactum.C.de collat.ꝙ renunciationes se non extendunt ad ius postea quæsitum .

Sed Dy.in suis consiliis,consilio,quod incipit, Quidam nomine Fronte,& si filius prodigus viuo patre renunciat bonis paternis cum iuramento, valet renunciatio:quia ex quo non habet curatorem ex iuramento obligatur, secus si haberet curatorem , quem habere potest , si est emancipatus . ff. de verbo. obligatio. l.is cui bonis.& quod no.in l. qui habet.ff.de tute.per Iac.de Are. Et si soror renunciauit hæreditati paternæ vni fratrũ præsenti, & recipienti. Dy. consuluit in consilio suo,quod incipit,Ex testamẽto do Alber. quòd omnibus fratribus accrescit,& prodest ista ratione, quia quoties vnus de his quibus successio defertur directò, vel per mediam personam alterius,vel per repudiationem excluditur, à iure petendi , & eius portio. defertur aliis iure accrescendi. Aliquando volentibus , aliquando inuitis:vt ff.de bono.pos.l.2.§. in bonorum cum tribus legibus sequentibus de acquiren.hæredi.l. hæreditatem.& ad Tertul.l. si nemo de suis , & legitimis l. si ex pluribus. & C. quando non petent partes: l. vnica. & de cad. tollen. l.j. §.his ita quod est verum secundum Bald. nisi appareat præsumptio donationis , in recipientem collatę. ff. de dona. l. in ædibus.versi.veluti.& de pactis. l. si actione. & l.creditori.in 2.gloss. Et si est renunciatum per filiã vni ex fratribus seu vni fratrũ & iste nõ vult hæreditatem paternam.Guil.de Cug.dicit quod hęc renunciatio , non prodest extraneis hæredibus. ff. de pac.l.auus.

Tu tamẽ, secũdum Bal. in d.l.pactum; considera quid factum:vt C.de dotis promis.l. pro te. nam semper in contractibus plus attenditur factum quam contempla
18 tio:†vt ibi no.& C.de iure do.l.cum patrem Et nota,quòd propter iuramentum potest acquiri ius omnibus etiam absentibus de iure canonico , vt 1.q.7.c.quoties cordis oculus. & si filius renunciauit successioni futuræ propter expensas studij, dicit Cyn. quòd non valet. quod est verum secundùm Bald. in d.l. pactum. nisi iurauerit,& eo casu,quo non valet renunciatio , ipsas expensas supra sua legitima computauit,secundùm Bald.quia hoc videtur tacitè actum, arg.ff.ad leg. Falcid.l. cum quo.§.fin. licet videretur,quòd non, quia sunt consumptæ tempore mortis patris. Et si soror faciat renunciationem de omni eo, quod sibi debetur,an extendatur ad res,quas potest vendicare?& videtur, quòd non,vt ff.de libera leg. l.Aurelius.§.Meuia.& l.ab Aurelio. ad fi.ibi,res testator. Et quando remittit omne ius, quod habet,vel habere sperat. quomodo intelligitur hoc verbum , sperat intelligitur, sperat ex causa de præterito, non de futuro , quia de ea non potuit cogitari . Pro hoc l. qui Romæ. §.duo fratres.ff.de verb.obli.per Bar. & ff.de adul.l.si vxor. §.diuus. per eundem Bart.

Et an clausula generalis post quędam specificata restringatur solùm ad illa. Respon.sic dicit Bald.in d.l.pactum.si vtraq; clausula depẽdet ab eadẽ causa fi.aliàs generaliter operatur.C.de transact.l.de certa.& l.sub prætextu.la 2.& ff.de transact. l.emptor.§.Lucius.& de excep.l.si ex maiore. & ff.de transac. l.cùm Aquiliana.& ff. de condi.indeb. l.fi.§ idem quę sijt. & d.l.Aurelio.§. fi. Et si ista clausula generalis à nullo regitur , sed absolutè ponitur. i. non regitur ab aliqua clausula,nec est alteri annexa, an generalis sit virtus eius videtur, ꝙ sic per illud brocardum , ꝙ generaliter dictum , debet generaliter intelligi. nisi sit aliqua ratio restrictiua, q̃ respiciebat robur,& firmitatẽ præcedentium clausularum. & ideò meritò refertur ad omnia,quia pręsumitur quis vellẽ, quòd valeant omnia quę facit.C.de condi.

di.infer.l.2.sed hoc non uenit ad firmitatem,sed ad extensionem,idem tamen fortè debet operari in ratione generalis intellectus, corrigeretur, vel minueretur, quòd speciale est dispositum, vt C.fauil. ercisc l.quoties. & ff.fam.ercisc. l.legatorum.§.qui plures. Et si in huiusmodi renunciationibus nulla ponitur causa, non possunt restringi ratione causæ non expressè, nec tacitè, sub intellectæ, restringuntur tamen ratione temporis ad principia. ff.de verb.oblig. l.cum stipulamur, & l.si à colono.ff.de lib.causa.l.Aurelius. §.testamento.

Item restringuntur clausulæ ex animo ad id solum,quod quis sciebat sibi deberi, vt ff. de pact.l.tres fratres,vel scire debebat,vt ff.si cer.pet.l.quod te. Et ideo consulo,ꝓ caueant sibi renunciantes à verbis generalibus,ne in promptu ex effuso sermone incidant in periculum,vt C.de dotis promissione.l.fin.in fi.vnde creditores non sunt compellendi apponere in refutationibus clausulas generales, nisi quatenus venirent ad robur specialium. l.2. §.j.ff.de cõtrario iudi.tute. & ibi per Iac. de Aret. tenentur tamen renunciare beneficiis per quæ actus ipse posset infringi, vt in auth. matri.& auie.C.quando mulier offic.tut. fungi potest.

Et. si in refutatione generali ponuntur hæc verba,ꝓ sic voluit, & sic sibi placuit, an ista verba sint alicuius causæ necne? videtur, quòd non, quia causa voluntatis
19 † distinguitur à voluntate,tanquam actus exterior, ab animo,id est,ab actu interiori,vt ff.de transact.l.cum hi.§.in causa. In contrarium videtur, ꝓ sit tacita donatio, vt l. Capanus. ff. de oper.lib. effectus est magnus, quia vbi non est causa, valet liberatio, tanquam inferius, & sine causa, vt not. ff. de pac.l.tale pactum.in prin.& sic non videtur requiri insinuatio, cum non sit donatio. Si verò est donatio,requiritur insinuatio, cum hoc veniat ad liberatum,tãquam merum lucrum,& sic est eadem ratio,quæ in vera donatione, scilicet, ne quis impetu quodam tanquam prodigus suo patrimonio abutatur. Facit ad hoc, quod not. in simili. C. de rei vend. l.mater. Ista ergo verba generalia, nullam determinationem habentia, generaliter debent intelligi, vt d.l. emptor. §. Lucius. si enim esset aliquis terminus restrictiuus, verba generalia restringerentur.ff.de sol.l.si ex pluribus causis. Et adde, quod no. insti. de dona.in summa per Azo.& quod dixit idem Bald.in l.illud. C.de sacrosanc.eccle.

Sed quomodo pactum, de non succedendo firmatur iuramento,cum sit contra bonos mores? Respon.aliquid esse cõtra bonos mores intelligitur tripliciter, scilicet natura, vel quasi, & tunc non valet iuramentum:quia est contra ius naturale, vel quasi, vt si pater iurat non alere filium, vel non obedire Deo, vel ecclesiæ Romanæ in spiritualibus.de iusti.& iur.l. veluti. Item facto, vt quia est turpe,& tũc idẽ,vt ff.de pac.l.iurisgentium.§. generaliter. Item iuris cẽsura, id est, iuris artificio.& tunc de iure ciuili non valet iuramentum,ne ratione iuramenti† iuris ci-
20 uilis authoritas obrumpatur,vt C.de leg. l. non dubium. sed de iure canonico valet, propter religionis vinculum, quod est de iure diuino. Et licet ius ciuile nihil dicat esse contra bonos mores, nisi quia deducit ad aliquod inconueniens,tamẽ magis esset incõueniens spernere iuramẽtum, quod est ipsi Deo præstitũ,vt bi gratia ius ciuile non potest renunciare hereditati futuræ ne filius videns sic se priuatum bonis paternis omittat obsequium. Hoc enim esset satis incõueniens at si se priuatum non videt, patrem obsequiis prouocabit. Item viuet virtuosè secundum paternum desideriam, & istud est valde conueniens, & quòd spes pulcherrima foueat filios, in successione parentum, vt ff. pro socio.l. cum duobus.§. idem respondit.& l.pactum.C. de coll. & C.de sent.pas.l.fin. & ff.de ope. lib.l. nec ei.§.1. sed istę rationes iuris ciuilis sunt persuasiuę & non necessariæ, & ideo talis inconuenientia,est contingens vitio solius iurãtis,ꝓ ei non debet patrocinari. Filius n.tenet patri,nõ qa diues,sed qa pauper.

Sed si statutum dictat, ꝓ licet filię nõ renunciauerint,tñ debeant dotari. & amplius



plius petere non possint modò puella nõ vult nubere, sed vult succedere,& castitatem seruare,quid iuris,si non nubit? ratio iuris est impedimẽto,ne dotetur,quia no
21 mẽ eius dotis sine matrimonio † esse non põt.l. fin. C.de dona.ante nup. quia ergo deficit tacita conditio statuti, scilicet nupriarum:ergo cessat statutum. Item statutum,quod arctat ad nubendum,esset contra bonos mores,& nõ valeret, iuxta not. in c.statutum. de hęreticis. in nouella. In cõtrarium, quia stat per ipsam quominus dotetur: ergo debet haberi, pro dotata,vt ff.de cond.& demonst. l.iure ciuili. Solutio, si tantum assignatur,quantũ nomine dotis deberet sibi præstari, nihil amplius petere põt,vnde cogitur tali portione esse contenta, arg.ff.de hære.insti.l.qui volebat.& ff.de fideicom.lib.l.Thais.§.j. Et si statutum dictaret, ꝓ mulieres nõ possint contrahere sine consensu aliorum propinquorum,etiam cum iuramento. & ꝓ potestas illius ciuitatis teneatur de facto cõpellere recipientem, ad remittendum oĩa iura, quæ viderentur sibi quęsita,quod ẽt de iure cõi est, quando per fraudem sunt extorta,vt ff.de of.prę.l.illicitas.in prin. nunquid hoc erit verũ,quãdo filia renunciat patri? dicit Bald.ꝓ non:nam propter naturalem affectum paternum patri videtur esse concessum, argu. ff.de li.cau.l. Aurelius.§.Titius testamento.ff.de hære. instit.l.quidam cum filium. ff.de cu.fur.l. furioso puberi. ff.de adul.l.nec in ea. § fi. Si autem non contraheret cũ patre,sed cũ aliis,remotiorib.qui plerunq; malũ consilium capiunt. pro puellis, vt C. de nup.l. viduæ.§.sed ne fortè. tunc haberet locum statutum, in contractib.& in distractib.vt l.Mæuia.§.j.ff.sol.mat.& quod not.in l.3. §.contrarium. ff.de contrario iudicio tute.quia istud statutum,quod imbecillitati mulierum prouidet, etiam ad renuncian tes extendi debet, vt ff. de noua.l.doli.§. diuersum.& no.ff.de mino.l.si iudex.& ꝑ Bart.in l.mutum.§.fi.ff.de acq.hæred. & Bald. in tit. si de feud.controuer.fuerit.c. moribus.sic dicit. Ex hoc capitulo arguũt quidã valere pactũ,de futura successione, quod est falsum,quia in d.c.moribus.non est pactum, de futura successione,sed est tale, quale est, vt ad leg. Fla.de plagi.l.in fuga. in fin.

Et not. ꝓ hodie valet pactum de futura successione, si interueniat sacramentũ, vt extra de pact. c.2.lib.6. Bartol.dicit,ꝓ valet pactum de non succedendo. & est ratio,quia illud nõ inducit votum captandæ mortis,sed pactum de succedendo, sic vt de fideiussor. l. si quis pro eo. & ff. de verb.oblig. l.stipulatio hoc modo concepta. Istam distinctionẽ meri Canonistæ, non tenent, quia ratio dicti c.est,quia iuramentum potest saluari sine interitu salutis ęternę. & si dicatur,quod inducit votum captandę mortis,hoc nescimus,quid fit in animo pacíscentium, sed bene scimus,ꝓ possunt obseruare pactũ sine interitu salutis æternæ, & ideo puto, ꝓ Episcopi cogerent talem iurantem ad obseruantiam talis iuramenti. Et pro opin.mea dicit Bal.in d.c.morib.sunt expressa verba Petri de Ceruo, quæ talia sunt,ex quo capitulo dicunt, quidam valere pactum de futura successione etiam sine consensu vasalli, de cuius hæreditate agitur.

Ad quod facit quod legitur,& notatur in d.c.morib. & C.de inuti.stip.l.j. & C. de coll.in l.pactum.adeo,ꝓ si sacramentum interuenit,non valet,vt l.pactum.C. de colla. & per decretalem Bonifacij bene valeret, extra de pact. cap.2. lib.6. & Petr.de Ceruo, vt patet tali ratione, quia pactum, ꝓ non succedat filia, per exclusionem filiæ inducit pactum,ꝓ filia succedat. ff.de iudi.l.cum prætor. & tamen illa decretalis determinat expressè illud iuramentum appositum esse seruandum. Ideò simplicitati Canonistarum adhæreat Ioan.de Imo.in l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de verb.oblig. sic dicit. Attende,quia hic tractat Bart.an pactum de futura successione valeat, vel non. Et distinguit quatuor casus principales? quia interdum fit pactum de iure successionis conseruãdo,interdum,de iure successionis minuendo, seu perdẽdo,interdum de iure successionis acquirendo. interdum de eo, quod venit per successionem acquirendam certo modo disponendo.

Primum casum valde breuiter se expedit dicendo, q̃ valet per §. fi. Instit. de legitima agna. succes. & in l. fin. C. de pact. latius dicit, & considerat duos casus principales, videlicet, quòd quando ille, qui vult conseruare ius succedendi, priuabatur eo, propter delictum, quandoq; propter aliquem iuris rigorem. Et hoc secundo casu concludit, quòd aut ille, cum quo fit pactum, posset circa hoc prouidere testando, & valet pactum, vt d. §. fi. aut non posset, & tunc non valet. Allegat c. 1. de feud. suc. Et per prædicta decidit, quòd si statutum est in ciuitate, quòd filia fœmina non succedat extantibus masculis, ex testamento capiet quicquid sibi relinquitur, quòd si tempore, quo doratur, conseruat sibi ius successionis de consensu patris, quòd valebit istud pactum. per l. fi. C. de pact. Secus si esset statutum in ciuitate, quòd mulier nupta extra ciuitatē non succedat, ex testamento, vel ab intestato, quia tunc non valeret pactum. Tu adde, quòd non videtur valere, quando solùm impedit successionem ab intestato, si frater masculus non succedit, quia statutum in fauorem masculorum videtur esse factum, & sic non videtur, quòd tali fauori posit per tertias personas, in alieno præiudicio renunciari, argu. l. sicut. C. vt in pos. legato. Si autem frater consentiret, videtur adhuc esse dubium, tamē videtur adhuc idem, quia per pactum priuatorum non †videtur posse tolli lex staturaria. l. ius publicum. ff. de pact. 22

Non obst. § fi. Insti. de legitima. agna. succes. quia ibi lex expresè permittit pactum, hic autem secus. Fortè tamen sustinendo dictum Bar. posset dici, quòd ex quo in fauorem masculorum lex municipalis emanaui posit masculus illi renunciare, arg. l. si quis in conscribendo. C. de pact. & hoc videtur esse de mente Salic. in l. pactum quod dotale. C. de pact. Item per prædicta decidit Bartol. quòd si statutum esset in ciuitate, vt dicit esse Asisij, quòd ingrediens monasterium non succedat, quòd si simpliciter statutum prohibet eum succedere, etiam ex testamento, non valebit pactum factum cum parentibus, & consanguineis, de iure successionis reseruando tempore ingressus, secus, si solùm priuaretur successione intestati. dubitat an statutum valeat, concluditur, & si loquitur per hęc verba, ingrediens monasterium, vel si quis intrat monasterium, sit priuatus iure successionis, seu succedendi, & tunc valet, quia non disponit circa clericum, sed circa laicum, nam laicus est ille, qui ingreditur monasterium, sicut viuens moritur. l. qui duos. ff. de ma. testamento.

Nec obstat auth. nisi rogati. C. ad Trebel ibi, grauatur in iam quæsito, si monasterium ingreditur. hic autem lucrum auferitur. Si autē statutum disponat de iam ingresso, vtputa, si quis ingressus fuerit monasterium non succedat, non valebit statutum: quia videtur disponere de clerico, cui statutum non potest auferre ius suum, & contra formam iuris. l. Deo nobis. C. de episco. & cle. Et pro hac distinctione allegat l. Stichus. de manumis. testamēto. & hoc dicit salua Canonistarum determinatione. Tu adde dicit Ioan. de Imol. quòd Bald. in d. l. fin. dicit in primo casu, quando statutum dicit, seu loquitur de ingrediente, quòd si priuat ipsum vltra legitimam, valet. Si autem priuat etiam legitima, quia illa est debita filio. l. fi. C. de codicil. & l. 3. C. de iuris, & fac ignoran. tunc non valet dictum statutum, velut odiosum detrahens religioni. Tu adde dicit Ioan. de Imo. quòd indistinctè non videtur dictum statutum valere etiam vltra legitimam, per text. § sed hoc de præsenti. in auth. de sanctis. episc. colum. 5. vbi est casus expressus, quòd reputatur etiā dispositio turpis, si per illam aliquis ingrediendo monasterium priuatur lucro, seu non admittitur ad lucrum, & sic non loquimur, quando in iam quęsito quis grauatur: imò loquitur etiam quando quis nō admittitur ad lucrum ingrediendo, vbi aliàs admitteretur, si non ingrederetur.

Nec obstat, quod no. Ioan. And. in sua quæstione, quæ incipit, Acolitus. quā posuit super reg. sine culpa, in vltimo articulo 2. quæstionis principalis. & Ioā. Cal. in sua quæstione, quæ incipit, Statutum. in solutione vbi dicit, & quando statutum, vel consuetudo laici, punit aliquem laicū, ante clericatū, q̃ ligat etiam factum, quia loquuntur, quando quis priuatur, etiam si non fieret clericus. Nam consuetudo, q̃ primogenitus succedat, defert hæreditatem primogenito, etiam si primogenitus semper remaneat laicus. & sic non priuatur ex eo, quòd fiat clericus. in quęstione nostra secus.



Circa secundum casum principalem, quando fit pactum de iure successionis minuendo, seu perdendo, adde secundùm Bald. quòd inquantum dicit, quòd vbi est pactum admixtum † cum delicto, quòd valet, vt l. j. §. si parens. si quis à parente fuerit manu. quòd imò tunc non valet pactum, quia tunc non vi pacti, sed vi delicti repellitur, vt ibi not. & C. de codicillis. l. pactum. Item adde secundùm Bald. quòd hic casus secundus loquitur de iure succedendi perdendo, tertio iam defuncto, quod ad paciscentem debeat deuolui conditione eueniente tunc bene valet. Exemplum, in eo, qui in se recipit ius fideicommissi conditionalis, vt l. j. C. de pac. & ff. de verb. obli. l. qui Romę. §. duo fratres. Tu etiam adde, quòd Richar. de Sali. & dominus Bartho. de Sali. post eum. in l. pactum. C. de pact. limitat c. 2. de pac. lib. 6. procedere casu, quo quando mulier renuncians, & paciscens, de non soluēdo, habuit dotem, secus si nihil haberet, quia tunc secundum eos pactum videtur esse contra bonos mores, & incitare odium inter coniunctos sanguine, argumen. l. fin. ff. de receptato. Sed tu potes dicere, quòd si sit pactum de non succedendo, licet tūc mulier non habuit dotem, non videtur per hoc renunciari iuri petendi se dotari, per l. fi. de dot. promis. & in l. qui liberos. ff. de publi. nec similiter iuri petendi alimenta. Et sic cùm remaneat solum dictum ius alimentorum, & dotis, non videtur, quòd pactum de non succedendo sit contra bonos mores, maximè quia nulla lege reperitur hoc cautum. vnde potes dicere, quòd ibi solùm est improbatū propter quendam rigorem iuris: de quo ibi per Barto. Si autem expressè renunciauit iuri petendi alimenta, & iuri succedendi, tunc esset magis dubium an iuramento firmaretur pactum de non succedendo, respectu tamen alimentorum, nō videtur valere, nec firmari iuramento per c. cum quidam. exrra de iureiur. Et fortè etiam respectu dotis, cùm illa videatur succedere loco alimentorum, & quia alias videtur dari quodam modo via delinquendi mulieri, si sic esset pœnitus indotata, & consequenter non posset verisimiliter nubere, argu. auth. sed si post. C. de inoffic. testam. 23

Et potes etiam addere quod Bru. dicit in l. pactum. C. de col. quòd si filio data est legitima, & paciscitur de non succedendo, quòd valet pactum, & non potest agere ad supplementum legitimæ etiam si bona patris posteà augmentarentur, cùm potuissent posteà diminui, & sic videtur sufficere, quòd habeat legitimam, secundùm tempus ipsius dationis, & pacti, arg. l. de fideicommis. C. de transac. Et hoc dictum sequitur Ange. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. oblig. & Bald. tenet contrarium in l. si quando. §. illud. C. de inoffic. testam. & hoc videtur verius secūdùm istum tex. nisi defendendo Ia. dicas, q̃ ibi loquitur quando dabatur. minus legitima tempore quo datio fiebat. & hoc satis videtur innuere litera illa, & sic fortè posset defensari opi. Ia.

Circa tertium casum principalem, scilicet de iure successionis acquirendo. Addit hic Bal. & successiuè Ang. dictis Bar. q̃ licet regulariter non valeat, fallit inter milites, vt est casus singularis, qui non est alibi in l. licet. C. de pactis.

Quarto autem casu nihil addit Bald. in d. l. stipulatio hoc modo concepta. nec Ang. addit dictis Bar. aduerte tamen, quia Ang. in d. l. stipulatio hoc modo cōcepta. aliter expediuit istam materiam, scilicet, per regulas, & quinque fallentias, quę omnes fallentiæ satis patent, ex supradictis: exceptis duabus. Vna est, quòd licet regula sit, quòd non valet, si sit pactum cum eo, cui debet succedi, secus si sit pactum ēt non firmatum iuramento de nō succe-

succedendo tertio. Exemplum ponit si filia accepit dotem à fratre viuo patre, & paciscitur cum eo, vt non succedat patri: nam istud pactum bene valet patre defuncto ab intestato, quasi vendiderit fratri ius geniturę, sicut fecit Esau, qui vendidit ius primogenituræ fratri suo Iacob. vt patet 6.q.j.quàm periculosum. De iure primogenituræ etiam per Ioā. And. post Hostien. in c.licet. extra de voto. bene succederet patri ex testamento non obstante pacto: ne, si aliter diceremus, per hoc pactum intelligeretur patri ablata libertas testandi, contra d.l.stipulatio hoc modo cōcepta. & l.fi. C. de pac. Adde, quòd hæc opinio videtur contra l. stipulatio hoc modo concepta. & contra l. pactū, quod dotale. C. de col. vbi simpliciter pactū factū de non succedendo, non distincto cum quo non valet nec obstat, quod ipse dicit de Esau: quia illud procedit secundùm leges veteris testamenti ex præcepto iudiciali ipsius legis: & ideo hodie non ven-
24 dicat sibi locum, ex quo ius ciuile disponit oppositum, cum præcepta iudicialia † veteris legis non obligent in noua, nisi à noua sint approbata: vt no. 100. distin. § his ita. & extra de consuetu. cap. fin. & per D. Thomam de Aquino. in 1.2.ca.4.articulo 3. pondera tamen, quia per prædicta non videtur fieri contra bonos mores pactum de non succedendo, cùm approbatū sit secundum legem diuinam nisi fortè diceres, ꝙ Esau non fuit ex toto priuatus ab omnimoda successione:

Alia fallentia est si non impeditur directò libera testamenti factio: & sic saluatur paciscenti alia forma testādi de bonis suis l. quidā cùm filium. iuncto fine gl. magnæ. ff. de verborum obli. Et per hoc dicit se non assentire opi. magistri sui Ber. dicētis ꝙ non valet donatio omnium bonorū præsentium, & futurorum: ex quo quia nemo vellet eius hæreditatem adire, & per talem donationem ponit se in statu extremæ paupertatis, & vult se reddere inhabilem ad acquirendum in effectu: vt ipse tangit etiam hic, & in l.fi. C. de pactis. Non est tale directum impedimē tum considerandum, per dicta gloss. quia ad hoc principaliter non ordinatur. & per hoc etiā allegat. quia si hoc est verum, nemo constitutus in mortis articulo poterit donare vniuersa bona sua, cùm ponit se in statu paupertatis: & similiter nemo vellet ius hæreditatem adire: quod est falsum secundùm eum, quoniam nec senectus nec ægritudo impedit dispositionem bonorum fieri per dominum. C. qui te. fa. pos. l. senium.

Item non est verum, secundùm eum, ꝙ ponatur in statu paupertatis: nec quòd impediatur factio testamenti eo modo, quo ipse dicit: nam poterūt talia bona dari, & relinqui cum pacto, quòd stipulatori nihil acquiratur, & sic in illis poterit habere hæredem: sicut dicimus, cui ita donatur. C. de bo. quæ lib. auth excipitur & C. de inoffi. testa. l. filius matrem. Item adducit, quia potest quis se ponere in statu paupertatis, & tollere sibi testamenti factionem, non solùm per approbatum ingressum religionis: imò etiam per pactum de se detestabile: puta faciendo seu paciendo se vendi ad pretium participādum. ff. de statu. ho. l. in seruorum. C. de sacrosanc. eccle. auth. ingressi. quia verum est in illis, qui non sunt domini actu nec potentia, quia acquirere potest, vt dictum est. Item & actu, quia licet donatario tradere teneatur, tamen ante traditionem remanet dominus, quia ex titulo etiam † vniuersali non transfertur domi-
25 nium regulariter, nec possessio: vt est tex. iuncta gl. quę non est alibi in l.j. in prin. in verbo, vniuersali. ff. de vsusca. pro donato. Et hoc clarū quādo non intercessit constitutio precarii: quia sicut locus incertus possideri non potest, ita nec precario rogati, vt l. locus. ff. de acquir. posses.

Item ideo, secundùm eum, instrumenta generalis obligationis hypothecæ de præsentibus, & futuris cum constitutione precarii quantum ad futura fortè nihil releuant, secundùm eum. Idem dicit Bald. in d.l. stipulatio hoc modo concepta. in effectum, sed clarius loquitur quo ad aliqua: vnde tene, quòd dicta donatio valet: quia secundùm eum alias sequeretur, quòd nullus constitutus



eutus in mortis articulo, de cuius vita nō esset spes, posset donare omnia bona sua, impediretur libera testamēti factio, cum sit spes, quòd alia posit acquirere, quod dicere est truffatorium secundum eum. Adde quòd videtur esse casus in l. certum. aliàs, omnes. §. Lucius. ff. de his quæ in fraud. cred. indistinctè illam l. intelligendo. Nec est verum secundum eum, quòd impediatur libera testamēti factio, quia talis donans, antequàm tradat non perdit dominium præcipuè rerum, quas post quęrit. allegat d.gl. in d.l.j. de vsuc. pro dona. nec obst. si dicatur, quòd nullus velit esse hæres nomine tantum, & non re, quia si hoc simpliciter consideremus, nullus qui non esset soluendo, non haberet testandi facultatem, quod est falsum: ff. de hæred. instit. l. soluendo, non erat. & hoc credit sine dubio verum, nisi talis donans constituerit se bona præsentia, & futura precario nomine donatarij posidere in tali forma, ꝙ valeret constitutio precarij, tunc irrita esset donatio, quia tunc verè impediretur libera testamēti factio, quia non porrigitur constitutio precarij ad iura incorporalia, & actiones, quæ, & quas donatio acquireret, nec etiam quo ad corporalia valebit, cùm sit incerta. alleg. d.l. locus. & sic residet in alleg. l. stipulatio hoc modo concepta. Adde quia in l.fi. C. de pact. tenet cum opin. Bar. quam dicit esse communem. illam enim sequitur Pet. & Cyn.

Et aduerte, quia cum Ang. & Bal. in l. stipulatio hoc modo concepta. concordat Dyn. in cap. in c. qui semel. de reg. iu. in 6. & in l. hæredes palam. §. fin. ff. de testa. & Richar. de Sali. & Do. Bartho. de Sali. in d.l. fin. vnde passus iste est dubius propter tātorum opīonem, & quelibet pars posset probabiliter sustineri, & fortè de mente iurium posset sustineri, ꝙ donatio nō valet, quasi præsumatur facta, & videatur vice testamenti, quod est reprobatum à iure, arg. l. stipulatio hoc modo concepta: ff. de verb. oblig. & videtur casus in terminis. in l. hæreditas. C. de pact. conuen. Vnde quod ibi dicitur vice testamenti intellige, quia sic videtur fieri: non quia aliter de hoc constaret, aliàs lex illa modicum haberet dubium.

Nec obst. d.l.j. C. vt actiones ab hered. & contra hæredes. quia intelligo l. illam in particulari donatione, vel promissione, non in obligatione omnium bonorum. In illa enim pręsumitur facilius fraus posse attentari, quòd si simpliciter donarentur omnia bona post mortem alicui hoc acto, quòd sit donatio inter viuos, hoc casu fortè non valuit, licet non sit adiectum aliter de futuris, quasi in dubio, ex quo dispositio est vniuersalis, & relata ad tempus mortis, videatur facta vice testamenti, per l. hæreditas. supra allega. vbi etiam videtur casus. Si autem velles tenere, ꝙ donatio valeret in aliquib. casib. seu aliquib. respectib. puta, quia in ipsa donatione generali, non venerunt saltem illa, quæ in specie quis verisimiliter esset concessurus, vt in c. in generali. de reg. iur. in 6. & de pigno. l. obligatione generali. fortè hoc esset tolerabile, etiam si aliàs teneres opi. Bart. propter suos respectus, & rationes, pro habendo respectu ad rationes, quas facit.

Posses etiam tenere, quòd tunc non venirent bona, quæ crescerent post mor-
26 tem † testantis, cùm illa propriè non sint testantis, vt l.j. §. hęc verba. ff. de neg. gest: & verba in dubio debēt intelligi propriè. l. non aliter. ff. de lega. 2. & sic etiam esset verisimile, ꝙ vellet ipse disponens, argu. l. 4. ff. de testam. mili. Si autem constet. de mente, quòd omnia prædictam vult in donationem venire, remanet dubium supra dictum, an tunc teneat donatio, & præsertim quando præcessit constitutio precarij, sm Barto. non teneret, quia per indirectū impediretur libera facultas testandi. Sed contra istam rationem faciunt ea, quę dicta sunt supra post Ang. & Bal. Si autem teneres, quòd non tenet respectu, quo dixi, quòd videretur fieri vice testamenti, & per hoc esset contra bonos mores, tunc nihil obstabit.

Itē attēde, quia est dubiū, an tenendo opi. Bar. & habēdo respectū ad suā rōnē, si donantur pſentia, & futura ex toto vitietē donatio, an vitietur quo ad futura? &

Bare in l.fi.C.de pact. dubitat & non decidit Bald. ibi tenet quòd vitietur ex toto,argu.d.l.hæreditas.Sal.contra, ꝓ vitietur solum quo ad futura, argum.l.sancimus.C.de dona ad d.l.hæreditas.respondet,quòd ibi constabat, quòd vice testamenti facta erat. Tu potes attentare, ꝓ verior videtur opinio Baldi, per l. si libertus.ad fin. ff. de iure pa. vbi videtur esse casus, quòd quando eodem tempore in fraudem legis plura alienantur, ipso iure omnia annullãtur, secus quando ex inter uallo fit alienatio vnius rei, & post aliã.

Item attẽde,q̃a quęstio debet intelligi, qñ constat donãtem vel donationem esse inter viuos, licet velit habere effectũ post mortẽ alias esset donatio causa mortis,vt no.in l.Seia.ff.de dote ꝓlegata. Itẽ debet intelligi, si esset facta in sinuatio,si excederet summã.de qua in l.sãcimus.C. de do.

Itẽ aduerte,q̃a si quis donat bona post mortẽ suã,cõmuniter tenet, ꝓ nõ veniũt futura.& Richar.de Sali. & Bar. de Sali. contra prędictã l. fin. quia qualitas adiun
27 cta†verbo debet intelligi secundum tempus verbi, & quia aliàs dictio, post mortẽ,nihil operatur, & quia videtur esse casus in d.l.hæreditas.hoc fortè potest procedere, qñ constaret donantẽ velle irreuocabiliter donare,nã tunc, vt dixi, fortè videtur ex iuris dispositione fieri vice testamenti,nisi hoc.constet,tene cum opin. doc. Nec obstat ꝓ qualitas iuncta verbo, &c.quia hoc in effectu intelligitur terminare verbum,dare:quæ datio potest fieri post mortem etiam de bonis, quę fuerũt tantummodo tempore donationis.

Itẽ nec ob. secundo quòd dictio, post mortẽ,nihil operabitur: quia imò operat vt de se patet,q̃a si non esset apposita,statim sumeret effectũ donatio,nã ob d.l.hęreditas.quia deberet dicere,quia ibi constabat,ꝓ vice testamẽti erat facta, de cuius testamenti natura est, ꝓ inspiciatur tẽpus mortis.Ludo.in l.pactum.quod dotale.C.de col. dicit, ꝓ ratio quare pactũ futurę successionis conceptum affirmatiuè nõ valet,est triplex. Primò ꝓ hęreditas nõ pactõ,sed testamento deferri debet l.hęreditas.C. de pact.conuen.& l.pactũ. C. de pac.Secundò,q̃a ꝓ eã tollitur testamenti factio,qđ est prohibitũ contra bonos mores,vt l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de verb.ob.& ff. pro socio.l.cum duobus.§.idẽ respondit.Tertiò,q̃a ꝓ eum inducitur votũ captãdæ mortis, qđ similiter prohibitũ est, & bonis moribus repugnat,vt l.fin.C.de pac.& in c. nõ captandę.de concef.præben.lib.6. quę ratio non vrget in casu d.l. fi. vbi pater consensisset pactionibus super hæreditate factis,quia tunc valet pactũ. Nec ob. ꝓ inducitur votum captandę mortis,quia non pręsumit patrẽ consensisse,si de sua vita dubitasset.

Si autem dicis, quare non valet pactũ futurę successionis negatiuum? Quadruplex potest esse ratio. Prima illa, quã reddit tex.in d.l.fi. scilicet, quia successiones
28 †quæ iure publico deferuntur, priuatorũ pactionibus mutari nõ cõuenit. §. de pac. l.ius publicum. Secunda illa, quam reddit Papinianus in d.l.si quãdo.§.j.de inof.
29 test. scilicet, quia † meritis magis filios ad parerna bona vocãdos quam pactionibus astringendos decens est. Tertia, quia successio filii, fundatur in naturali iure. ff.de bon.damna.l.cum ratio.ff.vnde liberi.l.scripto.ad fi. & l.nam & si parentibus ff.de inoffi.testa. quod quidem pactionibus priuatorum tolli non potest, vt ff.de vsufruc.earum rerum.l. 2.ff.de cap.dimi. l.legatum.& l.eas.cum si. Quarta, & illa est efficatior,quæ colligitur ex tex.l.cum hi.ff.de transac.in prin. quia contingerè posset plurimũ homines de pauperari, si tale pactum valeret, qđ est cõtra publicã vtilitatẽ,vt in authen.& iudi.sine quoquo suf.§. cogitat.insti. de his qui sunt sui vel alie.iur.§.expedit.Et vt plurimum videmus homines magis contentari modico præsenti,quã plurimo,quod sperat in futurum haberi,vt d.l. cum hi. Potest assignari,& quinta ratio, quia sicut hæreditas non põt pacto dari,vt dicta l. pactum.
30 ita nec pacto†adimi posset. Hisdem enim regulis regulatur ademptio, sicut, & transactio.seu datio,vt ff.de adimen. lega.l.3. §.conditio. & l.legata inutiliter.ff.de leg. 1.& de re iuris.l.nil tam naturale.cum si.

Sed qđ dictũ est,ꝓ pactum futuræ successionis affirmatiuè conceptum, non valet,fallit in duobus casibus. Primus quando pactum fuit inter milites in expeditione degentes: quia tunc illud appellatur vltima voluntas, in genere, & validum est.Tex.est singu.in l.licet.C.de pact.Secundò fallit fauore piæ causę: vtputa, si pactum fuit,ꝓ post mortẽ meam pauperes succedant seu ecclesia,secundum Bal. singulariter in d.l.fin.C. de pac. pro quo facit,quia non obstãte eo,ꝓ pactum cum ecclesia factum tollat liberam testandi facultatem,per indirectum pactum validum forẽ dicetur, vtputa, si fiat ad pias causas, donatio omnium bonorum pręsentium, & futurorum, quę fauore pię causæ fit,valet.secundum Bal.in d.l.fin.argu.in authen.ingressi. C.de sacrosanct. eccle.& Bald.in authen.si quas ruinas. & l. iubemus.eod.tit.Quicquid tamen sit,puto dicit Ludouic.salua reuerentia Bald. malè dicere:quia si pactum futuræ successionis affirmatiuè conceptum non valet etiam in filio, qui magis est fauorabilis: vt est casus in dicta l.pactum quod dotale. multominus debet valere ad pias causas, quę pia causa minus fauorabilis est in iure,quam filius: vt probatur 18. quæst. fin.c. quicunque.& l. Papinianus.in glos. ff.de inoffi.testa. Non obstat d.l.licet.quia ibi est speciale in milite, ergo in contrarium est ius commune quocunque casu: vt ff.de legi.l.ius singulare. cum si.

Præterea ratio specialitatis, quę†ven-
38 dicat sibi locum in milite,non vendicat sibi locum ad pias causas,ergo nec illius legis dispositio.ff.de pact.l.quod dictum.extra de appel.c.cum cessante. quòd autem sibi locum non vendicat, patet quia in milite non est: quia sibi fuit remissa omnis solennitas circa testamentum quę sunt inductæ de iure ciuili.ff. de testa. mili.l.j. quod nõ est ad pias causas,quoniam sunt solum casu illo remissę solennitates iuris ciuilis, quo ad testes,extra de testi.c.relatum.& c.cum omnes.non autem, quo ad alia: vt plenè not. C. de sacrosanct. eccle.l.j.

Nec obstat dictũ Bar.& Bald. de donatione omnium bonorum præsentium,& futurorum : quia illud dictum est falsum vt suprà dixi, & alibi latius dicetur. Succedit tamen circa hoc pactum dubietas, seu dubitatio,an pactum futurę successionis affirmatiuè conceptum iuramento firmetur,in quo Bartol.in d.l. stipulatio hoc modo concepta.ff.de verb.obliga.& in l. fin.C.de pact.tenuit quod non,quia cum sit contra bonos mores tanquam impediens liberam testamenti factionem, vt in c.non est obligatorium. de re.iur.in 6. & de leg.r.l.si quis inquilinos.§.fi.de nup. authen.quod eis Bald. autem in c.moribus.si de feudo fuerit contentio inter dominum,& agnatos. tenuit contra dicens, quòd simplex Canonista hoc non concederet,quoniam est ius regula, quòd omne iuramentum, quod non vergit in dispendium salutis ęternæ, seruandum est: vt extra de pact.c.quamuis.lib.6.de iureiur.c.veritatis.& c.cũ contingat. sed istud est huiusmodi, ergo.

Dicit Ludouic.malè dicit iudicio meo, quia imò Canonista simplex in materia iuramẽti habet duas regulas principales. Prima est, quam ponit Bald. Secunda, ꝓ non est obligatorium contra bonos mores præstitum iuramentum,vt d.cap.non est obligatorium. cum si. licet ergo simplex Canonista non infringeret illud pactum futurę successionis iuratum,ex prima regula, tamen infringeret ex secunda negari non potest, quin pactum istud sit contra bonos mores: vt est tex. in d.l.stipulatio hoc modo concepta. Secundum autem membrum, scilicet, quòd pactum futuræ successionis conceptum negatiuè, seu priuatiuè,quòd non valeat,habet tres fallentias.

Prima est,nisi pacto sit admixtum delictum,per tex.in l.j. §.si parens.ff.si quis à parente fecerit manu. & secundum glo. in d. l. pactum. C.de col. pater accipiendo precium emancipationis deliquit, vt dicta glos. communiter approbatur. Attamen secundum casum l. j. §. si parens. non videt vera, quia imò videtur licitum recipere, nec contra bonos mores censetur patri recipere pecuniam,pro emancipando filium,vt probatur.de verb.oblig. Lutrum.

l. vtrum. Nec obst. tex. in l. si quando. C.
32 de inoffi. testa. quia ibi videtur †committi delictum, quando accipitur ab inuito pecunia, secus autem si à volente, per tex. in d. l. vtrum. Vnde dicas, quòd ratio primi dicti in d. §. si parens. ac etiam secundi est illa, scilicet, quòd bonorum possessio, quæ datur patri, regulatur ad instar bonorum possessionis, quę datur patrono, vt d. l. j. in prin. ff. si quis à parente fuerit manu. Clarum autem est, si patronus accipit pecuniam ab extraneo pro manumittendo seruum, vel etiam à seruo inuito, amittit bonorum possessionem in bonis liberti, vt plenè probatur in l. etiã. in §. si quis nummos. ff. de bonis libe. sed tex. in d. l. si quando. argumento ergo sumpto ab æquiparatione, idem iuris statuit Iurisconsultus in patre propter dictam equiparationem. Secunda fallentia est, nisi tantum habuit renuncians futuræ successioni quantum habuisset post mortem eius, de cuius hæreditate agitur. Casus est in d. §. si parens. in 2. responso. Tertia fallentia est, nisi fit pactum iuratum, vt in capit. quamuis. de pact. lib. 6. Vnde idem Ludo. in l. qui superstitis. ff. de acquiren. hæred. dicit, quòd hodie est decisum, quòd tenet pactum cum iuramento, vt dicto capitu. quamuis.

Aduerte tamen, dicit idem Ludouic. quòd dominus Ioan. de Imo. referendo Ricard. de Sali. dat tres notabiles limitationes ad d. capit. quamuis. quarum duas dico fuisse Bald. in d. l. pactum. Prima est, nisi pater non obstante illa repudiatione eam filiam in testamento instituat, quia tunc licet repudiauerit, tamen ex noua causa superueniente, ad hæreditatem admittitur. Allegant prædicti l. si patronus non aluerit. de bon. lib. Ergo dicit Ludo. allego notabiliorem casum, qui hoc melius probat, & loquitur in iuramento in cap. cum inter P. Gaufredi. extra de renunc. quem casum pro hac decisione allegant Do. de Rot. in decisionib. antiquis. deci. 1171. vnde dicit idem Ludouic. in l. pactum. de col. quod c. quamuis pactum. allegatum, tantum habet locum quando filia renunciat successioni ab intestato, successioni autem ex testamento renunciari non potest, etiam cum iuramento, quia tolleretur libera testamenti factio, quòd est contra bonos mores, vt l. stipulatio hoc modo concepta. & ideo iuramento non firmatur, vt d. c. non est obligatorium. & ita eleganter voluit Bald. in l. fin. C. de pact. quod dictum, dicit Ludouic. nullibi placet, quia in d. cap. quamuis. non ponderatur, an renunciatio sit cum iuramento, sed solum hoc, quòd iuramentum illud super renũciatione appositum seruandum est, quia non vergit in dispendium salutis æternæ. extra de iureiuran. c. veritatis. & c. cum contingat. Sed ratio ista vtroque casu pariter sibi locum vendicat, scilicet, siue renunciatur ex testamento, siue ab intestato, igitur & vtrunq; casum illius canonis dispositio comprehendere debet. Tacitè enim comprehen-
33 sus censetur casus ille, † in quo concurrit identitas rationis. C. de reuocandis dona. l. his solis. ff. de acq. hęred. l. illud. de verb. oblig. l. à Titio.

Non obstat, quòd per hoc tollitur libera testamẽti factio. Illud enim est falsum, quia licet non possit testari instituendo renunciantem, attamen poterit testari instituendo alios: vnde libera videtur superesse testamenti factio, nisi adempta videtur respectu vnius, qui institui non potest. & istud probo, dicit Ludo. à fine eius, quòd dicitur liberam debere esse
34 †facultatem contrahendi matrimonia. C. de inutil. stipu. l. libera. C. de nup. l. neque. attamen libertas illa non censetur adempta, licet prohibeatur mulier contrahere matrimonium cum aliquibus singularib. personis. de verb. oblig. l. cum ita. qui in proposito est tex. optimus. Dico tamen, & hoc est notandum, q̃ non obstante renunciatione iurata etiam successioni ex testamento facta si pater filiam instituerit, filia non obstante renunciatione poterit venire ad successionem paternam, nec enim iuramẽtum obstabit, quia pater instituendo videtur iuramentum in sui fauorem pręstitum remisisse tacitè, quod potest, vt extra de vsuris. cap. consuluit. & no. Bart. ff. de nou. oper. nunc. l. j. §. post operis. & l. cum



l. cum stipulatus sim mihi ò Procule. ff. de verb. ob.

Secunda limitatio ad dictũ c. quamuis. alle. secundum Lud. in d. l. qui superstitis est, quando fratres seu alij consanguinei ipsius filię renũciãtes mortui sunt ante ipsam filiã; quia tũc cũ eorũ respectu pręsumatur ipsã filiã, renũciasse. ideo hac causa cessãte, q̃a defuncti sunt, filia ad successionẽ admittitur, nec hęc repudiatio aliis prodest. Allegant prædicti in arg. l. iubemus. C. de colla. Tu adde tex. not. qui hoc probat secundum vnam lect. in l. si actione. C. de pactis. & quod ibi not. per Bald. & per eundem in d. l. pactum. vbi pro hoc allegat. Guil. de Cug. & hoc probatur, quia non obstante dicta renunciatione dicta filia possit venire mortuis fratribus. l. 3. §. fin. ff. de transact. Itẽ quia renunciatio seu iuramentũ factũ illi nõ prodest, cui vt prosit renũciãtis nõ interest, seu paciscẽtis: vt ff. de pactis. l. hæredi. §. fin. sed sororis. renunciantis nõ interest, aliis, quã fratribus suã prodesse renunciationem: ergo renũciatio in aliorum, † quàm fratrum fauo-
35 rem non extenditur.

Tertia limitatio est, & ista est propriè Richar. quando ipsa filia non dotata renunciasset: quia tunc cum sumus. extra formam pręallegati c. quamuis pactũ, quod loquitur in muliere dotata non debemus c. illud quod continet ius singulare, extendere extra verba sua, ar. l. ius singulare. ff. de legi. & l. j. ff. ad munici. cum si. quod tamen dictum in se, licèt notabile sit, tamẽ ipsum improbat. Ioan. quia licèt ipsa mulier indotata renunciauerit, & sic videat cessare dictum c. quamuis. tum pur stat ratio illius tex. dicentis, quòd omne iuramẽtum est seruandum, quod non vergit in dispendium salutis æternæ: vnde cum pur subsistat ratio, quia licèt indotata sit: attamen remanet virtus iuramenti, quod est seruandum, ideo remanet iuris dispositio allegat. clemen. j. de elect. & l. quod dictum. ff. de pact. cum simi.

36 Et aduerte. quia dicimus dotem †succedere in locum legitimæ, vt habetur cõmuniter secundum formam statutorum & haberur in l. quisquis, circa medium literæ. C. ad leg. Iul. maiesta. & not. C. de nup. l. sancimus. per Cy. certum, quòd si mulier simpliciter, vt præsupponunt præfati docto. cum iuramento renunciauit, seu repudiauit hæreditatem paternam; nõ tamen per hoc excluditur, à petitione dotis, quæ in locum legitimæ succedit secũdũ tex. C. de inoffic. test. l. si quando. §. & generaliter. vnde videtur, quòd firma remanet dicta repudiatio, cum salua ipsi filiæ non obstante repudiatione remanet dotis petitio. Præterea quòd hoc dictum Ioan. sit verum, probatur arguendo, de pacto ad statutum, secundum l. non impossibile. ff de pact. Certum est enim, q̃ stante statuto, quòd stantibus filiis seu agnatis, filia fœmina non succedat, ipsi filii, aut agnati succedentes, filia à patre non dotata, succedũt in ius dotandi, adeo quòd filia ad dotandum compellitur secundum Barto. eleganter ex illo tex. in l. si marito. §. si volũtate. ff. soluto matrimo. facit quod not. in l. post dotem. eod. titu. quod approbatur in l. fin. C. de dotis promissione. Vnde ita in casu proposito, si filia se voluntariè excludit, successio in vniuersum ad filios deuoluta cum onere dotandi transit. ex quibus reparatur, quòd cum possit tueri repudiationem per se factam à filiis dotem petendo, ne incidamus in absurdum, quòd veniat contra factum suum, & vt res magis valeat, quàm pereat, arg. l. quoties. ff. de reb. dub. verior si opinio Ioan.

Quartò & vltimò singulariter fallit dictum capitu. quamuis. nisi ipsa filia esset minor, & iurasset se non contracturam, seu non distracturam absque legitima solennitate, hoc est, ipsius iudicis decreto, aut cum authoritate tutoris, aliàs si faceret, nihil valeret tunc, ergo quantuncunque interueniat in repudiatione iuramentum, attamen hoc non valet, ratione præcedentis sacramenti, liciti & honesti. Et hanc limitationem sumo ex eleganti dicto Spec. in titu. de emptio. & venditio. §. tertio loco. versicu. & non generaliter consilium quod approbat Ioan. And. & ponit de hoc gloss. singu. in capit. mulieres. de iur eiu. lib.

lib. 6. quod quantuncunque secundùm formam dicti c.licèt & cap.cum contingat.eo.tit.in antiq.alienatio fundi dotalis ualeat iuramento percedente: tamen hoc est uerum,nisi mulier per prius iurasset se nõ alienaturam:& casu quo alienaret, non ualeret, quod dictum fundatur ex tex.c.intellecto.cum glo. alleg.ibi in antiquis.quod nota, & tene menti. & ita fortè limitatur authen.sacramenta puberum.C.si aduer.uen.& hoc dictum dici à Bald.in conclusionibus iuris. & ita limitatur dictum c.quamuis.

Posset tamen dubitari an actus factus
37 contra iuramentum† præambulum seu præcedens iuramento firmetur, uel ualeat:an sit nullus ratione præcedentis iuramenti contrarij.Bart. nihil dicit in l. si quis pro eo. ff. de fideicom.nec Anto. de Butr.in c.cum contingat.de iureiur. sed Ioan.de Imo.in d.c.cum contingat. hoc examinat,posteà arguit, quòd non ualeat actus, qui fit contra iuramentum præambulum,per c.dilecto.extra de præbẽ.& pro hoc dicit esse gl. ordinariã ual de not.in c.2.de iureiur.lib. 6. ubi gloss. not.dicit quòd si mulier iurauit non alienare dotem,nisi ex causa neccessaria, & cùm authoritate iudicis, quòd si posteà alienat sine authoritate iudicis, etiam cum iuramento,quòd alienatio non ualet:quia debet seruari primum iuramentum,quòd fuit licitum,per ca.intellecto. de iureiur:secus si fuit illicitum, per cap. tuam.extra de iureiuran.& illam glo.tenuit Hostien.ut ibi tangit Ioan.And.Io. Mona.& Archi.& Specu.in tit.de empti. & uend.in §.tertio loco.uersic.& non generale.ubi Spec.dat consilium,quòd quãdo pater,uel alius dat dotem pro filia, facit præstari prædictum iuramentum:& si de facili non possit prejudicare alienando:& illam glo.in d.c.2.secutus fuit Bar. in d.l.si quis pro eo.in tertio membro.& l.is cui.ff.de uerb.oblig. pro qua uidetur casus in d.c.intellecto & facit c.ueniens. de iureiuran.

In contrarium uidetur esse casus in c. sicut ex literis. extra de spon. ubi,ualet matrimoniũ factum: post prius prestitũ iuramentum.& hanc partem uidetur tenere Innocen.in d.c.intellectu. & in c. dilecto.de preben.ubi cõcludit,quòd actus
38 temporalis,†qui fit contra iuramentum primum ualet.licèt secus.in actu spirituali per ea,quæ habentur in d.c.dilecto. ubi uidetur casus.dicit tamen aliquos tenere,
49 quod etiam † actus spiritualis,qui fit contra iuramentum, ualet.Facit quod habetur in preallegato c.si quis ex literis. de spõ.ubi matrimonium,quod est res spiritualis,ualet contra iuramentum præambulum.& hanc opi.tenet Ioan.Andr.uidelicet,quòd etiam actus spiritualis contra iuramentum factus teneat.& hoc etiã tenuit Specu.in ti.de legato. §. nunc tractemus.uersic. sed si legatus.& ibi Ioan. An.in addit.Aliter tamen non respondit ad c.dilecto. nisi, quòd ibi fuit allegatio partis.nec etiam respondit ad glos. suam in d.c.2.de iureiu. in 6.nec de illa facit mentionem.Si quis tamen uellet tenere opi.Ioan.And.& dictum Inno.in c. dilecto.& etiam in addi.Spec.super dicto uersicu.sed si legatus posset dici secundum Ioã.de Imo.in d.c.cum contingat,quòd dictum Ioan.And.& dictum Innoc.in c. dilecto.inquantum dicunt actum, qui fit contra iuramentum tenere, presertim si sit actus temporalis,debet limitari, saluo nisi iuramentum haberet secum concursum iuris communis:ut contingit in casu dictæ glo.in c.2.de iureiu.lib.6.nam de iure communi est prohibita alienatio rei dotalis:ut patet in l.lex Iulia. de fundo dotali.& l.j.§.& cũ lex.C.de rei uxo. acti.ideo, quia iuramentum tunc habet concursum iuris communis,inualidatur actus,qui fit contra iuramentum.Facit, quod habetur in alleg.cap.intellecto.secus,dicit ipse do.Ioã. si non haberet concursum.& etiam tenuit Spec.in tit.de legato.§.nunc tractemus. uersi. sed si legatus.& ibi Ioan.An.in addi.Spec.aliàs tamen non respondit ad cap.dilecto.nisi,q̃ ibi fuit allegatio partis,nec etiam respondit ad gl.suam in c.2.de iureiu.lib.6.nec de illa facit mentionem quis tamen uellet tenere opi.Ioã.And.in d.c.dilecto.& in addi.Spec. super dicto uersi, sed si legatus,



gatus. potest dicere,vt supra. dictum est, quòd aut iuramentum habet concursum iuris communis, aut non. Et istam tenet Ludo.in l.alia.§.eleganter.circa fin.ff.sol. matrim.

Et ad istam distinctionem bene facit, quod not.per Doct.in l.2.C.de vsuca.pro emptore.in fin.vbi dicunt, quòd quando prohibitio testatoris habet concursum, cùm prohibitione iuris communis valet, vt ibi, aliàs non valeret. & pro hoc etiam dicit facere, quod not.in l. ea lege. C. de cond.ob causam.circa contra.§.sanctissimas. in authen de aliena. & emphyt. vbi dicit,quòd pactum contrahentium habẽs concursum iuris communis operatur,vbi aliàs nõ operaretur inualiditatem actus. & isto modo dicit saluari posse glo.in d.c. 2. quæ communiter dicitur approbari à tot Doct.licet alij eam reprobent. Subdit idem dominus Ioã. quia videtur casus in illo c. dilecto. quòd actus spiritualis, qui vadit contra iuramentum, nõ valet:nam videtur esse violatio ad illud c. dilecto. quia ibi fit allegatio partis considerato, quòd ex illa videtur Papa se fundare, & sic videtur, quòd ponat ius, licèt sit allegatio partis, & istud videtur ibi voluisse Innoc. qui inclinat in hanc partem, licet recitet vltimo loco opi. aliorum.

Ideò circa hanc materiam sic distinguit idem dominus Ioann. aut loquimur in actu merè spirituali, aut in actu merè temporali.

Primo casu videtur,quòd actus, qui fit contra iuramentum sit nullus,vt videtur esse casus in d. c. dilecto. non cauillando. & in hanc partem videtur inclinare ibi Innoc. licèt Spec.aliter dicat: vt supra est dictum. Nec obst.cap.ex literis.per quod mouetur Ioan. And. quia non loquimur in actu merè spirituali, quia matrimoniũ carnale non est merè spirituale, quia pro eo potest interuenire pecunia, quia datur pro illo dos, vt in toto titu.de iure do.C. & ff. secus in matrimonio spirituali, vt quando quis eligitur in canonicum, vel in prælatum, vt extra de elect. c.cùm inter canonicos. quia esset simonia,vt extra de pact.c.cùm pridem.& extra de simo.cap. Iacobus. & in cap.Matthæus:

Secundo casu, quando non loquimur de actu, non merè spirituali, vt est matrimonium carnale, aut actus, qui sequitur iuramentum, non est plenior actu, qui continetur sub iuramento. Exemplum, si quis iurauerit accipere Bertam in vxorem, & postea iurat accipere Titiam. quia vtrunque iuramentum respicit sponsalia de futuro, cùm primum iuramentum sit licitum,est seruandum,non secundum, & pro secundo debet imponi pœnitentia, vt dicit d.c. si quis ex literis in fi. extra de spon. Si autem actus,qui sequitur iuramentum est fortior eo,qui continetur in iuramento primo, vt quia iurauit accipere Bertam in vxorem, postea cõtrahit matrimonium de præsenti cum Titia,& tunc cùm actus,qui fit contra iu-
40 ramentum, quia fortius est † matrimonium de præsenti, quàm sponsalia de futuro,vt patet ex c.2.de sponsa. vbi partes possunt recedere à sponsalibus de futuro etiam iuratis, sed non à matrimonio per verba de præsenti, licèt non interueniat iuramentum. & ita loquitur d.c. sicut ex literis.

Tertio casu quando interponitur iuramentum in actu merè temporali, tunc aut apponitur affirmatiuè, aut negatiuè: Si affirmatiuè, aut actus sequens non est fortior eo, qui continetur sub iuramento, aut est fortior. Primo casu est seruãdum primum iuramẽtum. Exemplum,si quis iurat vendere rem Titio, deinde iurat rẽ illam vendere Seio. primum iuramẽtum est seruandum, ex quo fuit licitum. Facit d.cap.sicut ex literis. circa fi. & quod not. in l.in operis. ff. locati. Si verò promittitur solùm per stipulationem absque iuramento vendere Seio, vbi iurasset vendere Titio prius,adhuc videtur idem saltem de iure canonico,quod non facit differentiam inter simplicem promissionẽ, & iuramentum. 22.quæst.5.iurati. idem videtur de iure ciuili, per no.in d.l.in operis. Si autem actus, qui fit contra iuramentum,sit fortior eo,qui continetur sub iuramento, tunc tenet actus, qui fit contra iuramentum, per d. cap. sicut ex literis.

ris. Exemplum, si quis iurauit rem vendere Titio, deinde Seio illam vendidit, & ei tradidit. Facit quod habetur in l. quoties. C. de rei vendi. nam standum erit secundæ venditioni, licet facta sit contra iuramentum tamen. cum primum iuramẽtum de iure canonico producat actionem, vel saltem officium iudicis, vt not. Ioan. And. in cap. cùm venissent. extra de instit. videtur, quòd Titius posit agere ad interesse, si sua interest iuramentum fuisse seruatum. l. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus. ff. de verbo. obliga. & etiam debet imponi pœnitentia de periurio, vt d. cap. sicut ex literis. Si autem iuramentum fuit negatiuè conceptum, potest dici, quòd aut habuit concursum iuris communis, & tunc actus, qui fit contra iuramentum, non valet, sic intelligitur glo. in alleg. cap. 2. de iureiur. lib. 6. quæ communiter approbatur, pro qua facit c. intellecto. extra de iureiurand. aut non habet concursum iuris communis. & tunc videtur actus qui fit contra iuramentum, valere, per d. cap. sicut ex literis. & per Inno. in d. cap. dilecto. de præben. saltem quando actus sequens esset perfectus: vt si quis iurasset non vendere domum alicui de tali familia, & postea venderet, & traderet, nam valet contractus secutus: licet incurrat periurium. Facit, quod not. gloss. in capitu. fina. de procurato. lib. 6.

Tamen aduertendum dicit idem dominus Ioann. quòd in alleg. c. dilecto. de iureiurand. erat concursus iuris communis tendens ad publicam vtilitatem principaliter, vel tendens ad obseruantiam regni, & regalis status. Sed in muliere iurante non alienare rem dotalem est concursus iuris communi concernens publicam vtilitatem secundario, & non principaliter, & ideo cum tali iuri posit renũciari cum iuramento, vt patet in c. cùm contingat. de iureiurand. non valet, quòd prædicta gloss. probetur per dictum cap. intellecto. vnde dicit disputatiuè posse tenere contrarium. tamen gloss. d. cap. 2. de iureiurand. lib. 6. communiter tenetur, & approbatur.

Quintò, dicit Lud. in l. qui superstitis. de acq. hæred. limitatur d. c. quamuis. secundùm Petr. de Anchar. in c. 1. de cõsti. in 6. in repetitione sua. & c. licet mulieres. de iureiur. in 6. nisi talis renunciatio contineret in se euidentem iniustitiam, & iniquitatem. & ita dicit se consuluisse, & ponit exemplum, quando mulier repudiat hæreditatem, quæ valet quatuor milia, p mille in dotem habitis, tunc enim nõ habet locum d. c. quamuis. ratio, quia iuramentum non debet esset iniquitatis vinculum. extra de iureiuran. c. quanto. cum simil. in glo. Item, quia debet habere tres comites ad hoc, vt sit validum, scilicet, iustitiam iudicium, & veritatem, auth. quod eis. C. de nup. & ibi gl. extra de iureiuran. c. & si Christus. sed hic in tali iuramento apparet euidens iniquitas, & iniustitia, videlicet, quòd pro mille renunciet hereditati ita. locupleti, scilicet quatuor milia. Item secundò, quia paria videntur dolus adhibitus ex ppposito, & dolus adhibitus re ipsa. ff. de verb. obl. l. si quis cũ aliter. de doli exceptione. l. 2. §. in actum. sed illud c. non habet locum dolo interueniente ex proposito, vt in authen. sacramenta. C. si aduer. ven. ergo nec dolo interueniente re ipsa, quia dolus colligitur ex perspicuis indiciis. l. dolum. C. de dolo. hic interuenientibus, videlicet, quia pro modica quantitate renunciauit magnæ. Item fragilitas minoris ætatis, & sexus, arg. l. cùm de indebito. ff. de proba. & l. fi. C. de iur. & fac. ignò. cum si pro hoc tertio allegat, quod no. Innoc. in d. c. cùm contingat. quæ rationes, licèt videantur suasiuæ, attamen dictum non videtur habere veritatem. & ipsum, vt audio non tenet dominus Io. de Imo. in d. c. cùm contingat, quia d. auth. prouidet circa restitutionem.

Dominus Pet. vna cum absolutione, à dicto iuramento dixit intentandum fore restõnem aduersus ipsam repudiationẽ, q̃ quidem restitutio non datur, nisi ex magna lęsione, vt l. seio. ff. de in integrum restitu. Et si verum esset dictum domini Petr. sequeretur, quòd dicta authen. esset imposita verbis non rebus contra l. 2. C. communia de lega. Probato enim de magna



magna lęsione semper competeret restitutio petita absolutione: quamobrẽ dictũ Pe. nõ est verũ. vno tamen casu dictũ Pet. puto saluari posse videlicet quãdo vna cũ magna læsione concurrẽt falsæ suggestiones ipsius patris, aut consanguineorũ, ob quas ipsa filia renunciasset: tunc enim arg. no. in l. itẽ si ex pretio. §. fi. ff. locati. licet non allegetur per illum docto. qui hoc dicit competere restitutionem petita absolutione aduersus prædictam repudiationẽ. & hoc voluit Fede. de Senis limitando dictum c. quamuis. in eo consilio, cuius tenor talis est, Quæritur an domina Margarita minor 25. annis, filia olim Nicolai Paulilli fuerit, & sit cum effectu obligata, ex promissione iurata, quam fecit fratribus suis de non habendo recursum ad bona paterna, & materna, vt patet in publico instrumento manu Ribaldi Paulilli: sub anno 1331. die 21. mensis Iunij, cùm non apparet de testamento nec de legato, de quibus fit mentio in dicto instrumento. & videtur primò quòd sic, per text. in dicto c. 2. de pact. lib. 6. Item quia mulier ista certificata fuit, quid importarẽt illa iura, quibus renunciabat. & per hoc cessat dubium, an præsumatur certificata: de quo no. ff. ad Velleia. l. fina. §. pe. maximè cùm secũdùm Archi. nõ requiritur certificatio: vt no. per eum. de pa. c. 2. li. 6. & quia per tale iuramẽtum sic generaliter præstitũ, videt excludi, nedũ beneficiũ minoris, sed etiã beneficiũ iuris cõmunis. & sic accedat quod no. de rescin. ven. l. 2. & de emp. & ven. l. j. ad fi. sed contra. videtur: nam mulier videtur dolo, & fraude inducta ad sic promittendum. & iurandum, cùm suggestum fuerit eidem, q̃ pater legauerat eidẽ solũ modo ducentas libras. vnde ipsa volens parere facto & dispositioni paternę, quod iura ei suadẽt: vt de regula, sicut verum: & de despõ. impube. c. 2. reputauit se contentã de eo, de quo aliàs non reputasset se cõtentam, si hoc præsciuisset. Ad hoc C. de hæredi. institu. l. si pater. & titu. pręcedenti. l. vt confessio. iuramentũ aũt non extenditur ad id, ad quod non est cogitatũ. nec verisimile erat, de iureiu. c. venies. & de renun. c. 2.

Itẽ iurãdo nõ videt renũciasse qd̃ ignorabat. ff. de petitio. hæredita. l. legitima. & de offi. testam. l. mater. sed ista præsumitur ignorasse: q̃a certificatio est solẽnitas extrinseca, quę non præsumit, nisi probet ff. de publ. l. quęcũque. §. fi. sed iuris ignorãtia nõ nocet, in talibus, nisi probet, & minoribus, & mulieribus: sed hic cõcurrit sexus: quia mulier, & quia minor: vt ff. de p ba. l. cùm de indebito. & de iur. & fac. igno. f. pe. 2. respõ. & de hoc no. Cy. post Dy. in l. 2. C. de rescindẽ. vẽ. & Ioã. And. post eos in nouel. de emp. & ven. c. pe. Sed dicas, q̃ ista cessant: quia in instrumento dicitur certificata. Ad hoc respondeo, q̃ dictum instrumentum non probat certificationem, nam instrumentum facit fidem de his. quę inter contrahentes geruntur, non autem de his, quæ ipse notarius dicit se fecisse, ar. C. de testib. l. omnibus. Facit quod no. Innoc. de proba. c. quoniam. suprà verbo, occurrerit. qui dicunt, q̃ licet dicatur in instrumento, oblato libello, & lite contestata. talia verba non probant litis contestationem. Ad hoc de priuile. si Papa lib. 6. & in Spe. de prob. §. fi. ver. sed pone iudex. & per ista iura, & rationes illorum doctorũ, & per rationem l. C. de edẽ. auth. si quis in aliquo documento cõmuniter tenetur, quòd si in actis reperiatur talis iuratus sic dixit & deposuit, quòd talis scriptura nõ probat sacramentum, sed solùm depositionem.

Idem tenet Ioã. And. in addi. Spe. in ti. de teste. §. sequitur. in fi. quod hic potest concludi cum ratione falsę, & dolosę suggestionis, tunc quia non probatur certificatio, & quia communiter accidit mulieribus in tam tenera ætate, scilicet, parum post 12. annũ circunueniri à cõsanguineis & quia talis certificatio circa renunciationes prædictas nõ sit facilis, q̃ tale iuramẽtũ ideo sit obligatoriũ, & q̃ mulier relinquatur dispositionę iuris communis præterea secundùm Lud. in d. l. q̃. superstitis. alle. pro do. Ioan. facit, quia posito quòd ista filia incõgruè dotata habito respectu ad quantitatem patrocinii, sit tamen quia habet potest iterum petere à patre, aut consanguineos compellere, vt congruè

iudicis

iudicis arbitrio dotetur, & dos ei supplea tur: vt eleganter dixit Bald. se consuluisse in l. fi. C. de dotis. promis. argum. l. si non mortis: vbi etiam hoc dictum ponit. ff. de inoffi. testa. & arg. l. si filia. de leg. 3. ponẽdo exemplum de statuto dicente: quòd filia dotata stantibus masculis, non succedat videtur per rationes prędictas. videlicet vt actus magis valeat, quã pereat, ne veniat contra factum suum hanc repudiationem non posse infringere.

Sextò dictum c. quamuis. de pac, limita secundum Fulgo. in alle. l. pactum quod dotale quando illa repudiatio seu renunciatio facta est in manibus patris: secus si in manibus fratrũ suorum: quia tunc non habet locum dictum c. quamuis. & ita dicit se consuluisse in maxima quæstione de facto: tamen in recollectis suis, quas habeo non allegat pro hoc aliquas rationes: sed tãtum authoritatem suam. Ratio potest esse, quia dictum c. quamuis. loquitur in filia tantum à patre dotata: non autem à fratribus seu aliis: ergo minus corrigitur ius ciuile, quàm potest: hoc tamen suum dictum non videtur verum. Primò aurhoritate Fede. de Senis in dicto consilio extendentis d. c. quamuis. ad fratres dotantes. Secundò authoritate Bal. qui hoc firmat. licet Fede. non alleget in dicta auth. sacramenta. & per rationes.

Primò quia licet repudiatio facta fuerit fratribus: attamen durat ratio d. c. quamuis: videlicet, ꝙ seruãdum sit iuramentũ: quia non vergit in dispẽdium salutis ęternæ: ergo durat eius dispositio, per l. quod dictum cum aliis suprà allegatis. Item, & secundò, quòd dictum capit. quamuis. disponit dictam renunciationem in manibus patris factam valere: cuius contrariũ videbatur ratione præsumpti metus, qui resultat ex reuerentia, quam filia gerit patri. iuxta l. 2. §. quæ onerandæ. ff. quarũ rerum actio non datur. ff. de furtis. l. pen. ff. quod metus causa l. fi. §. si fœnerator, & quod no. Inno. extra de offic. de leg. c. causam mulieris. multomagis valet repudiatio fratri facta, à quo nullus præsumit inferri metus: quia par in partẽ †non habet imperium ad hoc. ff. ad Trebel. l. ille à quo. §. intempestinum. ff. de arbi. l. nam & magistratus.

Præterea pone quòd dicta filia fratribus renuncians esset minor, nonne dices tu, ꝙ iuramentum super renunciatione appositum habeat eam validare? & certè sic: quia auth. sacramẽta. loquens in cõtractibus, habet locum etiam in quibusdam distractibus licet sit glo. no. in corpore vnde sumitur delicta auth. & l. 3. §. contrarium. ff. de contrario. iudicio tute. si ergo in minori valida fuerit dicta repudiatio seu renunciatio, multo fortius & in maiori, in quo non cõcurrit dictus defectus: ex quibus videtur hoc dictum Raph. Fulg. non esse verum.

Septimò dictum c. quamuis. secũdùm Bald. not. in cap. 1. §. sacramenta. de pace iur. fir. non habere locum in repudiatione Iudæorum. aut hæreticorum ea ratione: quia iuramenta non cadunt in eos† actiuè neque passiuè. vt l. penul. C. de hæreti. quod dictum non videtur verum, quia sicut Christianus iurans per alienos Deos obligatur ex tali iuramẽto: vt dixit Imo. in c. & si Christus. de iureiuran. ita etiam & Iudęi iurantes per nostrum Christum obligati esse videntur, quia contrariorum eadem est disciplina. & melioris conditionis sunt Iudæi, & hæretici, quàm Christiani: contra, l. non solùm. de noxalibus. ff. quod vi aut clam. l. quod seruus. cum si. ad hoc facit quod no. Inn. extra de voto. c. quod super. vbi dicit, quod Papa punire posset Iudęos peccantes in moralibus, aut in l. naturæ, ergo punire potest, si contra iuramentum diuini nominis veniãt. Satis enim peccat in naturam, si Deum, qui est natura naturans offendit: institu. de verb. oblig. §. continens. cogita, dicit Ludo. Idẽ Ludo. in l. pactum quod dotale. C. de colla. dicit, ad de quod licet dictum Bald. reprobauerim in l. qui superstitis. attamen pro eo facit, & potest inducit glos. ad hoc propositum singularis in authẽ. iusiurandum, quod prestatur ab his. circa prin. dicens, quod ideo Iudæus aut Hebræus officiales esse non possunt: quia in eis cadere non potest iuramentum, quod officiales prestare tenentur positum in authen.



Secundò induci potest quod eleganter not. Bald. in rub. ff. de iusti. & iure, dicẽs, quòd licet iure Digestorum Iudæus possit esse Christiani tutor, vt l. spadonem. §. iam & autem Iudęi. de excu. tuto. attamen iure hodierno nouissimo non poterit, quia non potest in eo cadere iuramentum, quod requiritur ab eo prestari, dum tutelã assumit, cuius forma no. C. de admi. tu. l. fi. ita in proposito nõ videtur habere locũ dispositio d. ca. quãuis. cùm in Iudęis non p̃ot cadere iuramentum per Christum, aut per nostram religionem.

His tñ non obstãtibus teneo qd̃ tenui dicit Lud. in d. l. qui superstitis. Primò, qa licet nõ possint iurare p̃ religionẽ nr̃am, tñ iurabũt per eã, super quã ęquè tenent seruare, sicut & nos nostrã 22. q. 1. monet te. firmat Spec. in ti. de iura. calũ. §. restat. vers. sed pone Iudæus. Secundò idẽ p̃bat p̃ reductionẽ ad illud absurdũ: qa sequeret, ꝙ Iudęus nullo modo posset eẽ testis contra Christianũ cùm non possit iurare per nostrã religionẽ, quod qdẽ iuramentũ est de forma substantiali ipsius testificationis, de testibus l. iurisiurãdi. hoc aũt falsũ est, quia imò põt, contra Christianũ testificari in probãda interuptione præscriptionis secundũ casum singularem secundùm gl. C. de hæret. l. pe. & tenet iurare per suã religionẽ. per supra dicta. Non ob. auth. iusiurandũ, qa nõ est illa rõ, quã ipse ponit, quare Iudęi ad officiũ assumi nõ debent, sed est illa quia Iudæis oĩs dignitas est interdicta. C. de Iudęis. l. fi. Nõ ob. qd̃ dicit Bal. in d. rub. qa possumus dicere, ꝙ dictũ suũ est falsũ p̃ reductionẽ ad illa duo absurda, de quib. supra dixi. Itẽ qa p̃t iurare p̃ suã religionẽ, vt supra dictũ est, vel si uolumus tenere illud, qd̃ dicit esse verũ, alia ratione fortificari potest, scilicet, ꝙ ideo iure hodierno tutor esse nõ põt, quia singula eius bona de iure sunt publicata. C. de hære. auth. Gazaros. licet hodie de facto teneant, & ideo cũ nõ possint idoneè satisdare secũdũ formã, de tut. & cu. q. nõ satisdede. qd̃ ẽ speciale in administratione tutelę, vt ib. dẽ. Ergo & ita per hanc rõnem cõsului, dicit Ludo. sustentãdo. Bald. in ciuitate Bononiæ, & obtinui cõtra famosissimos doct.

Octauò limita illud ca quãuis habere locũ negatiuè, nõ affirmatiuè, vt p Bar. in d. l. si qs. pro eo. ff. de fideicõmis. & d. l. pactũ qd̃ dotale. p̃ alios, quàm in l. pactũ. Limita ẽt f̃m Bar. eundẽ in l. quæsitũ. quæ aliàs incipit, Si tibi. ff. de adop. non procedere in filio legitimato a patre, quia eum hac moderatione legitimare potest, ne si bi succedat, quia cùm ex eius, patris beneficio legitimationẽ cõsequatur, potest ei legem quã vult: imponere arg. C. de pac. l. legem. & hoc dictum est satis notabile, licet non habeatur in omnibus lecturis.

Et aduerte, quia quis renunciãdo bonis maternis nõ priuatur successione fraterna ab intestato in eiusdem bonis, ut tenuit in suo cons. Oldra. cuius tenor talis est. Filia renũciauit bonis paternis, quę p̃ uenerũt ad fratrẽ suũ heredẽ matris prædictæ, deinde moritur frater ab intestato relicta dicta filia, & alia eius sorore, quæ nõ renũciauerat, an excludat virtute renunciationis, & videtur dicendùm, ꝙ si filia renunciauit bonis maternis, & illa bona postea peruenerunt ad fratrem, ꝙ virtute dictæ renunciationis non prohibeatur succedere fratri ab intestato decedenti in his quæ ad eũ peruenerunt à matre. ff. de bo. libe. l. si filius. in princi. nec enim venit ad ea vt materna, sed vt fraterna. Ad hoc facit ff. de lega. 1. l. si mihi. & tibi in princip. ff. de solu. l. si duo. mutatione enim personæ cœperunt esse bona fraterna. ff. de acquirẽ. hæreditate. l. Paulus. § 1. C. de inoffic. testamen. l. fin. ff. de col. bo. l. 1. § nec castrẽse. extra de renũcia. curat. sicut si vocaret ad successionẽ pupillarem per eũ, a quo capere non posset, quia tunc ad veniẽtia a substituto, a quo capere non posset, non admitteretur etiã tanquam substitutus, ad alia sic. ff. de vul. & pu. l. si is, qui ex bonis. & pro hoc facit. ff. de pet. hære. l. cùm hęreditas. & ꝙ no. ff. de iureiu. l. eũ qui. §. si libertus. Oldra.

Dicit vlterius Ludo. in d. l. qui superstitis quòd Bart. quæsiuit de vna notabili quæstione in d. l. qui superstitis. an repudiatio filiæ facta de successione p̃iudicet

*verbo occisionis.*

31 *Agnatio virum conseruatur per masculinum sexum.*

32 *Consuetudo cessat cessante ratione.*

33 *Forma testamẽti sic se habet, quemadmodũ forma legis.*

34 *Verba legis & statuti æquiparantur.*

35 *Præterito legis virum debet haberi pro ex hæredatione, sicut præteritio militis.*

36 *Inclusio vnius omnium aliorum est exclusio.*

37 *Statutum idẽ debet intelligi in nepte, quod in filia.*

38 *Produci ulterius non potest, vbi in capite principium sumitur.*

39 *Recurritur ad ius commune quoties cessat municipale.*

40 *Ingratitudo patris non est ingratitudo filij.*

41 *Cui non competit definitio, nec definitum.*

42 *Definitio essentiam, descriptio intelligẽtiam rei claudit.*

43 *Priuilegium filij an transeat ad nepotem.*

44 *Generatio augetur per nepotem, & magis memoria conseruatur.*

45 *Ratio iuris non debet separare quod ratio connectit.*

46 *Natura nescit mentiri.*

47 *Filij dicuntur qui primi existunt in ordine nascentium.*

48 *Distinctionem fauoris & alij non attendimus in propria significatione verborum.*

49 *Iudicium legis diuidere non potest nec iudicium testatoris.*

50 *Fauor an dicatur odium.*

Via suprà visum est quando filia repellitur ab hęreditate pacto, vel repudiatione, seu renũciatione, nũc videndũ est quãdo repellitur a statuto quid iuris sit? dicit Bal. in seu. Episco. vel Abbatem. ca. item si Episcopum. § quid autẽ. Et not. quòd
1 fœmina † semel exclusa a masculo, in perpetuum est exclusa: ita, quòd mors masculi deinceps non patrocinatur fœminæ qdod est no. dignũ ad statuta quæ dicunt, quòd patre moriente cum masculis fœmina non succedat, nam licet masculi mortuo patre sine liberis moriãtur, non patebit locum fœminæ ad successionem patris, a successione tamen fratris non repellitur nisi frater decessisset, cum hærede testamentario, secus si statutum
2 diceret, ꝙ filia fœmina † non succedat, donec masculus superest: nam ista nõ est exclusa, sed suspensa a successione, interim tamen masculus est in solidum hæres, vt no. in l. 2. si pars hęreditatis petat. eo mortuo remotum est obstaculũ, quod obstat fœminę, & ideo succedit patri, pro sua portione, & potest esse hęres anomala. vt no. gl. institu. de eo cui libertatis causa. per quã gl. consuluit recolendę memoriæ & sanctæ vitæ Francis. Tigri. de Pisis. & de hoc per Bar. ff. ad Treb. l. fin. Bartol. autẽ in l. si filius. ff. ad Tertul. sic dicit, cauetur statuto huius ciuitatis, ꝙ filia fœmina dotata nõ succedat quousque vixerit aliquis filius masculus, q̃ postea mortuus est, sine liberis, patris hęreditate adita, quæritur vtrũ filia posit aliquid petere de hęreditate paterna? dubium facit, quia in successione ab intestato ille admittit, qui est proximior tẽpore mortis, vel tempore, quo testamẽtũ destruitur si testamẽtũ fuit factũ, vt insti. de hæreditatib. quæ ab intestato. §. ita demũ. & supra ti. 1. l. 2. §. 1. & ff. de cõdi. insti. l. fi. & quod ibi no. sed ista filia nõ erat proximior, nec aptior ad succedendum tpe mortis, ergo &c.

Pręterea postquã hæreditas patris fuit adita per filium, cœpit esse hęreditas filij, & cœpit esse in bonis filij, vt l. sed & si plures. §. filios. ff. de vulg. & pupil. & sic de hæreditate patris non est amplius tractandum.

In contrarium facit, quia statutũ, quod priuat filiã istam ad tẽpus, quousque filius superuixerit cessante impedimento videtur irreuocabiliter admitti.

Quid dicemus pro declaratione? debetis scire, ꝙ ista verba, quousq; masculus superuixerit, vt in simili, in l. 2. §. fin. ad Tertul. dicit Bar. est videndum, de significatione horum verborum, scilicet, quousque superuixerit, nã certũ est, ꝙ statutum potest facere, ꝙ quis sit hęres ad tempus, vt ꝙ sit hęres alicui in vita ipsi defuncto, & postea desinat esse hæres, & alius sit hæres



hæres posteà directò, vt l. milites. in prin. ff. de testamento mili. & ideo si ista verba importarent, quòd masculus sit hæres in vita postea non: tunc in parte filiæ post mortem non esset hæres, sed filia, & ista verba quousque &c. hoc nõ important, ut filius in vita sit hęres, vt post tempus, id est, post mortẽ filij fœmina sit hæres, tunc fœmina non succederet ẽt mortuo masculo, & ꝙ istã significationẽ non habeat scilicet, ꝙ post tẽpus posit esset hæres, videtur casus in l. Imperatores. ff. de manu. testamẽto. de excusa. tu. l. pe. de suspe. tu. l. 3. §. si qs. ꝑ hoc videtur expressũ per Inn. extra de æta. & quali. c. bonæ. & ibi ponit expressè de dictione, quousque.

In contrariũ videtur, & est veritas ꝙ ista verba significent, ꝙ filio nõ superstite, filia posit admitti, quasi in illa parte ille nõ habeat hæredẽ, donec superuiuit filius, hoc ꝓbatur. ff. de vẽ. in pos. mitt. l. 1. §. fi & l. siue. §. tãdiu. ff. de cõdi. fur. & l. in delictis. §. si detracta. ff. de nox. & l. 1. ff. de cur. fur. & hoc in his dictionibus, tandiu, quousque & similibus a lege, platis. Idẽ si proferantur a contrahentibus, vel a testatore, vt l. pater Seuerinam. in fi. ff. de condi. & demõ. & l. 1. C. de legib. & l. Caio. §. Imperator. ff. de alimen. & cibaria leg. & ff. de vsufructu. l. 3. & l. ambiguitatẽ. C. de vsufructu. 2. responso. Ex quibus concludo ꝙ filijs desinentibus extare, filia possit succedere patri. Nõ obstat l. Imperatores. ff. de manu. testa. quia ibi hoc contingit, quia testator potestatem dare non potest ad tempus, vt l. libertas eo. ti. & ideo illa verba non operantur æstimationẽ libertatis, quia testator hoc expressè non posset. Idem dicerem in hæreditate, quæ non potest dari ad tempus, vt l. hęreditas. ff. de hære. insti. & hoc fit hic a lege, sicut a milite, vt l. miles ita. ff. de testa. mili Nõ ob. l. pe. ff. de excu. tuto. & l. 3. §. si quis tutor. ff. de suspec. tu. q̃a ista dictio, quoad, & quousque, & donec, apponit actui habẽti limitationẽ certi tẽporis: vtputa, tutelæ, quæ pubertate finitur, vnde cùm ego dico, quo ad reipublicæ causam, nõ alias intelligitur quãtum si intra 14. annos, vnde propter temporis intellectum faciunt magis diem siue quandam suspensionẽ, quàm conditionem suspensiuã, & l. 2. §. donec. C. de iure delibe. Item non obstat dictũ Inn. in c. cùm bonæ. de ęta. & quia. quia ibi loquitur, quãdo ista verba proferuntur per iudicem, tunc enim iudex debet esse certus de illo futuro euẽtu, aliàs eius dispositio nõ resoluitur, vt ibi ꝑ eũ. Similem l. 1. de cura. fu. ff. vbi dicitur, ꝙ
3 † prodigus & furiosus tandiu durant in cura quandiu ad sanos mores fuerint reuersi. quod intelligit Iaco. de Aret. si hoc fuerit manifestè per iudicem declaratũ. Sed si poneremus, quòd statutũ diceret simpliciter, quòd filia fœmina non succederet extantibus masculis, si masculi essent tempore mortis, & esset per eos hæreditas adita, tũc non esset amplius de hęreditate patris tractandum, sed de hæreditate filij, & procederent argumenta in princip. retento statuto quousque &c.

Quæro, quid si filia succedit, antequã frater, an poterunt hæredes eius filiæ adire hæreditatem mortuo fratre? Respondeo, si quidẽ volũt adire ex persona ma-
4 tris, nõ possunt, q̃a † cũ hæreditas matris nosi esset delata, nõ potuit transmitti, nec ius declarandi, vt l. cùm antiquiorib. C. de iure delibe. sed ex persona eorũ possent, si essent nati tempore aui, vt l. 3. §. si quis proximior. ff. vnde cognati.

Quæro, vos habuistis suprà, quòd filio decedente filia fœmina admittitur, quæro, vtrum ista filia posit petere cautionem a filio de non dissipando bona, & de hæreditate restituenda, si casus obuenerit, quòd decederet sine liberis? cogitabitis, & si ista filia fœmina dotata sit a patre in testamento, ta-
5 men testamentum rumpat, cùm † vetãte statuto non posit succedere, vt l. 1. §. penul. ff. de contratab. sed ista filia viuente masculo non succedit, ergo &c. sicut dicimus de posthuma, quæ non rumpit testamentum, & sic potest succedere, imò dicit cõtrarium ibi, quòd interim, donec speratur nasci posthumus hæres scriptus non est hæres, ut est tex. in l. uentre. ff. de acqui. hære. & hoc ideo quia testamentũ potest rumpi ipso iure, licet non sit ad-

huc ruptum: ergo in proposito gl. est in
kantiqui.ff.si pars hæreditatis pera.si ergo filia præcedebat fratri: ergo testamentum erat validum: arg. l.posthumus. & l.posthuma.& quod ibi no. ff. de libe. & posthu.& quod dixit idem Bar. in l.1.§. toties.ff.de ventre in poss.mit.

Sed si filius præcederetur, testamentũ rumperetur. Interim autem est in pendẽti.sicut in posthumo præterito: sed cõtra prædicta videtur, quòd interim nõ sit in pendenti: imò interim filius sit hæres ex testamento, eo mortuo testamentũ irri-
6 tatur: quia lex potest facere † vt in vita testamentum valeat, postea irritetur: vt l. miles.in prin ff.de testa.mili. Ratio, dicit Bart.est quòd prædicta nõ sunt vera, quando statutum non disponit aliquid circa testamentum: sed solùm circa personam filiæ, quòd non succedat stãtibus masculis: tunc enim quia possibile est, quòd filia aliquo casu se reperiet preteritam, & se posse succedere. Ideo testamentum interim est in pẽdenti, sicut dictum est de posthumo, & de filio capto ab hostibus. vt l.penul.ff.de lib. & posthu.

Sed si statutum disponeret circa testamentum: vt si diceret, quòd filia nupta non possit rumpere testamẽtum, quousque uixerit masculus, tunc interim testamentum valet, & masculo decedẽte rumpetur: ut l.miles ita.ff.de testa. milita. Et prædicta inuestigatio est necessaria ad quæstionem, quam habui de facto in hac ciuitate. Pater filium instituit, filiã verò nuptam dotatã, preterijt, & adiecit, ꝙ si non ualet, vel valebit iure testamenti, ualeat iure codicillorum: cõtigit quòd filius decessit superstite filia, quæ dicit testamentum nullum: & constat prædictũ testamentum nullum esse.

Sed dubitatur de fideicommisso, quo videtur grauata per illa verba, si non valet, &c. sed certè si testamẽtum retro nullũ esse hodie declaratur, tunc dies fideicõmissi cessit in uita filij instituti, & ita filia tenetur heredibus eius restituere, si testamentum omnino filio uiuo valuit, & post mortem eius annullatur: constat, ꝙ illa conditio, si non valet, &c. habuit esse ctũ post mortem eius &c. & sic eo uiuo nõ cessit dies fideicommissi: ergo heredibus eius nõ debetur: sed remanet apud filiã grauatã, ut l.1.§.ne aũt. C.de cadu.tol len. & l.si in personã. C.de fideicõmissis.

Et super præmissis cõsuluit Bar. quorũ consiliorum tenor talis est, Factum sic se habet, Quidam nomine dominus Iac. habens in potestatẽ filiũ B. & filiã dotatã ab ipso domino Iac. nomine A. suã cõdidit vltimã voluntatẽ, cuius tenor talis est, In nomine domini &c. Mortuus est prædictus dominus Iac. superstitibus, scilicet, B. & A. prædicta dotata: quoniã B. post mortẽ dicti dñi Ia. sui patris sciẽs dictam vltimam voluntatem sui patris immiscuit se bonis paternis, & bona paterna possedit vsque ad tẽpus suæ mortis, qui B. suũ condidit vltimum testamentũ in quo dominam Constantiam eius vxorem sibi vniuersalem hæredem instituit, tandem decessit dictus B. sine filijs masculis superstitibus, tamen eidem filiabus legitimis, & naturalibus institutis a dicto B. in certa re: modo dicta domina A. filia dicti domini Iaco. soror istius B. præmortui uenit ad hæreditatẽ istius domini Iac. & dicit se habere debere dimidiã dictæ hereditatis negantis a dicta domina Constantia. Modò quẽritur vtrum dicta domina A. aliquid habere debeat de prædicta hæreditate: & si aliquid habere debeat quantum? visis dicta vltima voluntate dicti domini Iacob. & statuto communis Perusij, & allegationibus partium, quod statutum dictat, ꝙ fi-
7 lia † dotata non possit reuerti, nec venire ad bona dotantis, uel descendentium ab eisdem, quousque superuixerit masculus. Quę omnia uobis mittimus uidenda: & examinanda sub sigilli nostri munimine interclusa.

Ad inuestigationẽ quęstionis prędictæ, ante omnia est videndũ, quo iure petit dicta domina A. circa quod dicẽdum est, ꝙ dicta dña A. nullo alio iure venire potest, nisi dicendo testamentũ nullum: quia pręterita: sed hoc ꝓtextu venire nõ pũtat infra ostendam. Et sic cõcluditur quòd dicta domina A. de hereditate præ

dicta



dicta, nihil habere debet, quòd aũt hoc sit verum, probatur rationibus infrascriptis. Primò, si illa filia præterita testamẽtum non rũpit, quia ab intestato nõ succedit, vt l.1.§.pen.ff.de bonorum posses. contratab. & l.si necesse.§ si deportatus. ff.de bo.libe. hæc filia non succedit ab intestato existente masculo filio, vt expressè cauetur statuto communis Perusij, quo continetur, quòd filia dotata nõ possit regressum habere ad bona paterna, quousque filius masculus vixerit. Sed cõtra prædicta respondetur per aduersarios, quòd prædictum statutum excludit filiam, quousque superuixerit masculus: sed nunc filius desinit extare, ergo filia fœmina admittitur. Ad hoc respõdetur. qui hoc dicunt, significationem huius dictionis, quousque, non intelligunt. Nam non est verum, quòd ex virtute huius dictionis: quousque, filia exclusa admittatur deficiẽtibus masculis. Casus est ff.de manu.testa.l.Imperatores. vbi est casus quòd illa verba, quousque &c. non sunt sufficientia ad reuocandam hæreditatẽ iam filio delatam, & acquisitam. Et hoc expressè tenet Inn.in c.cùm bonę. extra de æta.& quali.vbi dicit, quòd vigore huius dictionis, quousque, dispositio præambuli non vitiatur, ipso iure adueniente casu, sed opus est noua dispositione: vt puta, si clericus est suspẽsus, quousque satisfaciat, sequuta est satisfactio, non cessat suspensio, nisi de nouo reuocetur, & hæc exclusio facta de filiã, quousque superuixerit masculus: adueniente casu, quòd masculus decedat, non debet reuocari, nisi expressè fuerit dispositum.

Præterea filius masculus fuit hæres patris sui, & sic per aditionem desijt esse in hereditate patris sui: cœpit enim esse vnita cum hæreditate filij, & sic de hæreditate filij est tractandum, non patris, vt l.sed & si plures.§ filio. ff.de vulg.& pupilla. Aut ergo ista filia vult venire ad hereditatem patris, & non potest quia non reperitur. Aut ad hæreditatem fratris, & non potest, quia alij ex testamento est delata hereditas. Tunc cõcluditur omnino, quòd dicta filia nihil potest petere de hereditate patris.

Præterea quòd filia dotata pœnitus excludatur, nec possit reuerti ad successionem patris post mortem filij masculi, apparet ex eodem statuto, quod incipit. Si qua mulier, ad finem ipsius in §. item si aliquis pater, ubi dicit, quòd etiam filia non dotata dotetur, & ex tunc excludatur a successione patris & aui.

Notandũ tamen est, quòd dicit excludatur simpliciter, non dicit, quousque superuixerit masculus, ergo &c. apparet ipsam pœnitus excludi, & etiam mortuo masculo non vocari.

Præterea, quòd dicta filia excludatur, est expressum in corpore statuti, quod incipit. Presertim statuimus. vbi dicit, ꝙ cogendi sunt inuiolabiliter obseruare testamentum parentis superuenientibus masculis filijs, vel alio descendente ex eo per lineam: quoniam agnata, &c.

Concluditur ergo, quòd tam in hoc secundo statuto, quàm etiam in primo, quod incipit, Si qua mulier. est expressum, ꝙ filia dotata ad dicta bona non potest habere regressum, & ita semper obseruandum in ciuitate Perusij, licet quidã per suas subtilitates velint dicere contrariũ, sed minimè imitãda sunt quæ interpretationẽ certã semper habuerunt. Sed posito sine præiudicio veritatis ꝙ filia pręterita possit dicere testamẽtũ nullũ, videndum est quid ad eam de dicta hæreditare pertineat, cùm si dicta filia ab intestato succederet, quia in dicto testamento est apposita clausula, si nõ valet, vel valebit iure testamenti, & sic uidetur rogata de restituendo portionem suam dicto filio instituto, & sic videndum est quid, & quantum filia præterita de hereditate habere debeat?

Circa qd̃ plura inuestigãda sũt. Primò, si dicta clausula, nõ valet, &c. porrigat ad
8 hũc casũ, qn̄ testm̄ † rumpit ex causa pręteritionis, gl. in auth. ex causa. C. de lib. ꝓte. tenet ꝙ nõ. & fuit additio. Ia. de Bel. Sed cõtrarium habemus in l.si patroni.§.

ff.ff.ad Treb. & idē Dy. & omnes moderni, quod probant, sic paria sunt relinquere venientibus ab intestato, & dicere, si non ualet iure testamēti, valeat iure codicillorum, ut not. C. de fideicō. l. ex testamento. & l. quod autem. in prin. ff. si quis omi. causa testa. & l. codicillis. in fin. ff. de leg. 2. & ibi de hoc per Dy. sed si testator rogasset venientes ab intestato, filius, etiā præteritus teneretur. l. si quis cùm nullum ff. de iure codicil. ergo &c. Sed contra hoc videtur de leg. 3. l. 2. vbi a filio præterito non debentur legata, vel fideicōmissa. Sed respondetur quòd ibi loquitur de legatis vel fideicommissis relictis ab ipso filio præterito ex testamento. Quæstio nostra loquitur de his, quę relinquuntur generaliter a venientibus ab intestato, & hoc indubitanter uerum est apud omnes.

Sed videndū est, vtrum in fideicōmisso veniat portio hæreditatis, quæ ab intestato defertur, posito quòd sit locus, fideicommisso. Ad quod respondetur indubitanter, quòd venit dicta portio hæreditatis, vt not. C. de testa. mili. l. ex his verbis. de militari testamento. l. quærebatur. vers. vtrum autē, & sic dicta filia prętetita, si ab intestato succederet, debet portionem suam fratri instituto restituere detracta legitima tantum, vt infra dicetur. Tertiò est dicendum, an dies fideicommissi cesserit dicto fratri, instituto viuente, & sic ad hæredem suum transmisit, an non? & sic ad hæredē non transmiserit & dicunt dicti Moderni, diès dicti fideicommissi non cessit uiuo filio instituto, nam statutum impedit dictam filiani venire, quousque uixerit masculus, & sic demum post mortem masculi incipit posse venire, & rumpere testamentū, & sic dicta conditio, si non valet iure testamēti, vel valebit &c. incipit stare post mortem filij, & sic dies fideicommissi non cessit in eius personam. Ad quod respondetur sic, aut dicimus testamentum non rumpi, & habemus propositū, vt in prima parte istarū allegationum, vt dictum est, aut dicimus tenendo opin. aduersariorum, licet non verā, quòd testamentum rumpitur, & tunc indubitanter dicendum est, quod nunc post mortem filij, apparet testamētum retro fuisse nullum.

Præterea lex præcipit filium non debere præteriri a testatore, nisi ex certis causis, quæ sunt 12. vt in authē. vt cùm de appel. cogno. §. illud quoque. & in authen. non licet. C. de liberis præteri sed causa, quæ allegatur, propter quā filia fuit præterita, non est de illis, ergo, &c. Item si esset causa legitima de iure communi permissa, uel iure municipali non sufficeret ad præteritionem, nisi a patre fuisset expressa, ut dicta authen. non licet, quæ expressa hic non fuit. Postea aduersarij videntes dictam altercationem, quam fecerant, quòd testamētum rumpatur post mortem non sustinere, dixerunt dictum testamentum nō rumpi in uita, nec post mortem, & sic conditio dicti fideicommissi, quæ est, & si non valet, vel valebit &c. nunquam extitit. dicebāt enim, quòd dicta filia prętetita vocatur ad dimidiam dictæ hæreditatis ex vigore dicti statuti, ex eo, quòd prohibet eam solùm, quousque vixerit masculus, & pro hoc allegat C. de fideicommissis. auth hoc amplius. & in corpore vnde sumitur, vbi hæreditas vni ex testamento quæsita, ex dispositione legis transfertur ad alium, nec tamen testator efficitur intestatus. Ita dicitur hic, quòd portio hæreditatis ad filiam venit, nec per hoc testamentum uitiatur. Ad quod respondendum, quòd dicta allegatio est peior præcedenti, nam in dicta authen. hoc amplius, transfertur hę
9 reditas † expresse de vno in aliū propter hęredis delictū. Sed in quæstione præposita statutum nihil disponit contra hæredem post mortem filij, dicit enim quòd non posset reuerti ad bona usque uixeris aliquis masculus, vnde deficientibus masculis statutum istud non vocat eam, nec de ea aliquid dicit, & si tacitè intelligeretur aliquid disponere, intelligitur ꝙ remaneat filia post mortē filij, in dispositione iuris communis, in qua erat ante statutum, sed de iure communi non potest venire, nisi dicendo testamentū nullum



lum, & sic concluditur, quòd si dictum testamentum est nullum, hodie apparet retro fuisse nullum.

Tertiò quęritur, cùm restitutioni fideicommissi locus esset, quæ dicta filia debet detrahere? Respondeo, legitimam tantum: quia non venit in fideicommisso. Non ob. glo. opi. in cap. Raynutius, & in cap. Raynaldus, de testamentis. quæ loquuntur de detractione legitimæ & Trebellianicæ, quia habent locum in rogato sub conditione, secus si purè, vt not. ff. de inofficio. testamen. l. Papinianus. §. meminisse. vltima gloss. & C. ad legem Falcid. l. si vt allegas. & in authen. de hæredita. & Falcid. § si quis autem non implens. Sed hic ista filia rogata est purè, quæ nunc apparet, quòd ab ipso principio non valuit testamentum, ergo concluditur quòd solam legitimam vel solam Trebellianicā deducet. Bartol.

Item idem Bartol. in alio consilio sic dicit, Quæritur, an nepos ex filia dotata prętetitus ab auo materno posit expugnare testamētū, & ab intestato succedere non obstante statuto, prohibente filiā dotatam succedere patri ab intestato, dico quòd si non fuerit prętetitus ab auo materno, posset expugnare testamentum nepos sine causa prętetitus, quod de iure communi admitti debet, vt in auth. non licet, & in auth. ex causa. C. de libe. pręte. per ea quę ibi notantur, & in corpore vnde sumitur, & §. exhęredatos. sed cùm de iure municipali filia testatoris dotata, prohibeatur succedere ab intestato patri suo, dico, quòd ex mēte istius statuti intelligitur etiam prohibitus nepos iste filius dictæ dotatæ filiæ, quod probo. Ex hoc cōcludo magnam copiam allegationū, quæ possent fieri in contrarium, nam quoties prior in gradu excluditur non propter mortem, vel repudiationē, vel delictum, vel ingratitudinem, quæ non porrigatur in descendentes, sed excludatur fauore eius, cui succeditur, vel alterius, tunc excluduntur descendentes. Exemplum in vsibus feudorū sub rubrica, qui dare possunt feudum. c. 1. §. hanc. vers. filia. Excluditur etiam filius propter dictam rationem, sed mens statuti videtur esse præponendi masculos filiabus dotatis, ne patrimonia, & diuitiæ testantis deueniant ad extraneos, sed potius familiaris dignitas salua sit, & in diuitiarum honestate seruetur, quod reipublicę interest, vt l. 1. §. pen. ff. de ventre inspicien. & bene facit ille text. cùm exponi debeat familiarum, id est agnationum, ut ibi not. in glo. & probatur in l. pronunciatio. §. de iure cōmuni. ff. de verbo. signi. Pro qua ratione, ne ad extraneos deueniat, bene facit l. libertus qui soluendo. ff. de bonis liber. quod magis potest in filio, quàm in ipsa filia, quia eadem ratio est & maior & ita per dictam rationem consulo ego Bar. Idem Bartol. dixit in l. 1. §. & quod si sine. ff. de contratabul. pone duo statuta, quæ consueuerunt esse communiter per Italiam, vnum est, quòd filia fœmina non succedat stantibus masculis ex eodem patre.
10 Aliud est quòd soror non † succedat fratri stantibus alijs fratribus ex eodem patre.

Quæro, quid si stat aliquis frater vel filius, ꝙ omnino est incapax, an impediat istam filiam vel sororem succedere, text. est in l. 1. §. & quid si tantum. ff. de cōtratabu. videtur ꝙ non, vt in l. si necesse. §. si, deportatus. ff. de bonis liber. cum si. & hoc puto verum, dicit Bart. licet in contrarium faciat. C. de naturali. lib. auth. licet. & per hoc de facto consulens respondi, ꝙ si filius superest, qui est de ordine minorum, filiam succedere nō impedit, quia talis filius nullo modo est capax hæreditatis, vt in cle. exiuit. de verbo. signi. Sed pone quòd talis filius vel frater non est omnino incapax, sed tantum in proposito impeditur succedere. Verbi gratia, decedit derelicto fratre ex patre tantum, & relicta matre, & sorore ex vtroque parente hoc casu, ille frater non potest ei succedere, quia præfertur ei mater, in auth. defuncto. dubitatur n frater ex vtroque parente posset cum matre succedere, videtur quòd non propter statutum, quod dicit stantibus fratribus non succedit, soror, sed nunc extat, ergo &c. pro hoc videntur

dentur in authen. licet. C. de natu. lib. In contrarium videtur, quòd ille frater debeat succedere in illa dimidia, in qua debet succedere soror, cùm ex eius persona excluditur soror: vt l. æquissimum. ff. ad Tertul. & l. 2. §. obijcitur. eod. titul.

Econtra videtur, quòd soror ipsa
11 † succedat excluso fratre per matrem: vt l. 2. §. si sit consanguinea. ff. ad Tertul. Quid dicemus? hoc est dubium: ante quam veniamus ad determinationem pro solutione dictarum legum, dicas q̃ ille, qui est remotior me, excludit eum, qui excludit me: aut ille remotior succedit in locum eius, quem excludit, & tunc ille succedit, & ego excludor, vt l. 2. §. obijcitur. & l. æquissimum. ff. ad Tertul. nam ibi auus excludit patrem, & succedit in locum patris filij quo ad eum: meritò excludit matrem, sicut ipsum patrem, quandoque non succedit in locum eius, & tunc aut ille, quem ille remotior excludat me: ideo, quia habet potentius ius in successione: & tunc ego non excludor: sed potero ad successionem vocari iure meo, perinde ac si ille exclusus non esset vt l. 2. §. si sit consanguinea. ff. ad Tertu. aut nõ excludit eum, sed quasi deficiat conditio, qua vocabar ad successionem: & tunc non potero admitti: vt in auth. licet. C. de naturalibus liber. ibi enim excluditur filius naturalis, propter coniugem, non ideo, quòd coniunx habet potentius ius in successione: sed ideo quia lex vocari voluit naturalẽ sub ea conditione, si coniunx non esset: ideo non attenditur utrum illa coniunx succedat, uel non.

Nunc ad propositum videnda est glo. quo iure frater excludat statuto vetante sororem succedere: breuiter isti ablatiui absoluti resoluuntur in conditionem, vt l. a testatore. ff. de conditio. & demon. & de euic. l. leuictis. tamen in casu proposito puto quòd faciat dispositionẽ, vt etiam inducat, ut frater succedat, & fratri præferatur: quia eius fauore est hoc statutum, vt l. seruo legato. §. si testator. ff. de lega. 1. & l. fideicommissa. §. interdum. de legat. 3. & facit l. fideicommissa. §. cum esset. eod. titul. & sic excluditur soror a fratre tanquam habente potius ius: ideo fratre excluso a matre soror admittitur, vt d. l. 2. §. si sit. Sed pone, quòd iste filius non succedit: quia exclusus ex dispositione defuncti: quia exhæredatus a patre, uel a fratre præteritus, turpi persona non instituta, vtrum impediat filiam, & sororem? breuiter dico, dicit Bar. tex. est de coniungen. cum eman. liberis eius. l. 1. §. si pater, & ibi hoc dicam, dicit Bar. quid si iste filius, vel frater non succedit pacto exclusus: quia habet aliquid, & promisit cum iuramento non uenire ad hæreditatem paternã, uel exclusus testamento, quia institutus in certa quãtitate? Respondeo ex eo, quòd filius propter hoc aliquid habuit, perinde facit partem alijs, & alios excludit ac si totaliter succederet, vt l. 1 § aduersus. ff. si q̃d in frau. patro. quod est uerum, quòd facit partẽ in computatione legitimæ, & alios impedit succedere tanquam extraneos secundùm formã dictorum statutorum, tamen præteritus ipse non rumpet testamẽtum: quia non debet institui, ut l. 1. §. & quid si tantum. ff. de contratabu. sed si filius, uel frater non succedit, quia non vult, utrum impediat filiam vel sororẽ? videtur quòd sic per tex. cum gl. in l. filiusfami. §. cùm quis. ff. de legat. 1.

In contrariũ videtur tex in l. 2. §. cùm sic. ff. ad Treb. Respondeo, si non vult succedere, nõ obstat sorori. Nõ obstat, quod no. in §. cùm quis. quia ibi filij non impediebant alios, quia habent potentius ius in successione: sed quia conditionẽ alterius facit deficere. Sed in quæstione nostra filius filij, & frater sorori obstãt, quia habent ius potentius. Sed quid si est talis persona, quæ excluditur: sed non perpetuò: verbi gratia: dicit statutum, quòd filia fœmina nõ succedat quousque uixerit masculus: & sic non perpetuò filius filiam excludit, sed quousque viuit. Bal. in l. 2. C. de liberis prete. sic dicit pater filiã dotatam preterijt & filium instituit, super uixit filius patri, filia dicit testamentum nullum, queritur an posit supposito statuto



tuto communis Perusij dicente, quòd filia dotata non possit uenire, nec reuerti ad bona donantis, quousque superuixerit filius masculus. Circa quod dicendũ est, quòd indubitanter dictum testamentum nunc nullum est, & filia dotata præterita hodie potest dicere testamentum nullum: & hoc vult statutum, quod voluit solùm eam excludere a bonis, quousque maxime superuixerit: & sic eo mortuo eam admittit, quia prohibitum
12 † ad tempus, post tempus videtur esse permissum. vt l. Imperator. ff. de postulã. sed ita est, quòd retro fuit nullum, sic probatur, ille preteritus, non potest dicere testamentum nullum, qui tempore mortis non debebat de necessitate institui. ff. de iniusto rup. l. si quis exhæredato. in prin. si ergo diceremus testamentũ viuo filio, esse aliquod & per consequens filiam tempore mortis non fuisse necesse institui: ergo hodie non rumpetur testamentũ, vt in alleg. l. si quis. in prin. cùm ergo filia dicat nullum, ergo de necessitate habes præsumere, q̃ hodie apparet eam esse talis conditionis, quòd tempore mortis debeat institui.

Præterea hoc apparet per gl. l. Gallus. in §. & quid si tantũ. ff. de libe. & posthu. vbi filius deportati post mortẽ patris restituitur in integrũ: tamen non dicit testamẽtũ nullũ, nisi restituatur ex causa, quæ retrotrahitur, vt ibi patet in fi. gl. aut ergo ista filia dotata incipit post mortem filij, esse habilis ad succedendũ ex causa, quæ non trahitur retro, & non posset dicere testamentum nullum: aut ex causa, quæ retrotrahitur, & cùm constat testamẽtum retro fuisse nullum, istæ rationes de necessitate concludunt.

Preterea ex eo testamẽto, quod sperat ur rũpi ex causa preteritionis, nõ põt adiri hereditas, neque suus hæres existere, ut ff. de acqui. hære. l. cùm quidã. §. quod dicitur. sed istud est huiusmodi: quia si cõtingat filium decedere sine filijs, filia fuit præterita, & sic testamentum nullum, ergo filius masculus ex eo testamento non potest esse hæres, ergo concluditur de necessitate quòd dictum testamentũ retro fuit nullum ex ea ratione, q̃ ex dicto testamento non fuit adita hæreditas, nec suus hæres extitit.

Præterea prædicta probãtur per casus similes. Primò de posthumo præterito, q̃ non põt dicere testamentũ nullũ, quousque est in ventre, tamẽ natus retro rũpit. Item in filio capto ab hostibus preterito, qui non potest dicere nullum quousque est apud hostes: tamen reuersus rumpit retro, ut iura dicunt. Preterea hoc videtur quasi in his terminis expressum ff. de bo. poss. secundùm tabu. l. æquissimũ. circa princip. vbi, expectandum ergo, &c. vbi dicitur quandiu superest aliquis, qui possit venire per contratabulas, sicut hic dicit statutum, quòd quandiu superest masculus non veniat fœmina. Modò pone quòd illi qui possunt venire per contratab. sunt exclusi morte uel alio modo, certè tunc instituti venirent per secũdùm tabu. non ut ex nunc cõfirmetur testamentum, sed tanquam retro ualuit testamentum, ergo uirtus istorum verborum quandiu &c. interim suspẽdit, tamẽ põt retro fingi secundum Bar. quia ita cõsuluit, & per hoc concludebat Bart. quòd clausula, si non ualet iure testamenti, valeat iure codicillorum, quæ erat in prædicto testamento apposita, tanquam retro vera habebat operari suum effectum: prout ego, dicit Bal. dixi in auth. ex causa. cui ego Bal. contradicebam omnino, dum eram aduocatus partis aduersæ, quòd dicta clausula non poterat operari quod illa conditio, si non valet, &c. nunquam fuit impleta viuo filio masculo, sed demum eo mortuo: & ideo fidei-
13 commissum † conditionale non transmisit, ut l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebellia. & not. in l. cùm filio. ff. de lega. 1. & l. 1. C. de his qui ante aper. tab. dicebam ergo quòd testamentũ erat nullum ex nunc, id est, post mortem filij, non retro.

Super qua quæstione Rayne. de For. & collegium Senense cõsuluerunt quòd dicta filia nihil poterat petere, nec nullum dicere testamentum: quia tempore mortis patris, & aditæ hæreditatis per

per filium masculũ, se inuenit exclusam ex forma statuti, & ideo nunquam potest redire ad ius dicendi nullum, nec de iure ciuili, nec de iure prætorio: quia inuenit hæreditatem alteri applicatam, argum. C. de secundis nuptijs. l. in quibus. nulli-
14 tas † enim, nisi insit tempore mortis confirmat testamentum expugnabiliter, vt d. l. si quis a filio. & ideo in l. Gallus. non consideratur, nisi quis præcedat tempore mortis testatoris, nam si tunc iuris obseruantia non deficit, testamentum in expugnabiliter valet & in hac parte non fuerunt secuti consilium Bartoli. sed præcisè consuluerunt contra partem meam.

Sed collegium Florentinum consuluit pro parte clientulæ meæ, & ꝓ ipsa succederet in dimidia, non obstante dicta clausula, & idem consuluit recolendæ memoriæ Franciscus Tigri. de Pisis, & respondebat ad leges contrarias, ꝓ ista filia erat hæres anomala & concedebat, quòd hæreditas tota fuerat ad filium applicata, sed nihilominus ex dispositione legis municipalis, ꝑ parte dimidia euinci poterat filio masculo mortuo sine liberis, nã hoc nõ est verum, quòd ex dispositione vnus desinat, & alter incipiat esse hæres, vt no. in l. in substitutione filij. ff. de vulga. & pupilla. & institu. de eo cui liberta. causa. in fine. Nam statutum infringit regulas iuris communis excludendo filiam ad tẽpus vitæ fratris, & postea includendo ipsam, & reintegrando ipsam ad successionem & post mortem vitæ fratris, argumen. ff de leg. 2. l. statuliberum. §. Stichũ verè. ergo filius fuit hæres interim insolidum ex testamento, & non uiuo filio, sed mortuo filio redit ad causam intestati ex præteritionis defectu, & sic causa finalis, quæ medio tempore obstitit mulieri, defecit per mortem masculi, ita quòd fœmina potest succedere sine masculo, ut ex nunc, id est, post amotionẽ causæ finalis obstaculi, quare consilium domini Ray. non placet, dicit Bald. quia nos sumus in materia statuti, non in simplici materia iuris communis.

Item consilium Bar. non placet Bald. quia sequeretur quòd interim masculus non esset hæres, nec posset agere, nec conueniri, vel posito quòd possit conueniri, per l. fin. C. de peti. hæredita. tamen agere non posset vt ibi no vt l. 1. §. apud Iulianum. ff. deposi. Et si quæratur, an ista filia interim decedens transmittat istud ius dicẽdi nullum ad suos liberos? & videtur quòd non. Nam istud ius dicẽdi nullum, est interim conditionale, seu in diẽ incertam, ergo non transmittitur. ff. de condi. & demonstr. l. hæres meus. & l. quibus diebus. §. quidam Tito. Nã tu dixisti suprà quòd interim filius efficaciter est hæres, ergo filia non haberet ius deliberandi nec adeundi, & oportet dicentem nullum alterũ de prædictis iuribus habere, vt no. in l. suus. C. de repudian. hæred. si ergo nihil habet, ergo nihil transmittit, ut l. cùm antiquioribus. C. de iure delibe. & ita decidendo tenet Barto. in l. fi. C. ad Tertul. Sed contrarium videtur verum, si tu tenes aliam opinio. quòd testamentum fuerit retro nullum, nam est casus in l. quod transmittitur. licet decesserit antequam poterit de nullitate agere: ff. de libe. & posthu. l. si a patre. Si autem tenes, quòd interim testamentum tenet, & valet, cùm effectu non fieret transmissio iuris dicendi nullum, sicut cùm decedit posthumus viuo testatore, quia tale ius non est adhuc in potentia effectuali ad aliquid. Dubitatur tamẽ de legitima,
15 an transmittat ius petendi legitimam, & uidetur quòd sic ut l. si qnis filium. C. de inoffic. testa.

In contrarium videtur, quòd cùm interim filia sit exclusa, neque iure ciuili, neque iure prætorio habet, quid interim transmittat, vt ff. de bonor. possess. l. non est ambiguendum. §. fi. nisi dicatur, ꝓ legitima sibi detur etiam interim, licet non possit petere in vita fratris: nam statutum non priuat eam præcisè, sed imponit ei temporale silentium & non intendit statutum aliter facere, nisi ꝓ fœmina non agat contra masculum, interim ergo fœmina habet ius in habitu, sed nõ in exercitio, & ad transmittendum sufficit ius in habitu habere, vt dicta. l. si quis filium.



filium. & facit ff. de contratabu. l. illud. §. fin. ff. ad Sillan. l. si quis magni. §. fin. cum l. sequenti. Item ista legitima censetur æs alienum. & ideo æqua opinio videtur, quòd transmittatur in posteros ab ea, ipsa interim decedente: quia ius commune
16 defert, † & statutum non aufert, sed suspendit ad tempus, & licet tempus sit incertum, non debet haberi pro cõditione, sed pro dilatione fauore filiẹ, argum. l. ex his. C. quãdo dies lega. cedit & quod not. ff. ad Trebel. l. Seius Saturninus. & ita de facto consultum fuit per quosdam doc. subtiles.

Cõmuniter tamen doc. cõtra opinantur, quia iura. quæ cõpetitura sunt alicui per mortem alterius, & nõ ante, siue sint vniuersalia, siue quasi vniuersalia, siue simpliciter particularia interim non recipiunt transmissionẽ. Itẽ non videtur posse negari ꝓ ista sit similis mortis causa capioni, & talia iura, nisi sint certa, nõ transmittuntur. C. de cadu. tollen. l. j. §. finaũt aliquid. & §. fi. Idem verò Bal. super eadẽ materia, quasi in eisdem terminis in l. si quis filium. C. de inoffi. testa. sic dicit. Statato cauetur, ꝓ filia dotata a patre non succedat, quandiu existat filius masculus: modò pater, qui dotauerat filiam, fecit testamentum, in quo testamento filiam præterijt filio hærede vniuersali instituto, inserta clausula, quòd si non valet, vel valebit iure testamenti, valeat iure codicillorum, tãdem iste filius decessit sine filijs, ista fœmina superuiuens vult testamentum dicere nullum, eo: quia fuit præterita a patre. Modò quæritur, an possit, & si potest testamentum dicere nullum, quia licet esset præterita præteriri potuit de iure: quia frater eam præcedebat tempore mortis testatoris. Et dixit ipse, quòd erat casus in dicta l. si quis filio exhæredato. in princ. & l. Gallus. per totam.

Præterea non est dubium quòd filius, donec vixit, fuit hæres insolidum ex testamento, ergo testamentum valuit, si ergo testamentum assumpsit effectũ, impossibile est ꝓ post dicatur nullũ. Quod sic probo: quia si possibile esset dici nullũ interim adiri nõ posset hęreditas de iure ciuili, sed solummodo posset bonorum possessio secundùm tabulas peti, ut ff. de Carbo. edic. l. si impubes. §. quæsitũ. Præsupposito ergo quòd ex dicto testamento potuerit adiri hæreditas de iure ciuili: Necessario sequitur, ꝓ dictum testamentum non possit dici nullum, ergo nõ vocabitur filia per ius dicendi nullum.. Itẽ nec per quærelam inofficiosi: quia non fuit exhæredata. Item, quia habet dotẽ a patre, & sic magis debet agere ad supplementum. Ista ratio vltima nõ ꝓcedit
17 quia cùm † nullum habeat titulum institutionis, non habet locum actio agendi hodie. Item, quòd ista filia non possit rũpere, nisi per viã quærele. facit ff. de inoffic. testament. l. pater filium.

Præterea ad idẽ filius masculus semel fuit hæres in testamento, ergo hoc nomẽ hæredis in perpetuũ nõ potest desinere. vt ff. de minor. l. quod si fine. §. sed quod Papinianus. Sed ad istã rationem non potest responderi: quia lex potest hoc facere, ꝓ istę, qui est hęres, desinat omnino esse hęres, vt not. ff. de vulg. & pup. substitu. l. in substitutione filij. Bart. hanc quæstionẽ mouet ff. ad Tertul. l. fin. Et ibi determinat, aut statutũ dicit, ꝓ filia succedat stante masculo, tunc intelligitur tẽpe mortis patris, vt l. si qs a filio. aut statutũ dicit, ꝓ filia nõ succedat quandiũ superuixerit masculus: tunc ius filiæ nõ aufertur, sed differtur in tẽpus certum, dicit ergo, ꝓ interim est in pẽdenti, & ꝓ mortuo fratre sine filijs ista filia potest dicere testamentũ nullũ, & tunc retro apparet testamentũ fuisse nullũ, & hoc operatur clausula codicillaris. Sed si ista opinio esset vera, dicit Bal. sequeret absurdũ, ꝓ masculus interim non esset hęres, de iure ciuili, nec posset actiones hæredicarias mouere vel suscipere vt hæres, quod esset absurdum, & contra mentẽ statuti, & ideo dato ꝓ interim iste masculus est hæres etiã de iure ciuili, & ꝓ eo mortuo sine filijs restituatur filiabus ius dicẽdi nullũ, quod propter masculũ non habebant, sic ergo istud testamentũ est in casu rupturę mortuo filio, & ideo ibi clausula codicillaris nihil operatur, ꝓ a prius est mortuus masculus,

sculus, quàm stet conditio illius clausulę, vnde masculus fideicommissum importatum per clausulam pendente cõditione decedens non potuit transmittere, vt l. 1. C. de his qui ante aper. tabu.

In hac opinione erat recolẽdæ memoriæ dominus meus dominus Fran. Tigri. de Pisis, qui dicebat quòd ista filia erat hæres anomala, in qua nõ seruãtur regulæ iuris cõmunis, sed simplex forma statuti, & allegat gl. singularẽ, quę est insti. de eo cui liberta. causa. in fin. Opi. Ray. tenuit collegiũ Senense, opinionẽ Fran. tenuit collegium Florentinum.

Sed quid si ista filia decedat viuo fratre, an filius habeat ius rumpẽdi mortuo isto suo auunculo sine liberis? respondit Bart. quòd aut iste nepos vult venire ex persona matris, & non põt, aut ex persona propria, & potest. Pro qua determinatione facit quod dictũ est supra, sed hoc non vr̃ verum: quia in isto toto est cõsideranda duplex virtus, scilicet, virtus istius masculi inclusiua, & in hoc statutũ disponit purè: secunda est virtus istius acquisitionis tacitè resolutiua, postquàm masculus non erit. Et in ista secunda virtute statutum habet in se conditionem, quæ respicit filiam, si ergo ista cõditio deficit in filia, remanet caput inclusiuũ filij masculi purum, & liberum, ergo nõ videtur ꝙ nepos, id est, filius filię, admittatur ad repugnandũ inuenit ius auunculo perfectè & impugnabiliter acquisitũ, ammota, i. mortua matre, quę ex beneficio statuti poterat admitti. Et similia verba de duplici virtute ponit Bart. secundùm Richar. Malũ. ff. ad Tertul. l. 2. §. videneũ. & si iste masculus dilapidat bona, nũquam soror potest compellere eum ad cauendum de non alienando, nec dissipando bona. Bartol. dicit, cogitabis: ego, dicit Bald. dico quòd potest cogi, si incipit dilapidare, vel est suspectus, vt ff. ad Trebel. l. Imperatores. & ff. qui satisda. cogan. l. inter omnes.

Idem Bald. quęstionem prædictã in l. si quis posthumus. §. si filium. ff. de libe. & posthu. pertractauit vbi sic dicit: Dictat statutũ, ꝙ filia fœmina, quãdiu masculus superuixerit, non succedat: modò pater habens filium & filiam, instituit hęredẽ vniuersalem filium adiecta clausula, si nõ valet iure testamẽti, &c. & filiã præterijt, tandem pater decessit, & filius se immiscuit hæreditati, deinde decessit filius, filia præterita vult dicere testamentum nullum, allegat enim, quòd obstaculum filij est ablatum, & ammotum, & quòd
18 finito priuilegio † filij præmortui ipsa filia reperitur in iure communi, vt l. sed & milites. in princip. ff. de excusato. tutorum.

Modò quęritur, quid iuris: ista magna quæstio fuit de facto hic, & fuerunt consilia lata per collegia in contrarias partes: nam ꝙ filia non possit dicere testamentũ nullũ probatur tribus rationibus. Prima ratio est ista, quomodocunque testamentum est tale, quòd ex eo moriente testatore potest adiri hæreditas de iure ciuili, nunquam illud testamentum potest dici nullũ ratione pręteritionis, vt l. si qs posthumos. §. si filium. ff. de liber. & posthu. quia quandiu esset incertũ, nõ posset adiri hęreditas ex testamento: quia se habet ad esse & non esse. ff. si pars hęreditatis pet. l. illud. ff. de acquirẽ. hæredita. l. cùm quidã. §. quod dicitur. sed istud testamentum est tale quòd potest adiri hęreditas post mortẽ patris: ergo non põt dici nullum rõne pręteritionis. Secundò probatur per alia rationẽ sic. ille demum pręteritus dicit testamentũ nullũ quem testator, tẽpore mortis tenebatur instituere, aut exhęredare, vt d. §. si filium. & l. si qs filio. ĩ prin. ff. de iniusto rup. & C. de inofi. testa. l. si quis filium. sed tempore mortis non tenebatur pater filiam instituere vel exhęredare: ergo præteriendo filiam, nullam fecit filię iniuriam, vnde meritò testamentum non debet rescindi, cùm pater secundùm obseruantiam municipalis iuris testatus fuit. Tertiò, & vltimò ꝓbatur per casum C. de liberis pręteritis. l. maximum vitium. nam secundùm illam mediam iuris prudentiam, secũdùm quã differebant filię a masculis, non dabatur fœminis ius dicendi nullum, sed quodam alio iure petebant quandã portionem,



tionem, & vocabatur illud ius accrescendi? ita debet esse in proposito, quòd ista filia non possit dicere testamentum nullum, & per istam rationem fuit consultum per dom. Rayn. de For. & per collegium Senense, quòd filia præcisè repellitur.

Sed contrarium quod filia admittatur
19 sic probatur, temporalis † exclusio non debet trahi ad exclusionẽ vel exemptionem perpetuã. l. si quis posthumos. ff. de libe. & posthu. de postulan. l. Imperator. de pact. l. epistola. §. fin. sed per statutum filia excluditur ad tempus iure masculi, ergo non debet excludi in perpetuum. Nam sic est in feudis, quòd filia excluditur masculo viuẽte, tamen masculo mortuo admittitur fœmina: quoniam obstaculum, quod obstabat, remouetur. ita ergo est in proposito ꝙ mortuo filio redit ad ius commune & debet succedere. Quomodo autem hoc potest esse? nam sequitur, quòd testamentum valuerit in vita filij, & postea desinat valere, & istud est contra regulas iuris, quòd pro parte temporis quis testatus sit, & pro parte intestatus. Bar. consuluit quòd haberet ius rumpendi testamentum, domi. Francisc. de Pisis dixit idem, & dicebat quòd propriè loquendo ista filia erat hæres anomala, & quòd successio illius nõ erat successio regularis, sed irregularis propter statutum. allegat gloss. institu. de eo cui lib. causa. §. fin. Prędicta possunt habere locum, quando in statuto ponitur dictio tẽporis limitatiua, vt donec, vel quãdiu. ff. de excus. tut. l. pe. Secus verò si statutũ simpliciter excludat filiam, nam tunc sufficit, quòd momento eam excluserit, vt sit exclusa in perpetuum, nam cum successio ad filium confluxerit filius trãsmittit postea ad hæredes suos, & filia fœmina nullum habet ius petendi, quia ius acquisitum alteri.

Bartol. autem in l. r. §. si pater. ff. de cõiungen. cum eman. libe. eius. sic dicit: Statutum dicit, quòd filia nõ succedat patri extantibus masculis, vel mater nõ succedat filio stantibus alijs filijs masculis: qd si est alius filius masculus, qui ex iudicio testatoris non potest succedere, vt quia exhæredatus: an impediet matrem vel filiam succedere? Item est valde difficilis passus, & videtur ꝙ talis exclusus nõ impediat, quoniam habetur pro mortuo, vt l. 1. §. si pater. ff. de coniungend. cum eman. libe. eius, & vt perfectè hanc partẽ videamus, opp. dicitur in dicto §. si pater. quòd exhęredatus habetur pro mortuo, vt ff. de lega. 1. l. filius. §. cum quis. & ibi glossa. Dicunt quidam, vt Iacob. de Are. habetur pro mortuo quo ad suum commodum, secus quantum ad commodum alienum vt ibi, hæc solutio non placet Bart. quia etiam quantum ad commodũ alienum habetur pro mortuo, nam in d. §. si pater. nepotes habebunt totum, cùm aliàs essent habituri dimidiam. dic ergo quòd ibi exhæredatus impediebat alium faciens conditionem dispositionis deficere, ex qua ille nolebat succedere, vnde non attenditur, an sit exhæredatus, vel non: quia sufficit quòd sit filius, vt ibi: sed in dicto §. si pater. loquitur quãdo exhæredatus alium impediebat: quia concurrebat, sed omnes cum eo succedebant, vnde eo excluso per exhæredationem non impedit alium succedere: vt dicto §. si pater.

Item opponitur de dicto §. si pater. vbi filius exhæredatus nocet nepoti, vt ibi dicitur, ergo exhæredatus non habetur ꝓ mortuo: quia tunc veniret per cõtratabulas nepos præteritus, vel diceret nullum. Aduerte quia exhæredatio assumit effectum post aditam hæreditatem, vt l. filium. §. sed cùm exhæredatio. ff. de bono. possessione contratabulas, & tunc incipit haberi pro mortuo, cum est adita hæreditas & exhæredatio confirmata: si ergo nepos qui est sequentis gradus vult venire per querelã, quę oritur post aditam hæreditatẽ, & potest: quia pater exhæredatus sibi non obstat, cùm tunc post aditam hæreditatem habeatur pro mortuo. Sed si filius vellet venire per contratabulas, quæ oritur ante aditam hæreditatem, vt l. illud. in princip. ff. de contratabu. vel vellet dicere nullum, quod ius oritur ante aditam hæreditatem,

reditatem, non potest, cùm illo tempore, quo ius debet oriri, non habeatur pro mortuo pater, vt allegato §. si pater. & l. si quis filio exhæredato. in princip. ff. de iniusto rupto.

Ex hoc sequitur aliud, ros scitis quòd contratabu. quæ datur patrono, oritur post aditam hæreditatem, vt l. illud. ff. de contratabu. modò filius liberti exhereda tus non impedit patronum, quin succedat per contratabulas, vt institutio. de successione libertorum. §. sed nostra. ver siculo, sed cùm testamentum, quia illo tempore, quo oritur illa contratab. filius haberetur pro mortuo, vt in vers. sed & si patruus. d. §. si pater. vbi admittitur ne pos filio exhæredato habito ꝑ mortuo. Est ratio, quia venit ex quodã iure ciuili sibi non competenti ante aditam hæreditatem: quoniam ipse erat in potestate, & pater emancipatus, & sic ei nullo modo obstabat, si vellet venire iure aliquo sibi quæsito: ideo, quia pater eius erat ex hæredatus, habet locũ quod supra dixi, filia fœmina non succedat extantib. masculis. masculus etiam exhæredatus, impedit ne succedere filiã fœminam? aduer te, si exhæredatio esset annullata aliquo modo, tunc esset perinde, ac si non esset facta, vt supra dixi, sed si esset exhæreda tus ritè, ita quòd testamentum nõ posset rumpere, tunc si filia vult succedere tanquam sua, non potest: quia filius masculus tempore mortis eam præcedebat, vt d. § si pater. in princ. & d l. si quis filio ex hęredato. in princip. quia nõ debuit insti tui, sed si filia vellet venire per querelã, quæ oritur post aditionem hæreditatis, seu post aditam hæreditatem. Et sic eo tempore quo filius habetur pro mortuo: tunc potest succedere, prout supra est dictum de nepote.

Cõtra prędicta opponit fortiter in au then. de nup § soluto. in fin. vbi filius qui ingratitudinem commisit, nullo modo alij obstat. Solutio ibi, filius ingratus
20 † repellitur a lege, & sic tempore mortis matris reperitur exclusus, ideò alios non excludit, sed in § si pater. excluditur per factum hominis, vt per exhæredatio nem, quę habet effectum post aditam hę reditatem, sed si veniret aliquis ex iure, quod oritur ante aditã hæreditatem, cui ipse filius obstabat, tunc filius impedit, vt dixi.

Item oppo. ff. de assig. lib. l. 1. §. fi. vbi dicitur, ꝙ testator, qui priuat aliquẽ por tione sua, potest eam assignare cui vult, & ille priuatus facit alij partem. Respon de, & aduerte quando actus priuationis alicuius precedit actũ assignationis factæ alteri de eadem portione, qua ille priuatus. Verbi gratia, exhęredatur quis. Primò ecce actus priuationis. Secundus ef fectus exhęredandi, portio alteri assigna tur, tunc habet locum quę dixi supra quando actus assignationis factus alteri, & alterius priuationis actus est idẽ actus, tunc habet locum lex contraria, quia te stator potest assignare cui vult, & priuatus alij facit partem.

Ex hoc cõcludo ad aliam quæstionẽ, dicit statutum, quòd mater non succedat filio habenti fratres carnales ex parte, modò pone, ꝙ Titius filius decessit præterito fratre extraneo, non turpi persona instituta succedit ne mater? videtur, ꝙ sic, quia frater non potest tũc succedere, quia est pręteritus. Contrarium puto di cit Bar. nam ille frater priuatur successio
21 ne facto defuncti, & † actus priuationis non præcedit actum translationis in alte rum, imò est vnus & idem, ideo licuit de facto auferre illi, & alij dare, & ille frater ita impedit matrem, sicut hæres, ut l. 1. §. fin. ff. de assig. libe. Vt ista materia tibi liqueat, an ille, qui me impedit, vel qui mecũ non cõcurrit, iudicio testatoris a successione excludatur, me impediat, vel mihi partem faciat? sic distingue, aut ille impediebat me, quia faciebat deficere conditionem dispositionis, ex qua de bebam admitti, aut impediebat me, quia ius succedendi habebat. Primo casu etiã priuatus iudicio testatoris me impedit, vt l. filiusfamilias. §. cũ quis. & ibi not. ff. de lega. j. Secundo casu distingue, aut actus translationis in alium de portione, quę il li priuato debebatur, & actus priuationis est vnus, & idẽ, aut actus priuationis impedit



pedit me. Primo casu impedit me ille pri uatus, sicut si priuatus non esset, vt l. prima. § finali. ff. de assig. liber. Secundo ca su debes scire, quòd ille actus priuationis assumit effectum demum hæreditate adita, vt l. filium. §. sed cùm exhæredatio. ff. de contratabul. & ideo distingue, aut ego habebam ius succedendi in solidum ab ipso initio, sed ille priuatus faciebat mihi partem per concursum, & tunc pri uatus mihi non obstat, vt l. prima §. si pa ter. versiculo, sed, & si patruus, aut ab ini tio non habebam ius succedendi, vel in solidum non habebam, & tunc aut volo ve nire ex aliquo iure, quod habet originẽ à tempore mortis, vel ante aditam hære ditatem, vt per bonorum possessionẽ con tratabul. quæ datur liberis, vel dicendo nullum, & non possum, vt dicto. § si pa ter. & l. si quis filio exhæredato. in princi. ff. de iniusto rupto. coniuncta l. illud. in princip. ff. de contratabu. aut volo venire per aliquod ius, quod habet originem tã tum post aditam hęreditatem, vt per cõ tratabu. quæ datur patrono per querelam, & possum, vt in §. sed nostra. institu. de success. libertorum. coniuncta l. illud. in princip. ff. de contratabu. & probatur in l. si quis filium. in princip. C de inoffi. test. & ff. de contratab. l. 3. §. si emancipatus. in fin. & hæc vera siue actus priuatio nis præcedat siue verè, siue fictè, vt instit. de succe. libe. §. sed nostra. versicu. si verò testamentum. & l. si patronus testator in princ. ff. de bonis libr. & ita debet intelli gi hæc difficilis materia.

Bal. autem in l. maximum vitium. C. de liberis præteritis. sic dict. Statuto caue tur, ꝙ filia extantibus masculis ad succes sionem intestati venire non possit, modo pater habebat filium, & filiam ex primo matrimonio, & vnum alium ex secundo, fecit testamentum, in quo filium primi matrimonij instituit in decem, filiæ fœminæ reliquit quinque iure legati, filium verò secundi matrimonij instituit hære dem vniuersalem, quæ filia tanquam pręterita vult dicere testamentum nullũ ad hoc, vt frater suus ex vtroque parẽte suc cedat cum altero æquali portione, quæri tur an possit? videtur, quòd sic. Primò, quia duo sunt iura diuersa, scilicet ius rũ pendi, & ius succedendi, vnde suus præte ritus ipso iure rumpit. ff. de libe. & posth. l. filius qui in potestate. licet ergo statutũ remoueat vnum ius, tamẽ non remouet reliquum, quia ab illo est pœnitus separa tum, vt l. si domus. ff. de seruitu. vrba. præ dio. Secundò probatur, quia interest no stra habere ius rumpendi, etiam si succes suri non sumus, vt patet in filio exhære-
22 dato; † qui post peractam querelam habet renuntiare hæreditati, vt ff. de inoffi cio. testamen. l. quemadmodum. & l. qui de inofficioso. Tertiò, quia interest habe re aliquod ius venale, vt ff. de contratab. l. filium. ibi, ergo erat venale beneficium &c. & ex hoc enim potest vtilitas percipi ergo sua interest habere ius rumpendi. Quartò, quia interest ratione affectionis, & charitatis naturalis, quam habet ad fra trem atque coniunctum, arg. ff. de euict. l. pater filiæ. Quintò, arguendo de parte ad totum, nam etiam totum quis rum pit, & tamen non semper in totum succe dit, vt ff. si tab. testa nullæ exta. l. prima in
23 fin. Sextò, quia aperit † edictum alteri, qui sibi non proficit. ff. de contratabu. l. si post mortem. §. fina. Septimò, quia istud statutum est fauore masculorum, nũc ve rò verteretur in odium fratris vtrinque coniuncti. Octauò, quia ista filia potest venire saltem per contratabulas, quæ est ex testamento, vt l. ex liberis. C. de col latio.

In contrarium, quòd ista filia non pos sit testamentum rumpere, nam certum est, quòd præterito eorum, quibus non debetur legitima non vitiat testamentũ, sed huic filiæ non debetur legitima, cum sit redacta ad instar exceptionis, & legiti ma datur respectu intestati, vnde qui nul lam partem est habiturus ab intestato, ei non debetur legitima, vt l. cùm quæri tur. C. de inofficio. testamento. Secundò, sic ista filia est priuatà per statutum, ergo non iure ciuili, nec iure prætorio succe dit. ff. de bon. possessio. l. non est ambi gendum. §. finali. Tertiò sic arguo, ma gnum vitium esset, si aliud ius seruare-

mus ex testamento, aliud ab intestato, ergo taiis differentia nõ est fienda. Quarò, quia ista filia nupta potest æquiparari casu adoprionis, quia olim adoptiuus tã quam translatus in alienam familiã non habebat contratabulas. vt C. de adoptio. l. cùm in adoptiuis. in principio. & hoc idem per similitudinem videtur posse dici in casu nostro, nam satis à patre in alie
24 nam familiam alienata est, † quæ nupserit. C. de liberis. l. finali. Quintò videtur lex expressa, quòd ille, qui est priua-
25 tus † ab actu, & à poteutia succedẽdi ab intestato, non potest rumpere tanquam præteritus, vt d. l. si post mortem. §. liberi. Sextò, quia ista iura sunt connexa, & connexæ se habent in actu, & priuatione vt C. de repudianda hęreditate. l. suus. & argu. ff. de libe. & posthu. l. si ita. §. regula. Septimò arguo, quia video, quòd si filius emancipatus, & nepos suus, & filius est institutus, & nepos præteritus, quòd ideo dictus nepos non potest dicere testamentum nullum, quia non succedat ab intestato, vt no. Barto. in l. Gallus. in §. & quid si tantum. de liberis, & posthumis. Octauò, quia absurdum est, quod filia imputet parri hoc solùm, quòd pater testatus decessit, vt ff. de inofficio. testamẽ. l. posthumus. in prin. nam quo ad filiam attinet, libera bona habet, ergo liberè potest testari, argu. l. fina. C. de bon. liber. Solu. dicit Bal. hanc vltimam partem, qa cùm in istam filiam non tontinuaretur dominium, ergo non dicit nullam ratione suitatis, vt ff. de libe. & posth. l. in suis. à contrario sensu nec ratione iniuriæ sibi illatæ à patre, quia pater nullam iniuriã intulit dictæ filiæ, nam vt dixi, quo ad eã liberas ædes habet, vt l. loci corpus. §. cõpetit. ff. si seruitus vẽdi. nec etiam potest dici nullum, eo quòd iuris obseruantia defecerit, eo quòd testator non paruit præcepto legis, vt ff. de liberis, & posthumis. l. Gallus. §. in omnibns. nã cùm ista filia sit incognita de iure ciuili propriæ ciuilatis, de ea mentionem fieri nõ oportuit, ullo modo, sicut nec olim de emancipatis, quia erant incogniti, per legem 12. tabularum, & ideo prætoris auxilio egerunt: C. vnde liberi. l. certum. Cùm ergo hoc ius ciuile nõ patrocinetur huic filiæ, nec prætorium, ergo nullo modo potest rumpere testamentum. & hoc verum in filia, quæ exclusa est perpetuò. Sed de exclusa ad tempus, puta quandiu masculus viuit, dictum fuit supra.

Bal. autem in l. si quis filium. C. de inoffi. testamen. dicit sic, Statuto cauetur, ꝓ fœmina non succedat stantibus masculis. alio statuto cauetur, quòd soror non succedat stantibus fratribus alijs etiam consanguineis tantum mortuo fratre ex altero parente, & relicta matre, & sorore ex vtroque parente, quęritur vtrum soror posit succedere, & vt procedat quæstio intelligas in tali fratre, qui sit capax hæreditatis, nam si nõ esset capax, vt frater, minor non excluderet eam, vt l. prima. §. si frater. ff. de coniugen. cum emanti. libe. Et videtur dicendum, quòd frater excludat sororem, & per consequens totum matri accrescat, vt ordo fit, ista mater excludit fratrem ex altero tantũ parente coniunctum. Item frater excludit sororem, ergo sola mater est ista, quę succedat, vt in auth. de nup. §. ingratitudinẽ. colla. 4.

In contrariũ videtur, iste frater non potest succedere propter matris defectum, ergo non potest excludere sororem: nam, vt dicit text. quòd bonum est ei fauere. ff. de contratabu. l. si post mortem. §. liberi. quasi dicat, nõ est ei in hoc fauendum præterea ista soror vincit matrem in partẽ, quia facit sibi partem per concursum, vt in auth. defuncto. mater autem vincit fratrem ex altero tantum latere, tunc arguo sic, si vinco vincentem te, multofortius vinco te: & sic excludentem te, multò fortius excludote: vt ff. ad Tertul. l. 2. §. si sit agnatus. & l. æquissimum. Ista quæstio habet dubitationem, nunquid statutum ius sororis transferat in fratrem, nam tunc frater admitteretur æqualiter cum matre: & quod iste frater succedat in ius sororis, factum est statutum, vt l. fideicommissa. §. interdum: de legatis 3.

Istam quęstionem mouet Barto. ff. de contratabu.



contrabu. l. 1. in qua finaliter sic dico, quòd aut lex excludit aliquem excludentem successionem deferendo, aut exclusio simpliciter obstando. Primo casu, aut extat casus ã statuto prouisus, in quò successio deferatur, vt themate prælibato, si ponas matrem repudiantem in rerum natura non esse, tunc excludenti deferenda est integra successio. l. final. C. de prædiis cura. libr. 10. vbi existente fratre, & sorore, soror, pro nihilo reputatur, aut non existit casus prouisus à statuto, in quo excludenti successio, deferatur, sicut est in themate proposito, quia quan
26 do mater extat, † statutum non disponit, tunc tanquam in casu omisso seruatur ius commune. l. si cùm dotem. in princip. ff. solu. ma. Secundo casu principali, quando statutum procedit excluso simpliciter obstando, tunc non est curandũ, an exclusus admittatur necne, quia sit exclusus tanquam à quadam conditione, vt C. de natura libe. authentic. licet.

Ex prędictis, concludendo sequitur, quòd mater, & soror viriliter succedunt, & quòd frater in exclusione sororis, nihil operatur, quia mater ei substat, & adde dicto brocardo, si vinco vicẽtem te, &c. qđ not. de pigno. l. vsucapio. vbi glo. vult ꝓ regula est infallibilis, quòd vincẽs succedit in ius victi per successionem, vel alio modo, quæ verba sunt verbo Barto. in d. l. 1. ff. de contrabu. & non allegauit, dictam gl. quę ponit theoricam Bar. autẽ in l. siue ingenua. §. videndum. ff. ad Tertul si dicit, Statuto ciuitatis Florentiæ cauetur, quòd mater non succedat extantibus agnatis vsque ad tertium gradũ, quæro quid de auo materno, si respicis verba statuti, solùm excludunt matrem, de admittendus autem agnatis, nihil disponit, sed matre exclusa, veniunt sequentes in gradu, qui tenent primum gradum successionis, vt d. l. siue ingenua. §. videndum est. ff. ad Tertul. sed auus veniret, si non esset mater, ergo, &cæt. Item pro hoc, quia mater sub proprio nomine, non sub nomine agnati excludetur, ergo non excluduntur alij agnati, vt l. tutelas. ff. de capi. di.

Item contra, quòd excludatur auus maternus. videtur ratio statuti, quæ videtur velle, quòd hæreditas, remanet apud agnatos, præterea, si excluditur proximior in gradu, sequentes, videntur excludi, vt l. 1. §. fratres. & quod ibi not. ff. si quis aliquem testari prohi. Quid dicemus? Richar. Malum. disputauit vnam quæstionẽ in similib. terminis, & determinauit, agnatos præferendos cognatis per talem rationem: dicit enim hic mater excluditur, à statuto per quoddam ius speciale, sed ille qui iure speciali excluditur, quantum ad excludendum alios videtur esse hæres, vt l. mulieri. & Titio. ff. de conditio. & demon. Mihi autem videtur, dicit Barto. quòd ista ratio nõ sit bona. Primo per tex. d. l. siue ingenua. supra. sed si sint sui & ff. de bo. lib. l. si ex modica. §. si filius. vbi nudum nomen hæredis non sufficit, ad alios excludendos tamen determinatio sua videtur mihi bona.

Et pro euidentia scias quòd ista verba, mater non succedat stantibus agnatis, non solùm habent virtutem exclusiuam vt d. l. §. videndum. sed etiam habent virtutem inductiuam, vt agnati succedant, nam isti ablatiui absoluti stantibus agnatis inducunt dispositionem, quãdo proferuntur ab eo, qui habet potestatem disponendi circa illud. l. fideicommissa. §. cùm esset. ff. de lega. 3. & l. in ratione. §. tametsi. ff. ad legem. Falci.

Præterea quando vna dispositio fit cõtemplatione alterius licet expressa verba ad illud nõ dirigãtur, tamen competit actio. vt l. seruo. legato. §. si testator. de lega. 1. & l. fideicommissa. §. interdum. ff. de lega. 3. vnde cùm ista dispositio facta agnatorum fauore, eis ex hac dispositione competit actio, vt in legibus supra allegaris.

Præterea quando aliquis remouetur, à lucrocontemplatione alicuius, illi debet applicari, cuius contemplatione remouetur
27 vt apparet in tutore, † qui priuatur legato, si nõ gerit tutelam, vt l. post legatum. §. amittere. ff. de his quibus, vt indignis.

C.de leg.l.penul.& pro hoc text.optimè ff.de colla.bonorum.l.cùm emãcipati.§. si duo. vbi Bartol. sic dicit. Not. quòd quando alicui confertur hæreditas contemplatione alicuius, videtur hæreditas conferri, cuius contemplatione conferturtext.

Adde ad quęstionem, quam feci, dicit Barto.de statuto quod dicit ꝓ filia fœmina non succedat extantibus agnatis: quia cùm tunc contemplatione agnatorum filia repellatur, videtur illis agnatis hæreditas ex testamento deferri: vt d.§. si duo emancipati, qud tene menti. Ex his concludo, dicit Bart.in d.§.videndum. quòd statutum videtur disponere, quòd mater non succedat sed agnati, & ex hoc sequitur ꝓ agnati succedunt exclusa matre, & omnibus cognatis. Ad l.siue ingenua. §.videndum. supra allega. quæ dicit quòd
28 matre exclusa † admittuntur alij sequentes in gradu, respondeo, dicit ibi Bartol. quòd ibi est facta exclusio nullius contemplatione: & per dictam constitutionem nullus alius nominatim vocatur matre exclusa, sed in quæstione nostra secus est.

Non obstat, dicit ibi Bartol. si dicis ꝓ per statutum mater nominatim excluditur, ergo non alij, vt l. tutelas. ff. de cap. dimi. quia fateor quòd illo capite, quo mater excluditur, alij non excluduntur: sed ex eo, quo agnati uocantur, alij excluduntur: quia cum aliquos voco, cæteros videor excludere: vt l. cùm prætor. ff. de iudic. & expressius in l.sicut certi. C.de testamento militis, & si auus maternus diceret, ego vinco agnatos, agnati vincunt matrem: ergo vinco matrem: non est bona argumentatio: quia quod dicit auus, ego excludo agnatos, verum est de iure communi: vt in authent. defuncto. C. ad Tertullia. sed agnati excludunt matrem, & omnes agnatos ex forma statuti, ideo concludo, ꝓ siue mater sit viua, siue sit mortua, quòd agnati admittuntur exclusa matre, & omnibus sequentibus in gradu. Idem puto in omnibus similibus quæstionibus descendentibus ex statuto, vt puta si diceret statutum, quòd extantibus masculis filia fœmina non succedat. Quid in nepote ex filia? certè idem est quod in filia, per ea, quæ supra dixit. tene ista menti. Et sic de facto, dicit Bart. in ciuitate Florentiæ consului. Bald. autem in l.si verò.§.de viro. ff. solu.matri. sic dicit.

Prædicta faciunt ad quęstionem, Statuto cauetur, ꝓ filia non succedat superstite filio masculo: decessit filia, & superest neptis, quęritur vtrum neptis excludatur a filio masculo? & videtur ꝓ non, per l.si verò.§.de viro. quia statutum loquitur de filia nõ de nepte, ad idem.l.sed & milites.§.1.& l.libertum cùm de excusatione.ff.de excusa.tuto.

In contrarium videtur, quia non debet esse melioris conditionis neptis, quàm
29 filia, † in cuius locum succedit. C. de bo. matr. l. si viua matre. ibi dum dicit, vt deteriores nepotibus filij non fiãt. Istam opinio.tenet Cyn. secundùm Richar. Malum.in l.1. C.quæ sit long. consue.& ff.de legibus.l.de quibus. in lectu. respondet ad istum §: quòd verba hęc nõ poterant adaptari nepoti per largam significationem.ff.de verbo.signi.l.liberorum.§.sed & Papinianus. Istud dictum, dicit Bal.est verum, sed non per istã rationem, sed vera ratio est, quia statutum duo facit: filium includit quo ad vniuersalem successionem, & excludit filiam neptis, ergo excludetur ex capite inclusiuo, ex quo solus filius est inclusus, quod caput sufficit mihi, dicit Bald. licet cessent verba capitis excludentis.ff.de legat. 1.l. quod in rerum. §. si quis post. sed pone, ꝓ filius decedit relicto nepote, nunquid nepos excludat amitam? & dico, dicit Bald. ꝓ non: quia nepos non includitur in verbis istius prouisionis statutarię. Ad hoc facit. C.de colla.l.illam.circa mediũ, & quod not.in fi.in auth.de restitu. fideicommis.§.manifestum. ex quo apparet, quòd decisio istius quæstionis non stat in larga, vel stricta significatione, sed stat in subtilioti consideratione? quod tene menti.

Cy.avt in l.1.C.q̃ sit lon. cõsue.sic dicit:

Iuxta



Iuxta hoc quæro, posito quòd non trahatur ad filiam talis consuetudo, vel statutum, nunquid poterit trahi ad maiora, quando negatiuè profertur, vel ad minora, quando profertur affirmatiuè? verbi gratia, dicit statutum vel consuetudo loci, quòd filia non succedat patri ab intestato, si ab eo dotata est extantibus filijs masculis: nunquid erit idem in nepte, quę etiam videtur posse remouerì? Item si per statutum, vel consuetudinem est, ꝓ liceat occidere impunè, an liceat vulnerare, quod est minus? videtur quòd sic: vt C.ad Macedo. l.si filius tuus. & ff. de senato. l. qui indignus. & de seruis expor. l. cui pacto. Econtra videtur, quòd non: quia trahitur ad consequentiam, vt in prædictis. In hac quæstione dicunt quidam, ꝓ sicut lex vincit consuetudinem: sic ratio legis vincit consuetudinis rationem, quæ est attendenda, vbi ratio inuenitur: vt l. 1. C. quæ sit longa consue. secus vbi ratio cessat, vt l. 2.quæ sit longa consue. Tertij, vt Nicol. de Mat. de Mutina quòd si in tali casu est maius id, quod est permissum, vel quia est minus id, quod est habitum. non credunt quod in tali casu producatur, vel consuetudo, uel statutum strictum, verbi gratia, consuetudo, vel statutum dictat, quòd pœna homicidij, quæ est secundùm legem personalis, sit pecuniaria.

Præterea est dicendum, an sit aliud in alio crimine minori: puta furti, violentię, vel similibus? sed si casus ille habet illam rationem, & alias per quas appareat mentem consuetudinis, vel statuti illum casum comprehendere, & verba quocunque modo ad hoc trahi possunt: licet impropriè tunc iudicandus est ille casus secũdùm consuetudinem vel statutum non trahendo, vel taxando illud, ad consequẽtiam, sed seruando mentem, vt est in exẽ
30 plis positis: quia sub verbo, † occisionis, potest comprehendi vulneratio: argu. ff. ad legem Aquil.l.illud.in fi. & etiam sub verbo, filij, potest nepos contineri, vt d.l. si filius tuus, & de verb.sign.l.liberorum. argu.ff.d. l. gi.l.benignus. & exponatur ibi, benignius, quàm verba patiãtur: quo, pro ut, vt voluntas earum seruetur: quasi dicat pro voluntate legis seruãda, quam colligimus quibuscunque cõiecturis faciẽdo etiam vim verbis, secundùm eos, isti videntur dicere, vbi verba possunt hoc importare, secundùm aliquam eorum significationem, licet impropria. Et ratio est, in differentijs nõ curamus propriam significationem verborum, vt dixit idem Cyn. in l.quicunque. C.de seruis fugiti. Quid enim si statutum dicit, ꝓ quicunque vadat de nocte, soluat xx. an. soluet mulier, certè sic: quia ratio est differens, & sic non vi similitudinis, sed virtute statuti eiusdem, siue rationis comprehenditur. Ad quod optimè facit C. de indicta vidui. tol. l.1. in princip.& ff.de ritu nuptia.l.libertum.§.1. idem etiam Cyn. in l.1.C.de adulte sic dicit.

Inducitur hæc l.ad quęstionem de facto, Consuetudo vel statutum est in multis ciuitatibus Italiæ, quòd si aliquis decedat relictis filijs masculis, & filiabus fratris non nuptis, quòd fœminæ debẽt maritari de bonis patris, & contentari de dote, & masculus succedat in totũ. Modo pone ꝓ quidam decessit relictis filio, & filia, sed antequam filia nuberet, decedit masculus relicta vna filia, est modò cõtrouersia inter istam filiam & amitã suã sororem fratris defuncti, quia dicit filia fratris, quòd ipsa debet esse cõtenta dote, dicit amita, quòd imò debet succedere vna secum in tota hæreditate, & facit pro ea l.prima.C.de adulte. quia ꝓ filij masculi succedant in totum, filię fœminę dotentur, inductùm est in priuilegiũ sexus, cum per masculinum sexum conserue-
31 tur † agnatio, vt instit.de legitima agna. succe.in princip.

Præterea cùm ratio consuetudinis siue statuti sit ista, vt sit salua agnatio, quę conseruatur per masculinum sexum, vt
32 dictũ est, cessante ratione † cessat cõsuetudo, siue statutum: quia ratio eius est attẽdenda, vt C.quæ sit longa cõsue.l.1.vel potest filia objicere amitæ, ꝓ ipsa tenet locum siue gradum patris sui vt insti.de hæredum quali. & differ. §. [illegible] filius.

& ff.de liberis.& posthum's.l.filius a patre.§.1. quia licet hoc sit verum, tamen admittitur ipsa, vt fœmina, non vt masculus:argumen. ff.de contratabu. l.non tantum.§.si emãcipatus. C.de inofficio. testamen.l.si quis in suo. & ff.de in ius vocando. l.adoptiuum. secundùm Iaco. de Aret. & hæc fuit sententia Vberti de Bobio: argumen. prædictarum legum, & argum. ff. de operis liber. l. si quis sub hac.& l.planè.& argumen. ff. de lega.2. l Tria Seio.§.vsuras.

Sed Hugo de la Fontana Parmensis distinguebat, aut frater decessit antequàm pater eius decederet, & tunc obtinet sententia prædictorum, aut decessit post mortem patris, vt in quæstione nostra proponitur,& tunc quia iam erat acquisitum ius in persona eius, transmittit istud in hæredem et fœminam. vt C. de iure deliberan.l.cum antiquioribus,& de his qui ante apertas tabu. l. 1. & de cadu. tollen.l.1.§.in nouissimo. Item hæreditas est successio in vniuersum, ergo &c. vt ff.de verbo significa. l. nihil aliud est. Item repræsentat vicem patris, sicut aliàs.C.de hæreditate vel actio. vendita.l. emptor.

Præterea sufficit semel fuisse ius cõstitutum.Ad quod ff. quod metus causa. l. videamus.& sic iam de facto obtinuisse se dicebat.Item Bald. in l.maximum vitiũ. C.de liberis præteri.sic dicit, Statuto cauetur,quòd filia fœmina nõ succedat extantibus masculis, modò filia decessit viuo patre,& relicta nepte. quæritur an dicta neptis succedat cum masculis, & vide
33 tur ꝙ sic:quia sicut se habet forma † testamenti, sic se habet forma legis, vt in auth.de nuptijs.§ disponat.sed si pater in testamento exhæredat filiam, & neptem præterijt,si moritur filia neptis rumpit testamentum,vt l.2.C.de libe.præte.Idem dicendum est in dispositione statuti,quia
34 verba statuti,& verba legis † æquiparantur,vt l.seruus.hac lege. ff. de manumis. & ff.de manumis.testamento l.si ita fuerit. § fina.dicamus ergo,quòd ista neptis tanquam à statuto præterita succedere debeat.

In cõtrarium videtur quòd præteritio
35 legis sicut præteritio † militis pro exhæredatione debet haberi,& vt C.de testamento militis.l.si cùm vel in vtero. in fi. sed quando statutum disponit filiam excludendam fauore masculorum, tũc tale statutum videtur habere duo capita,vnũ est exclusiuum,aliud inclusiuum,masculocum,capite igitur, quo masculi includuntur, cæteri videntur excludi, ita quòd nulli descendentes ex filia, siue masculi,siue fœminæ possunt succedere, qa
36 † inclusio vnius,est exclusio omniũ aliorum,vt ff.de lega.2.l.quod in rerum.§.si quis post,& iste ablatiuus,extantibus masculis,&c. a lege prolatus tacitam dispositionem habere videtur,videlicet,quòd illi masculi, de quibus statutum loquitur, succedant, cùm in eorum fauorem lata sit lex,argum.C.de secun.nuptijs.l.cùm aliquis.& l.generaliter.§.in h s. & de lega.3.l.cùm fideicommissa.§.cùm esset.ff. ad legem Falcid.l.in ratione. §. tam & si. nam & hoc alibi contingit quod verba conditionalia rediguntur in conditionẽ ex mente legis,vt ff.de oper.liber. l.si ita stipulatio. nec est simile de testamento : quia quo ad neptem præteritam non est seruata forma testandi, quæ ratio cessat in dispositione legali.

Præterea cùm ratio statuti sit fauor agnationis,quinimo fauor publicus conseruandarum familiarum, & eadẽ ratio sit in excludenda nepte & maior, quàm in excludenda filia, ergo ìdem intelligi
37 debet statutum † in nepte, quod in filia, arg.ff.ad Macedo.l.filium habeo.nec debet esse melioris cõditionis neptis, quàm filia, argum. C. de bonis mater. l.si uiua matre.

Præterea ista neptis descendit per radicem, ergo quicquid ex ea oritur, videtur exclusum,ut in vsibus feudo. in ti.de feudi succes.§.hoc autem notandum.hoc tenet Cynus.C.quæ sit longa consue. l. 1. in fine.& Bartol.ff.ad Tertullia.l.2. §.videndũ. Non obstat ff. de contratabulas. l. 3. §. si emancipatus. quia ibi loquitur in exhæredatione, quæ proueniet ex delicto, & ex odio personali, hic autem



tem loquimur in exclusione,in qua non consideratur hoc,sed natura, vt in l. maximum vitium.C. de liberis præte.ibi naturæ accusatores existunt, &cæt. sed in huius legis exclusione naturæ participat neptis, sicut mater eius, vt l. fina. C. de insti. & substi. sub condi. fac. & C. de natu.libe.l.fin.& idem dico, dicit Bald. si ex tali. filia superesset masculus nepos, nam mutato in eo sexu, non tamen mutatur ratio exclusiua,cùm non possit venire,nisi tanquam matris imago,argum. C.de colla.l.illam.§ penul.sed mater inuenitur exclusa,ergo, & tota linea, quæ descendit ex ipsa,quia vbi in capite principium sumitur, vlterius † produci non
38 potest,argument.ff.de actionibus.& obligat.l.quæcunque gerimus.

Item facit ad aliam quæstionem,Statuto cauetur,quòd si quis decesserit ab intestato relictis filiis masculis vno,vel pluribus,& relicta filia dotata, talis filia seu filiæ,quæ dotatæ fuerunt, in bonis patris amplius non petant. Item alio statuto cauetur,quòd verba statutorum intelligantur secundum proprium, & vulgarẽ intellectum absque subauditione aliqua vel, interpretatione. Modo contingit quòd quidam decessit intestatus relicta nepte ex filia dotata præmortua, dubitatur, an dictus nepos ex filia excludatur. Et in quæstio stat in duobus punctis.

Primus punctus est,an beneficium datum filio trahatur ad nepotem,posito, ꝙ statutum interpretationem reciperet iustam,& rationabilem.Secundus punctus est,an cùm per aliud statutum sit dispositum, quòd verba statuti intelligantur propriè secundum vulgarem intellectum absque subauditione aliqua,vel interpretatione,vtrùm appellatione filij continea tur nepos? De vero,& proprio intellectu ante perfectionem. hanc quæstionem disputauit Iacob. de Belu. & arguit ad partem negatiuam. quòd nepos ex filio non habeat istud beneficium, quod sic probatur, verba statuti debent intelligi propriè,sed de proprio significatione filius non includit nepotem, ergo iste casus est omissus à statuto, & sic stamus iuri communi.ff.sol.ma.l.si vero.§.de viro. nam quoties cessat ius municipale,
39 † ad ius commune recurritur.l.3.§.diuus. ff.de sepul.vio. extra de consuetudi. cap. cum dilectus. quod autem nomine filij non includatur nepos,patet ex nomine, quia quæ differunt in nomine appellatiuo non sunt idem: vt ff.de leg.j.l. si quis in fũdi vocabulo,patet ex genere, quia prima generatio, est filius, secunda generatio, est nepos,vt in auth.de non ali.§.emphyteosim.patet ex prima, quia si nepos ex alia prima nascitur,per se originem sortitur,vt ff.ad municipa.l.assumptio. patet ex persona,quia persona propria est anima,quæ est pars formalis hominis. Nam alia est est anima patris, alia filij. Et hæc vera,& manifesta. Quintò patet ex sequentibus omnia prælibata: vnde ingra-
40 titudo † patris,non est ingratitudo filij. ff.de iure patro.l.diui.fratres.ff.de senato.l.emancipatum.§.fin.ff.de interdict.& re leg.l.3.ff.de contrabu.l.3.§.si emancipatus.& priuatio filij,non est priuatio. nepotis.ff.de libe.& posthum.l.Gallus.§. & quid si tantum.ff. de acquiren. hæredi. l. qui in aliena.§.interdum.

Præterea cui non competit diffinitio
41 † nec.diffinitum,sed diffinitio filij hæc est filius est generatio, prima, sed hæc diffinitio non competit nepoti.probo maiorem.Nam filius diffinitur, qui ex viro & vxore nascitur. sed dictio, ex, causam immediatam denotat, ergo nepos propriè filius non est, quia non nascitur ex vxore,sed ex patre.ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. l. filium. huic accedit, vulgi opinio, cui debet stari. ff. de fundo instructo: l. cum dellanionis. §. asinam.

Nam significationes vocabulorum sũt aut de iure naturali, aut gentium, aut de iure ciuili, aut consuetudinario. Primũ patet.ff.de capi.dimi.l.tutelas.Secundum patet.ff.de iusti.& iure.l.manumissiones Tertium patet ff. de verbor. significa.l. figurij.& l. vt Alphenus. accedit etiã qd
42 dicit Boetius,quod † diffinitio essentiam descriptio intelligentiam rei claudit .sed

aliter describitur filius, aliter nepos, ergo per vnum non includitur alter, & confirmatur hoc expressè. ff. de excu. tu. l. j. §. nunquam enim. facit quòd not. inst. quitut. dare possunt. §. fi.

Præterea text. dicit expressè, quòd appellatione filij, nepos continetur ex interpretatione, quasi, dicet, non ex significatione propriè, & strictè sumpto vocabulo ff. de verb. signifi. l. iusta interpretatione.

In contrarium, quòd appellatione filij propriè loquendo intelligatur, nepos, probatur. ff. de verbor. signi. l. liberorum, nam proprius sensus vocabuli, est ille, quem ei lex dat, non quem vulgus, imperitus assignat. Secundò hoc probatur, quia, totum, significat, quamlibet eius partem, sed nepos, est pars. vt ff. locati. l. sed addes, §. si quis mulierem. & C. de agric. & censi. l. cum scimus. lib. 11. & C. de impub. & aliis sub. l. fin.

Præterea nomen filij interdum profertur respectu gradus: & tunc non continet nepotem, vt C. ad Trebel. l. iubemus. Interdum affectionis determinatio, ad idem, vt ff. de liber. & posthum. l. Gallu. §. substituens. Interdum respectu naturæ, & tunc nepos continetur, vt dicta l. tutelas. sed in dubio videtur proferre respectu naturę. vt C. de his qui veniam ætatis impetrarunt. l. fin. quia dispositio legis regulatur secundum rationem, non secundum animi affectum, ergo, &c. argumento. C. familię ercis. l. fi. & hāc opinionē tenuit Iac. Bru. quòd appellatione filij contineatur nepos de proprietate, & natura sermonis, & ideo determinauit ꝓ nepote ex filio includēdo. hoc
43 etiam confirmauit alia ratione, quia † priuilegium filij transit ad nepotem. vt C. de quæstionibus. l. diuo Marco. cum nepos succedat in locum patris sui, vt C. de lib. præte. l. 2. Et ista est conclusio Iacob. Bru. in primo puncto, sed Bartol. in l. liberorum. ff. de verbor signi. dicit, ꝓ appellatione filii nepos nō continet ex natura ꝓ priæ locutionis, sed ex quadā interpretatione beniga inihilominus tamen fatetur, ꝓ beneficium filii porrigitur ad nepotes, cum statuta recipiant à iure cōmuni passiuam interpretationem, & iuracōmunia hoc volunt, quòd beneficium patris in filium descendit, vt C. qui po. in pig. hab. l. assiduis. & no. in l. dabimus. ff. de priuileg credi. sed certè ista ratio non multū, concludit nam priuilegium, quòd ius tertij absorbet, concessum. filio non transit, ad nepotem, quia videtur concessum limitatè & respectu personę. vt ff. de rescrip. l. non solum. § si puellæ. sed vbi ex tali priuilegio nullus læditur, ibi bene fit transitus, quia latior fit interpretatio, cùm tractatur de mero fauore. arg. C. de preci. Imper. offe. l. rescripta.

Præterea istud statutū corrigit ius cōmune, ergo nō habet locum, nisi in casu, & persona expressa, vt not. in auth. quas actiones. C. de sacrosāct. eccl. sed Iac. de Are. disputauit hanc quæstionē, & tenuit ꝓ nepos includ ēnō ratione vocabuli, vel significationis eiusdē, sed ponderata mente statuti, nō cùm ratio, & mēs idem sunt vt not. Dy. in c. fi. de reg. iur. in 6. sicut in homine idem est ratio, mens, & intellectus, sed ratio statuti est, vt agnatorum salua sit dignitas, vt ff. de ven. inspic. l. j. §. quamuis. & C. de quęstionib. l. super. statu, & quod nota. ꝑ Cyn. in l. publico. C. de adul. sed hæc ratio magis viget in ne-
44 pote, quā in filio. nam ꝑ nepotem † generatio augetur, & magis memoria conseruat, vt ff. de verb. sig. l. pronunciatio ergo statutū debet intelligi de vtroque, nā
45 quod ratio cōnectit, non debet iuris ratio separare. l. si libellū. C. de diuersis. rescrip. C. si vnus ex plurib. l. 1. ff. de lib. lega. l. si is qui duos. ff. de excu. tut. l. non tantum. & l. nō solùm. §. qui primum. ibidum dicit, rectè adaptaris omnibus similib. capitulis. & c. sed Bar. dicit, ꝓ determinatio sibi placet, nō tamen ꝑ rationē prędictam, quoniam de ratione dicti statuti, non apparet, quia non est expressa in statuto, sed ista ratio Bartol. mihi nō placet, quia quādo certa est ratio legis, sed tacita tamē potest arguī ex ea tanquā ex causa fi. vt ff. de re militari. l. milites agrum. in princ. tūc aut est certa, qñ sola ipsa red

di



di potest, argu. ff. de fun. instru. l. fundus qui locatus. ff. de op. legata. l. si optio. i. responso. sed quando ratio statuti esset dubia, vel congruè reddi non potest. tunc ex tali ratione arguere non possimus, quia non est necessaria, sed magistralis, iuxta no. C. de lega. l. 1.

Ex prædictis ergo apparet, quòd Iac. Bru. determinauit, quod filij appellatione nepos continetur ex proprio, & vero intellectu huic nomini filius, per legē attributo. Item, & per consuetudinē loquēdi. nam ex consuetudine auorum est nepotes filios appellare, & hoc procedit ex dictamine naturali, id autem quod est ex dictamine naturali est verè, & ꝑ prie,
46 quia nihil est ita verū sicut natura † quæ nescit mentiri. pro hoc text. in d. l. liberorum. ibi dum dicit, natura nos docet, &c.

Præterea filius dicitur, & exponitur, à philos, quod est amor, sed ita ardenti animo diligimus nepotes, vt filios, ergo nepos propriè, & vere dicitur filius, sed Bartol. determinat, quòd verè, & propriè nepos non dicitur, filius. Illi enim propriè, & verè dicuntur filij, qui
47 primi existunt † in ordine nascentium, vnde ille verè, & proprie est filius meus qui nascitur ex me, & ex vxore mea, & non alius, nam si essent, idem, quare habemus diuersa vocabula? ut C. de codicillis. l. idem.

Præterea per l. maximum vitium. C. de lib. pręteri. apparet quod alia erant statuta in filiis, alia in nepotibus. Ad idem C. de colla. l. illam. insti. de hæred. quæ ab inte. §. verustas, quare dico, quòd aut statutum de filio excludendo est talè quod non recipit interpretationem, nisi expositionem vulgarem, & tunc non includit nepotem: quia nepos propriè, & verè non est filius sui aui, aut tale statutū recipit interpretationem, & tunc nepos includitur. Dico autem quòd recipit interpretationem, nisi sit expressè prohita: quia talis interpretatio ex mente venit, id est, ex ratione eiusdem statuti, & ideo non videtur extendi, sed intelligi. vnde plenè dicit Bald. in l. si filius seruo. C. de furtis. & hoc ad neporem, qui nascitur ex filio masculo. sed in nepote excludendo, qui nascitur ex fœmina dico eum omnino excludi etiam si statutum nullā reciperet interpretationem, quia hoc non est vi interpretationis statuti, sed per uiuam rationem, quia nascitur ex inhabili materia. nam mater eius, à qua sumeret formam succedēdi, sicut sumit originem nascendi, est inhabilis, & aliena. ergo quicquid ex ea sequitur, argumen. l. 2. C. de libertis & eorum lib. Alii dicunt, quòd exclusa filia, quia fœmina non excluditur, filius masculus ex ea: quinimo aperitur via nepti, nepti tāquā matre ciuiliter mortua tempore mortis aui, argumen. ff. de contrabu. l. j. §. fin. & ff. de acquirend. hęredit. l. qui in aliena. § interdum. ff. de interdictis & releg. l. eum qui. ff. de inof. testamen. l. pater filium. Sinautem ista filia fuerit præmortua patri suo, tunc cùm statutum non loquatur de nepote. & tractatur de odio vera determinatio eius videtur, quòd nepos non excludatur, & si hoc est, sequitur, quod in alio membro. quod alias dixi scilicet, quod nepos contineatur appellatione filij ex propria significatione verborum, non attendimus distinctio
48 nem † fauoris, & odii, vt l. prospexit. ff. qui & à quibus. nisi dicas, quòd ipse pōderat distinctionem sexus, & non gradus. Item etiam rationem statuti, quæ est ꝓ filia est dotata, quæ ratio cessat in nepote de iure, & de facto. Ego dicit Bald. finaliter concludo, quod aut filia simpliciter excluditur, & tunc nepos ex ea excluditur, aut non excluditur simpliciter, sed quia dotata, & tunc aut superuixit patri nepos excluditur, aut prædecessit, & tunc nepos, non excluditur per iura superius allegata. Sed pone, quod frater non vult excludere sororem, sed eam secum admittere ad succedendum, & renunciare beneficio statuti, creditores vero volunt eum conuenire tanquam hæredem insolidium quęritur quid iuris, & contra filium facit, quia non potest iudicium
49 † legis diuidere, sicut, nec iudicium testatoris.

In

In contrarium facit, quod res de facili redit ad ius commune. ff. de pact. l. si vnus. §. quod in specie. & hoc credo. dicit Baldus, verius quia iuri municipali pro se introducto potest renunciari. argu. instit. de hæredũ quali. & diffe. §. sed his permittit prætor & an statutum, quòd vult, qd̃ frater excludat sororem intelligitur de tali fratræ, qui non succedat, & dic, quòd non. ff. ad Trebella. l. 2. §. si bonorum. & ibi per Dyn. quia paria sunt non extarè, vel extare, & non succedere, vt ff. de bonis liber. l. sed & si ex modica. §. si filius. vtputa, quia est frater minor, qui de iure non potest succedere, & qui non admittitur ad partem, non facit partem alij vt ff. de contrabul. l. si post mortem. §. liberi. & ad hoc facit, quòd not. ff. ad Trebellia. l. ex facto. §. fin. & not. per Bartolum. in l. j. in fin ff. de contrabul. argumento contra ff. de lega. 1. l. filius. §. cum quis. tenendo primam opinio. glossa. ibi positam. quam tenent Dyn. Baldus. autem in l. venia. ff. de in ius vocand. sic dicit, aut statuta. quæ excludunt fœminas, & deferunt hæreditatem masculis, dicuntur odiosa, vel fauorabilia? & videtur, quòd dicantur odiosa, nam irrationabilis fauor † dicitur odium, vt l. maximum vitium. C. de liberis præteritis. exhæredatio liberorum est odium, vt ff. de libe. & posthumis. l. eum ff. de verbor. obligationibus. l. quidam cùm filium. Istæ ergo fœminæ, quæ malè tractantur per statuta, dicuntur quodammodo exhæredari, vt ff. de hæred. institi. qui volebat. ergo apparet manifestè, quòd statutum est odiosum.

In contrarium, ꝙ sit fauorabile: quia est factum in fauorem agnatorum, & causa conseruandę dignitatis familiarium. ff. de vẽ. inspi. l. j. §. si seruus. sed hoc est qd fauorabile.

Præterea ratio legis est illa, ex qua apparet, an statutum sit fauorabile, an odiosum, vt ff. de condi. indebit. l. qui exceptionem, sed ratio statuti, non est odium mulierum, quia vbi non essent masculi, non excluduntur, sed est fauor masculorum, ergo statutum est fauorabile. Ad idem quia statutum pœnale, quia tutor non contrahat cum puella, dicitur fauorabile, & extendendum, vt ff. de ritu. nup. l. libertum. §. senatus. ergo ita est hic, Quarto probatur, quia hanc partem aperte tenet Iac. de Are. & Cyn. in l. publico. C. ad Velle. Sol. gl. in l. venia. C. de in ius voc. dirimit quæstionem, nam ex parte succedentis est fauor, ex parte mulieris quæ repellitur, est odium. Ex hoc sequitur, ꝙ ex parte succedentis verba latè interpretantur, vnde si statutum dicit ꝙ filius excludat fœminas, idem in nepote ex filio præmortuo. ff. de verb. sig. l. liberorum. de hære. instit. l. Lucius. sed quia ex parte mulieris est odium, si statutum dicit, ꝙ filia succedat, sed neptis ex filio, quia representat patrem, qui succedebat, neptis autem ex filia nõ succederet, quia repræsentat personam, quæ excludebatur, quia non debet plus concedi nepti quàm filio quia ratio statuti hoc non patitur, vt C. de bonis mat. l. si viua matre. verficul. nam licet. & ita intelligo quod no. Iaco. Bru. & Cy. in l. 1. quæ sit longa consuetudo.

## SVMMARIVM.

1 *Legi prohibenti aliquid in fauorem renunciatio vtrum non possit renunciari.*
2 *Rei debendi vtrum plures possint constitui.*
3 *Fideiussores, & pignora pari tramite incedunt.*
4 *Calori iuuentutis est occurrendum.*
5 *Matrimonio soluto potest dari fideiussor pro dote seruanda.*
6 *Prohibitio legis cum dirigitur ad personam, tunc contrafaciens peccat.*
7 *Coniuges debent esse unius cordis.*
8 *Occasio perfidiæ quando detur inter coniuges.*
9 *Contractus iuramento firmatur.*
10 *Fideiussio facta contra titulum firmatur iuramento.*
11 *Prohibitio quando concernit fauorem personæ prohibitæ, dicitur magis consilium quam præceptum.*
12 *Mulier obligatur naturaliter, & ciuiliter.*

Leges



13 *Leges diuinæ, & humanę prohibent unicui que quòd non recipiat usuras.*
14 *Vxor constante matrimonio utrum possit exigere à marito fideiussores dotis restituendę.*
15 *Vxor utrum possit exigere pignus.*
16 *Duo rei debendi pro recuperanda dote utrũ debeant constitui.*
17 *Pater obligatur pro dote filij modò sit ipsius filij fideiussor.*
18 *Diuersitatis ratio exigi non potest inter fideiussorem dotis restituendæ, & fideiussorem dotis conseruandæ.*
19 *Antecedens si prohibetur. prohibetur, & cõsequens.*
20 *Prohibitum, quod est una uia an debeat per aliam intelligi concessum.*
21 *Necessaria restitutio rei restituendæ conseruationem præsumit.*
22 *Prohibitum cùm quid est uidetur omne id prohiberi, per quod peruenitur ad illud.*
23 *Iura non obstant in contrarium allegaca, cum sint correcta.*
24 *Vnus ex reis uidetur pro alio fideiubere.*
25 *Duo rei adinuicem coniuncti utrum possint constitui. sed ut sint penitus extranei.*
26 *Datione ex spõtanea nõ innascitur cã pfidię.*
27 *Dos, & tutela æquiparantur.*
28 *Dos est repetibilis si pater non habeat donationem ratam.*
29 *Bona uenientia in donationem propter nuptias, dicuntur hypothecata pro restitutione dotis uxoris.*
30 *Mulier nulla sibi uult nubere, si non sit cauta de dote reddendà.*
31 *Pater aliquando cogitur consentire filio, nõ tamen se obligat:*
32 *Tutor quamuis proplena inquisitione datus à iudice minore teneatur satisdare, tamẽ cũ inquisitione datus à maiore nõ tenetur.*
33 *Tutor à quocunque datus, utrum debeat satisdare.*
34 *Pater tanquam administrator habetur.*
35 *Pater dimidiam partem bonorum aduentitiorum potest consequi.*
36 *Emancipatio, & mors in materia dotis æquiparantur.*
37 *Patre mortuo dos integra debet percipi per filium hæredem.*
38 *Vxor nõ separetur à viri cohabitatione.*
39 *Dos ex quo est aduentitij peculij, omnimoda administratio sit penes patrem.*
40 *Pater pro se, filio, uxore, atque liberis alimenta præstat.*
41 *Habitationis ad idẽtitas ad inducendum ne cessitatem præstandi alimenti non est necessaria.*
42 *Socer potest obijcere de præsenti iussu compensationem.*
43 *Pecunia redacta de re dotali dotalis est.*
44 *Mulierum genus est auarissimum, præcipuè in uirum in quem donatio est prohibita.*
45 *In uniuersalibus precium succedit loco rei, etiam si non exprimatur.*
46 *Dos augetur accessionibus; quod non fieret, si esset iudicium particulare.*
47 *Pater pro suo filio utrum dotarium recipere compellatur.*
48 *Pater non compellitur consentire filio eloẽto ad officium.*
49 *Contractus dotis de sui naturæ non requirit obligationem fideiussoris.*
50 *Consuetudinis ubi uariæ sunt, recurrendum est ad ius commune.*
51 *Consuetudines si sint uarię, standum est ultimę legitimè præscriptæ.*

Vpere est vt videamus an aliquibus particularibus legibus, & casibus possit renunciari. Et primò videamus an possit renunciari rubricæ sub titulo, ne fideiussores dotium dentur: super quo Bald. in l. siue ex iure. C. ne fideiussores dotium dentur dicit, quòd gloss. j. in dicta l. siue ex iure. quæ non est alibi, dicit, quòd legi prohibenti † aliquid in fauorem renũciantis non potest renunciari, ratio quia
1 præcepto legis non potest contrariari, imò contrafaciens morte debet puniri, tanquam inobediens suo principi, vt in c. 2. ext. de maio. & obe. & in c. nõ est obligatorium. de re. iuris. in 6. & l. defertorẽ. §. in libello. ff. de re militari. Sed quando lex, non procedit prohibendo, & sic præcipiendo, bene potest renunciari iuri p se introducto, vt C. de epi. & cle. l. si q̃s in conscribendo, & tenet ibi decisiuè Bal. ꝙ pro dote dãda mulier põt dare fideiussorẽ viro, & ita seruat cõsuetudo. Casus est in l.

in l.cum dotis.ff.de iure do. eodem modo pro donatione propter nuptias danda mulieri, fideiussor dari potest. Ita tenet Innocen.in cap.per vestras.de donatio.inter vir & uxor.& bene.Item teneas decisiuè, quod maritus non potest dare fideiussorem pro dote conseruanda secũdùm omnes,& generaretur inter eos causa perfidiæ.

Sed an pro dote restituenda? sunt opiniones,Accur.& Azo.tenent, quòd non datur fideiussor, & ita tenuit Innoc.in allegato c. per tuas. quia eadem est ratio generãdæ perfidiæ inter eos Et quia l.2. C.ne fideiuſ.do dẽtur.ampliat l.1. quę loquitur solùm de dote conseruanda, hanc partem tenuit etiam Bart.& bene secundùm Bald. Contrarium tenuit Dyn. ꝙ imò pro dote restituenda potest dari fideiussor,& eum sequitur Cy.in d.l.1.motus principaliter illa ratione,quia possunt
2 † constitui plures rei debendi. Text. est notin l.fin.C.de dote cau.non numerata: ergo eodem modo potest dari fideiussor, cum plures rei debẽdi videantur insimul fideiubere.ff.ad Velle.l.vir vxori. secũdo responso.quòd propriè fide iubet, & nullus se obligat vt accessor:imò quilibet,vt principalis,& tanquam dotem recipiens, & ita seruat consuetudo: quia plures in instrumento confitentur se recepisse dotem, & promittunt eam restituere, & ita facias tu conficere instrumentum, dicit Bald.In tali casu potest sustentari opinio Dyn.vt teneat fideiussio illorum,qui tenentur se obligare ad restitutionem dotis. Exemplum, si filius dotem recipiat, & pater promittit eam restituere,tenet fideiussio, quia per hoc nulla generatur causa perfidiæ,cùm de iure pater,& auus essent astricti, & ita loquitur.l. fin.C.de dote cauta non numerata,quia fideiusso-
3 res, † & pignora, paribus passibus ambulant:sed maritus pro dote restituenda,ex presse potest obligare aliqua bona sua,& non extranei: ergo & eodem modo obligari fideiussores.Bartol.autem in l.generali.C.ne fideiuſſ. dotium dentur, sic dicit: Quero an huic legi renunciari possint? gloſſ. ita dicit, quòd non: quia istis legibus præcipientibus renunciari non potest: & hoc est, dicit ibi Bartol. quod dicebam tibi in authentic. sacramenta. quia quando statutum dicit, quòd minor non posset contrahere sine consensu duorum propinquorum, seu consanguineorum, etiam si iuret ipse contrariũ, quòd tale iuramentum nil proficit, & dicit idem Bartol. in dicta authen. sacramenta.

Aduerte, quia hæc authen. loquitur solùm, quando contractus est inualidus ratione ætatis: nam iuramentum facit eum videri maiorem per dictam authen. sacramenta: si ergo alia ratione contractus esset inualidus, iuramentum præstitum a minore simpliciter non validaret illum contractum, nisi vltra adiceretur, quia iurauit non contrauenire ratione minoris ætatis, vel alia quacunque causa, nam ex eo,quòd iurat non contrauenire ratione minoris ætatis, habetur pro maiore,& habetur perinde ac si maior iuraret. vnde in casibus, in quibus iuramentum maioris non confirmaret, nec hoc confirmabitur. Ideo pone de facto per multas ciuitates Italiæ sunt statuta, quæ dicunt, quòd nullus audeat contrahere cum minore sine pręsentia cõsanguineorum, & sub certa pœna: minor contrahit & iurat non contrauenire ratione minoris ætatis, vel alia, vtrum possit uenire contra? Aduocati communiter dicerent quòd non. quia istud statutum potest facere, quòd minor veniat contra iuramentum suum, non enim hoc potest facere Imperator. l.non dubium. C.de legibus. & capitu. cùm contingat. extra de iureiur.

Ego, dicit Bartol. dico contrarium, nam authen. sacramenta,& ca.cùm contingat, loquuntur quando actus est prohibitus fauore iurantis: meritò iurando tollitur eius fauor. Non enim prohibetur aliquis emere à minore, nec minor prohibetur vendere à lege: sed dicit ꝙ non valet, si facit, vnde lex non assistit huic venditioni, nec prohibet personam contrahere: sed si aliquis facit contra præceptum legis: peccat mortaliter, ex-





extra de maio.& obe.ca.qui non obedierit.& alibi dicit Pau.Omnis anima subdita sit principi. & infra sequitur, & qui voluntati eius resistit, voluntati Dei resistit,& damnationem sibi acquirit.Cùm ergo superior,populus, vel princeps hoc præcipiat,si quis contrafaciat,peccat mortaliter, sed iuramentum interpositum super peccato mortali, non est obligatorum,vt in capitu. 2.de pact.lib.6.& capitu.non est obligatorium.de regu.iur.in sesto.ergo manifestè concluditur, quòd tale iuramentum non obligat. & ideo verba statuti sunt diligenter inspicienda, vtrum prohibeant contractum valere, vel personam contrahere, quod tenemenţi.

Cyn.autem in dicta l.siue. sic dicit, quæritur an huic legi posset renunciari, dicit gloſſ.quòd non. Iacob.de Are.credit, quòd per scientes potest fieri contra hãc legem ergo:& ei renunciari, ꝙ si tu bene respicis.l.istam,& l. sequentẽ, tollunt leges, & consuetudines,quæ maritum cogebant satisdare, sed spontaneas satisdationes, non prohibent.plus enim dicit dictus Iacob.quòd ex causa iusta, veluti si maritus calore iuuentutis dotes dissiparet,possunt dari fideiussores, pro
4 dote seruãda,quia clariori iuuentutis † occurendum est. C.de bonis, quæ liberis.l. fina.§.filius. Salicet.in l.prima C.ne fideiusso.dotium dentur.sic dicit, Quæro octauò an huic titulo possit renunciare, & arguit pro gloſſ.quòd sic, per regulam l.quis in conscribendo. de pactis. postea determinat oppositum primò. per regulam, quæ est prohibitoria, à qua licet argui.ff.si certum petatur.l.prima, & quia prohibitoriis non renunciatur,vt in exemplis ipsius gl.quod not.quia ex hoc habes,quòd pręcepto legis non potest renunciari.

Et ita communiter pertranseunt docto.præterquàm Iacob.de Rauenna.qui dicit, quòd sponte potest renunciari, & quia si maritus iuuentutis calore ductus dissiparet dotem possent dari fideiussores pro dote conseruanda, quia calori iuuenili est occurrendum. C.de bonis, quæ liberis l.fina.§.filius autem.sed trusfa est,quia huiusmodi calori aliter est prouisum per l.vbi autem. C. de iure dotium. & authentica, quod locum.C.de collationibus. dominus Raphael Cuma. in l.si constante.§.quoties.ff.soluto matri
5 mo.sic dicit, videlicet quòd † matrimonio soluto potest dari fideiussor pro dote restituenda, vt in allegato.§.quoties.idẽ & in matrimonio constante propter inopiam mariti,vt possit dari,vel debeat; si mulier malit,vt in c.per vestras.de donationibus,inter virum, & vxorem.& Barto.in allegato.§.vbi non est inopia,potest dari fideiussor,puta pater, argumento.l. si cùm dotem. §.transgrediamur.ff.soluto matrimonio. Item possunt constitui duo rei debendi,quamuis videantur inuicem fideiubere, vt l.finali. ff.de duobus reis stipulandi licet Bartolus, intelligere videatur aliter, si quæratur, an de dote seruanda possit dari fideiussor,certè nõ, per text.ne fideiuſſ. do.dentur.Si quæratur de fideiussore de dote restituẽda.Dy. dicit,quòd sic,quia videtur conferri fideiussor in tempus habile, communis sententia est, quòd non possunt dari,pignora tamen dari possunt.l. quamuis.ff.de solu. & est communis sententia, & tenenda.

Vnum tamen tentaui, quòd non esset peccatum mortale, quòd nulla lex prohibet dari fideiussores de dote à volente, sed prohibet maritum inuitum ad dandum fideiussores astringi ratione sit causa perfidiæ,si mulier astringat maritum quo causa est perfidiæ,scilicet,quod mulier,quæ commisa personã suã,velit cautionem de rebus.l.hac. C.de pact.conuẽ patet ex hac rubrica,quæ dicit ne fideiussores dotium dentur, & sic tollit necessitatem. Ioan.de Imol.in cap.cum contingat.de iureiuran. dicit, quòd communis videtur esse opin.quòd fideiussores non possint dari pro dote conseruanda. pro hoc facit,qd habetur in l. j. C.ne fideiuſ. dotiũ dentur.Sed an possit dari pro dote restituenda,alij doct.tenuerunt.ꝙ sic.sed gloſſ. in d.l.j.tenuit oppositum. pro quo facit generalitas rubricę, & quæ habentur

bentur in l.2.eo.ti.de quo etiam consue-
uii dici in l.si constante.§.quoties. ff.sol.
mat.vbi etiam per Bart.& tangitur ēt ꝑ
Io.An.in addi.Spec.in tit de dona.inter
virum,& vxo. §.2.ver.illud quoque pre
supposito.ergo pro modo, ꝙ prohibean
tur fideiussores dari ꝑ ipsa dote restituē
da,dubium est,an si se obligent sine iura
mento, an tunc obligentur? videtur, ꝙ
non,quia videntur dari lege prohibēte.
& sic vr,ꝙ non valeat,qd agitur.l.nō du
biū. c.de legi.nec ēt vr posse renunciari
dispositioni dictę. l.j.& 2.quia prohibi-
tio prēcedit, vt ex ipsa rubrica patet, à
qua licitū est arguere ꝑ id, qd hr,& not.
in l.fin.C.de eo ꝑ quem factum est.& ēt
in proœmio 6.lib.& ideo vr,ꝙ non pos-
sit renunciari, sicut contingit in casu.l.j.
vt non liceat maritis Christianū Iudeis
vendicare,& etiam in l. 2.eo.titu.& ff.ne
quid in loco publi.& quia prohibitio vi-
detur dirigi ad personam, ideo videtur,
ꝙ non valeat actus,& istud cōmuniter te
netur,quādo non interuenit iurm,aliqui
dixerunt contradicentes,ꝙ d.l.j.& 2.ꝑ-
hibent quem cogi ad dandū fideiussores,
sed nō prohibēt spōte dare volētes,vt tā
git Cy.in d.l.j.tn cōis opinio est, ꝙ etiā
sponte dari non posit fideiussor, nec ēt
consequenter dictis iuribus renunciari.

Sed dubium est, quando interuenit iu
ramentū.Bar.videtur velle,ꝙ non firme
tur obligatio iuramento,per ea,quę ip se
tangit in l.si quis pro eo.in tertio,& quin
to membro,vbi dicit,quòd quando pro-
6 hibitio † legis dirigitur ad personā, tunc
cōtrafaciens peccat tanquā non obediēs
iusto prēcepto superioris,Facit quod no.
in c.2.de maiori.& obe.& ideo videtur,
ꝙ non firmet iuramēto.do. Ant.de But.
in c.cùm contingat.de iureiur. tenet idē
non tamen per rationem Bartol.quia illa
non simpliciter si qi placet,sed ex eo, se-
cundùm eū.Idē prohibet dicta obligatio
qa per illam surgit, seu surgere pōt diffi-
dētia,& nō confidentia inter cōiuges,q̄ si
bi inuicē cōmittūt personas, & prēcipuè
ipsa mulier cōmittit personā, & dotē,vt
l.hac lege.C.de pact.cōuē.& sic debēt es
7 se † vnius cordis, ideo dicta promissio
vr esse quodā modo cotura bonos mores
& ꝑ consequens non vr validari ꝑ iura-
mentū,qd habet in c.nō est obligatoriū.
de regu.iur.videt.n.ꝙ mulier exigendo
fideiussores a viro nō cōfidit de eo, & sic
8 videtur dare perfidiæ † occasione tunc in
ter cōiuges,facit,quod habet in d.l.2. C.
ne fideiuſ.do.dentur. & in l.j.eo.ti.& l.re
prehendenda. C.de insti.& subst.& Bar.
in l.si cōstante.§.quoties.ff.solu.matrim.
tenuit opinionē gl.quam tenuit gl.in d.
l.j.videlicet, ꝙ non posit dari etiā pro
dote restituenda,per dictā l.2.quæ gene-
raliter loquitur, & ampliare videtur dic-
tam l.j.per id , quod habetur in rubro,
quod etiam indistinctè loquitur.

Sed aduertè in quātū Bar.& do. Ant.
voluerunt, ꝙ non posint dare fideiusso-
res,ēt cū iuramento,videtur posse dici cō
trarium ex eo,qa hęc lex prohibet cōtra
ctū, tn si iuramentum pōt seruari sine in
teritu salutis ęternæ, videt ꝙ sit seruan-
dū,per ea, quę habentur in d.c.cū cōtin-
gat.& auth.sacramenta. C.si aduer.ven.
In quibus patet, ꝙ licet prohibeat alie-
nationē rei dotalis ēt cōsentiente mulie-
re, vt l.vnica. §.cū lex.C.de rei vxo.act.
facit,qd hnr i l.lex Iulia. ff.de fundo do
tali.tn si alienetur proprio cū iuramento
ipsius mulieris iurantis nō cōtrauenire,
licet de iure ciuili nō valeret, vt allegato
c.cum cōtingat.& no.in d.§.& cum lex.
per gl.de iure canonico,quod in hac ma
teria seruari debet iuxta id, qd habet in
c.2.de iureiuran.in 6.tenetur obseruare
9 sacramentū,& firmatus † cōtractus iura
mēto,vt superius est dictū,vt no.Fede.de
Se.in suo consi. 182.circa fin.& similiter
videmus, ꝙ licēt lex prohibeat alienari
res minoris immobiles, & ēt mobiles, q̄
seruando seruari pnt. l.j.ff.de rebus co-
rū.& l.lex q̄ tutores.C.de admi.tut.& l.
non pōt.C.de prædiis minorū.tn si mi-
nor alienet cū iuramento,tenet iuramē-
tū,& contractus,vt no.in d.auth.sacramē
ta.& sic etiam videtur eidē, & eadē ratio
ne.Idem dicendū in casu proposito. facit
quod habet in c.quāuis.de pac.li.6.Nec
obstare videntur allegata in cōtrarium..
& pone non obstat ratio Bart.quæ vult,
quòd



ꝙ vbi lex prohibet partes contrahere, ꝙ
si fiat cōtra,tunc contrahens peccat mor-
taliter, & per cōsequens non obligat per
iuramentum,ꝙ ista ratio non est simpli-
citer vera,nec ipsam tenuit dominus An
to.de But.in dicto c.cùm contingat. Itē
non obstat,ꝙ videatur esse contra bonos
mores:quia hoc nō dicitur in d.c. 1. & 2.
Itē non obstat, ꝙ videatur dari occasio
malignādi,& perfidiæ inter cōiuges, vt vi
detur probare in d.l.1. quia non dicitur,
ibi ꝙ directò, & semper detur, occasio,
sed est casualiter contingens,ideo nō ha-
bet impedire virtutem iuramenti, per ea
quæ no.glo.in c. si verò.de iureiurando.

Ex prædictis tn nota,ꝙ vbi lex ꝑcedit
prohibēdo,videtur,ꝙ nō posit renuncia
ri sine iuramēto, & illud satis videtur vel
le gl.in d.l.2.ne fideiuſ.do.dentur, & etiā
Bar.in l.Modestinus.ff.de dona.& l.si qs
ꝑ eo.ff.de fideiuſ.& Io.An.in addi. Spe.
in ti.de instrumentorū edi.& §.porrò. cir
ca fi.& ēt idē Bar.in l. de his. ff.de trāsac.
facit quod no.Bal.in l.illud. ca. de sacro-
sanc.eccle. Sed vbi interuenit iuramentū
tunc est magis dubium,per ea quæ dixit.
tn Ioā.An.in addi.proximè allega.super
d.§.porrò.videtur tenere in simili , quod
supra dixit,videlicet ꝙ licet non posit re
nunciari lege prohibente sine iuramēto,
tn renunciari posset cū iuramento dūmo
do nō sit extortum per torturā aut metū.
Pau.aūt de Ca.in auth.sacramenta. in re
petitione.C.si aduersus vēdi.dicit ꝙ Bar.
infert in l.si quis. de fideiuſ. ff. & l. is cui
bonis.ff.de verb. oblig. ꝙ fideiussio facta
contra titulum.C.ne fideiuſ. do.dentur.
non firmatur iuramento: quia prohibitio
illius tituli dirigitur in personam & eodē
modo,nec contractus illius , cui bonis est
interdictū, & eadem ratione nec contra-
ctus factus cū incapace: quia illo prohibi-
tus est accipere,vt ipse not. in l.cùm quis
decedens.§.Titia.ff.de lega. 3. sed secun-
10 dùm Pau.Bar.non bene dicit,† quia fide
iussio facta contra titulum . C.ne fideiuſ.
do.dentur. firmatur iuramento : quia ibi
prohibitio dirigitur in dātem fideiussorē
& fortè etiam,in recipiētem, cuius causa
potiusquàm dantis fit illa prohibitio, nō
tamen dirigitur in psum fideiussorē: vn-
de quis deiubendo, non facit contra pro-
hibitionem,& sic non peccat,igitur tene-
tur seruare iuramentum.

11 Præterea quando † prohibitio,concer
nit fauorē personæ prohibitę dicitur ma-
gis consilium,quàm præceptum,vt l.2.ff.
12 mandati, & hæc est ratio quia † mulier
obligatur naturaliter & ciuiliter,licet con
tra prohibitionem, & dispositionem sena
tusconsulti promisit,vt l.si mulier.in fi.ff.
ad Velleia.quod non esset, si concerneret
fauorem alterius,quàm ipsius prohiben-
tis.l.cùm lex.ff.de fideiuſ. & l.si nō fortè.
ff.de condi.indebi. quia non dicitur factū
contra legis prēceptum,sed contra consi-
lium,& sic non peccat , sic & ille,qui non
sequitur consilium Euangelij dicētis: Va
de & vende omnia quæ habes, & da pau-
peribus.

Prēterea posito,ꝙ Bar.dixerit verum,
quòd si prohibitio fit in personam iuran
tis indistinctè peccet, & non sit seruandū
iuramentum , etiam cùm concernet eius
fauorem duntaxat:tamen inquantum vi
detur velle, ꝙ idem sit, cùm dirigitur in
personam recipientis iuramentū, non be
ne dicit,per c.debitores. de iureiurando .
13 Nam † leges diuinæ, & humanæ prohi-
bent vnicuique,quòd nō recipiat vsuras,
& per consequens nec aliquam obligatio
nem pro usuris,vt arg. l.oratio. ff.de spō.
& tamen si quis iurauerit soluere, coge-
tur soluere, quia ipse non est prohibitus
promittere vel iurare . licet aliter sit pro-
hibitus recipere, & promittendo ac iu-
rando non peccat,nec etiam soluendo,li-
cet recipiens peccet &c. Ludo. in l.si con
stante.in princip. ff solu. matri. sic dicit,
ꝙ pleniori inuestigatione est primo inue
14 stigandum an posit vxor † constāte ma
trimonio a marito exigere fideiussores
15 dotis restituēdæ.Secundò † an posit exi
gere pignus . Tertiò an posint pro recu-
16 perāda † dote cōstitui duo rei debendi .
Quartò quid in extraneo, nunquid à pri
morum duorum alterum cōpellere pos-
sit maritum.

Circa primum dic,quod post gl.C.ne
fideiu.do.denē fuit opi.Dy.i d.§.quoties.
quam

quam sequitur Ioann. And. in Addi. Spe. in tit. de dona. inter vir. & vxo. §. nunc. n additione incipiente. Re assum t verba, & formam, &c. cum tribus, sequentibus, quòd sic primò per l. fina. C. de dote cau. nõ numerata vbi patet, quòd pro dote restituenda possunt interuenire duo rei, & tamen constat, quòd vnus videtur pro altero, fideiubere; vt plenè traditur in l. vir vxor. ff ad Velle. sed ad illum responde, vt infrà in examinatione tertiæ quæstionis patebit. Secundò per l. si cùm dotem. in §. transgrediamur. ff. soluto matrimo-
17 nio, vbi patet † patrem obligari pro dote filij, & tamen in hoc casu non est, nisi sit ipsius filij fideiussor. Ad hoc ff. de verbo. obli. l. cùm filius. & l. j. C. de decu. libr. x. & l. libertus. §. j. ff. ad munici. Tertiò, qa dari potest matrimonio soluto pro dote restituenda: vt l. si constante §. quoties. ff. soluto matrimonio. ergo, & eodem constante in casu restituẽdæ dotis soluto matrimonio. quoniam paria sunt, quid fieri in tempore permisso, vel prohibito, & in tempus permissum conferri, vt l. in tempus. ff. de hære. institu.

Secunda fuit opin. Bar. in d. §. quoties. dicentis contrarium. Primò quia non vi-
18 detur ratio diuersitatis † inter fideiussorem dotis restituẽdæ, & fideiussorem dotis conseruandę, non potest exigi, vt d. l. j. C. ne fideiuss. do. dentur. ergo nec fideiussor restituendæ, ꝙ non sit diuersitas, patet, quia conseruatio non tendit ad aliud, quàm ad facultatem dotis restituendæ inducendam. Secundò, quia dicta lex secũda veniẽs ampliatiuè ad legem primam, vt in litera eius patet, si non intelligeretur prohibere fideiussorem dotis restituẽdæ, nihil ad primam adderet contra. §. quibus. cum simili. C. de nouo. Codice compo. Bald. & Ange. in d. l. si constante. & plenius in d. §. quoties. sequuntur opi. Dyn. Primò, quia non est verum, quod dicit Bar. quòd eadem ratio videatur in fideiussorem dotis restituendę, & dotis cõseruandæ, quia in fideiussore dotis restituendæ inest conditio, si matrimonium dissoluatur, vt patet in l. 2. ff. solut. matrimo. fideiusioni autem de ea conseruanda non, quia illa refertur etiam ad tempus constantis matrimonii, vnde tanquã inducens perfidiam inter coniuges matrimonio constante reprobatur, vt patet ex ratione dictæ l. 2. in fi. quæ ratio cessat in fideiusione dotis restituendæ. Secundò, quia malè dicit Bar. in d. l. 2. si non intelligeretur prout ipse dicit, nihil adderet ad primam, quia lex prima solùm reprobat legem municipalem, vel consuetudinariam arctantem maritum ad præstandũ fideiussorem dotis restituendæ. Lex secũda, ponit rationem prohibitionis subijciens, quòd nedum fideiusio præstatur, sed nec nulla satisdatio.

Tu adde, quia quamuis pro opi. Bart. faciat ea ratio, quia ex quo prohibetur fideiusio dotis conseruãdæ videtur prohiberi etiam eiusdem restituendæ, quia si
19 † prohibetur antecedens, prohiberi videtur necessarium cõsequens, vt ff. de pact. l. quod dictum. cum simi. Itẽ, & quia qd
20 † vna via est prohibitum, non debet per aliam intelligi concessum, vt in regula iuris, cùm quid vna via libro. 6. & est prohibitum præstari fideiussorem doti seruandæ erga deuenitur, ad hoc debet intelligi præstari fideiussorem restituendę,
21 cùm necessaria † restitutio rei restituendæ, conseruationem præsumat. Tertiò, quia ratio dictæ legis secundæ prohibentis præstari fideiussorem dotis seruandæ, quæ ita formaliter dicit, si enim credendam sese, suamque dotem mulier patri matri existimauerit, quare fideiussor, vel alius intercessor exigitur, vt causa perfidiæ, de matrimonio generetur, &c. locũ etiam hẽt, in fideiusione restituendæ, vt ex se patet, tamen opi. Dyn. tot docto. cõfirmant, ꝙ fortè in practica seruaretur, licet illa Bart. de iuris mente sit verior ꝑ prædicta, & quia ipse ad rationes Dyn. resdondet, ergo ego omitto, & hoc de prima. & pro dicta opi. Bart. videtur doctrina d. l. oratio. ff. de spon. volens, quod cũ
22 † quid prohibetur, videtur omne id prohiberi, per quod peruenitur ad illud, ergo videtur prohiberi fideiussor dotis restituendę, ex quo intuenti ad faciendũ dotis restitutionem peruenirí oportet ad illius obseruationem.



Quo ad secundum quęritur an pręstetur fideiussor, pro dote seruanda, seu restituenda, seu pignorum caucio, uidetur prima fronte, quòd sic, per l. quamuis. aliàs incipit, Callipodius. ff. de solu. l. qd autem. §. si uxor. ff. de donationib. inter uirum. & uxo. In quib. uidetur casus, ꝑ quo etiam facit, quia ex quo fauore dotis à iure est introducta tacita pignoris obligatio: ut l. assiduis. cum simili. meritò non uidetur referre, si ipsa tacita reducatur in expressam: argumen. ff. si certum petatur. l. cum quid. ff. de uerborũ oblig. l. triticum. cum similib.

Contrarium tamen puto per text. d. l. 2. ubi tex. utens signo seu uerbo uniuersali, dicit nullam satisdationem, pro dote à patre mariti posse exigi. ergo sequitur quòd nec pignus: cùm illud satisdationis uerbum adimpleat: ut l. j. §. iubet. C. de collatione bo. cum simili. & hoc maximè uerum credo, quòd ratio d. l. 2. §. fin. quæ ideo prohibet satisdationem exigi, ne causa perfidię in connubio generaretur: ita locum habet: ut ex se patet in pignore sicut in fideiussore. Nec obstant
23 † iura in contrarium allegata: quia illa sunt correcta, per d. l. 2. Nec obstat ratio, quia quamuis à iure, sit fauore dotis introducta tacita hypotheca. tamen multum refert inter eam & tacitam: ut patet, quia quamuis mulier præferatur omnibus habentibus tacitam, ex sua tacita, tamen non alijs habentibus expressam præfertur per solam tacitam: vt concludit glossa. quam communiter sequimur in d. l. assiduis.

Præterea cum mulier, petit hypothecã expressam habens tacitam, est causa maioris perfidiæ generandæ in connubio: quia ex hoc apparet, quòd nondum confidere uelit de persona mariti, sed nec de prouidentia legis inducentis tacitam: unde multomagis militat ratio dictæ l. 2. & hoc de secunda.

Quo ad tertiam in qua quæritur an possint constitui duo rei debendi: dicit idem Ludoui. ubi supra esse sciendum, quòd hoc tetigit Io. Andreę, in dicta additione. & Bartol. hic aliqualiter in dicto §. quoties. communis opinio est, quòd duo rei constitui possunt, si ambo sunt coniunctæ personæ, ut pater, & filius dotem recipiens: quoniam ex hoc non uidetur in connubio perfidię causa generari: secus si sint personæ extraneæ: quia tunc non uidentur posse constitui:
24 cum enim unus † ex reis uidetur ꝑ alio fideiubere: ut plenè traditur in d. l. uir uxori. §. fin. meritò cessat prohibitio d. l. 2. & per hoc dicunt esse casum in d. l. fin. C. de dote cauta. sed certe illa in uerbo, omniq; personæ, &c. probat contrarium: prius premiserat l. de patre se obligante ad dotem cum filia, & postea subiungit de omni persona, quę se cum eadem obligat. & sic uidetur uelle, quòd
25 ne dum possunt duo rei constitui † ad inuicem coniuncti, sed etiam pœnitus extranei.

Tu aduerte: quia primò oportet considerare, an uerum sit, quòd duorum reorum, unus uideatur pro alio fideiubere: in quo adhærendo doctrinæ Bartoli in l. reos. in princip. ff. de duobus reis. ueritas est, quòd unus non uidetur pro alio fideiubere, nisi hoc sit expressum, uel nisi sit aliquis color quæsitus: ut probatur in l. sed & Iulianus. § j. ff. ad Macedonia. si ergo sic est, sequitur quòd duo rei in solidum principaliter obligati possunt constitui. & ita est casus in dicta l. fin. Titulus autem, ne fideiuss. dodentur. loquitur de obligatione secundaria principali accessoria. Sed si quæris, an pars mulieris, posit ad hoc compellere, certè non, quia hic esset color quęsitus, qui fieret ad dispositionem legis prohibentis fideiussorem dari fraudãdo, igitur, &c. & d. l. sed & Iulianus. §. j. & hoc de tertia.

Quo ad quartum dicẽdum est ab extraneo dotante posse satisdationem peti: & uidetur rectè probari in l. j. ff. qui pot. in pigno. habean. Secũdò quia ratio dictę l. 2. prohibentis, quæ est ne perfidia inter coniuges generetur, &c. sed cessat hoc casu cum eo quod competat extraneo non habet generari perfidia inter coniuges.

iuges. & sic succedit generalis regula legis, in omnibus. de iudic. & l. si creditores. ff. de priuilegiis creditorem. cum simi. & hoc est quod tenuit Bartolus in fin. 6. quęstionis secundæ partis principalis in l. si constante. ff. solut. matrimo. argum. l. uniuersa. cum ibi no. C. de precib. Imperat. offe. Et an, si satisdatio sit sponte præstita, teneat: glossa ualde dubitauit in l. 2. C. ne fideiu. do. dentur. ergo uerò dicit Ludoui. dico quòd sic: quia text. in dicta. l. 2. uetat à marito satisdationem exigi., & sic ab inuito extorqueri: ut l. fideicommissa. §. si rem. ff. de leg 3. unde non uetat uoluntariè posse dari: quare succedit text. in l. sed & si quis. §. fin. ff. si quis cau. l. j. ff. ut in possessione legat. l. Grecè §. tutore. ff. de fideiussor. & quod plenè not. in l. si patronus. ff. de donat. ubi patet satisdationem præstitam sponte à sciente se ad iplam non teneri ualidam esse. Secundò per text. dictæ l. quæ prohibet satisdationem, ne generaretur causa perfidiæ inter coniuges, ut pluries dixi:
26 sed ex † spontanea datione non generatur causa perfidiæ: ut ex se patet, igitur, &c. & per hoc puto etiam quòd gloss. d. l. j. quæ semper solet communiter teneri uolens, quòd prohibitioni exigendæ satisdationis inductæ per dictum titulum non possit maritus renunciare, ed falsa: nec est uera regula sua dicens dispositioni legis prohibitiuæ renunciare non posse: quod proqo per euo.

Primò quia tex. non deberet testamẽtum fieri sine filij institutione uel exhæredatione: alias sit nullum: ut l. inter cætera. ff. de liber. & posthum. & tamen si ita sit factum, filius potest legi prohibenti testamentum ualere, per tuum consensum derogare: ut l. filio præterito. ff. de iniusto rupto. Item idem Ludouic. in l. si cùm dotem. §. transgrediamur. ff. sol. matrimo. sic dicit, stat dubitatio pulchra, an cogatur pater pro dote filij se & sua bona obligare: in quo quidem dubio plures sunt opinio.

Prima Cyni dicentis quòd sic, per textum l. final. ad fin. ff. de suspect. tutor. l. si inter tres. §. fi. ff. de excusat. tutor. ubi uidetur expressè patrem posse compelli se obligare pro filiofamilias, qui à iudice tutor datur, ergo pari ratione se poterit obligare pro filio dotem re-
27 cipienti, † cum dos, & tutela æquiparentur: ut patet in l. pro officio. C. de administra. tutor. & l. assiduis. C. qui pot. in pignor. habe. & hanc opinio. sequitur Oldra. per text. quemadmodum. §. j. ff. de iure do. & §. illud. in authen. exactio. instante: unde sumitur authen. dos data. C. de dona. ante. oup.

Secunda fuit opinio. Andr. de Pisis dicentis contrarium ea ratione: quia prohibitum est hodie satisdationem pro dote dari mulieri: ut allegata l. j. & ij. ergo non admittitur interuentus patris ut se obligantis, nec etiam bonorum eius hypotheca, maximè: quia nulla lege cautum reperitur, quòd ipse se obligare cogatur.

Tertia fuit opinio. Bart. quam sequuntur in l. si cùm dotem. §. transgrediamur. allegat. Bald. & Angel. dicentes, quòd aut est consuetudo iuxta dotem datam ab uxore fieri donationem, propter nuptias à patre marit. & tunc non compellitur se, pro dote ulterius obligare, ea ratione, quia ex quo compellitur ipse tũc pro filio tam in potestate, quàm in emancipato constituere donationem propter nuptias, ut l. fi. C. de dotis promissione. & d. §. illud. & l. qui liberos. ff. de ritu nupt. ergo non debet ulterius compelli se cum hypotheca bonorum suorũ obligare, ne aliàs duplici onere grauetur: quod est regulariter inhibitum; ut l. Titia. §. qui inuita. ff. de leg. ij. & l. pen. cum si. ff. de dot. prælega. aut non est consuetudo donationem, propter nuptias à patre maritorum cõstitui. & tũc aut filius uxorem accepit qualitate suæ cõditionis indignam, & tũc non potest compelli se obliare attento, q̃ per hanc causam iure ueteri eisdẽ concedebatur exhæredatio. ut l. iij. §. si emãcipatus. ff. de contratabu. argum. etiam l. si rogatus. in §. matrimonij. ff. de ma. uin. aut accepit dignam. & tũc se obligare cõpellitur, argum. d. l. fi. & dicta l. si quis in tres.



tres. §. Imperator. Tu uerò aduerte, quia text. dicti. §. Imperator. & d. l. fina. non uidentur probare intentionem docto. quoniam illi dicunt, quòd si pater pro filio electo tutore idoneo, ideo cauere non uult, ut eum à tutela eximat attento, quòd ad satisdandum impotens est, à tutela remouetur, tunc iudex una cum filio compellere poterit ad tutelam administrandum.

Not. ergo quòd ideo ibi pater compellitur, quia in fraudem hoc faciebat, quòd se pro filio non obligabat, ergo ubi de fraude non constat, non datur hæc conclusio, nec etiam aliquid uidetur facere tex. in d. l. quemadmodum §. j. quia ibi dicitur quòd si per mulierẽ filio uel seruo data sit dos, & pater ratum nõ habet, mulier repetere potest, unde duplex cadit responsio. Prima, quòd ibi loquatur in uxore prædictis data ab uxore patris uel domini. & secundum hanc iste tex. nihil facit. Secunda quia loquitur in dote data per mulierem patris filio & marito suo, & secundùm hunc intellectum magis uidetur casus contra Dyn. quam pro. quia
28 dicitur, quòd si pater non habet † donationem ratam, dos est repetibilis, unde dicitur uelle, quòd non cogatur habere, & per consequens nec se obligare, si non uult, tex. etiam in d. §. illud. non uidetur dictam opinionem probare, quia, ut dixi, ille loquitur in constitutione donationis propter nuptias, non autem alterius obligationis.

Præterea ratio domini Andr. de Pisis non uidetur urgens, quia possumus dicere primò, quòd quamuis sit prohibitum prestare satisdationem dotis seruandæ, ut in suis iuribus, non tamen satisdationem dotis reddendæ. l. si constante. §. quoties. ubi de hoc plenè. ff. solu. mat. Secundò, quia quamuis sit prohibita prestari satisdatio accessoria ad actionem siue obligationem principalem, tamen non est prohibita obligatio alteris, unà cum marito, coæqualiter obligari, imò permissa, ut l. fi. C. de dote caura.

Preterea & quamuis sit prohibitum dari fideiussorem, non tamen est prohibita pignoris, uel hypothecæ obligatio tãquam magis accedens ad naturam dotis, cui inest hypotheca tacita. & hoc specialiter probatur in l. quamuis. aliàs incipit, Callipodius. ff. de solut. & l. j. in princip. ff. qui po. in pig ha. unde mihi Ludouic. salua semper substantia ueritatis uidetur dicendum sic, quòd aut pater pro filio constituit donationem propter nuptias, & tunc ulterius se obligare unà cum hypotheca omnium bono-
29 rum compellitur. quod probo, quia hæc bona † uenientia in donatione propter nuptias censentur tacitè hypotheca pro restitutione uxoris dotis. text. est in auth. siue à me. C. ad Velleia. & in auth. permissa. C. de don. ante nup. & in auth. donationem. C. de iure dotium.

Et si dicis quomodo competit uxori tacita hypotheca bonorum dictæ donationis, quia cùm sua sint, non possunt sibi intelligi obligata. l. neque pignus. cum simi. ff. de regul. iuris. Respondeo, quòd imò cadit hypotheca in bonis his, ex quo non sunt sua irreuocabiliter, sed reuocabiliter. & hoc probatur in l. ex sextante. §. Latinus. ff. de exceptio. rei iudic. facit l. si quis in bello. §. si quis seruum. ff. de capti. hoc ergo casu non astringitur pater ulteriori obligationis onere, ne cõringat eum dupliciter grauari, ut d. §. qui inuita. cum similibus. aut non est constituta donatio propter nuptias, quia hoc non habet consuetudo, & tunc dico, quòd aut pater non uult se obligare pro dote, ne filius famil. reperiat uxorem, quia fortè
3 † nulla uult sibi nubere, si non est bene cauta de dote reddenda, & tunc dico patrem compellendum. Hoc primò probo per tex. dictę. l. fin de suspect. tutor. & dicti §. Imperator si enim ibi pater pro filio tutore dato se obligare compellitur, cũ pro eo non uult cauere uoluntariè, ut eundem eximat a tetelæ onere in pupilli preiudicium. igitur pari ratione pro dote se obligare compelli potest, cũ uoluntariè non uult, ut filium inhabilem reddat ad uxorem inuenendum.

Secundò hoc apertius demõstro, quia qua ratione pater pro filio de iure compellitur

quemlibet peruenisse, quod videtur dicẽ
dum per l. reos. §. cùm in tabulis. de duo
bus reis. & §. sed cùm duo. l. Vranius. ff.
de fideiusso. & l. si vir vxori. §. fi. ff. ad Vel
leia. An verò teneatur quilibet insolidũ,
quod videtur arg. l. si nõ singuli. C. si cer.
peta. an verò teneatur patre tãtum, quasi
ad eum præsumatur integre dos perue-
nisse per locum a communiter accidenti-
34 bus, cùm videamus vt plurimum † pa-
trem tanquam administratorem recipe-
re. Bal. in d. §. transgrediamur. & l. si con-
stante. in princi. tenet post Dy. opi. primã
per dictum § cùm in tabulis. licet referat
Cyn. cuius opi. dicit lege non probari di-
centem, quòd aut filius est magnus mer-
cator, & qui continuè negociatur & præ-
sumitur integraliter dos ad eum perue-
nisse, aut gubernatur a patre, & præsumi
tur peruenisse ad patrem.

Tu aduerte, quia quantum ad hoc, ad
quem præsumitur peruenisse, veritas est,
q̃ ad quemlibet pro dimidia, vt in d. §.
cùm in tabulis relecta hac Cy. considera
tione, arg. l. pro patre. §. fi. ff. de in rẽ ver-
so. quinimo licet tota peruenisset ad alte-
rum, tamen per quilibet pro dimidia re-
manet obligatus, arg. l. si nõ singuli licet,
si is, qui nihil recipit, conueniretur, im-
plorare posset, vt eius sumptibus actio di
rigatur contra eum, ad quem peruenit
pecunia: ut probatur. ff. cõmodati. l. cùm
quæritur. & l. cùm in plures. §. vestimẽta.
ff. locati. & not. per Bartol. ff. de duobus
reis. l. 2. aliàs l. 3. §. vbi duo. Quid si con-
fiteretur pater, vel mater se dotem filii
percepisse: an huiusmodi confessio indu
cet ut ad quemlibet censeatur peruenisse
pro dimidia, & cõsequenter quilibet pro
eadem obligetur. Bart. in simili quæstio-
ne consulens in suo consilio incipiente,
Punctus quæstionis talis est, domina P.
nupsit &c. cuius tenor infra describitur,
quod refert Bal. in l. 1. C. de duobus reis.
& l. mater. C. de rei vendi. dixit, q̃ sic, po
nendo casum in vxore, & marito confitẽ
tibus ad eos peruenisse rei dotalis vtilita
tem, & argu. d. §. cùm in tabulis. sed male
loquitur quia cõtra casum apertũ in au-
then. si qua mulier. C. ad Velleia. vbi est
expressum, quòd vbi vxor vnà cum viro
in eodem instrumento se obligat vel con
fitetur se recepisse &c. Confessio huius-
modi nunquã ad vxorem pernenisse pro
bat, vnde est opus aliter probare perue-
nisse ad eam. Et per illum tex. ibi opin.
Bar. impugnauit Bal. & rectè.

Sed prius hæc fuit sententia Specu. ex
eodem text. licet ipse non alleget in titu.
de solu. & obli. §. ante omnia. vers. quid si
vir. si tamen ipsa mulier confiteretur in
forma iudicij ad hoc instituti se precium
recepisse, vel in dotis receptione concur-
risse, tunc fortè præiudicaret sibi cõfessio
huiusmodi an instar eius, quod dicimus
cõfessionem, & si quamuis extraiudicia-
liter nõ præiudicaret libertati, vt l. nec si
volens. cum simili. C. de libe. causa tamẽ
in forma iudicii ad hoc instituti facta præ
iudicaret, vt eo. titu. l. interrogatam. &. l.
iubemus. & ita sentit Nico. de Matta. in
d. authen. si qua mulier. quod intelligẹ, cũ
confiteretur hæredibus mariti agẽtibus,
quoniam si confiteretur agente eo, qui
dotem repetit, vel emptore dotalis præ-
dij, confessio facta illis agẽtibus, marito,
seu eius hæredibus non prodest. Ad hoc
optimè l. fin. ff. de interro. actio. Succedit
proximis, dicit Ludo. quarta quotidiana
quẹstio, quam ponit Bal. in d. §. transgre
diamur. & plenius in l. 2. C. fami. erci. an
filius, post suam emancipationem possit
dotem, quam pater recipit, ab eodem pe
tere sibi consignari adeo, q̃ non possit ip
se pater dicere in remunerationem factæ
emancipationis debere gaudere dimi-
dia vsusfructus dotis.

35 Et primò † videtur prima facie dicen
dum partem dimidiam posse cõsequi per
tex. l. cùm oportet. §. cùm autem. C. de
bonis quæ libe. vbi apparet patrem in re-
munerationem libertatis filio præstitam
dimidiam debere habere. vsus fructus bo
norum aduentitiorum, quæ aduenerunt
ante eo existente in potestate. Sed vt
scias quid ex dote filiæ consequatur pa-
ter, casum istum æquiparamus ad alium
disponentem, quid ex peculio aduenti-
tio filii quæratur patri. C. de bonis quẹ li
beris. l. 1.

Contrarium



Contrarium ipse determinat, & mihi
placet his rationibus.

36 Primò, quia † emancipatio, & mors in
materia dotis æquiparantur, vt l. vtrum.
§. videamus. C. de rei vxo. actione. & l. si
cùm pater filiæ nomine. ff. soluto matri-
37 monio. l. si socer. cum similib. sed † patre
mortuo dos integra debet percipi per fi-
lium, quem onera matrimonij sequun-
tur, vt l. si maritus. & l. si filia. §. hoc am-
plius. ff. fami. erciscun.

Secundò, quia emancipatio, & ex hæ-
redatio ẹquiparantur, vt l. 2. ff. quod cũ
eo. sed filio exhẹredato integra dos debe
tur, quasi integra onera matrimonij sen-
tienti. ff. de dote prælega. l. 4. in §. per con
trarium.

Tertiò, quia ius percipiendi vsumfru-
ctum dotis tacitam habet conditionẽ, si
matrimonij onera percipere volens susti
neat, vt l. cùm post. §. in domum. ff. de iu-
re dotium. & l. in insulam. §. vsuras. ff. so-
luto matrimonio, & ideo dicimus, q̃ ibi
dos esse debet, vbi onera matrimonij su-
stinentur. ff. de iure dotium. l. si is Stichũ.
§. ibi dos. ff. pro socio. l. actione. §. fi. cum
l. sequen. vnde consequens est illam cum
integro vsufructu apud filium emancipa
tum esse debere, cum per emancipa-
tionem videatur pater eum posuisse in
libertate alibi marandi, & sic matrimonij
onera sustinendi, ex quo per eadem pa-
ternam familiam exiuisse videtur, vt l.
finali. C. de capi. diminu. & l. capitis di-
minuto. ff. de suis & legitimis. Etiam
non obstat text. in d. §. cùm autem. iux-
ta dictam l. quia. ff. soluto matrimonio.
quia infra respondebitur. Huic autem
conformis est quæstio Auge. in d. § trans
grediamur, an si filius seorsum a patre
habitet, petere possit dotem suæ vxoris
sibi consignari? & breuiter se expediens
tenet, quòd sic per regulam dicti §. ibi
dos.

Tu pro ea quæstione dilucidanda, de-
bes primò cõsiderare an in dote filij fami
lias pater habeat vsumfructum, prout in
peculio aduentitio, in quo Bar. quem mi
ror ab eorũ nemine allegari in dicto §.
transgrediamur. in l. contra nurũ. §. quo-
ties. ff. rerum amotarum. mirabiliter di-
stinguit, aut dos consistit in specie, & tũc
pater vsumfructum non habet, & huius
est ratio secundùm eũ: quia tunc dos nõ
efficitur peculij, vt l. si cùm dotem. §. fin.
ff. soluto matrimonio. & in l. in bonæ fi-
dei. ff. de peculio aut consistit in pecunia,
& tunc vsusfructus est, & ratio huius est:
quia tunc illa efficiebatur olim peculij
profectitij, vt l. dotem filiæ. ff. de castren.
peculio. & l. deposui. ff. de peculio. ho-
die verò efficitur aduentitij, ut dicta
l. prima. C. de bonis quæ liberis. vnde
succedit regula volens, quòd aduentitio-
rum pater lucratur vsumfructum. Tu ad
uerte: quia mirum est quomodo differen
tiam hanc fecerit, quòd lege cautum nõ
reperitur.

Et quid videtur dicendum in quacun-
que re dotis existente vsumfructũ mani-
festissimè fore patris, ex tribus textibus
simul iũctis. Primò ex dicta l. 1. de bonis
quæ liberis, cuius verba formalia sunt
hæc: hoc quoque conuenit obseruari, ut
quicquid, vel vxor marito non emanci-
pato, vel maritus vxori in potestate posi-
tæ quocunque iure vel titulo contulerit,
siue transmiserit hoc patri nullatenus ac-
quiratur, scilicet quo ad proprietatem:
sed quo ad vsumfructum sic. Hoc autem
esse demonstrat primò principium huius
legis, vt ex se patet æquiparantis bonis
obuenientibus filio familias ex linea ma-
terna, quorum proprietas licet nullate-
nus patri quẹratur, tamẽ vsusfructus sic,
vt l. prima. cum similibus. C. de bonis ma
ternis. Secundò clarius demõstratæ tex-
tus legis secundùm eiusdum tituli, cuius
verba formalia sunt hæc, cæterarũ rerũ,
quæ ex substantia speciali coniugis ad su
perstitem deuenerant, quamuis idem in
sacris sit, fructu tamen solo atque vsu pa
rentibus deputato, dominium ei, qui à cõ
iuge, vel quẹ a marito meruit, reseruet:
parente propter emancipationis bene-
ficium, si voluerit, sicut in maternis rebus
vel quæ per eandem lineã veniunt, præ-
mium habituro, quæ vltima verba iun-
cta dictæ l. cùm oportet. §. cùm autem.
videntur continere casum quem suprà

proximè confirmaui post Bald. & quòd hæc l.2.in dote loquatur manifestè probat l. tertia. proximè subsequens, cuius verba sunt hęc, quòd scitis prioribus continetur, nec a filia, quæ in potestate est donationē ante nuptias patri, nec a filio dotem acquiri, eo addito confirmamus &c. verba enim, scitis prioribus, de necessitate, vt vult etiam glossa, ibi referuntur ad præcedentes leges l. prima, & secunda. cuius verba retulimus supra. cùm nullæ aliæ leges priores sunt de hoc loquentes, & sic hæc lex manifeste declarat primam & secundam legem in dotem loqui: & consequenter clarè determinat dotis vsumfructum patri acquiri. vnde in istis videtur apertus casus: quas tamen intelligo, si pater onera matrimonij sustineat, quoniam si non tunc vsusfructus erit penes filium sustinentem onera, per dictum §. ibi dos. cum alijs in proxima quæstione deductis.

Redeundo ergo ad opinio. Ange. accedit sibi secunda Modernorum opinio dicentium eius determinationem procedere, si emancipauit pater filium ab eo seorsum habitantem: quia cùm videatur eum posuisse in libertate alibi morādi, vt supra dixi, & tunc vxor cum eo manere
38 debeat: quia † non debet à viri separari cohabitatione, vt l. cęterū. §. 1. cū sequentibus. ff. de vsu & habi. meritò consequens est, vt dotem dare filio teneatur, qui supportat vxoris secum habitantis onera, & consequenter matrimonij. Sin autē non emancipasset eū, tūc si de patris voluntate seorsum habitet: idem videtur dicendum eadē ratione: sed si absque patris voluntate, tunc certè filio imputetur, quare seorsum habitare vult, nisi fortè aliqua iusta causa simul habitationē impediret: nam sicut ex causa filius potest cogere patrem ad se emancipandum, vt no. Bar. in l. quidam, cum filium. ff. de verb. obli. Itē videtur, quòd ex causa posit compellere patrem, vt patiatur eum de per se habitare, fortè tamen secūdùm eosdem, si filius suspectus fortè de mala administratione sufficeret patrē præbere alimenta, cùm ipse sit, qui obligatus est, ad restitutionem, & sic non debet cogi restituere nisi sibi cautū arg. d. l. 2. §. 1. & l. pater. ff. de dote præleg.

Mihi verò, dicit Ludo. ista videntē sonnia: quia ex quo dos † est aduentitij peculij, vt est expressum in d. l. 1. C. de bonis quæ liberis. iuncta l. quod scitis. cōsequens est, vt eius omni moda administratio sit penes patrē, & ꝑ consequens non posit peti per filiū, quāuis seorsum habitantē, vt l. 1. C. de bonis mater. cæterum filio seorsum habitanti, pater prouidebit de alimēt.s, non solùm pro eo, sed ꝑ vxo
40 re, & liberis, quoniā † pater filio, pro se vxore, atque liberis alimenta præstat, vt patet in l. si quis a liberis § non tantum. iuncta j. glo. ff. de libe. agno. quæ ad hoc allegat dictā l. si filia. §. hoc amplius. nec ea ratione, quòd filius velit seorsum habitare, potest pater, sibi alimenta negare:
41 quoniam ad inducendam † necessitatem pręstationis alimētorum, ex dispositione hominis, non est necessaria habitationis identitas, vt l. libertis libertabusq; meis. §. fin. ff. de alimen. lega. ergo multo minus ex dispositione legis. l. Celsus. de arbitris, quod maximè verū est, si iusta causa sit, quare seorsum habitat, cùm ea stante posit filius adire iudicē, vt patrē compellat ad hoc patiendum, arg. optimum in l. mortis. in prin. ff. de interdictis & releg. ff. de pœnis. l. moris. circa princ. de offic. procura. Cæsa.

Quòd autem filius posit patrem ex iusta causa, ad emancipandum compellere: adde, quòd licet opin. Bart. sequatur Ange. in l. vtrum. ff. de verborum obligatamen glo. instit. quibus modis ius patriæ po. soluitur. firmat contrarium dicens, ꝑ ex illis iustis causis, ex quibus pater potest compellere filiū vt emancipationem recipiat, quæ enumerantur ibi in l. nō potest. ff. de adop. & l. fin. ff. si quis a paren. fuerit ma. & l. nec auus. C. de emancipa. liber. & in auth. quib. mo. na. effi. sui. § generaliter, non potest econuerso filius, cōpellere patrem, quod tamē sit verius, præsentis speculationis non est: quia non pertinet ad materiam.

Præmissis



Præmissis adijcias, quòd si filio emāci
pato iussu nurus soluat pater dotem, con
sequitur liberationem, quoniā & si post
42 modum agat † potest socer obijcere de
præsenti iussu compēsationem, vt l. sanè
ad fi. ff. de iure dotium. per quem tex re
fert ibi Bar. hoc dixisse Mar. Silla. cōsiliū
Bartol. de quo suprà tactum est, Punctus
quæstionis talis est domina P. nupsit A.
& dedit sibi in dotem quendam fundū
inæstimatum, qui A. promisit dictę domi
næ dictam dotem restituere in euentu re
stituendę dotis constante matrimonio,
dicti coniuges in eodem instrumento vē
ditionis, dictum fundum dotalem vendi
derunt, quilibet insolidum, & confessi
fuerunt precium ab emptore recepisse,
& habuisse, solutum est matrimonium
prædictum per mortem dicti A. & dicta
domina P. petit ab hæredibus, siue suc
cessoribus vniuersalibus dicti A. dotem
prædictam, scilicet precium redactum ex
dicta venditione. Quæritur vtrum dicta
domina P. bene dicat, & vtrum totum
precium dicti fundi debeat sibi restitui?
& si non totum, quantum debeat sibi re
stitui, & an per hoc bona viri sint sibi
obligata pro dote?

In quę. ista primò est videndū vtrum
totum preciū videatur peruenisse ad P.
vxorem, ex eo: quia insolidum vendide
runt, & sic insolidum tanquam duo rei
sunt obligati emptori, tamen ipsi inter se
dicunt quandam communionē habere,
& quod ex illo contractu percipitur, ve
nit communicandum, vt not. in l. frater a
fratre. in magna gl. ff. de condictio. inde.
de leg. ij. l. si Titio aut Seio. & de solu. l.
qui hominem. §. 1. & ibi no. Inquantū er
go vir, & vxor perceperunt precium præ
sumendum est eos communiter & æqua
liter præcepisse. Ad quod facit, quod in
perceptione precij non fuit dictum, quòd
in solidum perceperunt, ergo intelligi
tur, quòd quilibet pro parte, vt l.
reos. §. cùm in tabulis. ff. de duobus
reis.

Concluditur ergo, quòd dicta domina solùm medietatem dicti precij quasi ad vtrunque peruenisse præsumitur, repetere potest.

Secundò examinandū est, qua actione dicta medietas pretij posit repeti, & vi-
43 detur, ꝑ actione de dote, quia † pecunia redacta de re dotali dotalis est, vt l. si ex lapidicinis. ff. de iure do.

In contrarium facit gl. l. si ex pecunia. C. de iure do. quę intelligit d. l. si ex lapidicinis, quando hęc agitur, vt dotale efficiatur, & mulieri est vtile, sed hoc nō apparet, quòd sit actum.

Circa hoc dico, ꝑ ex eo, quod est vtile mulieri, & sibi vtile esse asseritur, præsumitur hoc actum esse, vt illud precium ex causa dotis habeatur, quod probo primò per l. fina. C. de iure do. & ibi not. in vlti. glo. dicitur, ꝑ quando est vtile mulieri, sed expresè non dicatur, præsumitur facta permutatio de vna re in aliam, in causam dotis, & hoc etiam probatur, per rationem, nam si hoc præsumeretur, & mulier peteret pecuniā suam esse apud vnum sine aliqua causa saltem essee donatio vsus ipsius pecuniæ, se in muliere non debemus præsumere voluntatem donan
44 di, cùm mulierum † genus auarissimum sit, & maximè in virum, in quem donatio est prohibita, ex nulla autem alia causa non prohibita potest dici esse apud virum, nisi ex causa dotis, ergo est ex illa præsumendum, vt l. pro hærede. §. Papinianus. ff. de acquiren. hæredita.

Præterea illud, quod ex natura rei, vel contra pręsumitur esse actum tacitè, vt l. cū quid. in fi. ff. si cer. pe. sed ex natura dotis, est vt precium succedat loco rei, ergo istud videtur tacitè actum, probo, dos est nomen iuris, & quibusdam vniuersitatis, sicut hæreditas, peculium, & simile, vt ff. de impen. in re. do. factis. l. quod dicitur. in princip. & ibi no. in magna glo. sed in
45 † vniuersalibus precium succedit loco rei etiam si non exprimatur, vt l. si rem. & precium. ff. de petitio. hęredi. & ibi no. & ff. de lega. 2. l. Imperator. §. fin. ergo tacitè videtur actum, cùm hoc sit ex natura rei, vt dos sit quid vniuersale, probatur in l. si marito. §. fi. ff. solu. mat. vbi dicitur,
46 quòd † dos augetur propter accesiones,

nes, quod non esset, si esset iudicium particulare, vt ff. de peti. hæredi. l. si rem.

Præterea. ff. de verbo. signifi. l. Labeo. in gl. super verbo, abest. expressè dicitur, quòd in dotis causa precium succedit loco rei: nec dicit quòd requiratur quòd hoc agatur, nam si hoc esset necesse, nulla specialitas esset in dote, quia ex precij cõuentione in quolibet contractu posset fieri ꝙ vna res loco alterius debeatur. Sed in dicta glo. ponitur casus dotis, tanquam specialis, ergo nõ requiritur, quòd hoc agatur.

Concluditur ergo, ꝙ dictum preciũ, quod peruenit ad virum, petatur actione ex stipulatu ꝑ dote, & sic bona viri sunt obligata, a tempore contractus dotis celebratæ, non à tempore quo dictum precium peruenit ad eum, vt l. 1. ff. qui po. in pig habe. præsertim propter verba contractus suprà relata quę dicunt, quòd promisit dictam dotem restituere, quòd est notandum, dicit enim dotem, non ipsam rem dotalem, sed hęc appellatio dotis, cõtinet ipsum precium, vt dictum est: ergo &c. Bar. Ang. autem in suo cõsilio, quod incipit, Quidam furtum cõmisit suasio-
47 ne vxoris, sic dicit: Quero an pater † pro suo filio dotarium recipere compellatur? & videtur, quod non: quia nemo inuitus &c. vt l. sicut. C. de actio. & obligatio.

In cõtrarium, quòd sic, quia si tenetur ad id, quod est maius, scilicet dotem vel donationem propter nuptias constituere de suo, vt l. ex morte. C. de dotis promis. & l. qui liberos. ff. de ritu nuptia. multomagis tenebitur ad se obligandum, & recipiendum, dotem, vt est casus in l. si quis. inter tres. §. Imperator. ff. de excusa. tuto. quem. §. quidam libri non habẽt. & ita no. Dy. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ego credo, quòd non compellatur, per illud argumentum, quod facit Dy. nam si non cõpellitur ad id, quod est maius, id est, maior vtilitas: multominus ad id, quod est minus. sed video, quòd pa
48 ter † non cõpellitur consentire filio electo ad officium quod est publicũ authoritate & vtilitate, vt l. 2. ff. ad municipales, ergo multominus compellitur ad recipiendum dotem, cum ibi tanta non versetur vtilitas.

49 Præterea cõtractus † dotis, de sui natura, non requirit obligationem fideiussoris, vt l. cùm filia. ff. de verb. obl. sed hoc casu pater esset fideiussor filij, vt l. cùm filius. ff. de verb. obliga. Non obstat argu. Dyn. quia sequitur, dotem compellitur constituere, ergo & dotem recipere, nam si cõpellitur pro filia dotẽ dare, similiter pro filio donationẽ propter nuptias, sed & si dotẽ compelleretur pro filio recipere, astringeretur plus pro filio, s. donationem constituere, & dotem recipere, quàm pro filia: cùm solummodo habet dotem constituere, sed hoc est absurdũ: nam qui enim tale diceret &c. vt l. maximũ vitium. C. de libe. præte. Non obstat §. Imperator. quia ibi est speciale in fraudem ipsius patris, vt ibi expressè dicit Angel.

Ludo. autem in l. soluto. in princi. ff. solu. matr. sic dicit. Item inquantum quęrit Bart. qualiter promitti debeat restitutio dotis, per maritum vxori, & concludit, ꝙ secũdùm formam iuris cõmunis promitti debet, secundùm l. si filio. §. maritũ. ff. solu. matri. & l. in rebus. ff. de iure dotiũ. & l. cùm quærebatur. ff. de verbo. signifi. & l. si quis stipuletur. vbi autem disponeret super hoc, consuetudo illa seruari debet, argumen. l. quòd si nolit. §. qui assi dua. ff. de ædil edic. & l. si prius. §. placuit.
50 ff. de aqua plu. arcen. vbi aũt † consuetudines forent variæ, tunc recurrẽdum est ad ius commune, argum. l. nemo. §. temporalis. ff. de regu. iur. adde, quòd in hoc vltimo non bene loquitur. Si enim sunt
51 † consuetudines variæ, standum est vltimæ legitimè præscriptæ, vt ff. de alimen. lega. l. Mela. §. sed si alimenta. aliàs consuetudini primæ est standum, & ita loquitur dictus §. temporalis. secundùm verũ intellectum. Vbi autẽ non apparet prioritas vel posterioritas, standum est illi, per quã introducitur mariti facilior obligatio ipsi marito. ff. de admini tuto. l. tutor qui. §. ex cæteris. vbi casus. & cap. ex parte. de censi.

Ioan.



Ioan. Andr. in additio. Specul. in titul. de dona. inter vi. & vxo. in addi. quæ incipit, Reassumit verba, & formam. dicit formã, quæ sequitur tutã esse, ego id non fateor, qui noui iam pronunciatũ contrarium. Pro eius tamen dicto facit l. 2. C. ne fideiuss. do. dentur. quæ prohibet illos, qui dotes suscipiunt, dare fideiussores, cùm ergo alius cum viro suscipit dotem, nil fit contra legem. ad hoc facit. l. fina. C. de dote cauta. C. de rei vxo. actio. l. 1. §. 1. & quod not. Azo. in l. 1. C. ne fideiusso. dot. dentur. post principium, & quod sequitur in versicu. cæterum. & infra §. proximo. versic. item no. aliter iudicatum vidi eum, qui sic cũ marito dotem suscepit, & matrimonio soluto de dote non teneri. Ad allegatam l. 2. quæ loquitur de his, qui suscipiũt dotem, respondebatur id intelligendum illis quorum intererat: cum viro suscipere sicut pater auus, proauus. Cùm enim duo rei debendi sunt, inuicem sunt fideiussores, vnus pro parte illa, quæ peruenit ad reliquum, de qua satis not. ff. ad Velleia. l. vir vxori. §. 2. facit. ff. de in rem verso. l. si pro patre. ff. commo. l. vnus. quare ergo leges locum habent, quę de fideiussoribus loquuntur. Itẽ patet ad sensum, ꝙ si ista forma procedat, lex illa erit imposita verbis, & non rebus, contra l. 2. in fi. C. communia de lega. & de electio. c. commissa. §. porrò. lib. 6. & erit secundùm id lex ludibrio, vt ibi, & l. fin. C. de bonis quæ libe. § vbi autem. & erit prohibitum vna via quæ effectum respicit, alia via concedi ad eludendum effectũ contra regulam, cùm quid vna via. de regulis iuris. in 6.

Plus instarem, nisi duo resisterent. Primũ scilicet consuetudo id approbans, cõtra quam tamen facit l. j. C. ne fideiusso. do. dentur. quæ vitiat consuetudinẽ causæ, quæ præcesserat prohibitionem, & nedum damnatam, fortius ergo posteriorẽ. Secundum, quia recipitur pro vera, opinio Odofred. quam sequitur, & quæ placet Dyno, & tamen dico prędicta valere posse, ad partem cautionis de dote soluẽda, ꝑpter quod hoc expressi ibi. & tenet secũdùm Odofre. & hoc vltimum placet Dy. qui sic se iudicasse dicebat, & ẽt Cy. refert in l. 1. C. ne fideiussor. do. dẽtur sit ratio quia omnis opi. fatetur, ꝙ solu. matrimo. bene datur fideiussor de dote restituenda, & valet, ergo valet data constante matrimonio, ex quo cõfertur eius effectus in tẽpus in quo cõferri poterat. ff. de donatio. inter vir. & vxo. l. si eum seruum vxori. in fi. cũ l. sequẽ. & de hæredib. institu. l. in tempus. Itẽ cùm pignus, & fideiussores æquiparantur, institu. de rerũ diui. §. venditæ. cùm teneat pignoris datio ꝑ dote restituenda. ff. qui po. in pign. hab. l. 1. ff. de solu. l. quamuis. aliàs incipit, Callipodius. ergo & fideiussoris datio, pro hac parte facit C. de bonis quę libe. l. cũ oportet. §. non aũt. & §. fi. & idẽ Ioan. And. in eod. tit. ibi. l. non dubium. ita no. in d. l. 1. C. ne fideiusso. do. dentur. Sed qui tenẽt contrarium, dicunt illis legibus, nõ impediri satisdationes spontaneas, sed solùm lege, vel cõsuetudines coactas dari, quod placuit Iacobo de Rauen. qui etiã dicit ex causa posses. tenere fideiussionem de dote seruanda, vt quia creditur maritum illam dissipaturum iuuentutis calore, cui obuiandum est. C. de bonis quæ libe. l. fi. §. filius sed ad hoc facilis esset responsio, cùm matrimonia sint voluntaria: quis cogit mulieres cum tali contrahere: sed responderi posset, eum probabiliter ignorasse. Ioannes Andreæ.

## An reductioni ad Arbitrium boni viri possit renunciari.

### SVMMARIVM.

1 *Compromissum an sit in arbitrum & arbitratorem.*
2 *Dolus futurus nulla ratione potest remitti.*
3 *Sententiæ arbitri est parendum siue æquæ siue iniquæ.*
4 *Contractus ex pacto naturã suam extendunt de præscriptis verbis.*
5 *Dolus futurus siue ex ꝓposito siue ex re ipsa*

non

*non remittitur.*

6 *Recurrendum non est ad coniecturas, vbi certitudinem habemus.*

7 *Obseruans obseruando non nocet Deo.*

8 *Ius agendi deficiens parti, Iudex per officium potest inducere & supplere.*

9 *Redutio non potest peti absque pacto.*

10 *Dolus vbi uenit aut culpa, generalis remissio porrigitur ad culpam non dolum.*

11 *Partes dando donandi potentiam non læduntur, cum sic eos donare placuit.*

12 *Materiæ aperiendi uiam malitijs est radix amputanda.*

13 *Venditio an per pactum in contractu factum rescindatur.*

14 *Iurisgentium requiruntur duo testes in testamento militis nisi in acie decedat.*

15 *Papa si concessit alicui plenum, & liberum regimen alicuius ciuitatis, uidetur quòd talis non possit committere causas summariè & simpliciter.*

16 *Ordo iudiciorum non est de iuregentium, sed de iure ciuili.*

17 *Liberum illud dicitur, quod non est iuri cõmuni submissum.*

18 *Appellationi renunciari potest, & renunciando ulterius non appellatur.*

19 *Magna in quantitate lædere iniustum est.*

20 *Dolus aut iniuria inscientem non cadit.*

21 *Succedit obligatio ad interesse in obligationibus facti.*

22 *Transactio non potest fieri nisi aliquo dato uel retento.*

23 *Iuramentum adijcitur super eo, quod est contra ius commune, & tunc non obligat.*

24 *Iniquum arbitrium reducitur ad arbitriũ boni uiri.*

25 *Nulla permutatio potest fieri sine pacto.*

26 *Metus non cadit in uirum bonum.*

27 *Partes esse æquales debent in dubio.*

28 *Potestas donandi in dubio non videtur data ei, cui etiam conceditur libera.*

29 *Respectu effectus non consensit dominus.*

30 *Petitio reductionis est species appellandi.*

31 *Infamis efficitur, qui uenit contra transactionem iuratam, & quod habet amittit.*

32 *Scienti & uolenti non infertur iniuria neque dolus.*

33 *Licitum est unicuique res suas pro libito regere & gubernare.*

34 *Tendere quod potest ad onus & commodum alicuius non potest prętendere læsionem.*

35 *Laudum approbat, qui intra dies decem illi non contradicit.*

36 *Iuramentum reddit in multis contractum efficatiorem.*

37 *Ordo iste est seruandus ut uocetur creditor, quòd iuramentum remittat.*

38 *Causa cognita per iudicem rescinditur.*

39 *Definire nihil possumus cõtra partem inauditam.*

40 *Transactio iurata inducit multiplicem effectum.*

41 *Iudex secularis an Papæ obedire teneatur.*

42 *Iudex non debet audire eum, qui iurauit ueniens contra contractum.*

43 *Iuramentum an & quando cuiq; per metũ esse constet extortum.*

44 *Petitoris doli est deterior conditio.*

45 *Inhibitio quantuncunque facta canonicè nunquam aspicit præterita, sed futura.*

46 *Quanto iuniores, tanto inspectiores.*

47 *Probare debet qui dicit laudum iniquum, vel legitimè latum.*

48 *Prouocatio de minore iudice ad maiorem.*

49 *Facta non præsumuntur nisi probentur.*

50 *Iudici omnia utrum sint absolutoria.*

51 *Iura sunt promptiora ad absoluendũ quàm ad condemnandum.*

52 *Probatio efficacior ibi requiritur, vbi est iuris præsumptio.*

53 *Remissio debiti vtrum sit donatio.*

54 *Beneficium debitoris sibi acquirere est species furti.*

55 *Libellus, & sentẽtiæ utrum solùm scriptis inserantur.*

56 *Acta vtrum fiant in scriptis in omnibus causis summarijs.*

57 *Sententiæ arbitri statur, et non recurritur ab ea.*

58 *Recedendum non videtur a dicto vbi de pacto non constat.*

An



AN reductioni ad arbitriũ boni uiri possit renũciari. Angequestione sua quam disputauit, quæ inci. Duo adinuicem litigantes. sic dicit, superest uideee, cũ renunciatum est reductioni ad arbitriũ boni uiri: & renunciatio est iuramento firmata, nihilominus reductio peti possit. & ista qõ per multa scridta discurrit. Albertus Galeotti dixit hoc pactũ non tenere. Idem tenuit Spec. in titul. de arbitr. §. sequitur. uers. Item quid si † cõpromissum
1 est tanquam in arbitrum & arbitratorẽ: mouetur per ca. quemadmodum. & c. ad nostram. de iureiu. & de foro compe. c. si diligẽti. in fi. mouetur etiã ratione, quia dicit, quòd tale pactum, uidetur cõtra bonos mores. quoniã inuitat ad malè pnũciandũ. ff. de pac. dota. l. conuenire. de o-
2 per. liber. l. si libertus. quia dolus † futurus nulla potest ratione remitti, vt ff. de pactis. l. si unus § illud. & §. pactum. & ff. locati. l. si in lege. in prin. Guid. de Suza. dixit non tenere simplicem renunciationẽ: sed si pacto firmetur, tenet: inducit, quia sicut potest renunciari appellationi per pactum, ut l. 2. in princ. ff. de temp. appella. & l. j. ff. à quibus appe. non licet. & hoc tenuerunt quamplures doc. ex eo, quia tunc sententia arbitratoris, reducitur
3 ad sententiam † arbitri, cui parere oportet siue æqua siue iniqua pronuncietur † contractus enim ex pacto naturam suam extendunt, de prescriptis
4 uerdis l. naturalis. §. fina. sic & reductioni, ad arditrium boni uiri: quoniam illa est quædam species appellandi. & ita dixit l. si ex consensu. C. de episcop. & cleric.

Cyn. in l. antea. C. de arbitris. in penultima questione. Idem tenuit, quòd non possit reduci, quoniam renũciatio est pacto firmata. & eodem pacto, est remissum ius, & actio pro eo reducenda competitura, potest enim iuri futuro renunciari per pactum, vt l. j. C. de pact. & liber. legata l. non solùm § fina. & §. si quis rationem. de pactis. l. si unus. §. illud. & ita dicit iam plenè dictasse ubi autem non esset renunciatum iuri, & actioni competituris: sed simpliciter partes uicissim promisissent non petere reductionem, tunc dubitauit, pro parte affirmatiua, quòd possit peti reductio, inducit dictã l. cùm antea. quæ dicit lata sententia, nec pactum debere fieri: ergo ante factum non ualet. Secundò quia sententia quæ habet dolũ, non nocet, ut in l. arbitrorum. eo. titul. &
5 quia dolus † futurus, siue ex proposito, siue ex re ipsa non remittitur, ut d. l. si unus. §. illud. & huic sententiæ uelut humaniori inhæret, sequendo Iaco. de Are. & etiam Dyn. in cap. scienti. de regu. iur. lib. 6. & l. quidam cum filium. ff. de uerbor. obliga.

Postremò Dyn. in quoddam suo consilio, cuius tenor inferius describitur dixit, quòd si tertius promisit pro litigatore, se facturum quòd litigator ratum laudũ habebit sub certa pœna, quòd ab illo tertio potest exigi pęna, si petatur reductio, quã tuncunque laudum ex aliqua causa, non sortiatur effectum, & propter istud consilium dixit Ioan. Andr. in d. uersicu. item quid si cõpromissum. q̃ in Tuscia post illud consilium seruatur multum, dictã cõpromittendi forma, undè attende bene, quòd ipse dicit posse reduci propter iniquitatem, sed dicit pęnam committi contra dictum tertium, qui promisit facturũ & curaturum, quòd litigator non ueniet contra. Ioan. And. in dicto uersi. itẽ quid si compromissum. dicit disputando fuisse determinatum Bononię, quòd si in compromisso adiiciatur clausula, per her uerba, uidelicet, quòd partes per pactum renũciant reductioni ad arbitrium boni uiri, & omni iuri, & actioni pro illa petẽdi competituro in quantuncunq; iniquè, & erronee arbitratum sit, præiudicium per illud parti alteri inferatur, quòd tunc non potest peti reductio, licet læsio sit enormis re ipsa, nam licet potestas arbitratorum, ex presumpta mente contrahentium, contineat tacitam conditionem ęquitatis, ut d. l. si libertus. & in capitul. Quintanallis. de iureiur. & de uerbo. obl. l. quidam cum filium. & extra de iureiur. c. ueniens.

In proposito apparet mens contraria, quòd

quòd non curauerunt de æquitate prædi
6 cta, unde† non est recurrendum ad con
iecturas ubi certitudinem habemus, ut l.
continuus, §. j. ff. de uerbor. oblig. & quia
expressum tollit tacitum, eo ti. l. doli clau
sula. uersi. quare fit. & prædicta uera cùm
re ipsa solùm læsio contingit. Si autem
esset laudum ex proposito dolosum, seu
dolosè latum, puta per corruptelam, uel
gratiam, non tenet, quia semper compro
missum habet in se tacitam conditio-
nem, dummodo dolus absit, qui in
proposito non abest, ut ff. de arbi. l. ita de
mum. & l. non distinguemus. §. cum qui-
dam. & ff. de iudic. l. si filius. & l. prætor.
§. Marcellus. In eius enim potestate quã
tuncunque plenissima semper dolus exci
pitur. ff. mandati. l. creditor. § Lucius. si
nautem signanter non fuisset facta men-
tio læsionis enormis, sed simpliciter fuis-
set renunciatum reductioni, per pactum
tunc posset peti reductio per læsionem
enormem, quia non intelliguntur partes
cogitasse de illa. ff. de minori. l. si ex cau-
sa. in princ. & C. si aduers. uend. pig. l. fin.
extra de in integ. restit. c. r.

Ioan. Cald. quo ad articulum, de quo
per Legistas, non erat bene tractatum,
reassumpsit quæstionem, & disputando
decidit, quòd ubi obseruantia iuramenti
peccatum inducit uel inductum nutrit, ꝓ
illud iuramentum nihil operatur, & tũc
petens reductionem non est periurus. &
idem scripsit Hostien. in c. Quintauallis.
& ibi refert Ioan. Andr. sed si potest ser-
7 uari sine peccato, tenc tenetur, cum † ob
seruans obseruando nõ noceat Deo, sed
soli sibi non potest peti reductio propter
læsionem enormem, quãdo dicta clausu
la est formaliter adiecta, vt prædixit, alias
reductio peti posset, quia in iuramento,
semper inest illa conditio, quę inest dispo
sitioni, cũ quid inest si fuerit arbitratus
æquè, ut d. l. si libertus. & in hoc refert
Ioan. And. dicens, quòd Hostien. dixit, ꝓ
quantuncunque propter læsionem enor
mem, ubi dicta clausula esset apposita, nõ
posset peti reductio, quia forsan iudex de
æquitate debet occurrere contra iniqui-
tatem, ubi circunstantiæ in hoc suadẽt. &
hoc retulit Ioan. nihil tamen firmans in
d. c. Quintauallis. sed nõ credo, quòd ius
8 agendi † deficiens parti, iudex per of-
ficium posit inducere, & supplere. Imò
sine actione experiente ex suo officio iu
dex potest expellere. C. de transact. l. ubi
pactum. circa medium gloss. magnæ. &
C. ut quę desunt aduocata. l. j. & cũ suis
concordan.

Non obstat, quòd iudex supplet exci-
piendo quandoque, & hoc ideo, quia ex-
ceptio nititur æquitate, vt l. j. ff. quod ui,
aut clam. & l. fin. de petit. hæreditat. un-
de eadem ratione hic uidetur quòd pos-
sit supplere, propter æquitatem. & iudex
in excipiendo supplet, quando exceptio
competit, sed quando ex aliqua causa im
peditur solus usus exceptionis, ac in pro
posito nullum ius, nullaque actio compe
tit ad reductionem petendam, & sic de-
neganda est excipiendi potentia, ut l. si
pupilli. §. uideamus ff. de nego. gestis. de
petit. hæredit. l. ꝓ si possessor. in fi. placet
igitur ista decisio, uidelicet, ꝓ ubi renun-
ciatio simplex, non est uallata iura mẽto,
semper potest peti reductio, quia iuri-
futuro non renunciatur renunciatione
simplici, si tamen læsio fuerit enormis, ut
in l. si societatem. §. arbitrorum. & in l. un
de si Neruæ. Si uerò est renunciatum ꝑ
pactum, & maximè iuramento firmatũ,
non potest peti reductio ratione modicæ
9 læsionis, quia absque † pacto, non potest
peti reductio, ut in d. § arbitrorũ. si uerò
læsio esset enormis, potest peti nõ obstan
te pacto, ita simpliciter facto de non pecẽ
do reductionem ad arbitrium boni uiri,
quia sub illo pacto iurato, inest tacita cõ-
ditio, si arbitratus fuerit aquè, ut in l. si li
bertus. de ope. liber. & in c. Quintauallis.
de iureiur.

Fallit si est actum, ut non posit peti ra
tione enormis læsionis reductio; si ta-
men læsio à consilio, & à dolo arbitrij, tra
hit originem, semper potest peti reductio
nõ obstante quocunq; pacto qualitercũq;
firmato, quia dolus futurus nulla pôt ra-
tione remitti, ut ff. de pact. l. si unus. §. il-
lud nulla enim neque expressè, neque in
trinsecè, secundũ uerum intellectũ, licet
gloss.



gloss. ibi de uelato uideatur tenere con-
trarium super. uersi. illud & super. uersi.
agat. in prin. Pro quo intellectu, multum
facit tex. quia tex. ibi dicit dolum futurũ
non remitti. quamuis re ipsa, si sit pactũ
ne agatur depositi, dolus remissus intelli
gitur, & pactum prodest ut, sit bona con
tinuatio, & aduersatio. Sed respon de,
quod aduersatur ad ius, & factum, quia
supra locutus est de dolo futuro in uersi.
quamuis. loquitur de præterito. & sic be
ne se continuat, alium casum ponẽdo, &
aduersatur ad ius, quia ualet remissio ta-
lis doli.

Erat autem dubitatio, ut non ualeret,
quasi in generali remissione gratuita, nõ
uidetur dolus remissus. Cuius contrariũ
decidit in deposito, in quo solus dolus, &
lata culpa uenit, q̃ dolo comparatur. ff. de
posi. l. quod Nerua. Ideo tex. ibi dicit, re
10 ipsa ubi autem † ueniret dolus & culpa,
generalis remissio porrigeretur ad culpã
non ad dolum, secundũ Gui. Ray. & Bar.
ibi & latius per eũ in l. Aurelius. §. Caia.
ff. de lib. legat. Si autem læsio esset enor-
mis aut enormissima, pôt peti nõ obstãte
ꝓ adiecta sunt illa uerba ratione enor-
mis læsionis, quandoque pactum de una
re factum, non porrigitur ad aliam: ut
d. l. si unus. §. ante omni a. sed alia res est
enormis læsio, alia enormior, alia enor-
missima, ut igitur reductio fieri non pos
sit ratione enormissimæ, consilium est, ut
etiam de enormissima fiet mẽtio, & mo
dus practicandi erit, ut partes concedat
liberam & absolutam potestatem arbi-
tratori ius unius partis in totum, & in par
te alteri concedendi, & donationis titulo
conferendi. Sicut enim potest constitui
procurator ad donãdum, & dilapidandũ
bona ipsius constituentis, & in totum, &
in parte, cùm in re propria quilibet est
moderator, & arbiter. ut in l. in re man-
data. C. mãdati. sic, & hic eadem potestas
potest cõcedi arbitratori, nec uideo quid
repugnet cum omnis eorum potestas ex
cõpromisso sumatur, ut in l. nõ distingue
mus. §. de officio. de arbi, Et ita concipiẽ-
do pactum ex læsione etiam enormissi-
ma, circũscripto dolo arbitratoris, nũquã
potest peti reductio, ratio est, quia
11 † partes dando donandi potentiam non
ledunturcùm sic eos donare placuit, ut
in regula iuris, scienti, coniuncta l. j. de
dona.

Sanum enim est consilium, secun-
dùm Dy. in dicto suo cõsilio, quòd extra
cõpromissum duo interueniãt, qui ucis-
sim sibi pœnam promittant, si quis cõtra
hentium nõ seruaret laudum ferendum,
nam tunc nihil aliud inquiratur, nisi an
aliquis contraueniat, & tunc contra il-
lum, qui promisit laudum seruaturum,
contra uenientem pœna committitur,
nec de illius quæritur interesse, & ideo
tunc laudum, licet non sortiatur de iure
effectum, tamen pœna nihilominus peti
tur. Pro cuius opin. facit, quia contingit
in multis, ꝓ actus sunt nulli, & non pnt
dici nulli, quia no. in gl. l. si creditoribus.
C. de seruo pi. dato ma. & hoc intelligo,
nisi nullitas causetur à dolo arbitratoris,
aliàs dolus futurus posset remitti, quod
12 est falsum, & daretur materia † maliguã-
di & aperiendi uia malitiis, quorum
radix est amputanda. ff. de rei uend. l. in
fundo. & quod est interdictum directò,
est interdictum etiam per obliquum. C.
de legib. l. non dubium. plenè per Dy. de
reg. iu. c. fi. & no. de legibus. l. fraus. Iac. in
auth. decernimus. C. de arbi. sic dicit, an-
possit renunciari per pactũ reductioni ad
arbitriũ boni uiri? dicit Iac. ꝓ in quolibet
compromissio inest tacita cõditio, etiã si
fuerit iuramẽto uallatũ, uidelicet si cesset
dolus arbitratoris ex animo, & ideo si do
lus fuerit ex animo, quantuncunq; pactũ
interuenit de non reducendo ad arbitriũ
boni uiri potest reduci, ut l. fina. C. de nõ
nu. pec. & si dolus interuenit re ipsa etiã
secundùm quosdam, potest reduci ad ar
bitrium boni uiri, non obstante quocun-
que pacto, de non reducendo, nam in
qualibet conuentione generali, tacitè in-
telligitur legalis dispositio per modum di
spositionis, ut si promitto colonũ de fun-
do non expellere, intelligitur si soluit
mercedem, ut l. quæro. §. inter locatorem
ff. locati.

Itẽ si promitto filium nõ exhæredare
intelli-

intelligitur si causam ingratitudinis non committat, per quam mereatur exhęre dari: vt l.quidam cùm filium. ff.de verb. obligat. & l.uir bonus. ff. iudi. sol. & l. non cogendum.§.ac iustas.ff.de procura to. sic & hic, si promitto non petere reduci ad arbitrium boni uiri, laudum intelligitur, si dolus ex animo, siue re ipsa esset & hæc est communis opinio. nihil tamen dicit Iaco.Butr.non multum placet, quia non uideo, dicit Iac.quare non posit remitti per pactum recursus ad arbitrium boni uiri, q̃ quid dixerit Dyn. ubi dolus est re ipsa, vt in l.ij. C. de rescind.uend. sed sic, quando est dolus ex animo. Nec obstat arg.quia tacita cõditio legalis sub intelligitur: quia ꝓuerum est, nisi aliud exprimatur.

Quid ergo si promitto laudum non reducere ad arbitrium boni uiri, siue sit æquum, siue iniquum, dummodo dolus ex animo arbitri non interueuiat, quare non ualebit hoc pactum. certè dicit Iac. But.non uideo, & hoc tenet Odof. in d. l.ij.C.de rescin.uend.dicitur etiam, dicit Iaco.quòd hoc tenet Inno.in ca.Quinta uallis.de iureiur.& hoc etiam tenet Iac. de Are.in d.auth.decernimus. Et probat pulcherrima ratione. Certũ est enim ꝓ stipulatio prætoria potest alterari ex conuentione partium, & tunc fit conuentionalis, vt l.in conuentionalibus ff.de uerb. obli. quare ergo non ita hic non potest cõueniri expressè per pactum, quòd laudum nõ petatur reduci ad arbitrium boni uiri, siue sit ęquum siue iniquum, dũ tamen dolus non procedat ex animo arbitri, sed re ipsa, & in hoc sapiat naturam arbitri, cuius sententia non potest retractari. Certè ualde bene potest fieri, dicit ibi Iaco.But.ut l.unde si Neruæ.ff.pro socio. uidetur loqui in dolo ex animo ꝓcedente: & ideo cùm quidam meus clientulus, dicit Iacob.promisisset sub pœna nõ petere reduci laudum ad arbitrium boni uiri, siue esset ęquum, siue iniquũ, dũ tamen dolus ex animo non procederet, cõtigit, quòd re ipsa dolus intercessit, & uolebat petere reduci ad arbitrium boni uiri, sed timebat ne pœnam incurreret, propter opiniones, quæ sunt uariæ circa hoc ut dixi, ego dedi cõsilium, ut cederet ius suum tertio amico suo, sub hac forma, cedo tibi iudicis officium, ad reducendum tale laudum ad arbitrium boni uiri, si, & inquantum mihi cõpetit sine pœne commissione, modò Titius experietur iure cesso, si iudex sequendo opinionem, quæ est magis communis dicat non obstante pacto posse reduci, quia planũ est, quòd non committitur pęna: si autem iudex sequatur opinionem, quam de iure dicit Iaco.puto ueram, & dicat non posse rèduci ad arbitrium boni uiri, obstante pacto, cùm dolus non ex animo, sed re ipsa intercesserit, tunc etiam nõ committetur pœna: quia cedens nõ cessit purè, sed sub conditione, si, & inquantum ei competit sine pęna commissione ius reducendi ad arbitrium boni uiri, argum. ad hoc.ff.de alie.iudic. mutan.causa facta l.3.§. opus. & quod ibi no.

Idem uerò Iacod.Butr.in l.fina.C.de contrahenda emptione. sic dicit, an possimus renunciare, quod non petemus reduci laudum ad arbitrium boni uiri? Docto communiter dicunt: ꝓ non. mihi tamen uidetur sic dicendum, quòd aut dolus interuenit ex animo arbitri, & illi renunciari non potest, quia sic esset remittere dolum futurum, quod esse non debet, ut l.iurisgentium. §. sed si paciscar. ff. de pac. aut interuenit dolus re ipsa: & tunc aut ultra dimidiam iusti precij, & nihilo minus non obstante pacto, uel renunciatione petere possum reduci ad arbitrium
13 boni uiri, quia idem si facerem † pactum in contractu, ꝓ uenditionem nõ rescindere m, ut l.2.C.de rescind. uend. aut infra dimidiam iusti precij. & tũc satis uidetur durum, quòd huic dolo renunciare non possum.

Cyn.in l.cum antea.C de arbi. sic dicit, an possit conueniri per pactum, vt sententia ferenda per arbitratorem non petatur reduci ad arbitrium boni uiri. l. cũ antea.C.de arbi. est argum. quòd non: nàm dicit, quod pactum fieri debet. post quam diffinitio præcesserit, nõ ante. & in hoc est differentia, inter iudicem, & arbitrum:



bitrum: & rationẽ diuersitatis assignat Cyn.in d.l.Præterea aut sentẽtia habet dolum propositum: & tunc uidetur, ꝓ tale pactum non nocet: ut C. de arbi.l. arbitrorum. Præterea futurus dolus sententię ex proposito siue re ipsa non potest pacto remitti: ut l.si unus.§.illud.ff. de pactis.cum si. Econtra uidetur, ꝓ possit, & ualeat pactum cũ per hoc reducatur sententia arbitratoris ad sententiam ueri arbitri: quia contractus potest ex post facto naturam suam extendere: ut ff.de prescrip.uer.l.naturalis.ad fi. ergo &c.ut ff.de arbitris..l.diem proferre. §. stari, nisi esset dolus ex propositio, ut C de arbitris.l.arbitrorum.

Quid dicemus omissis allegationibus, breuiter refero, quia Iaco.de Are.dicit, ꝓ prima opi.est humanior, & eam tenet firmiter doctor meus, extra de regul. iur. c.scienti. in apparatu suo in addi. suis.ff.de uerb.obli.l.quidam cum filiũ. Sed nunquid erit cautela, quę posit derogare de iure nostro illi l. si societatẽ. §.arbitrorum.. & ff. de oper. liber. l. libertus.dicunt quidam docto. & aduocati, ꝓ sic remtitẽdo, per pactum reductionem ad arbitriũ boni uiri seu ius uel actionẽ pro ea petenda cõpetiturũ arg. ff.de lib.leg.l.nõ solum.§ fi.& l.si quis. ratione.ff.de pac.l.si unus.§.illud.& ego dicit Cyn.sic alquando dictaui compromissa: tamen adhuc uidetur obstare, ne derogetur l.priuatorũ.C.de iurisd. omi. iud.Bar.in d.§.arbitrorum.sic dicit, utrũ posit renũciari petitioni reductionis ad arbitriũ boni uiri: & si renũciatur, quid operetur ista renuntiatio..

Istam questionẽ ponit Dyn.in l.quidam cum filium.ff de uerb.obli g. & in c.scienti.de reg.iur.lib.vj.& Cy. in l.cũ antea.C.de arb.& Guil.de Cugno.in l. unus.§.illud.ff.de pact.& etiam Specu. post multa uidetur mihi sic dicendum. aut bitrator iniquè arbitratur dolo, & tũc talis renũciatio, circa hoc nihil operatur: ut in allegato §.illud.& l.conueni re ff.de pactis. dotalibus.& ita loquitur disputatio Dy.super hoc allegata c.sciẽti. Si uerò sine dolo: tũc aut est deceptio in magna quantitate, aut in parua: si in magna, pôt peri reductio: si in parua, secus: argumen.ff.de minorib.l.ait prętor. §.quæsitum.& l.si ex causa. in princ. ff. eodẽ. inest ergo in hac renunciatione tacita conditio de non petendo reductionem, scilicet nisi immoderatè læderet, arg.l.quæro §.inter locatorem.ff. locati.& l.quidã cũ filium.ff.de uerb. obli. & sic debet intelligi gl.in l.si de meis.§. recepisse.ff.de arbitris.quæ dicit, quòd potest auferre de iure unius, & dare alteri: subaudi moderatè accipiendo, si in renũciatione esset dictum, quòd posit accipere de iure unius, & dare alteri in magna & parua quantitate, uel moderatè & immoderatè. tũc illud pactum ualeret, secundum Hostien argu.l.j.§.si conuenerit. ff. depositi. nisi esset magna quãtitas, dicit ipse in c.Quintauallis.de iureiurã. sed hoc non benè probat. Et si est data potestas arbitratori, ꝓ posit altè & bassè iudicare, prout sibi placuerit, q̃d operentur ista uerba? vide Ioan. And.in c. humilis doctrina.de maio.& obed. quẽ sequitur Bald.in x.colla. de legge Corrad.c.2. & per eundem Bald. in fi.ff.de testamen.milit. sic dicit.

Nota, quòd liberum arbitrium alicui concessum, uidetur remittere necessitatem obseruantiæ legum uel statutorũ: & ex hoc dicunt docto. ꝓ si est datũ potestati liberum arbitriũ circa maleficia, quod intelligitur ei remissa solẽnitas iuris, ut non teneatur obseruare ordinem iudiciorum secundum Iacob. de Aren. Rayn.& Cyn.non tamẽ per hoc potest prę ferre iniquũ æquo, nec auferre ius partis; ut l.in fraudem.in princip.de testamen.mili.& de hoc est glo. ord. in c. sæpe.de uerb.sign.in clemẽ.intelligitur etiam semper exceptum ab omni libero arbitrio quis bona fide faciat, & non ꝓ dolum ut l.creditor. §. Lucius.ff mãdati. Et ideo dicunt docto.quòd si est data potestas libera arbitratori auferendi in parua, & magna quãtitate de iure unius & dare alteri parti, quòd ista concessio intelligitur in casu, quo arbiter hoc faciat ex simplicitate, non ex mali-

tia: nec est melior tex.in iure, quàm ille, qui est in d.§. Lucius. Item licet potestas habeat arbitrium, operatur ut non teneatur quis sequi formam iuris ciuilis bene tamen debet sequi formam iurisgẽ
14 tium: unde, quia de iure gentium requiruntur duo testes, iuxta illud, in ore duorum uel trium &c. etiam in testamento militis requiruntur duo testes, nisi quando in acie decedit: ut no.in l.j.ff. de test. mil.l.diuus.e.tit. C.de testa.mil.l.milites in expeditione.l cet enim solẽnitas remittatur, tamẽ non intelligitur remissa, probatio duorum testium, quod est notãdum. Dicit Bar. etiam quòd ille, qui habet liberũ arbitrium procedendi, potest procede
15 re non obstantibus feriis & si Papa † concessit alicui plenũ, & liberum regimẽ alicuius ciuitatis, uidetur, ꝙ talis non possit mittere causas summariè & de plano, ut l.nec quicquam in fi.ff.de procon.

In contrarium uidetur quid per theori
16 cam prædictam. Nam ordo † iudiciorũ non est de iure gentium, sed de iure ciuili: & obseruantia iuris ciuilis remissa uidetur, ut l.j.de testa.mili.

In cõtrarium facit C.de in inof.testa. l.fi quando in prin.ubi dicitur, tenetur seruare consuetudinem: & solennitatem. Bar.in l.j.C.de sac.san.ecc.in sua repetitione inhęrendo theoricæ Iac.de Are.in l.j.§.item nunciatio.ff.de.de noui oper. nun. sic dicit, aut liberum arbitrium continet rei progationẽ: & tũc dicit liberũ, id est sine solennitate: ũt l.j.ff.de test.mil. aut continet actus prohibiti concessionẽ, & tunc non debet omitti solennitas: ut d.l.fi quando. in princ.aut id, quod conceditur, nõ est aliàs prohibitum, uel concessum. tunc intelligimus etiam ꝙ non teneatur obseruare solennitates iuris ciuilis; ut l.j.ff.de testa.mil. quia illud
17 † dicitur liberum, quod non est iuri cõmuni submissum.

Et adde, quod no.Cyn.in l.fi cùm ea. C.de dotis promis.ubi dicit ipse, quòd ꝑ verbũ, quod significat merã uoluntatẽ, nõ uidetur permissum. ꝙ quis lędat ius alteri quæsitum, secus in iure querẽdc.arg. ff.de testa.mil.l.qui in iure militari. cõsũcto tex.l.j.ff.de testa.mi. Io. And.in addi. Spec.in ti.de arb.§. sequitur. in additione, quæ incipit, clarius. sic dicit, clarius formaretur hæc clausula, quòd partes ꝑ pactũ renunciant reductioni ad arbitriũ boni uiri. & omni iuri, & actioni, pro illa petenda competituro, quãtuncunque iniquè arbitratum fit, & quãtuncũque enorme præiudicium per illud alteri parti inferatur. & hoc fuit disputãdo de terminatũ, quòd hoc casu sic expresso, quantuncunque damnum, uel lesionem re ipsa cõtineat laudum, non erit locus reductioni his rationibus: quia licet potestas arbitrorum, ex præsumptamente contrahentiũ contineat tacitã conditionẽ æquitatis: leges multas scripsi super §.j.super uerbo arbitratpr.sufficit tunc l.si libertus.ff. de operis libertorum.ibi, & ferrea mens &c de iureiurando.c.veniens.

Apparet autem mens ipsorum contraria, dum contrariũ expressè paciscuntur, cessat enim illa præsumptio: in incertis enim & non certis locus est coniecturæ.l. continuis.§.j.ff.de uerbo. oblig. ueniant leges quę per expressum tollunt tacitum. ff.de uerbor.obli.l.doli clausula.de reg. iu.c.expressa.ad casum facit l.si conuenerit.ff.de re iudic.ff.de uerbor.oblig.l. quidam. cùm filium.

Quere: sic de lęsione re ipsa dixit: quia si ex proposito suo dolo uel partis corrũpentis siue odio siue ex gratia iniquè laudum esset non teneret ex tacita conditione, si dolus absit, qui nunc apparet adfuisse, per l.arbitrorum. C.de arbitr.& ff. de arbitr.l.ita demum.& l.non distinguemus.§.cùm quidã.ff.de re iudic.l.si filijs. & l.si peætor.§.Marcellus.de casu sic expresso dixit: quia si fuisset generali renũciatio, & læsio re ipsa esset enormis, non impediret reductionem ex tacita conditione, nisi enormis læsio inferatur. ff.de usu.l.si stipulatus. ff.de damn. infec.l. 4. §.hoc autem. ff. de uerbor. obliga.l.quita.§.conuentionalis.coniuncta l. unde si Neruę. & l. sequent. ff. pro socio. aliàs si enormis non est læsio, tenet renunciatio, cùm non offendatur aliqua prædictarum conditionũ tacitè intellecta. & sic intelligitur,



intelligitur, quod not.in l.si de meis.§.recepisse.ff.de arbi.pro distin.allega ff. de minor.l.si ex causa.in princip. C.si aduer. uẽdi.l.j.de restitu.in integr.capitul.1. cum concor.

Adoptiuus meus hãc quæstionem Legistarum, quo ad iuramentum, de quo ꝑ eos tractatum non erat, transumpsit, & ualdè plenè tractauit, & ante omnia dicit. quòd tarbramentum, obseruatio cuius peccatum induceret, uel nutriret, nõ obligat iurantem, unde nec periurus esset petens illud reduci. alle.23.quæstion. 4.unde si aliquid.& cap.si peruentus. & hoc uoluit Hostiẽ. ut scripsi in c. Quinta uallis.in glo.magna.uersic.quid si partes & hoc nullum dubium, in arbitramento autem alias iniquo cõcordat. Et quod dixi supra primo membro de laudo, quòd solum re ipsa erat iniquum, dicit reductionem impediri per tale, ut expressum iuramẽtum, quòd illam petens est periurus, cum solum de suo præiudicio agatur inducit. quod dicit Hosti. uersi. supra allegat. de iureiuran. c.si uerò. & c. cum contingat. de insti. cap. cum uenisset. de pac. c. quamuis. lib. 6. subdit tamen Hostien. ibi quòd forsan ex æquitate iudex deberet occurrere iniquitati, ubi circunstantiæ hoc suaderent, ut ibi dixit. Facit de iureiuran. c. ad nostram. lo. 2. Si uerò laudũ esset iniquum, ut dixi secondo membro. uersic. de læsione, concordans his, quæ ibi tenet, iuramentum non obstare & petentem non esse periurum.

Et probat per locum à diuisione, quia aut casus dolosi arbitri nõ includebatur in pacto, & iuramento. aut includebatur. Primo casu planũ est, inducit de iureiur. c.pe. de eccle.ædifi.c. fi. & iura, q̃ scripsi de eo, qui duxit in matrimo.ca.cum haberet. super gl. iuramentum. Secundo casu cum dicis includi idẽ, quia hoc tacitũ inclusum nõ pôt plus operari, q̃ expressũ: sed si expressè iurasset de huiusmodi dolo futuro, nõ esset iuramentũ obligatorium, cum cõtra publicum bonæ iustitię contra bonos mores fuisset prestitum. de regu. iu. non est obligatorium lib. 6. cum sine pacto, per quem ius pronunciari nõ posit. 11. q. 3. qui nocte. & c. quatuor. & c. se. & de re iu. c. j. in 6. & sic iste iurans in prin. criminis se inuoluit, propter qd utriusque turpitudinem continere uidetur. & sic etiam facit pro dicto Hostien. in decr. fi. de pac. ubi scripsi in vltima gl. inducit etiam de exceptione. nõ numeratæ pec. scripsi post Hostiẽ. de solu. c. fi. fortius etiam hoc procedit, quando in ipsum compromissum est, ut bonum virũ: debuit ergo arbitrari, ut bono viro congruebat. ff. loca. l. si in lege. j. responso. & Matthęi 12 Bonus homo profert bona.

Vltimò sciendum est, quòd circa tertium, quod dixeram supra vbi dicit Hostien. bene placet: ubi supra quòd generale iuramẽtum de stando dicto arbitratortoris, supple & de nõ petendo ad arbitrium boni uiri nõ impedit reductionẽ. circa hoc etiam vide, quod post eum scripsi. eod. titu. de arbi. in c. per tuas. in glo. not. ergo & c. 2. super vltima gl. Ludo. in rubrica de arbitr. ff. sic dicit, an ualeat renunciatio reductionis ad arbitrium boni viri: & an licet renũciatum sit, reductio ad arbitrium boni uiri fieri possit prima facie uidetur dicendum, quòd nõ per. l. si quis in conscribendo. C. de pactis. Itẽ reductio habet instar appellationis, ex-
18 tra de arbi. c. 2. sed † appellationi renunciari potest, & renunciando ulterius non appellatur. C. de tempo. appel. l. fi. §. fi. et ff. quibus mod. appe. non licet. l. fi. §. j. ergo idem dicemus in reductione.

In contrarium primo loco est sententia Dy extra de regu. in. c. scienti. lib. 6 ubi dicit non obstante reductione, ex ꝑ babili causa sententiam reduci posse. hoc idem sentit Ioan. And. in tit. de arb. §. fi. ubi igitur si adhuc in additione pro hoc adducit gl. in l. quidam cùm filium. ff. de uerbo. obliga. ubi Barto. tangit dicens, ꝙ quamuis promiserit filium nõ exhæredare, tamen intelligitur nisi iusta causa interueniet. ad hoc l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. ubi si te de domo conducta non expellere promitto, intelligitur nisi iusta causa subsit. Bar. in d. § arbitrorum. reducit ad hanc conclusionem, quòd aut læsio, ex qua iusta causa redu

ctionis prætēditur uenit ex proposito, & tunc siue in parua quātitate, siue in magna cōtingat læsio, reduci potest hęc sententia, ne dolus futurus remitti uideatur ff. de pactis. l. si unus. §. illud nullam. ff. de libe. lega. l. si quis rationes. & de lega. j. l. si seruus uetitus. ff. de adm. tut. l. quidam decedens. cum similib. Item ad euitandā delinquēdi occasionem: ut supra dictum est: aut lęsio contingat re ipsa, & tūc aut in parua quantitate, & reduci nō potest, ut ff. de integr. restit. l. scio. de mino. l. si ex causa. facit l. quamuis. ff. de condit. & demonstra. aut in magna quantitate, & tunc reduci potest. Et ita secundùm eum intelligi debet gl. in l. si de meis. §. recepisse. ff. de arbi.

In hanc cādem partem inclinat Bal. in l. cum antea. C. de arb. Pro quo facit, quòd in ipsa renunciatione nō uenit nisi id, de quo est cogitatum. ff. de cond. ind. l. si. §. idē quæsiit. C. de transac. l. sub prę textu specierum. & l. si de certa Sed hoc licet in magna quantitate lędere pars cogitasse non pręsumitur, cùm in eum tāquam amicum, de quo p̄sumi debet bonum. l. unum ex familia. §. fi. ff. de leg. 2. compromisisse uidetur, ergo. &c.

Præterea in compromisso semper sub intelligatur clausula, si iustè fuerit arbitratus, text. est elegans l. si libertus ita. ff.
19 de oper. liber. sed in magna † quantitate lædere iniustum est, ergo &c. & idem tenuit Ange. in disputatione sua, Duo in uicem litigantes. Anto. de Butr. in capit. Quintauallis. idem tenuit uno addito dicēs hoc procedere, nisi quando ꝑ simplicem renūciationem hoc factum est. tunc enim cū parte absente facta uitietur, ut l. certum. §. si quis absente. ff. de confes. al legat. l. non solum §. liberationis. ff. de libe. lega. tūc etiam, quia iuri futuro renūciari non potuit. C. de pactis. l. j. talis renunciatio nullum à iure habet fundamētum, ita est sua conclusio.

Aduerte tamē, qa id quod supradictū est, quā lo læsio ex ꝓposito cōcingit, tūc etiam ratione paruæ quantitatis, potest recurri, quia fortè est intelligendum, quia ascendere debet quantitatem duorum aureorum, aliàs enim si descenderet pro ita parua re actio de dote non competit. ff. de dolo. l. si oleum. §. fi. cum l. seq.

Aduerte tamen quia si partes eo ipso, ꝙ in arbitratore m compromiserunt dictus arbiter eis notificauit, quid sentētia re intenderet: tunc nullo casu mundi potest talis ad arbitrium boni uiri reduci, istud est dictum singulare, & est dictum Bald. secundùm eum in l. si uenditor. C. de rescin. uendi. & per illum textum, qui hoc ab extra proba. Imputent enim sibi partes, quæ dum sententiæ ferendæ
20 peritiam habuerunt in talem compromiserunt, quia dolus, † aut iniuria in scientem non cadit. C. de transactio. l. cùm donationis. cum similib. Et an ualeat statutum, quòd sententia arbitratoris reduci non possit ad arbitrium boni uiri? Bald. determinat quod sic in l. cum antea. C. de arbi. nisi inesset dolus in quantuncunque enim in generali uerbo cōprehēsus non uidetur ex hoc. ff. de donati. l. filius. cum simili.

Sed quid si in dicta renunciatione iuramētum interpositum est: an hoc casu aliq̄d habeat operari, & si in magna quātitate, quis læsus est possit nihilominus tamē reduci. Federicus de Senis, in suo consilio 195. tenet hoc casu reduci non posse, cum possit iuramentum sine interitu salutis æternę seruari, extra de iureiuran. cap. ueniens. & capi. cum cōtingat. quapropter concludit, quòd nisi euidens appareat iniquitas, nunquam talis sententia reducitur. Vel secundum Hostien. in d. cap. Quintauallis, nisi ipse arbitrator mandaret aliquid contra diuinam religionem allega. extra de appel. capit. fina. Ioan. And. in quodam suo consilio incipiente, Thema super quo consilium petitur. tenet idem, quòd tenuit Feder. addendo omni casu, quo reductio peti posset necessariam esse absolutionem à iuramento prædicto. Ad hoc extra de iureiuran. cap. debitores.

Barto. quem sequitur Anto. de But. in §. arbitrorum. & in dicto cap. debitores, tenet hoc iuramentū ipsi renunciationi nihil



nihil addere, regulariter enim nihil addit, sed tanquam accessorium sequitur ipsius contractus naturam. ff. qui satisdare cogan. l. qui iurato. C. de non numera. pecun. l. fi. idem Barto. in l. si procurator. ff. de conditio. indebi. Pro Feder. facit. quia aliquando iuramētum naturæ cōtractus superaddit: quamuis enim in obligationi
21 bus † facti succedat obligatio ad interesse; ut l. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus. ff. de uerborum obligat. unde iuramentum facit, quem nō precisè teneri ad factum, & ad id cogi. glos. est singularis. in l. si pecuniam. in parua gl. ff. de cōdictione ob causam. secundum Bald. in l. j. de senten. quæ pro eo, quod interest. & habet in se iuramentum annexam uirtutem, si non ualet, quod ago, ut ago ꝙ ualeat ut ualere potest text. est in l. cum pater. §. filius. matrem. ff. de leg. 2. secundū Bar. in l. j. §. si quis ita ff. de uerb. ob. Item habet uirtutem clausulæ, rato manēre pacto. C. de transac. l. si quis maior. Itē uirtutem guarentigiæ: facit enim contractū habere paratam executionem. Istud est nouum dictum Bar. in l. 2. ff. de iureiurā. quod limita secundùm. Bal. in l. j. C. de iureiuran.

Quid autem, si in renunciatione dictū est, ꝙ possit lædere in parua, & magna quantitate, nec reductionem petere: dic secundum Io. And. in dicto ti. de arbitris. dum refert disputationē Io. Ca. ꝙ eo causam. in quantuncunque maxima quātitate lædat re ipsa, tamen nūquam reductio peti poterit, ꝙ si ex proposito idem dicas quod supra. & idem limitando: tamen tenet Anto. de But. Bar. & Bal. in d. l. cum antea. sed an uigore dictorum uerborum possit in totum unam partem lædere? uidetur quòd sic. quòd idem ius est de toto quod de parte maxima. ff. de excusa. tut l. propter litem. C. de reuo. do. l. si unqnā. cum si.

In contrarium est sententia Bal. in d. l. si procurator. ff. de cond. indeb. cū in omni uerborū prolatione generali donatio exclusa uidetur. ff. mandati. l. creditor. §. Lucius. ff. de pact. l. contra iuris ciuilis regulas. §. item arbitramentum. Item arbitramentum & transactio æquiparantur. C. de iudi. auth. si nō contigerit. & in cor
22 pore unde sumitur. sed † trāsactio nō potest fieri, nisi aliquo dato uel retento: ut l. transact. C. de transac, ergo & arbitramentum.

Præterea arbitrator dicitur bonus uir. ff. de arbi. l. non distinguemus. §. de officio. ergo debuit id facere, quod suo nomini conuenit. C. de officio præfecti urb. l. j. & sic partes concordare, non autem in totum largiri. Item an dolus in arbitramento prēsumatur in dubio? Feder. in dicto consilio tenet quòd non, per l. dolum C. de dol. & l. quoties. §. qui dolum. ff. de probatio. Anto. de But. & Bar. dicunt ex qualitate facti id præsumi. Si enim in magna quantitate grauaret, dolo id fecisse præsumitur. ff. de his quæ in fraudē. cred. l. omnes § Lucius. Idem fortè si iuberet dare res preciosas. hoc per text. not. in l. cū summa. ff. de peculio. ubi dicit, quòd alienatio rerum magis preciosarum prę sumitur in fraudem facta, & nō est alibi secundum Ang. in l. 2. C. de peti. hæredi. Ioan. Cal. in sua disputatione, quę incipit Duo litigantes cōpromiserunt, sic dicit, præmitto quòd legistę dicunt circa iuramentum appositum super eo, quod dici
23 tur legi obuiare, dicunt ipsi, ꝙ † aut iuramentum adiicitur super eo, quòd est contra ius commune. & tunc nō obligat ut l. non dubium. C. de legibus. & l. si ex falsis. C. de transac. aut contra ius speciale. & tunc, quia id facilius tollitur, quamuis commune benè obligat, ut l. 2. & authen. sacramenta puberum. C. si aduersus uendi.

Dyn. in regula, non est obligatorium: dicit, quòd si iuramentum adiicitur circa id, quod est prohibitum, in fauorem, & priuilegium alicuius, per eum, in fauorē cuius est prohibitio, & est obligatroium. ut in c. cum contingat. de iureiuran. & in c. quamuis. de pac. sed si est prohibitū ꝓ pter turpitudinem sine illo, cui adiicitur iuramētum tunc iuramentum nihil operatur: ut in regula, non est obligatoriū. cū concor. in c. significante. de pign. & aper tius, quod not. in cap. penult. de empt. & uend.

uendi. & l. 2. C. de rescinden. uendi. Item est sciendum, quod pro indubitato habetur, quò l ub' quis generaliter iurauit stare arbitrio arbitratoris, potest petere, q̃
24 iniquum † arbitrium reducatur ad arbitrium boni uiri. Nec obstat uiramentum nec est periurus, quod uidetur expressum in l. si libertus ita. ff. de oper. liber. & in cap. ueniens. & in cap. Quintauallis. de iureiuran. ubi idem. & hoc nota. Innocen. & Specu. in titu. de arbit. § j. uerficu. sed pone.

Idem etiam dicit Innocen. de pęna apposita, quòd hoc casu non committitur: sed citra pęnam reducere petetur. quòd placet Dyno, nisi peciaiter fuerit compromissum sub pœna quòd non petetur, quòd plenè prosequitur in regula, sciẽti. de regulis iur. libr. 6. & finaliter concludit, quòd nemo sani capitis dicaret, quòd arbitratori uideatur cõcedi, q̃ iniquè, & contra iuris communis prohibitionem p nunciet, siue pronunciare possit. sed Hostien. in cap. Quintauallis. dicit, si speciaiter dictum fuit, & expressè, quòd arbitrator in totum uel in parte ius unius partis possit alteri parti dare, & quantuncũque iniquè pronunciet, debet stari dicto suo, si iuramẽtum interueuisset uel postea esset promissa pœna de rigore iuris, iurans & non parẽs deierat, & pęnam promissionis incurrit, ut in capit. j. & 3. de pac. ubi dicitur, q̃ si dictum arbitratoris esset contra Deum, quo casu in nullo parendum esset, per notata in cap. ad aures. de temp. ordin. subdit tamen ipse, quòd fortè ex ęquitate iudicis ex officio debet occurrere iniquitati, tanta posset esse pensatis locis, causis, temporibus, & qualitatibus personarum, de transac. cap. fin. de arbit. cap. 2. sed Guil. in specu. in tit. de arbit. uersi. item quid si compromissum. uidetur tenere, quòd iuramentum hoc ẽt non obliget. alleg. de iureiurand. cap. ad nostram. & ca. quemadmodum. de foro compe. cap. si diligent. in fin. & quia contra bonos mores: ut ff. de pac. l. iurisgentium. §. prætor. & extra de pac. cap. final. & quia per illud uidetur fortius ius remitti. ut l. illud. § pacta: & quia per id iuitatur quis ad mãlẽ pronunciandum, ut in eadem l. §. illud quoque. & de pactis. l. conuentionum. allegat. l. cum precario. eod. titul. l. fi. & l. si libertus. de ope. liber. & hæc solutio probatur. quarum rerum. actio non datur. l. j. §. quæ onerandæ. & refert quòd quidam dicunt hoc pactum ualere: sed non simpliciter renunciationem.

His sic præmissis dico, dicit Ioannes Calderin. indubitanter, q̃ si arbitrator mandauerit aliquid, quod sit iniquum, & contra Deum, & cuius obseruantia induceret peccatum, illud non ualet, nec ad illud obligatur per iuramẽtum uide hoc casu petens reduci deber audiri non obstante iuramento: nec nunc, cum petit, est periurus. 22. quæstio. 4. si aliquis. & c. si quis perueniens. & capi. Quintauallis. cum simi. & hoc uoluit etiam dicere Hostien. Si autem id, quod mandauit de se non est contra Deum, & eius obseruantia non inducit peccatum. nec nutrit: sed aliàs est iniquum Distinguo, aut est iniquitas in re ipsa, aut dolo arbitratoris, ut quia sic iniquè pronunciauit, ex alterius partis odio, gratia, uel sorde. Primò casu puto iuramentum obstare, & per consequens ipsum petentem reductionem esse periurum, cum hic solum de præiudicio iurantis agatur quantum ad iura sua. q̃ per se possit cum iuramẽto maximè spõte se obligare ex certa scientia: ut in capi: cum uenisset. de inst. & per rationem ca. si uerò. & cap cum contingat. de iureiur. & c. quamuis. de pac. li. vj. nec fateor hoc casu, aliquid induci, contra publicam utilitatem, uel contra bonos mores. & hoc casu sit uerum, quod primò dixit Host. de pœna compromittenda. Si uero arbitramentum fuit iniquum, & doli arbitratoris, ut quia sic iniquè pronunciauit, ex alterius odio, uel gratia, uel sorde corruptus, dico hunc petentem reductionem non esse periurum, nec sibi obstare prædictum iuramentum, quod sic probo, quia aut dicis, quòd prædicta uerba non includebant dictum casum, scilicet, quando dolo arbitratoris pronunciaret iniquè, & tunc planum est



est ad talem casum, de quo non fuit dictũ nec cogitatum, non esset extendendum iuramentum: de iureiurand. c. pen. de renun. c. cum inter. de iureiur. capit. ad nostram. quod met. caus. cap. ad audientiã. cum si.

Nec est uerisimile, quòd hoc casu uoluerit se obligare propter dispendium, & præiudicium salutis æternæ, quod hoc casu facit imminere arbitratori, de iureiuran. cap. ad nostram. maximè cùm dictus dolus superuenerit, ad hoc de ecclesiædi c. fina. de iureiurand. ca. petitio. & C. de transact. l. si ex falsis. ff. ad municipales. l. fin. & quod not. 11. quęstio. 3. c. ante cessor. in glo. fin. aut per prædicta uerba includebantur isti casus, scilicet, si dolo arbitratoris, &c. & tunc idem, quia si expressè de huiusmodi dolo futuro fecisset mentionem iuramentum, non fuisset obligatorium, quia hoc casu contra pucam iustitiam, & honestatem, & bonos
25 mores præstitum fuisset, cum nulla † permutatio, cuius nomine appellatur, possit fieri sine pacto, cùm sit dolo odio, per gratiam, uel per sordes. 11. quæst. 3. cap. qui rectè. & c. quatuor. cum sequentibus. de arbitr. cap. 2. de re iudic. cap. 1. libr. 6. Item si expressè promittendo uidetur se sociare pacto arbitratoris, quare non obligatur, ex quo petit, ut ad bonum virũ reducatur. 22. quæstio. 4. si ad peccatum. secundum hoc iuramentum turpitudinẽ continet etiam ex parte iurãtis, & sic nõ contradicit. Facit quod not. Hostiens. de pactis. c. fin. in uerbo, nullum. facit etiam opinio, quæ habetur, quòd non obstante iuramento potest opponi exceptio doli per arbitratorem, etiam post biennium proprer pecuniam non numeratam. quã tenet Hostien. & plenè notatur de solu. c. fin. hoc enim probo nedum ex mente, sed ex uerbis cõpromissi, quia ex themate dicit, quòd compromiserunt partes in istum tãquam in bonum uirũ, tale enim arbitrium præstare debuit quale bono uiro conuenit, ut dicit l. si in lege. ff. locati: sed planum est, quòd arbitrando dolosè nõ fecit ut bonus uir. unde Tullius libro de Officiis describens bonum uirum di
26 cit, quod in † bonum uirum non cadit metus, sequitur ergo, & concluditur, quòd per dictam l. si in lege. quòd irrita est approbatio conductoris dolo facta, quia reductio licitè petitur iuramento non obstante.

Dominus Floria. de sancto Petro de Bononia in repetitione. §. arbitrorum. sic dicit, si quis renunciauit non petere reduci ad arbitrium boni uiri, an teneat renunciatio, ita quòd non posit peti reductio? Iac. Bru. tangit in auth. decernimus C. de arbi. ibi uide, hoc non firmat clarè, uidetur tamen dicere. quòd communis opinio sit, quòd renunciari non posit ullo modo, quominus reductio petatur qualitercunque fit. alibi tamen, scilicet C. de contrahen. empti. sic distinguit, aut dolus interuenit ex animo arbitri, & illi renunciari non potest, quia hoc esset remittere dolum, futurũ, quod esse nõ potest l. iurisgẽtium. §. si paciscar. ff. de pact. aut interuenit dolus re ipsa, & tũc aut ultra dimidiam iusti precij, & nihilominus petitur reductio, non obstãte pacto, uel renunciatione, arg. l. 2. C. de rescin. uen. aut infra dimidiam iusti precij. & tũc satis uidetur durũ, q̃ huic dolo renunciari non posit. Ita transiuit Iacob. But. cuius uerba not. quia ut patebit ex sequentibus. hoc idem approbat Bar. pro parte deber limitari, prout dicit ipse Barto. infra per illum tex. Dyn. de hac quæstione tangit in l. quidam cùm filiũ. ff. de uerbo. oblig. in regula, scienti. de reg. iur. in 6. Cyn. in l. cũ antea. C. de arbit. Guil. de Cug. in l. si unius. § illud. ff. de pact. Guil. in Spe. c. in tit. de arbitr. §. si uer. itẽ si compromissum. Innocen. Hosti. & alij Canonistæ in c. Quintauallis. de iureiu. quorum omniũ opinio. simpliciter omitto, quia satis possunt omnia eorum dicta ad concordiam reuocari.

Dic ergo secundũ Bar. in §. arbitrorũ. Aut arbitrator iniquè arbitratur dolo, & circa hoc nihil operaẽ renunciatio, ut d. l. si unus. §. illud. & l. conuenire. ff. de pactis. & ita loqtur tota disputatio Dy. in c. scienti. de reg. iu. in 6. Aut sine dolo, & tũc aut est deceptio, ĩ magna q̃titate, aut

in parua primo casu potest peti reductio. secundo non.ar.ff.de mino.l.si ex causa. in princ.quia in hac renunciatione inest tacita conditio, scilicet nisi immoderatè me læderet.argu.ff.de uerb. obli.l. quidã cum filium.ff.locati.l.quæro.§ inter locatorem. Ita dicit Bartol.intelligendo glos. quæ est in l.si de meis.§. recepisse. ff. de arbit.quæ dicit, quòd si arbiter potest de iure unius auferre, & dare alteri, quia debet intelligi, scilicet moderatè accipiendo. Quid autem si esset expresè dictum, quòd immoderatè posset,an teneret talis cõuentio,ita quòd non posset reclamari? patet infra ex solutione alterius quæstionis.

Sed quid si in renunciatione interuenit iuramẽtum,& in materia nostra,quæ dicatur parua uel magna quantitas? dic, colligitur ex text.l. unde si Neruæ. coniuncta l.si non fuerit.ff.pro socio,scilicet, quòd facta computatione sufficit excessus in sexta totius. Nam cũ in dubio
27 † partes debent esse æquales,ut d.l.si nõ fuerit.cùm uni mandet unam partem de toto dare alteri duas,dicitur iniquè arbitratus, ut in dictis legibus. Nec ob.quòd ut quantitas dicatur magna, uidetur requiri excessus ultra dimidiã iusti precij, quia respondet Bartol.& hoc rogo pondera: quia illa lex loquitur in taxatione precij facta à se, secus si fiat ab alio: quia tunc sufficit,quòd in sexta parte sit deceptus. & hic est casus in §. arbitrorum. cum l. unde si Neruæ. cum l.sequenti.

Et ex hoc infertur sub dubio tamen fortè, quod si in contractu facto per procuratorem non habentem ad hoc speciale mandatum, si quis deceptus in sexta parte, si contra procuratorem non posset haberi regressus posset implorari remedium dictæ l. 2. C. de rescinden. uendit.scilicet, ut precium suppleatur, & à contractu recedatur,ita dicit Bartol. hic, non tamen precisè affirmat.super hoc,tamen Ioã.de Imo. in l.si quis arbitratu.ff.de uerb.oblig. sic dicit in fin. Itẽ adde, quia dixit Barto.in l.si societatem. §.arbitrorum.ff.pro socio.quòd enormis læsio dicitur esse, quando quis læditur ꝑ alium in sexta totius,ꝑ l. unde si Neruę. ff.pro socio.& per hoc ibi cõcludit, quòd in casu l.2.C.de rescinden.uendi. si forte contraxisset, per procuratorem, succurreretur sibi, si esset læsus in sexta parte, licet secus, si per seipsum contraxisset, quia tunc requireretur deceptio ultra dimidiam iusti precij. nam Bartol. non uidetur bene dicere, quia leges allegatæ per eum non bene probant de sexta, si bene ponderentur, sed de tertia eius: quæ debebatur in effectu. Nam in dubio partes societatis,debent esse æquales.l.si non fuerit.ff.pro socio.Ideo si arbiter assumptus sub distributione partis societatis,adiudicat uni socio tertiam partem lucri,alij duas partes,in effectu uidetur lædere eum,cui assignat tertiam, ex quo debebat habere dimidiam,& sic sex uncias totius lucri in tertia parte, quam habet minus,quàm alius,qui duas uncias habet minus,quæ sunt tertia pars de sex.

Item in secundo dicto non uidetur bene dicere,sed potius uidetur dicendum, quòd aut ille procurator habuit specificum mandatum, de uendenda re, pro certo precio, ꝑ sic uendidit, & uidetur haberi proinde,ac si dominus uendidisset,cùm non sit dare rationem diuersitatis,aut habuit solum mandatum cum libera,& tunc uidetur habere mandatum de uendendo iusto precio,tamen in resi-
28 duo sit donatio.Donandi autem † potestas in dubio nõ uidetur data ei,cui etiã conceditur libera.l.si filius.ff.de dona.& l.contra iuris.§. fin.ff.de pact.ideo uidetur tunc,quòd posit reuocari uenditio, quasi facta contra formã mãdati, etiam si infra dimidiam sit deceptio, nisi modicissima esset deceptio seu læsio,ꝑ tũc de illa nõ curaretur,arg.l.scio.ff.de in integr.restit.Si autem habuerit mandatũ de uendendo ꝑ illo precio, quod fuerit arbitratus.& tũc idẽ:quia eadẽ est ratio,quia in arbitriũ eius tanquam boni uiri est cõmissum.l.si sic.& ibi no.ff.de leg.Si autẽ fuit datũ mandatũ,ꝑ pro illo precio,quo noluerit,uendat tunc dummodo non cõmittat dolum,nec uelit dare, uidetur ꝑ

teneat



teneat uenditio, & sit idem ac si ipsemet uendidisset,arg.l.creditor.§ Lucius. ff. de mandati.uel dic quòd in secũdo & tertio casu tenebat uenditio, ex quo ex tenore uenditionis non apparet aperte cõtra mandatum esse factum,sicut etiam tenet sententia arbitratoris, licet inique arbitretur. Fateor tamen, quòd ratione
29 lesionis:quia † respectu effectus non consensit dominus,poterit peti rescindi, secundùm l.2.C.de rescin.uend.& hoc clare apparet,si læsio erit ultra dimidiam iusti precij uel infra dimidiam, per illam l. idem forte si in tertia,per l. unde si Neruæ.suprà alleg.secũdùm opi.Bar.quæ uidetur in casu isto posse sustentari,tamen quia noua est,& peregrina, timeo quòd non seruaretur in practica, & potissimè, quia re uera l.unde si Neruæ.in alio casu loquitur,scilicet,quando sunt duo compromittentes in tertium, & non, quòd unus dat mandatum alicui de aliquo faciendo eius arbitrio.

Subsequenter quærit idem Florianus in d.§.arbitrorum.Quid si in cõpromisso fuit dictum,quòd ex nũc partes emologauerunt quicquid fuerit arbitratum? fertur Dy.consuluisse,quòd idem est, ꝑ in renunciatione simplici,de qua dixi,ut intelligatur emologare, si æquè fuerit arbitratus:ut ergo emologatio præiudicet, debet fieri post laudum secũdùm eum,ꝑ intellige de emologatione expressa,ut dixi.nam sententia arbitratoris non potest emologari tacito cursu decem dierum, secundum Innocent. in cap. Quintaualis.

Quæritur si renunciatio reductionis ad arbitrium boni uiri sit uallata iuramento, ut quia iurauerunt stare omni eius arbitrio, etiam iniquo quantuncũq; damnũ intulerit alicui ipsorum, & quòd illud nun poterit ad arbitrium boni uiri reduci.

Quæritur an arbitrium quod re uera iniquũ est posit peti reduci ad arbitriũ boni uiri & petens sit periurus,& an sibi obstet iuramentum, uel non. Bartol.in d.S.arbitrorum.se expedit dicens, quòd iuramentum habet illam conditionem, quam pactum præambulum, scilicet de non contraueniendo,si æquum fuerit arbitratus,ut d.cap. Quintauallis.& C. de non num. pecu.l.fin.ff.ad municipales.l. fi.in prin. & cum huc transeunt communiter Iuristæ,quantum ad nostrum propositum, licet circa iuramentum generaliter,& quomodo sit obligatorium, aliqualiter distinguam,vt colligitur ex allegatis legibus, ante determinationem huius quęstionis. Sed quia quantum ad hunc articulum de iuramento hæc quæstio est magis canonica, quam ciuilis: Idcirco sciendum est, quòd Ioan. Cald. utriusque iuris doctor famosissimus disputauit istam quęstionem,cuius determinationem postea secutus est ille utriusque iuris monarcha profundus.Ioã.An. eius pater adoptiuus. Ita colligitur ex notatis per Ioan.And.in titul. de arbitr. §.fina.uersicu.item si compromissum.& qaia hãc determinationem communiter omnes sequũtur,quia etiam quæstio hæc utilis est,& quotidiana. Ideo eius solutionem hic interseram allegationib. ad partes omissis.

Pro clariori ergo solutione huius quęstionis habenda præmittit, quòd iura de hac reductione loquentia, uidentur aliqualiter diuersa,& sic ad concordiam deducuntur. Aut enim est compromissum stare arbitrio,uel arbitrato alterius partis,eo casu quo,id fecerit,potest,ut no.ff. de arbitr.l.penultim.hoc dico ꝑpter no. C.de contrahen.emptio. l. si in uendendis.& tunc ad arbitrium boni uiri refertur,si arbitratur iniquè, vt dicta l. libertus.& cap.Quintauallis.& siue nihil arbitretur,vt ff.de contrahenda emptione. l. hęc uenditio.& ff.locati.l. si in lege. Aut est compromissum stare arbitrato tertię personę,& tunc licet quidam uoluerunt dicere ad arbitrium boni uiri recurrendum in contractib. bonæ fidei, & nõ est stricti iuris. tamen hæc distinctio nõ ꝑcedit,imò si nihil sit arbitratus non est recedendum à persona tertia. Super dicta solutione uide supra ubi est supradictũ, Ioan. Calde.super dicta solutione. Petr. autem de Anch.in consilio suo quod incipit,

cipit, Primum dubium sic dicit. Primum de quo quæritur non est nouum, sed per antiquos, & modernos plenè discussum, & publicè disputatum, & quòd reductio in casu nostro peti non possit obstãte renunciatione, & etiam speciali partium iuramento, & procuratorum specialium, ad hũc actum uigent efficacissimę rationes.

Et quòd ualeat renunciatio, facit primò: quia† petitio reductionis est species appellandi. l. non distinguemus. §. cum q̃dam. ff. de arbitris. sic ergo potest futuræ appellationi renunciari: ut l. fina. §. final. C. de temporibus appella. & ita & futurę reductioni, maximè quia sicut per reductionem petitur emendari iniquitas arbitratoris. ita per appellationem iniquitas iudicantis. l. j. ff. de appellationib. ubi ergo est eadem ratio per omnia. ibi. idem ius debet statu: ut l. illud. ff. ad legem Aquiliam. in c. inter corporalia. de transactionib.

Secundò pro hoc facit similitudo, quã habet sententia iurisiurandi. & transactio ad laudum arbitratoris, nam laudũ est quædam transactio: ut in authentic. ut differentes iudices. §. j. ergo sicut in illis non admittitur querela iniquitatis, quando partes consenserunt: ut l. res iudicata. ff. de re iudicata. & l. nam & postea. ff. de iureiurando. & l. sub prætextu. C. de re iudicata. ita nec contra laudum roboratum consensu partium prę ambulo. Nam talis consensus (in compromisso appositus, uidetur in laudo repetitus, quia ad hoc tempus refertur, & ideo hoc tempus, in quo effectus dispositionis dirigitur, debet attendi: ut l. in tempus. ff. de hæredib. institu. & l. si ita scripsero. ff. de conditio. & demonstr. ex hoc infertur, quòd iuramentum in compromisso appositum, uidetur in laudo repetitum: quia si ita est, cùm laudum sit transactio, ut dictum est, sicut ille qui ue
31 nit† contra transactionem iuratam, recepta restituit, ius quod habet, amittit, & infamis efficitur: ut l. si quis maior. C. de transact. ita & ille qui uenit contra laudum, in quo iuramentum. in compromisso præcedenti appositum uidetur repetitum: ut in consequenti: quia ad ipsum, & eius obseruantiam refertur, argumentũ: l. oratio. ff. de sponsa. l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. de procurato: & capitul. præterea. de officio delega.

Tertiò pro hoc facit, quia in hoc casu cessat ratio querelæ præmissę super iniquitate laudi. Est enim ratio, quia partes non uidentur hoc cogitasse, quòd assumptus, in arbitratorem, & in bonum uirum, deber iniquè arbitrari. & hæc ratio colligitur in capit. ueniens. de iureiurando. & l. si libertus. de operis libertorum: sed in casu nostro partes conuenerunt & iurauerunt de iniquitate non conqueri. apparet ex hoc de iniquitate cogitasse, & ei renunciasse: scienti
32 † ergo, & uolenti non infertur iniuria neque dolus. ut in capitul. scienti. de regul. iur. in 6. & l. 1. C. de actio. empti.

Quartò hoc firmat, libera in bonis propriis administratio. Dicit enim lex,
33 quòd licitum est unicuique sua† cõmittere, & res suas pro libitio regere, & gubernare, ut l. nemo exterius. C. de iudi. & l. in re mandata. C. mandati. Itẽ & si tertio liberè commisit, quòd posset de re sua agere, quicquid uellet, debet esse ratum, quicquid ipse gerit, etiam si iniquè, dummodo absit dolus: ut l. idem proferre. §. stari. ff. de arbitris, & l. cum quidam. de leg. 2. & l. creditor. § Lucius. ff. manda.

Pręterea rem propriam potest quis liberè donare, & mari proiicere. l. cuius per errorem. ff. de regu. iur. & in l. j. C. de inofficio. dona. si ergo tem certã. & indubitatam, quæ ad me spectat, possum etiã sine querela cuiuscunque ita malè dispẽsare: multomagis litem dubiam, sic ex toto uoluntati alterius committere. ut sic quo ad hoc non sit melioris conditionis res dubia, & in controuersia posita, quã certa, & indubitata, ut l. ordinata. §. fina de libera. causa.

Quinto hoc probat ex eo, q̃ sicut ex futura iniquitate laudi poterat lędi, ita poterat commodum consequi si arbitrator pro eo iniquè pronunciasset, cùm autem ita actus, & dispositio pendet, quòd
34 potest tendere† ad onus & commodum alicuius non potest prætendere lęsionẽ, si contra eum sors acciderit, quia pro eo potuisset: argu. optimum. C. de inoffi. te. l. si pater puellæ. & l. si ea. C. de usuris. est enim casus fortuitus: quòd iniquè arbitrator assumptus in bonũ uirũ iniquè pronunciet, sicut enim de iudice, vt notat Bar. in l. exceptionem. ff de fideiu. sed casui fortuito, potest expressè renunciari: ut l. sed & si quis, §. quęsitum. ff. si quis cau.

Sextò accedat pro confirmatione prædictorum authoritas iuramenti, cuius robur, & efficacia multiplex est, & illa magna quòd confirmat, aliàs inualida, & à iure prohibita quandoque, de iureiur. ca. cùm contingat. de pac. c. 2. lib. 6. 22. qõ. j. omne beneficium maxima rescissoriũ dispositionis cum iuramento uallatę. auth. sacramenta. C. si aduersus uendit. & l. 4. C. si minor. se maiorem dixerit. Item in materia iuramenti traditur regula generalis, quòd omne iuramentum est seruãdum, quod non uergit in dispendiũ salutis æternæ, etiam si enormiter quis ex eo lędatur in patrimonio suo, uel sibi debito: patet in dote, quæ est patrimoniũ mulieris. l. j. §. sed utrum. ff. de minorib. & in hęreditate paterna filiis debita, quodammodo uiuo patre: ut l. in suis. de liberis & posthumis. & tamen pacto iuramento firmato possunt hæc iura tolli, licet maximi præiudicij: ut patet in dicto c. cum cõtingat. & dict. c. 2. multomagis ergo tolli potest ius dubium incertum: & indubitanter potest à se abdicare. multofortius de incerto ad incertitudinem reducto non conqueri, ut probatum est suprà in 3. responso. Item contra iuramentum nõ possum etiam proximum arguere de peccato: patet in c. debitores. de iureiurãdo. sed hic uolo arguere arbitratorem de peccato, scilicet, q̃ iniquè egerit, quod non possum si iurauì non opponere, uel querelare: ad hoc cap. quemadmodum. de iureiurãdo. ea enim ratione repellitur quis ab impugnatione sententiæ arbitri, quia in eũ cõsensit: ut l. diem proferre. §. stari. ff. de arbitr. multomagis in casu nostro, ex quo expressè de iniquitate non conqueri fuit expressè in cõuentione deductum: & sic habuit latiores habenas, & maximè inspecta natura rei, sup qua laudum ꝓfertur. Nam est quęstio, à qua recedere maximum est lucrum. nec potest quis de ipsa transigendo conqueri ratione deceptionis. l. Lucius. §. final. ff. ad Trebellian. sufficit nanque timor litis ad ipsam ualidandam. l. 2. C. de transactionibus.

Septimò & ultimò in hac parte facit quod no. Accur. in simili. ff. si mẽsor falsũ modiũ dixe. l. 2. § competit. in gl. Idem si conuenerit &c. ubi pactum super futura iniquitate mensoris ualet, & est seruandũ. Ad idem optimè facit, q̃d no. Io. An. in c. humilis. de maioritat. & obedient. in nouella. ubi ad literam ita dicit quado in iudicem uel alium sic compromittitur, quod posit de alto & basso iuxta multorum uulgare dicere, & facere quicquid uult, & ius unius partis in totum uel in parte alteri dare. de ceterò non potest altera partium ignorantiam allegare, quia ui pacti se excludit, & de se quæratur, argumẽ. ff. de minoribus. l. cum mandato. in fi. de arbitris. l. diem proferre. §. stari. & l. sed & si quis. §. fi. ff. de instito. actio. ita ibi dicit hanc partem scilicet quòd nõ posit peti reductio. tenuit Ioan. Calder. disputando, ut refert Ioannes. An. in Speculą. de arbi. §. fi.

Idem etiam tenuit disputando Rayn. de Forliuio, & quàmplures alij. licet quidam docto. magnæ famæ teneant contrarium, scilicet quòd non obstãte iuramento, & renunciatione prædictis posit peti reductio ad arbitriũ boni uiri, in qua uarietate optimum est habere iudicem gratiosum: quia potest sequi alteram opinionem, prout sibi placet. Sed etiam in casu nostro pro dicta opinione, uidelicet quòd non posit peti reductio. ideo superius ita latè allegaui, q̃ non solum ex hoc capite: sed etiam ex alio potest iustitia huius laudi cõfirmari, & quòd iniquitatem non

nõ contineat, uel si aliqualem contineat, non tamẽ talem, quòd reductio peti possit probo hoc ex tenore alterius laudi, de quo in secundo dubio in principio narrationis facti de quo in secundo dubio in principio narrationis facti, de quo suprà ubi dicitur, quòd prædicta domina Frãcisca approbauit laudum & arbitramentũ domini Episcopi in ea parte, quæ fauorẽ eius concernebat. quia iuxta eius cõtinẽtiam recipit dotem, & augmentum dotis nõ potest igitur ipsum impugnare in his quæ faciunt contra se argu. l. cùm quæritur. ff. de administr. tuto. & in l. in causæ. ff. de procura.

Præterea secundùm opinio. Specula.
35 non contradicendo † laudo intra decẽ dies uidetur laudum approbare, uel secũdùm Bar. tacendo per annũ, ut ipse not. in l. si societatem §. arbitrorum. ff. pro soci. hic autem fuit plus quàm taciturnitas ex parte dominæ Franciscę, quia recipit deducta in laudo, ut prædixi, & plus est approbare facto, quàm uerbo, per c, dilecti. de appella. & l. de quibus. de legibus. & l. certum. ff. si certum petatur. quia igitur in laudo, & arbitramẽto domini Episcopi dicitur contineri, quòd ipsa teneatur renunciare successioni filiorũ: & hoc etiam uenerat in compromisso iurato, uidetur habere perinde, ac si ipsa renunciasset: quia ut dixi supra in 2. argumento cõuenta & promissa inter partes uidentur in laudo repetita, maximè à partibus, approbato pro me, teneor recipere contra me. l. si quis testibus. C. de testibus. & quod not. Ioann. Andr. post Innocen. in capitul. cùm uenerabilis. de exceptio.

Præterea ponderandum est, quòd domina Francisca de ultimo laudo lato p dominum Ioan. non potest conqueri, tãquam læsa ab eo, sed à suo procuratore, qui plura bona in hæreditate, de qua agebatur asserit, quæ reperta sunt, quæ si reperta fuissent laudum suum nõ posset de iniquitate redargui, ex eo, quòd plus quàm debuisset adiudicauerit dominæ Catherinæ, est igitur in hoc laudo deceptio, re ipsa, non dolo arbitratoris, quo casu non uidetur posse peti reductio, prout dominus Io. Cal. disputauit. potest enim cõtra suum procuratorem habere recursum, si dolosè obrepserit. l. 2. ff. de eo per quem factum est. & credendum est ita affirmasse ex conscientia dictę dominę, unde de seipsa quęratur. c. scienti. de regulis iuris. in vj.

Ex his concludo, quòd laudum domini Ioan iustificatur ex laudo domini Epi pręcedenti, cuius uigore dicta domina Francisca excluditur ab hæreditate pupillorum Odorici, cõdemnata est enim ad faciendum remissionem, & pactũ nõ petendi de cæterò aliquid de prædictis bonis petendo, igitur cõtra laudum emologatum, & approbatum. ut supra patet, concluditur quòd iniustè petit: & posset agi etiam iudicis officio, ut sibi silentium imponatur, ut l. si contendat. quod ibi no. ff. de fideius. & l. Aurelius § centum. ff. de liber. lega.

Vltimò aduertendum quod etiam tenendo opi. contrariam, uidelicet, quòd contra laudum posit reductio peti ad arbitriũ boni uiri, propter enormem læsionem re ipsa non obstante iuramento, cuius tamen oppositum multi tenent, ut supra dixi. & rationibus ualidis confirmaui. tamen hoc est clarum, quòd antequã petat huiusmodi reductionem, debet peti relaxatio iuramenti, quantuncunque laudum arguatur iniquum, patet hoc in cap. si uerò. de iureiu. li. 6. & ratione metus non potest peti rescisio dispositionis iuramẽto uallatæ, nisi prius relaxatione obtenta, & tamen metus continet in se dolum ut l. j. ff. quod met. causa. ad idẽ c. debitores. eo. titul. ubi etiam si re ipsa promissio ut turpis, puta de præstandis usuris, tamen debet eam implere, per iuramentum, nisi prius fuerit relaxatum p hoc etiam c. ueniẽs, & c. Quintauallis. eo. ti. ubi ad Papam fuit habitus recursus propter iniquitatem arbitratoris, ppter iuramenrum, quod declara eos non teneri, ante ergo talem declarationem non uidetur licitum deferre sacramentũ authoritate propria, maximè cum prima facie nihil turpe in se contineat. ad hoc quod



quòd no. Inno. de elec. cap. uenerabilem. in hac autem relaxatione petenda, debet pars, cui est iuratum, citari, quia agitur de eius præiudicio: arg. l. nam ita diuus. ff. de adoptio. & l. de unoquoque. ff. de re iudica. ex eius enim relaxatione negari nõ potest robur, & efficacia dispositionis sic iuratæ attenuari, & debilitari, quia
36 † iuramentum reddat in multis cõtractũ efficaciorem. iuxta plenè no. secundùm Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideius. parte ergo præsente debet de meritis iuramenti discuti, & inquiri, postquàm contractus diminutio tractatur: ut l. fi. C. si peruim uel alio modo, & certè iustificato laudo domini Ioan. secundùm qd superius est ostensum, conclude dictã relaxationem non esse concedendam dictæ dominæ Franciscæ, sed petenda potius pp iuramentum, quod generaliter est seruandum, ubi non fuerit præstitum, ui, dolo, uel metu, nec uergit in dispendum salutis æternæ, ut dicto capitul. 2 de pact. lib. 6. facit quod not. in capitu. exceptionem obiicieus. de litis contestatio. libro 6.

Idem tamen Petrus de Ancharano, in suo consilio, quòd incipit, In quæstione, quæ uertitur inter Nicolaum Benedicti in ordine 19. sic dicit. Oldradus in suis qõnibus expressè tenet, q quando quæritur de relaxatione iuramenti, non ad rescissionem dolosi contractus: sed ad habilitandum personam, ut non obstante tali iuramento, detegere posit fraudem contractus, & hoc casu non requiritur partis citatio, nec solennis examinatio: quia de graui periculo creditoris non agitur, remanet enim omne ius sibi saluum ad omne tale debitum deferendum. Cõcludit enim quòd sine aliquo ordine potest decenter concedi talis relaxatio, & iuri partis non detrahitur, ponit similitudinem in liberto, qui petit ueniam à prętore, ut posit uocare patronũ in ius & de filio emancipato, qui petit decerni bonorum possessionem causa litis cognoscendæ & sibi dari licentiam, ut posit proponere querelam inofficiosi testamẽti, contra testamentum patris, cum Oldrado concordat Ioann. And. in add. Spec. in titul. de iureiur. in rubrica. ad finem mouetur eiusdem rationibus. & similibus.

Et ex his concludit quòd non obstãte contradictione partis, Episcopus, seu eius uicarius, dictum iuramentum debet relaxare ad fratres supradictos, & pars probationes facere in iudicio quibus detegat dolum, & fraudem contractus. Ioan. Andr. in addi. Specu. in titu. de iureiurã. in rub. sic dicit: Quæro de illo qui iurauit super usuris soluendis, uel solutis, nõ repetendis, petit absolui à iuramẽto per Episcopum, an necessariò sit uocandus creditor, qui usurarius dicatur sine dubio, sicut diuersa est forma iuramenti, de qua quæritur, sic cadit diuersa responsio. In primo enim scilicet de soluendis potest arctari terminus solutionis fiẽdæ, quæ arctatio non cadit in secundo, scilicet, de non repetendis, pro tanto scripsi dicit Ioan. Andr. post Tancre. & Vincẽ. in decretali, debitores. de iureiuran. super fin. gloss. 2 quæ ibi dicit in fine quòd nisi petat absolutionem à iuramento, tenetur soluere. prædicti dant instantiam, quando instat terminus solutionis, & cre
37 ditor abest, † & sic concludunt eum de necessitate uocandum. Est ergo de iure iste ordo seruandus, ut uocetur creditor quòd iuramentum remittat, ut in c. 1. de iureiu. si contumaciter resistit, relaxabit illud iudex, ut satis scripsit idem Ioann. And. in cap. debitores. eod. titu. supra gl. 2 & quod scripsit idem Ioan. And. in ca. ad nostram. in tex. & super pe. glos. de iureiur. & facit de testibus. cap. constitutis. lo 2. sed ibi denunciantur iurantes, propter temeritatem iuramenti, concordat cap. cùm quidam. eod. titu. remanet ergo dubium. ubi creditor non est contumax quo casu dicunt quidam idem pro quib. benefacit. ff. de fideicom. lib. j. si quis seruum. §. si cum seruum. & l. nõ tantum. §. senatus. ff. de iure patr l. adigere. & quod ibi no. si enim lex mortua factum, & p̃sentiam hominis representat, iura enim fingunt præsentem, quo præsente fiendũ erat quod agitur, uel fauore libertatis. ut in

in iuribus prædictis. C.si mancip.ita fuerit alien.ut ma.l.fin.uel testamentorum: ut in auth.de hæredi.& Falc.§.his igitur. in fi.uel crimiuis odio:ut in casu nostro, ꝓpter quod etiam ex officio inquirit ecclesiasticus iudex:ut in d.c.ad nostrã. facit C.de priuileg.fisci.l.fi.

Concluditur ergo quòd siue ad dissoluendã actionem contractus, qui usurarius dicit, siue ad relaxandum iuramẽtũ dissoluendum in diem, siue ad obtinendã relaxationem iuramenti de nõ petendo usuras solutas, semper est uocandus creditor:expedietur autem causa summariè & de plano &c.ut in cle.dispẽdiosam. de iudi. ubi autem iurasset etiam non denunciare uel illum in ius uocare, & uult in ius uocare, uel denunciare satis uideretur, quòd relaxatio iuramenti illo nõ uocato fieri posit,quia iuri partis nil detrahitur dat exemplũ in liberto, qui petit à prætore licentiam uocandi patronum in ius,uel parentẽ.ff.de in ius uocan.l.quique. §.j. Pet. autem de Ancha. quodã suo alio consilio,quod incipit, In Christi nomine Amen. Retento ordine dubiorum, tenet contra. & iudicio meo melius, per rationes suas:tenor calis est, Retento ordine dubiorum reassumam singula, ut aliquid ultra addam, & supr primo quæsito an si contra iuramentum quod prætenditur extortũ per metũ possit qui iurauit uenire contra propria authoritate.& dicendum est pro ueritate, quòd non: imò requiritur absolutio. & in hac opinione concordant omnes, ut Innocen.in cap.si uerò. & capit.uerum. de iureiuran. & utrobique ibi not. idem Spec.in titu.de legato.§. nunc ostendendum.uersi.24.idem Archidia.22.quæst. 3.qui sacram.& 15.quæst.6.cap.authoritate.

Regulariter igitur gesta ꝑ metum ua
38 lent, licet † causa cognita per iudicem rescindatur, ut C. & ff. quod met.cau.& no.in c.Abbas. quod metus causa. fallit in certis casibs,in quibus gesta ꝑ metum non obligant,sed sunt ipso iure nulla, de quibus in dicto c.Abbas. in quib. etiam credo,ꝙ requiritur sententia declaratoria quòd possit uenire contra, arg.c cùm secundum leges. de hæreticis.libro.6. & quod not.in c.2.de prescript.eod.libr. & hoc dico,quando uitium est latens, secus si apparet ex sui inspectione illicitum,& quod eius obseruantia uergat in d.spendium salutis æternæ,quia tunc authoritate propria potest deferri,ut l.quæ sub cõditione.§.fi.ff.de condi.insti. & quod no: in ca.venerabilem. de electio. Cognitio autem huiusmodi nõ seruatur iudici, ne quis in hoc sicut nec in aliis sit iudex in re propria deferendo iuramentum: & prẽmissa,quæ prima facie nullum continent uitium uisibile,igitur eis standum, argument.notatorum in l. final. de edic. diui Adria.tol.& l.cum precibus. C. de probat. & super hoc non expedit ultra progredi,postquàm omnes in hac parte inclinant.

Præsupposito ergo hoc pro uero uidẽdum est an iudex adhibitus in ista relaxatione iuramenti præstiti in contractu transactiouis debeat adhibere causę cognitionem? & sic partem citare:ut l.fi.C. si per uim uel alio modo. super quo est aduertendum,quòd quandoque iuramẽtum solum personam obligat,puta ad nõ petendum uel non agendum:& de isto ꝑ Inno.in cap.exceptiones.de litis contest. lib.6.quandoque uenit ad confirmationem contractus aliàs inualidi,ut minoris uel mulieris,in certis casib.ut in ca. cum contingat.de iureiuran.& c.2.de pac.lib. 6.in authen.sacramenta puberum. C. si aduersus uend. Primo casu,quia non est magni præiudicij habilitare personam solummodo ad actum, tunc dicunt quidam, quòd non requiritur partis citatio in tali relaxatione, sed certè cùm talis relaxatio ius tribuat iu quantum inhabilitat ad iudicium, non habet in se rationem, quòd non debeat pars citari. imò contrarium potest colligi ex notatis in l.j.§.si causa cognita.ff.de bon.pos. titu.generali.Item nõ potest dici modicum interesse excludendi aduersarium à limine iudicij,propter multas moras iudicij ipsius in dubium euentum,& insuꝑ sumptibus litis non uexari ut l.minorib.

ff.de



ff.de mino.& l.quod debetur.ff.de pecu lio.& posito quòd esset modicũ interesse:tamen & in minis non debet partem lædere:arg. cap. de appellationibus. de appel.& C.de appel.l.& in maioribus.

Ex quo igitur certum est, ꝙ uertitur interesse,scilicet aduersarium ab agendo repellere, ipsum iudex habilitare nõ põt parte nõ citata,nã,ut dicit tex. cõtra par
39 tem † inauditã,nihil diffinire possumus: ut in c.1. de causa pos. & proprie.& in c. intra quatuor.de maio.& obed.& quod not.in cap.ecclesia sanctæ Marię. de constitu,est ergo hoc iuramentum præstitũ parti: ergo non potest per iudicem remitti proprio motu ut not in d.c.authoritate. In secunda autẽ specie iuramenti præstiti super ualiditate cõtractus, uel super maiori efficaccia,& effectu: & cum trãsactio est iurata,sicut in casu nostro, credo prouldubio necessariam esse cognitionẽ: & per consequens citationem,super qua fundatur omne iudicium:ut no.in d.ecclesia sanctę Mariæ. & ff.de iureiuran.in rub.Probo hoc primo,ex eo quòd trãsa
40 ctio † iurata inducit multiplicem effectũ ut patet in l.si quis maior. C.de transac. nõ uidetur ergo permissum iudici ex abrupto ipsius uires debilitare,per relaxationẽ iuramẽnti,quod censetur esse pars contractus,& concomitantia,sicut dies, & omnia pacta:ut l.j.ad fi. ff.de eden. & l.fundi partem.ff.de contrahen. emptio. &c.Abbete sanè.de re iudi.lib.6.Formæ igitur contractus datę à contrahentibus, nõ uidetur permissum iudici detrahere: ut l.in conuentionali. ff.de uerb.obliga. & nedum iudex, sed nec Imperator potest sine causa tollere ius alterius,maximè, quod descendit ex conuentione, & sic ex uinculo naturali:ut l.j.ff.de pactis. &c.quæ in ecclesiarum.de constitu. per Innocẽ.& l.quoties.C.de precib. Impe. offe. iuramentũ autem petitum, homini est huiusmodi,& de iure naturali,ut not. per Archidia.in d.cap.authoritate.& in Specu.ubi supra.

Præterea inter laicos iudex ecclesiasticus cognoscit de uiribus iuramenti,& de incidẽti spirituali,sicut in simili, de ordine cogni.cap.j.nulli autem dubiũ quòd de spirituali incidenter mota est cognoscendum parte citata,ut c.tuam.eo. titu. & c.lator.qui.filij sint legi.

Ex istis breuiter concludendum est, quòd sicut iudicis sententia esset ipso iure super toto contractu nulla,& prẽmissa causę cognitione & citatione legitima: ut l.ea quę.C.quomodo & quãdo iudex & in clementi.pastoralis. de re iudic.ita etiam debet esse nulla super parte contractus deducta in ecclesiastico foro: argu.l.quæ de dota.ff.de rei uen.& l.pro latam.& quod ibi not. C. de sententijs & capit.cum ex literis. de restitu. in integ.

Præterea ad not.per Innocen.in cap. debitores.& de iureiu.est aduertendum vbi relaxatio iuramenti primo loco spectat ad partẽ,cui est præstitum,& in eius contumaciam,& contemptum potest iudex ex officio relaxare.ut in allegato ca. debitores. in nouella si igitur ordine successiuo iste actus spectet ad plures, non ualet quod agitur per sequentem in gradu ante deuolutionem ad ipsum: argu.l. quandiu.ff. de acquiren.hęredi.& quod not.in.cap. prudentiam. de offi. delega. & cap. ab excomunicatio. de rescrip. in nouella.& maximè est uerum,cum subrogatur iudicis officium,quod nõ cõcurrit cũ alio,luce clarius manifestè patet,ꝙ absolutio à iuramento domini Episcopi fuit nulla,& ꝑ consequẽs nec nomẽ sententiæ meretur habere;ut d.clemẽ.pastoralis.ad finem.ad hoc l.4.§. cõdemnatũ. ff.de re iudi.& l.3.§.testamentũ.ff.quem ad.testa.aperian.& l.non putauit.§.nam quæuis.ff.ne contratab.

Ex hoc etiam consequenter infertur solutio ad secundum quæsitum principale,uidelicet ꝙ d.domina B. contra dictã transactionem à se factã,iuramento uallatã,supplicando,uel aliter ueniẽdo contra,incidit in pęnas,de quibus in l.si quis maior. C.de transa.nec Episcopi auctoritas,qui eã perperam, & temerè absoluit excusat ipsã à temeritate, quę uertit inueniẽdo cõtra dictã transactionẽ.ut l.iustè.ff.de acq.pos.ꝑ Bart.& c. fi. de clandesti.

desti. despon. & l. meminerint. C. unde ui. & maximè hoc est uerũ quando ipsa procurante & ad eius instantiam Episcopus relaxauit uel talem absolutiouem facta suo nomine alio postulãte ratam habuerit tacitè uel epresè; un in cap. fina. de confes. lib. 6 & ad hoc l. prætor. ff. de iudi. & quod no. Innocen. in cap. ij. de dila. Si autem procurator ad hoc non habens speciale mandantum suplicaui. ut trasanctio iurata à predicta domina rescindat nõ debuit auditi: quia talis actus per quem, dom incidit in pœnam, uel diminutionem farmę & status sui, ut est ista per allegatam l. si quis. non potest proturator exequi sine speciali mandato ut in clemen. procurator. de procur. cum ibi no.

Videndũ est an iudex secularis possit cognoscere de uiribus & effectu iuramẽti appositi in prędicta transactione dicitur ꝙ fuit præstitum per metum, & per consequens non est obligatorium in effectu: ut d. cap. si uerò. & ca. uerum. de iure iuran. Et certè dum in isto casu, de quo queritur, sit contentio, an iuramentum sit seruandum, uel non, uidetur quòd huiusmodi cognitio spectet ad forum ecclesiasticum, iuxta plenè not. per Ioan. An. in cap. fin. de foro compe. Nam dictum est suprà in primo dubio post doctores ꝙ iuramentum per metũ extortum ligat & obligat, licet posit rescindi, sicut alia, quæ per metum geruntur, sed quia ista resolutio est de re spirituali, uidetur spectare hæc cognitio ad iudicem ecclesiasticum, & non secularem; ut in capitu. tua de ordine cognitio. & in cap. decerni mus. de iudi.

Et hoc pro uero præsupposito, uidendum restat, si iudex ecclesiasticus ex abrupto & sine causæ cognitione relaxauerit: & sic absolutio & relaxatio ipso iure nulla: ut est supra plenè probatum. Videndum est an iudex secularis, corã quo de nullitate talis absolutionis contenditur, posit de ipso cognoscere, uel præcisè tenetur sequi relaxationem, & absolutionem Episcopi. licet nullã: & in hoc est recurrendum ad no. per Ioan. Andr. in cap. cùm in iure. de offi. delega. & c. 1. de officio ordinari. in nouel. & utrobiq; uidetur esse de mente docto. quòd iudex secularis non debet obedire iudici ecclesiastico, nisi quando iudex ecclesiasticus processit iuris ordine obseruato contra illos, qui de facto non de iure sunt rebelles, & ita dicit in d. cap. 1. & expressius in dicto ca. cùm in iure. dicit quòd cùm unus ordinarius committit executionem alij ordinario, si sciat, uel uehementer suspicatur eam iniustam, nõ exequatur, idem dicit, quando uult causam probare iniquam, ut dic. cap. cùm in iure. & pro hoc facit præallegatum cap. 1. ibi, non ad præiudiciũ, sed ad ea quæ sunt Deo placita &c. quod non contingit in sententia nulla uel iniqua contra iura, ideo nõ obe
41 diat iudex secularis etiam † Papę. c. cap. si quando. de rescriptis. Item canon uitur innuere, cùm implorat ecclesiasticus iudex auxilium brachii secularis, debet antequàm impartiatur, adhiberi aliqua causæ cognitio, an sit iustum præceptum 24. quæ. 6. cap. administratores. arg. ff. ad municipa. l. de iure. de agri. & censi. l. si coloni. per quæ iura dicunt doctores, ꝙ iudex antequã remittat criminosum ad locum delicti, debet aliqualiter cognoscere, ut not. in clemen. pastoralis. de re iudica.

Ad propositum ergo, cùm contra absolutionem à iuramento obiicitur nullitas coram iudice seculari, uidetur, quòd
42 non debeat eum, qui iurauit audire † uenens contra contractum. pro quu præsumitur, & cui statur ex inspectione actorum, argumẽ. eorum, quæ no. Bar. in l. 4. § condemnatum. ff. de re iudica. nedum euidens nullitas, sed & euidens iniquitas uidetur impedire sentẽtię executionem, & cuiuscunque præcepti iudicialis, iuxta not. in cap. ad aures. de ęta. & qualit. per Innocen. Et per ista non obstat cap. fin. de exceptio. lib. 6. ubi iudex secularis tenetur exequi sententiam iudicis ecclesiastici: nam hoc uerum, ubi euidenter nõ apparet nulla & iniqua. ad hoc facit qd no. Bar. in l. diuus. ff. de custo. reo. ubi iudex sæcularis non tenetur stare præcisè processui



processui iudicis ecclesiastici: & præcpuè in casu nostro, in quo de iuramento spõte præstito in contractu liquet, & expressè iudici seculari: quod autem fuerit per † metum exortum, nihil sibi con
43 stat, imo est præsumptio in contrarium in ciuitate, vbi iustitia ministratur: ut l. non est uerisimile. ff. quod metus causa. quam præsumptionem iudex potius sequi tenetur, quàm sententiam ex abrupto latam parte non citat: argumen. capitu. quia uerisimile. de pręsumptio. & in hoc resideo.

Descendo ad aliud dubium, de quo quæritur an dictæ Franciscæ obẽst replicatio de periurio, de quo dicitur incurrisse ueniendo contra sententiam iuramẽto confirmatã in alia causa inter ipsam & dictam B. & certè ista est materia subtilis, & longa. de qua in l. cum mulier. ff. soluto matrimo. per Bar. & Bald. plenè in repetitione per Ioan. And. in c. intelleximus. de adulte. & cap. cùm ecclesiasticæ. de except. tamen specialiter ad casum de quo quæritur descẽdens dico, ꝙ dictæ Franciscæ excipienti de periurio contra dictam B. non obstat replicatio: arg. l. apud Celsum. §. Celsus. ff. de doli excep. Nam circa eandẽ rem cõtra doli: exceptionem non datur replicatio doli:
44 & deterior est conditio † petitoris doli. ut ibi & l. 2. de condi. ob turp. cau. ergo multomagis circa res diuersas, de quibus regulariter de una ad aliam non infertur. l. Papinianus exuli. ff. de minoribus. & l. si maritus C. de donat. inter. uirum & uxo.

Præterea in casu nostro exceptio de periurio nõ solùm agẽtem expellit, ed etiã permittit exceptionem ipso iure: ut d. l. si quis mainor C. de transact. ergo deducta in iudicium, & si pars esset inhabilis ad optionem, dum tamen postquàm iudici cõstat de inhabilitate agentis: & de effectu iuris ipsius debet iudex ex officio repellere. l. quos prohibet. ff. de postulan & no. in l. ubi pactum. C. de transacti.

Prętereа aduertendum, quòd quantuncunque reus sit legibus odiosus, & nullius status, ut excommunicatus, Iudęus, seruus, & si tamen omni defensio competit eis contra personas agentium & impugnantium eos: & l. hos accusare. §. si seruus. ff. de accusa. & cap. cũm inter priorem. de exceptionib. & quod not. in capitu. testimonium. de testibus. in goss.

Postremò fuit ab illa sententia per B. recessum per subsequentẽ transactionẽ: ergo à iuramento & omnibus accessoris: ut in clemen. pastoralis. ad fin. de re iuica. maximè contra ipsam B. quæ racedendo à sententia, & concomitantiis nõ uidetur audienda super replicatione periurii: quantuncunque subsequẽs transactio non purgaret periurium, in quod fortè iam incideret dicta Francisca: argumen. capitu. licet in beato Pietro. de accusatio. & l. si maritus. §. si negauerit. ff. de adulteriis.

Cõcludo igitur in casu quæsito, quòd communis dolus uel malitia repellit actorem ab agendo, non ab excipiendo reum maximè in casu nostro, in quo dicta B. ultimò transigendo excludit seipsam super exceptione periurij aliunde sibi competente per iura præallegata.

Vltimò distinguendum est de metu, cuius prætextu transactio impugnatur: & iste metus aliter non probatur, nisi per quandam protestationem clandestinam factam ante inuitã transactionem, quòd per metum, & potentiam dicti domini Marchionis ad trãsigendum impellebatur, & certè aliter non probato metu in actu transactio duorum consensu pficitur, non unius tantũ. ut no. in l. qui in aliena. §. Celsus. ff. de acquiren. herædi. Item & si dicta protestatio esset ualida, prout non est. tamen metus allegatus non est iustus, sed uanus, & contra sacramentum, & iustum consilium causa excelsa, & iusti domini. ut est in simili casu in. l. 2. C. de his, qui per metũ iudicis nõ appel. Item quia amicis interuenientibus facta: ergo non est pręsumptus metus. l. transactione. C. de transactio. Item & si metus fuisset adhibitus,

cenſeretur purgatus per ſpõtaneum im plementum. l. 2. C. quod metus cauſa. Item contra iudicem non ſufficeſet allegare metum, niſi probetur per coniecturas, de quibus per Bartol. in l. de pupillo. § ſi quis ipſi prætori. ff. de noui operis nunciatio. non probatur autẽ con ſilium d. cti domini recuſantib. tranſigere, intuliſſe metum qui infert uel pericu lum ſalutis corporis, qui metus eſt efficiens ad actus reſciſsionem, non autem cauſas metus. l. interpoſitas. C. de tranſactio.

Reſumendo igitur concluſiuè ſingula per ordinem dico, quòd ſine abſolutione à iuramento nõ poteſt quis uenire cõtrà tranſactionem iuramento uallatam prętextu metus. Itẽ quòd tali abſolutione, & relaxatione debet pars citari, & cauſæ cognitio adhiberi, aliàs ipſo iure non ualet, nec taliter abſolutus euitar pęnas, de quibus in dicta l. ſi quis maior prætextu talis abſolutionis inualidæ; nec iudex ſecularis tenetur ſequi talem abſolutionem perperam factam. Item quòd excipiens contra agentes pe periurio nõ repellitur replicatione periurii. Item quòd metus allegatus non uidetur ueriſimilis nec ſufficiens. Et eſt aduertendum, quòd relaxatio ſeu abſolutio à iuramento debet peti, antequam terminus abſolutionis ſit elapſus, poſtea autem peti non poteſt, ſecundùm Feder. de Senis conſilio 290. cuius tenor talis eſt, Factum proponitur eſſe tale, debitor pro miſit ſoluere centum creditori ad ſuam petitionem, & terminum, quæ confeſſus fuit a dicto creditore mutuo habuiſſe, & recepiſſe, & iurauit ad ſancta Dei Euangeliſta prædicta uera eſſe, & perpetuò tenere, attendere, & obſeruare confecto inde publico inſtrumento, poſt tempora creditor petiit executionem di ctæ chartæ in curia ſeculari contra dictum debitorem, à dicto creditore dicta centum repetiit de quo debitore con tumace exiſtente dictus creditor impetrat à iudice ſeculari licentiam pignorã di & grauandi dictum debitorem, poſtquàm licentiam dictus debitor credito re non citato à diœceſano Epiſcopo ſeu eius uicario impetrat literas inhibitionis ad iudices ſeculares, quatenus non procedant ad executionem dicti debiti petendo ſe abſolui à iuramento ex eo, quòd dicit inſtrumentum, & promiſsio nem prædictam eſſe & fuiſſe uſurariumi & uſurariam, & ſatisfactum fuiſſe eidem creditori de uera ſorte, per dictum uerò creditorem opponitur contradictum de bitorem, & eius petitionem, & literas, ꝓ ipſe debitor ſuper prædictis audiendus non eſt & dictæ literæ ſunt reuocãdæ ob ſtante iuramento dicto, & petita per eũ non procedunt, niſi primò & ante omnia facta ſolutione, & ſatisfactione de prædictis centum creditori prædicto, dico ſemper ſalua ueritate, cui me ſubii-
45 cio, quòd inhibitio † quantuncunque canonicè facta, nunquam aſpicit præterita, ſed futura. capitulo non ſolum. 2. reſponſo. de appellat. l ibr. 6. & de noui operis nunciat. l. j. in princip. unde ſi aute inhibitionem debitor erat pignoratus, uel captus, per talem inhibitionem non reuocatur captura, ſed tunc demum reuocatur, cùm per ſententiam pronunciatum fuerit inſtrumẽtum fore uſurarium ex inanitum per ſolutionem ſortis.

Item dico, quòd iudex ſecularis, debet ceſſare facta ſibi inhibitione, duntamen fiat canonicè: ſed dicitur eſſe facta canonicè, cùm lis pendet coram iudice eccleſiaſtico, ſed non dicitur pendere, niſi citatione ſecuta. ut: lite penden. capitu. 2 in clemen. & ſic debet intelligi. de ordine cognitio. cap. tuam. nam iudex appellationis non poteſt inhibere, niſi partibus citatis: de appellatio. c. Romana. §. ſi uerò lib. vir. Item dico, quòd debitor, qui iurauit ſeruare inſtrumentum, & non contrauenire, non debet audiri uolens uenire contra, niſi primum fuerit abſolutus a iuramento. nam, & ſi expreſſè iuraſſet ſoluere uſuras tenetur ſeruare iuramentũ, donec fuerit abſolutus de iureiu. c. debitores. Item dico, quòd dendente queſtione, ſcilicet, an ſit abſoluendus à iuramento, non debet fieri



fieri inhibitio iudici ſeculari, ne procedat in cauſa coram eo mota. Nam, vt dictum eſt iuramentum debet ſeruari, donec debitor fuerit abſolutus. Quomodo enim poteſt fieri inhibitio iudici ſeculari, ne procedat ad exequendum inſtrumentum: cùm ſuper inſtrumeto nõ pendet lis in Epiſcodatu: ſed an debet fieri abſolutio, ſi pendet lis?

Item dico, quod ad hoc vt contineatur abſolutio à iuramento, neceſſe eſt fides, quod inſtrumentum ſit vuſurarium ſaltem ſemiplenè: & eo abſoluto admittetur contra inſtrumẽtum: & iteratò habebit probare, ꝓ inſtrumentum ſit vſurarium, & probatioues primò factę ſuper incidenti non faciunt fidem ſuper cauſa vſuraria: optimè ad hoc facit capitu. ſolitè. & quod not. de ordi. cogni. capitu. ſecundo in gl. hic patet. Idem dico quòd abſolutio à iuramento debet peti ante terminum elapſum ſolutionis faciendę: & ſic intelligitur capitu. 1. de iureiurand. ut not. Ioan. Andr. eod. titul. capitu. creditores. in gloſſ. penultima in fin. ſi ergo lapſus eſt terminus ſolutionis faciendæ: & ſic incidit in periurium debitor non debet audiri: quia fruſtà auxilium legis, & c. de uſuris cap. qn a fruſtrà. & facit de iureiuran. ca. fin. libr 6

Et redeũdo ac meteriam reductionis ad arbilrium boni uiri, ſuper hoc Pet. de Anch cõſuluit, cuius cõſilij tenor talis eſt Duo ſũt dubia: Primũ tale eſt utrũ artentis uerbis, forma compromisſi poſſit laudi inde ſequentis peti reductio ad arbitrium boni uiri? Secundum eſt ſi reductio peti poteſt, nec de iuſtitia uel iniuſtitia ipſius aliquid petere poſsit, uel probatum appareat, niſi per aſſertionem ipſius arbitratoris, qui ſuper laudo per eum lato deponit utrum debeat per iudicem aditum tanquam bonum uirũ confirmari? Super primo dubio, ſecundùm quod alibi dicit gloſſ. quanto iunio
46 res tanto † inſpectiores: ut l. Gallus. de liberis & poſthu. prærermittendum eſt, ꝓ pro maiori robore & firmitate laudi diuerſas, & uarias formas & clauſulas nouella practica adinuenit: quãdoque enim partes paciſcuntur non petere reductionem ad arbitrium boni uiri ſub certa pęna. Et de iſta forma per Dy. in c. ſcienti. de reg. iur. lib. 6. & per Innocen. c. Quintauallis de iureiurãdo. & de iſta reductionis renunciatione, per Guil. de Cug. in l. unus. § illud. ff. de pactis quandoqae dicitur quod poſsit altè, & baſsè facere, & dicere quicquid uult: & de iure unius partis, uel in parte uel in totum alteri dare:

Et de iſta forma uel eius uiribus habetur per Ioan. And. in cap. humilis doctrina. de maior. & obedien. quãdoque ultra proximam formam additur, quòd quantuncunque iniquè pronuncietur, debeat ſtare eius dicto cum iuramento & pœna: & de hac in d. ca. Quinrauallis. in nouella vbi quod licet de rigore iuris in pęnã incidit & periurus fit ueniens contra: iudex tamen ex officio occurrere debet iniquitatti. Quandoque ſimpliciter partes paciſcuntur de parendo laudo: ſed amici ipſorum interſe paciſcuntur pœnam, ſi quis ipſorum, contra quem laudum erit: uenerit contrà: & de hac forma in addit. ad Specul. in titu. de arbitr. §. j. uerſi. quid ſi cõpromiſſum. Quãdoque partes promittunt cum iuramento parere laudo quantuncunque iniquo, & non contrauenire etiam ratione enormis lęſionis, & de hoc in diſputatione Ioan. Calde. ùt referr Ioan. And. in d. tit. de arbitris.

Eſt & alia forma Bartol. in l. Labeo §. tametſi. & in l. diem proferre. §. ſtari. ff. de arbitris. videlicet compromiſimus in talem adiecta clauſula, quem ut bonum uirum eligimus, ſolum habito reſpectu ad eum, non ad alium: nã operatur hæc clauſula, ut par læſa non non poſsit reducere ad arbitrium boni uiri.

Eſt & alia forma nouiſsima recolendę memorię domini Angeli de Peruſio, uidelicet quòd una pars donet alteri, & altera alteri quicquid de iure ſuo arbitrator fuerit arbitratus. in hoc, ſcilicet, in dando uel totum ius ſuum, uel partẽ

plenam, & liberam tribuendo potestatē. In quęstione proposita nulla clausula ex præmissis apparet in dicto compromisso inserta, sed simpliciter potestas cognoscēdi de iure, & de facto cum scriptis, & sine scriptis pro rebus præsentibus uel absentibus subiuncta promissione de parēdo omni laudo, præcepto arbitrato, & sententiæ ferendis interposito iuramento, quòd omne laudum, & contenta in dicto compromisso habentur rata, & firma. nō uidetur esse dubiū, quòd in hac forma simplici, & generali concepta nō impediat quin arbitriū posit dici iniquū & peti reductio: & ista generalitas uerborum habet tacitam conditionem annexam, si æquū fuerit arbitratus: ut l. si libertus. ff. de oper. liber. nec iuramentū impedit quin posit ipso casu dici iniquum: quia iniquitas fuit incognita: q̃a de amico. præsumpsit, imò ulterius non extenditur: un in c. ueniens. & c. Quinta uallis. de iureiu. cum, scilicet, cū iuramento & pœna promittitur, quia parebunt, &c. non impedit quin reductio peti possit: ut ibi in nouella.

Ex istis breuiter concludendum pro ueritate uidetur, quod non obstante iuramento, & promissione super laudi obseruantia: da qua supra patet, possit peti reductio ad arbitrium boni uiri: posset multis iuribus, & rationibus cōfirmari, quæ possunt obiici e remissionibus supra factis. ex quibus veritas redditur manifesta.

Venio ad secundū dubium, in quo dicitur arbitratorem condemnare unam partium in mille libras: nec apparet aliqua petitio, probatio, uel allegatio super iuribus partium producta coram ipso arbitratore, licet ipse arbitrator in testem productus corā iudice recursus asserat, & attestetur omnia interuenisse: utrum ergo iudex adhibitus tanquā bonus uir, debeat ꝓ laudo præsumere, & sic ipsum confirmare: uel postquàm aliter nō iustificatur, uel probationibus alijs nō fulciatur, debeat ipsum infirmare? ego istū articulum disputaui, & incipit, Cum C. Iaicus, &c. & allegaui pro laudo consilium Dyni, quod incipit, Tholomæus
47 Manentis. ubi ipse tenet, quòd ille † qui dicit laudum iniquum, uel non legitimè latum, debet probare. l. j. de iure hastę fisca. lib. x. quicunque allegat dolum, debet probare. l. quoties. §. qui dolo. ff. de proba. Item præsumitur pro his, quę fiunt per iudicem: c. innotuit. de eo qui furtiuè ordi. suscep. & maximè pro arbitratore, cuius fides, & solertia fuit à principio à partibus approbata: non videtur ergo si post factum eius reprobet, de facili audiendus: sic nec ille, qui alicuius personam in aliquo officio approbauit, audiri debet si velit eum postea reprobare: cap. accepimus. de ætate, & qualita. & plenè Innocen. in cap. venerabilis. de exceptionibus. & l. fiquis. C. de testibus. Item attendendum, quia fuit in compromisso expressum, quòd posit sine scriptura procedere: ex quo videtur inter partes conuentum, quòd de actis merita causæ concernentibus debeat eius dicto stari, vt no. Bart. in auth. nisi breuiores. C. de senten. ex pericu. recitan.

Item ad quid expedit, ꝓ appareant acta, & arbitrator posset ista non sequi, si sibi aliud iustum non fuit: nam iudex potest testibus nō habere fidem, ut cauoniam cōtra falsam. de proba. Potuit enim aliqua causa latens nō publicādo alijs arbitratoris animum non comouere ad ferendū laudum, & hinc est ꝓ ꝓ sententia iudicis præsumitur, si contra non probetur. l. Herennius. §. Caia. de eui. & c. in præsentia. de renun. & si pro sententia iudicis, quę redditur in inuitū pręsumitur: multo fortius pręsumendū uidetur pro laudo, quod descendit ex actu uolūtario, uide licet, cōpromisso, & à psona, cuius fides, ut dixi, approbata est à partibus. ego ī terminis huic quęstioni similibus cōtrariū disputādo tenui, & signāter dico, huic similibus q̃a in ista qōne, sicut in illa pręsupponit, ꝓ sit deducta ī cōdemnacione quātitas sine expressione specialis causę, ex qua iste appareat obligatus. Itē sine cōcomitātia loci, uel tēporis uel alicuius relationis



ad certum: ex quo excluditur, ꝓ huiusmodi condemnationis. Mccc. librarū non est posibile, quòd posit probare contrarium, scilicet se non esse debitorem in dicta quantitate, nec ulla defensio reperiri posit, quæ cōcludat necessariò in dicta sententia lata, causa, uel tempore non coarctata: ergo nulla potest esse probatio; ut l. actor. C. de prob. & hoc casu dico, ꝓ non uendicat sibi locum cōsilium Dyn. qui dixit ꝓ onus probandi laudum fore iniquum, incumbit asserēti, debet intelligi, & iniquum asserens hoc probare potest, aliàs derisorium esset dicere, ꝓ incumberet sibi probatio eius: quod est impossibile de natura: ad hanc posibilitatem probandi se retulit Bar. in l. societatem. §. arbitrorū. ff. pro socio. In illa quęstione qualiter laudum detegatur iniquum. Potuit enim primò in facto de quo potest esse probatio per rerum naturam ex circunstantijs, & probationibus & coniecturis.

In casu ergo nostro concludo, quòd il le pro quo laudum est datū in tam magna summa, debet corā iudice recursus probare, & iustificare laudū fore ęquū, non ille qui asserit iniquum, cùm hoc ꝓbare sit impossibile; & ut probaui, & cōfirmo hoc alijs rationibus, & primò, q̃a sic est in iudice, cui super iustitia causæ non conceditur, nisi constiterit ligitimis documenti. capitulo, quoniam contra falsam de probationibus. multo fortius hoc dictum est in arbitratore, cuius arbitramentum non est iuestitum aliquo legis auxilio in ꝓcedendo, & est citrra omnē legem & authoritatem à sola partium conuentione dependens; ut notatur in d. c. Quintauallis. in nouella. Absurdum enim est sentire, ꝓ magis præsumatur ꝓ facto unius personę, quàm iudis de quo lex magis confidit omnia indecisa suo arbitrio reseruando. l. j. ff. de iure delib. & l. 3. de testibus. & l. continuus. §. illud. ff. de uerbo. obli.

Præterea iste recursus ad iudicem ut ad bonum uirum, est species appellandi, licet non sit propriè appellatio, quia non
48 de minore iudice ad † maiorem prouocatur ad hoc l. nō distinguemus. §. cū quidam. ff. de arb. sicut ergo appellatione pēdēte debet actor probare suam intentionem, & iustificare sententiam pro se latam, iusta no. in c. in pręsentia. de renun. & l. hi, qui ad ciuilia. C. de appel. & l. j. C. de appel. & l. j. C. si in integrum rest. pos. per Cyn. & quod est fortius pendente cognitione utrum laudum sit ęquum uidetur quasi laudū latum nō fuerit per querelam ad iudicem deductā; sicut nec ex sentētia fuerit pręsumptio aliqua, ex quo est ab eo appellatum, ut no. in d. c. in pręsentia. & c. bonę memorię. de elec. & t. in notuit. super gl. sic de renunc. ꝓcedere autē posset dictū Dy. postquàm laudum que relari non pōt, ꝓ pro ipso præsumat, sed nō pendente discussiōne suę iustitiæ. Sic enim dicāmus in sentētia, pro qua tamen fortius præsumendū, ut dixi, ut præcipiuè hoc uerum uidetur in facto retēti: & istud i quo si coram arbitratore consistie de prædicto debito, & non corā iudice recursus, potest de facili fieri fides, & nisi fiat, nalde iste index adltus, tāquā bonus uir, debet præsumere contra laudum. Quod enim nunc non ostenditur, præsumitur nūc propter breuitatem tēporis, Vt sic non extitisset, & sic ex breuitate tempotis, aliquid præsumamus; ut in cap. officij. & quod ibi not. de electio. & l. si uentri. §. in bonis. ff. de priuil. credi.

49 Præterea facta † non præsumuntur nisi probentur, & paria sunt non esse, & non apparere, ut in l. in lege. de cōtrah. emp. & maximè obligationes personales quę habent originem ex aliquo iuris iuriculo, non sunt præsumendę nisi probentur, ut insti. de obligationibus. in princi.
50 dicitur, quod omnia iudicia † sunt absolutoria, ut inst. de perpetuis & tempo. actio. in fin. & l. qui accusare. C. de eden. & cap. j. ut ecclesia. benefi. hinc etiam
51 dicitur, quòd promptiora sunt iura † ad absoluendum, quam ad obligandum seu cōdemnandum: ut l. Arrianus. ff. de acti. & obl. & l. fauorabiliores. de reg. iur. Ad propōsitum igitur cùm laudū arbitratoris habeat contra se præsumptione iuris

contrariam, ſcilicet quem non eſſe obligatam, & tendat ad obligandum, non ad liberãdum, uideatur quòd debeat iuſtificari extrinſecus, ut pręſumptiuè bonitas huius hominis, ſcilicet arbitratoris elidat videtur poſſe elidere pręſumptionem iuris contrariam, ubi eſt iuris præſumptio,
52 ibi probatio † efficacior requiritur ad elidendum uiris præſumptionem: ut in cap. qui ueriſimile. de pręſumptionibus. & quod ibi no. &. cap. ſolitè. de reſt. ſpol. & cap. ſuper. de renunc. quod ergo dicit Dyn. quòd eſt præſumendũ pro laudo, poteſt habere locum cùm eſſet abſolutorius. ſecus ſi condemnatorius: ut in caſu noſtro.

Pręterea aduertendum, quòd in caſu quæſtionis, quam diſputaui, & iuxtà iſta duo ut paria, cùm ſcilicet arbitrator abſoluit à debito, de quo liqueat per inſtrumenta producta, uel condemnauit in debito, de quo nulla probatio apparebat: & in utroque conclude, ꝙ arbitramentum contineat in ſe dolum ex euidentia, & qualitate facti, ſicut enim remiſsio de-
53 biti †, eſt donatio: ut l. ſi mulier. de condi. ob cauſam. ita & cõdemnatio in quantitate, de qua non apparet aliqua obligatio, uidetur ſapere donationem, ſicut ſtipulatio ſine cauſa. l. 2. §. circa. de doli excep. & l. Campanus. de ope. lib. ex quo ſequitur, ꝙ arbitator uidetur, ut donum non ut debitum, hanc ſummã deduxiſſe in laudum. Dicit enim lex, quòd ſpecies furti eſt ex alieno largiri, & beneficium
54 † debitoris ſibi acquirere. ff. de fur. l. ſi pignore. uidetur ergo arbitrator ſine probationibus condemnãdo in ſumma iſta exceſsiua feciſſe illi gratiam, quo caſu ſi per gratiã. uel per ſordes pronuntiet, in effectu non ualet ut l. 3 C. de arbitris. l. ſi ſilus. ff. de iudi. & cap. cùm æterni. de re iud. lib. vi. Facit enim quod facere non debuit: & per conſequens eſt in dolo. l. dolus. ff. mandati.

Non obſtat ſi dicatur partes conueniſſe, ut eius ſimplici uerbo, uel dicto ſtetur, poſtquàm ſine ſcriptura eis placuit ipſum poſſe procedere: ut C. de ſenten. ex periculo rei. l. j. quia poſito ꝙ ſit ita: tamen debet eius dictum ratione fulciri: nam & ſi expreſſe conueniſſet ſtare eius dicto: tamen ſi iniquum re ipſa diceretur non debere eius dicto ſtari, vt l. Theopompus. & ibi per Bart. ff. de dote præle. nam ſi dicatur ab homine uel a lege ſtandum eſſe alicuius conſcientiæ, vel aſſertioni ſi dixerat, ꝙ non ſit iuſtum, vel æquum, debet emendari, vt eſt glo. notabilis. in cle. j. de iure patro. non ita igitur rigoroſè dictum Dyn. quod pro laudo pręſumatur, debet intelligi. & ſi condemnauit in decem milibus, non eſt dicendũ, ꝙ præſumi debeat pro laudo, vt ſic per iudicem recurſus debeat per dictam præſumptionem laudum cõfirmare: imò videtur æquitas & iuſtius, ꝙ debeat infirmare: ſicut enim infirmaret ſententiam iudicis à quo iudex appellationis. vt d. c. in pręſentia. & ridiculũ eſſet dicere, ꝙ iudex recurſus, qui in iſta recurſione eſt aditus tanquam bonus vir nullis probationibus coram eo factis debeat laudum, de cuius iuſtitia nihil conſtat, tanquam æquum confirmare. hoc enim facere nõ poteſt ſalua conſcientia. vt dicit tex. in ſimili in cap. Abbate ſanè. de re iudi. lib. 6. nec obſtat ſi dicatur iſte arbitrator examinatus, vt teſtis atteſtatur ſibi debitè cõſtituiſſe: hic enim eſſet aſſertio nullis adiuncta probationibus nimis nuda, & ſine aliqua ratione; ideo non ſequenda: conuincitur enim eo ipſo ꝙ minus rectè egerit, poſtquàm verò oſtendet quibus rationibus & probationibus motus fuerit ad condemnandum in ſumma adeo exceſsiua, ad hoc l. non ſolùm. C. de teſtibus.

Præterea eſt ſolus, & non creditur etiã ſi ſit auctoritatis: vt dicto capitulo ſuper eo, quòd à nobis. de teſtibus. Ex quibus concludo, quòd per iudicem aditum tanquam bonum virum debeat laudum pronunciari iniquè poſtquàm ipſum fore ęquum nullis probationibus oſtenditur. Pet. de Ancha. Et quòd dicto arbitratoris non ſtetur, tenet Ange. in authen. niſi breuiores. C. de ſentent. ex pericu. recit vbi ſic dicit, ſicut ſententia ſine ſcriptis fieri poteſt, ita reliqua acta fieri poſſunt: vt notat in corpore. vt clerici apud proprios



prios Epiſcopos. §. 1. & in §. neceſsitatẽ. in authen. ut iudices ſine quoquo ſuffragio. dicunt tamen quidam, quòd licet acta, vel ſententia non debeant fieri in ſcriptis, tamen redigi in ſcripturam debent ad perpetuam rei memoriam. Bar. cõtra: quia ĩ omni cauſa grauiſsima acta fieri poſſunt ſine ſcriptis, ſed rediguntur in ſcriptis per notarium actorum. ſolùm
55 autem libellus, & † ſententia eſt in ſcriptis ferenda. ideo dicit in talibus caſibus ſtari ſoli uerbo ſimplicis iudicis, quãtũcũque nulla facta ſcriptura ſit, neq; de ſententia, ſicut creditur ſoli relationi nuntij ut l. ea quidem. C. de accuſationib. & c. cum parati. de appel. & propterea dicit unum, quod eſt mihi graue. Et propterea dicit Ang. quòd ſi compromiſſum ſit in arbitrum, uel arbitratorem, & attribuitur poteſtas, ut in ſcriptis, & ſine ſcriptis pronunciari poſſit de omnibus, ſtatur ſimplici uerbo arbitri in cauſis uilibus, & modici præiudicij ſto cum eo in alij: ſecus in l. Theopompus. de dote pręleg. aliàs de facili quęlibet pars poſſet decipi, & pręcludenda eſt uia malitijs. Et pro hoc facit quod notat glo. in l. ue ĩ arbitris. C. de arbitris. in §. finautẽ ſcriptura. in glo. quæ incipit, Nam uox unius &c. & quod not. Innoc. de electione: c. cum dilectus.

Florentiæ autem practicatur, quòd in
56 omnibus cauſis ſumarijs † acta fiant in ſcriptis. Nã primò procurator ſcribit ea in ſua camera, & ad iudicem producit, & rogat notarium, ut reducat in ſcripturã. Cùm autem quis uadit ad tribunal, & ſolùm profert uerba in ſcriptis uerò nihil producit, ſolum dicit notario ſcribe ꝙ tibi dico, ille actus dicitur ſine ſcriptis, & per notarium redactus ĩ ſcriptis. Bar. autem, quitenet indiſtinctè, quòd ſoli dicto arbitratoris ſtatur, ſic dicit inſ. dicta authen. niſi breuiores.

Sed quæro, dicitur hic quòd ſententia debet fieri ſine ſcriptis, quid de proceſſu? tex. uidetur dicere quòd ſine proceſſu, uel ſcripto cognoſcatur: ut in d. §. neceſsitatem. & in auth. ut clerici apud proprios Epiſcopos. §. 1. quòd poteſt intelligi duobus modis uno modo ſine ſcripto, quòd non detur libellus: ſecundùm, ꝙ aliàs requiritur. ut in auth. offeratur. de litis conteſta. tamen bene redigetur in ſcriptis per notarium. Sed hic intellectus nõ placet: quia excepto libello, & ſentẽtia in qualibet graui cauſa procedetur ſine ſcriptis, licet poſtea inſcriptis redigat. c. quoniam contra falſam. de proba. & l. ſcire oportet. §. oportet. de excu. tut. ff. & ideo intelligo ſine ſcriptis, ꝙ nulla fiat ſcriptura. Creditur ergo ſimplici informationi iudicis in ſpectis cauſis breuioribus: ut eſt verum, quòd aliàs creditur ſoli relationi nuncij, ſecundum ea quæ not. in l. ea quidem. C. de accu: & l. magis puto. §. nõ tantum. ff. de rebus eorũ. multomagis creditur iudici in iſtis breuioribus. & hæc nota pro cõpromiſsis, quæ fiunt, in quibus datur poteſtas redigendi vel cognoſcendi in ſcriptis, uel ſine: quia per hoc uidentur partes uelle, quòd eius ſimplici informationi credatur.

In eo autem, ꝙ Barto. dixit, quòd in omni cauſa de mundo quantuncunque grauiſsima, acta iudicialia de ſubſtantia, non requirunt ſcripturam: unde poſſunt probari per teſtes. Adde quòd, idẽ not. glo. parua in l. ſi prętor. §. Macelius. de iudic. & idem gloſſ. in l. quoniam. C. de hæreti. & in l. quoties. §. fin. & l. cucẽr. de teſtibus. per gloſſ. idem notat expreſsè Innocen. in c. quoniam contra falſam. de probationib. & ibi per Ioan. And. in nouella. ſed Innoc. in cap. 2. in fi. de libelli oblatione: tenet contrarium ſcilicet ꝙ omnia acta iudicialia de neceſsitate requirant ſcripturam. idem nota. gl. ordinaria. Bernar. in c. quoniam cõtra. in uerbo, præſumitur. iu princ. de probationib. idem Cyn. in l. 2. de emancipa. libe. & in emancipatione. de fide inſtrumento. & idẽ ſimiliter no. in l. errore. de teſtamen.

Et idem notat Barto. in l. ne in arbitris. C. de arbitris: & idem not. glo. in cõſtitutione regni l. te legitimè conteſta. in uerbo, proponat: quid ergo dicemus dicit Cynus, quòd aut acta ſunt deperdicta, & probantur per teſtes: aliàs

14 *Credo, uerbum prolatum à iudice est diffinitiuum, à teste, dubitatiuũ, à parte, assertiuum.*

Equitur uidere cõtra arbitros & cõtra compromissum qualiter obijciatur, & quidam magister nepos de mõte Albano in quod[a]m suo libello in rubrica qualiter obiiciatur contra arbitros, & contra compromissarios sic dicit. Sequitur uidere contra arbitros, & contra compromissum qualiter obiiciatur. & primò obiici
1 põt quia † seruus est, & in eum compromitti non potest. ut ff. de arbitr. l. sed & in seruum. §. 2. 13. q. 7. capi. tria. Item
2 † minor 20. an. arbiter esse non põt: ut in d. l. sed & in seruum. cum l. seq. & hoc intellige, ꝙ cogi non debet: & de hoc dicit. ff. de mu. & ho. l. ad rempublicam. ubi de hoc plenè. & ff. de iud. l. cum prætor. in fi. & ff. de re iud. l. quidam. possunt addi ea, quæ suprà proximè allegata sunt ibi. Itẽ si minor &c. Item iuri proprio quis arbiter esse non potest: ut ff. eo. l. pen. & argumen. ff. de iudi. l. Iulianus. ff. de iurisd. omnium iudi. l. qui iurisdictioni. arg. contra C. mandati. l. in re mandata. Item contra ff. si quis cau. l. 2: ibi, se arctauit. & c. Item contra C. ne quis in sua causa. l. j. Item si iudrit mulier, non ualet arbitrium: ut C. eo. l. ulti. ff. de iudi. l. cum prætor. §. pe. ff. de regu. iur. l. 2. ff. de procura. l. neque fœmina. argu. contra. extra. de arbi. dilecti filij: So. ibi erat de consuetudine approbata: & hoc dixi supra tit. proxi. Item si fuerit ordinarius eiusdem rei, de qua extitit compromissum. ut ff. eo. l. sed & in seruũ. §. j. & hoc uerum est secundùm leges: sed secundum canones in quemlibet delegatum compromitti potest: extra eodem cum tempore. & cap. cum olim. extra de electio. causam extra de præb. de mulcta & c. cum in literis. extra de pręscrip. literarum.

Veruntamen secundùm leges compromitti potest: non tanquam in uerum arbitrum, sed tanquam in arbitratorem. ut in authen. de iudi. §. si uerò contraxerit. colla. 9. & not. in dicta l. sed & in seruum. Nam differentia est inter arbitrum, & arbitratorem: quia arbiter compromissarius est, qui cognoscit ad modum iudicis, sed arbitrator est amicabilis compositor, qui ad modum amici pacificat: & sententiæ arbitri standum est. siue æqua siue iniqua sit: & sibi imputent, qui eum elegerunt: vt ff. de arbi. l. diem proferre. §. stari. Arbitrator au-
3 tem si iniquè arbitratus fuerit, † reducitur ad arbitrium boni viri: vt ff. pro socio. l. si societatem. & prima quęstione tertia. capitulo arbitratorum. Item si furiosus est, arbiter esse non potest: vt ff. de re iudica. l. arbitratoris. Item si compromissum est de causa criminali publica, vel matrimoniali, vel liberali non valeat: vt ff eodem. l. non distinguemus §. Iulius. & §. de liberali. & extra de in integrum restitut. cap. penul. extra de consangui. & affinita. ex literis. extra de transaction. cap. vltimo.

De causa verò criminali, quando ciuiliter arguitur, potest in arbitrium compromitti: argumentum. ff. de his qui no. infam. §. ex compromisso: argumentum. C. de transac. l. transigere. Solutio, ut ibi.
4 Idem de populari actione. † compromitti non licet: ut in dicta lege. non distinguemus. §. de liberali. Item de causa restitutionis in integrum compromitti non potest, eo quòd certis iudicibus tantum illius causæ cognitio demandatur, ut C. ubi & apud quem cogni. in integrum restitut. agenda sit. l. ultima. nisi incidenter causa restitutionis coram arbitro moueretur, tunc enim bene licet, quia tunc tantum super principali pronunciat, non super incidenti, & per pronunciationem principalis, absoluitur incidens. C. de pedane. iudi. l. j. & de ordine cognitio. l. 2. & de iudiciis. l. j. & l. quoties. extra de ordine cognitio. capit. 1. ubi de hoc. Item quæritur an infamis arbiter esse possit, ut ff. eod. l. Pedius. 3. quæst. 7. circa fin. ubi dicitur, nihil enim refert eum, qui arbitriũ suscepit, an sit integræ famæ, an ignominiosus, & de hoc cõsueuit notari. C. de infamibus. l. j. C. de dignita. l. 2. libro. 12.



Item si mulier cõpromittat nomine
5 † alieno, non ualet arbitrium: ut ff. eodẽ. l. non distinguemus. §. si mulier. Item si compromissum sit per pupillum sine tutoris authoritate, non ualet: ut ff. eodem. l. pupillus. Item si. sine pœna fuerit compromissum, uel sine eo, quod obtinet uicem pœnæ, non ualet cum effectu; quia partes non tenentur seruare sententiam arbitri: nisi uelint, si pœna non fuerit apposita. vt C. eodem l. j. Vel iuramentum secundum Cano. extra eodem cum tempore. & c. non sine. ad hoc. ff. eodẽ. l. litigatores. §. arbitrium. l. nõ distinguemus. §. j. & §. in summa. C. eodem l. pen. §. altera autem. cum scripta enim benè ualẽt: licẽt pęna non fuit apposita. si partes expressè consenserint sententiæ arbitri, uel post sententiam, & decem dierum taciturnitatem cõfirmauerunt; & ex eo actori dabitur actio, & reo exceptio: ut C. eodem. l. cum antea. §. 1. & 2. & argu. extra eod. c. per tuas.
6 Item si † compromissum claudicet, non ualet: ut ff. eodem. l. quid tamẽ. §. penul. l. penultima. Itẽ si pronũciatio arbitri in tertium sit collata, uel in arbitriũ tertij non ualet: ut ff. eod. l. si unus. & §. si quando duos & extra de arbitris: innotuit. extra de officio delega. cap. suspicionis. extra de appellatio. cum speciali. ubi de hoc notatur. Item si dies apposita est in compromisso, & ea transacta est, postea quicquid dicat arbiter, non ualebit: ut ff. eodem. l. non distinguemus. §. sanè. & l. sequẽti. & l. si cum dies. §. 3. & C. eodem. l. 2. in fin. & argumen. extra de officio delega. de causis. Item si die feriata pronunciatum sit, & ei renunciatum nõ fuerit, uel altera parte absente: nisi hoc actum sit, non ualebit, ut ff. eodem. dicto §. litigator. & l. Pomponius. §. fin. & l. si feriatis. & argumen. extra de feri. cap. altimo.

Item de re ecclesiastica in laicum cõpromitti non potest. exrra de arbi. cap. contingit. & de iudicijs. cap. decernimus Item not. ꝙ quædam noua constitutio prohibet, vt iudex iurare non faciat arbitrum uel alterum litigatorum: ut C. eo. auth. decernimus. vbi de hoc. sed secundum Cano. non partes bene iurãt: ut supra dictum est. & extra eo. cum tẽpore. & cap. non sanè.

Item potest obiici cõpromisso, quòd solutum est cõpromissum. soluitur enim pluribus modis: puta die mortis, acceptilatione, iudicis facto. satisfactione obueniente: ut ff. eod. l. non distinguemus. Itẽ potest obiici compromisso, ꝙ nudo pacto non licet compromittere, nisi in casu quò nudo pacto licet compromittere: scilicet cum duo debitores faciunt sibi pactum ad inuicem de non petendo, si arbitri sententiæ non pareant: ut ff. eod. §. litigatores. l. j. & §. fina. Item potest obiici, quòd arbiter in se non suscepit arbitrium seu compromissum. ut ff. eod. l. 3. §. in compromissum. Item potest obiici, quòd arbiter non potest inferre mulctam contra contumaciam nisi expressum fuerit in compromisso; ut ff. de iudicijs. l. 2. §. ultimò. ff. eodem. l. non distinguemus. §. cum in plures. & l. quid tamen. in fin.

Sed contrarium uidetur ff. eod. l. non ex omnibus. sed non esset contra, quia intelligitur, ꝙ dictum fuerat compromisso, ut in c. non sine mulcta. de hoc cõsueuit notari extra eodem. c. cum dilectus. Item arbitrium non ualet si cõtra hæredes fuit promulgatũ, nisi de his hęredibus tantũ fuerit in cõpromisso: ut ff. eodem. dicto §. j. Item potest obiici, ꝙ oblatus non fuerit libellus, arbitri arbitrari non possunt: ut C. de iudicijs. l. rem non nouam. & de arbitris. l. penulti. in fi. Item nota differentiam in arbitrium, & compromissum. Arbitrium est qd̃ sit
7 sine pœna, sed pignoribus † uel iuramẽto est uallatum: ut C. eo. l. ne in arbitris. Compromissum autẽ quod fit cum pęna. ut C. de iudicijs. l. rem non nouam. §. j. & 2. C. ubi & apud quem cog. in inte. resti. agen. sit. l. ulti. Quòd autem dicunt quòd hodie non est iurãdum in arbitris: vt supra dictũ est per auth. decernimus. C. eo. titu. posito.

Vt

5 Vt autem nihil posit obiici compromisso, hoc modo scribatur secundum eũ dem in libro, vbi supra. Titius, & Martinus de tali quęstione, quę fertur inter ipsos, uel ferri sperabatur: & de omnibus alijs pro se, & suis hęredibus cõpromittunt, & consentiunt in Sempronium tanquam arbitrum compromissariũ, & arbitratorem siue amicabilẽ compositorẽ uolentem in se arbitrum suscipere, asserentes se inde, in arbitrium comprimittere causa finiẽdarum litium: & quòd in prędictum Sempronium compromittũt in bonum uirum, ita quòd ab eius sentẽtia, & dicto non recedatur, nec ad iudicem eatur: ita, quòd posit pronunciare, examinare, cognoscere, & interlocutoriam, & diffinitiuam dare: & ordinariè iuris ordine seruato, uel pœnitus pręter misso, uel extraordinariè prout sibi melius uisum fuerit diebus feriatis, & non feriatis, sedendo, stando, & in omni loco, & omni hora, & utraque parte absente, uel præsente, & quòd arbitrari posit semel, vel pluries, & suam sententiam interpretari, corrigere, uel emendare, ac mutare, si opus fuerit, cnotumaciam litigatoris punire, & citare, ad quem cunque locum fuerit, uel ad loca, & ut posit pronunciare, in scriptis, uel sine scriptis, prædicti, Titius & Martinus, vnus alteri adinuicẽ per stipulationem solennem pro se, ac suis hęredibus, sub pęna centum marcarũ quod laudo, arbitro, pronunciationi, seu dicto obtemperabunt, & in nullo contrauenient, de iure, uel de facto, uerbo, uel opere per se se, uel interpositam personam, & quòd nullum dolum commitant, & quòd contra compromissum nullum impetrabũt rescriptum, & nullum priuilegiũ allegabunt, & nullam exceptionem opponẽt, & quòd nõ uterentur beneficio alcuius legis quæ uitiet, uel uitiare posit compromissum, seu personam arbitri: seu ex persona cõmittentium: seu ex rebus, de quibus compromissum est, & ꝓ eorum sententiæ se laudo æquo uel iniquo stabunt renunciantes causæ beneficiorum prædictorum, beneficijs, & priuilegijs competentibus speciliter hic enumeratis, & de omnibus prędictis specialiter certificatis iuramento corporaliter præstito adinuicem promittentes per stipulationem attendere, cõplere, & obseruare, pro se, & suis hęredibus, & successoribus, & contra non ire sub pęna prædicta, & obligatione bonorum omnium præsentium, & futurorum, constituẽts adinuicem unus pro alio bona precario posidere, ita quod liceat ei, qui seruauarit compromissum sine iudicis authoritate ingredi bona illius, qui fecerit contra cõpromissum precarium reuocãdo: nihilhominus cõpromisso, in sua manente firmitate. hoc adiecto quòd dicta pœna semel, & pluries, & quoties contra prædicta, vel aliquid horũ in omnibus, & singulis insolidum cõmittatur, & cõmissa exigatur. Et ego talis notarius his omnibus interfui & ut supra legitur, uoluntatr dictarum partium scripsi hoc publicum testamentum.

Et plenissimum qualiter obiiciatur cõtra arbitrum, & eius arbitrium, & qualiter compromissum officiatur. uide per Specul. in titu. de arbitis. §. excipitur. argumen. contra arbitrum, seu arbitriũ per totum quę ideo sic non scripsi, quia modica addit prædictis.

Et quia aliquando contingere solet, ꝓpartes minantur arbitro ideo uideamus an minæ† excusent arbitrum. & in
8 hoc reperio, quòd Bald. in suis conclusionibus, per modum alphabeti redactis ꝑ dominum Andream, Ioannes de Perusio in litera, arbitrium. sic dicit; Arbi
9 trum excusant minę† capitales nõ iactatorię, sed effectuales: & ualidæ: de arbitris. l. licet. ꝗa præsumitur inimicitia ex minis capitalibus. facit, quod notatur in l. 3. ex ꝗbus causis maiores. l. antepenultima. eod. titul. in glo. & l. Fulcinius. §. 2: in gloss. sed nõ excusant iudicem, & nec testem: quia facilius inueniuntur centũ arbitri, quàm unus testis: unde testis nõ excusatur, nec repellitur, nisi testis diceret se minas ad animum reuocasse: & se ex hoc fatetur capitalem inimicũ quia tunc est pręsumptio cõditionis eius: dic ut in authẽ. de testibus. §. si uerò odisses. aliàs semper quis minaretur testi, ut nõ ualeret dictum eius, quod est absurdũ. Vel distingue inter minas actiuas, & passiuas: nã aut testis infert minas, & non creditur ei, si minæ sunt uersimiles & non simularæ, nec calore iracũdiæ: Aut pars minatur testi, & tunc testis nunquã repellitur, si dicit se de minis non curare, uel de nil de hoc deponit. Si autẽ dicit se inimicum: tunc sibi non creditur: quia professio, & desiderium, sibi inuicem resistunt. Item despectio, sicut contumeliatio, & sicut diffamatio facit, ꝓ arbiter non cogitur laudare: de arbitris. l. licèt. in principio. dic aut despicitur arbiter diffamando, & loquitur. l. licèt. & l. sed & si inseruum. §. fina. de arbitris. Aut contumeliando re uel verbis atrocitatem continentibus, ex animo pensatè, & non fictitiè, & loquitur l. licèt. aut aliter: & tunc aut despicitur, & ad alium itur, & soluitur compromissum: ut l. litigatores. de arbitris. aut despuit bene fortè propter imperitiam: tunc statim possunt partes ad eum redire non multo post litem. l. si unus. §. 1. aut non despicitur, sed ad alium itur, fortè propter infirmitatem arbitri, & tunc aut alius additur, & sublatũ est post l. litigatores. j. responso. Aut iudex, tunc dic ut not. in dicta l. item nota bene. Item ini-
10 micitia contracta †ex arbitrio nõ impedit laudum, secus si extrinsecus, si sit protestatum: vt in §. cum quidam. dum modo protestatio sit uera, & manefestè probetur.

Attende secundum Baldum in supra
11 dictis conclusionibus, quòd arbiter †antequam acceptat, non est arbiter. l. si de mei. §. recipisse. & l. si cum dies. in principio. ff. de arbitris. & potest eligi arbiter in absentia: ut l. 3. eodem titu. no. &
12 tempus acceptationis†inspicitur magis, quàm electionis. quia nõ est ius quæsitũ per electionem, sed per acceptationem. l. sed & si in seruũ. eodem titu. uel quia
13 electio†trahitur ad diem acceptationis. l. fin. infr. eodem.

Præterea nota bene an arbiter posit condemnare, per uerbum, credo: dicit Baldus in allegatis conclusionibus suis,
14 quòd sic. quia uerbum credo, † prolatũ à iudice est diffinitiuum, à parte est assertiuum: a teste est dubitatiuum: & nihil ualet. l. diem. §. si plures. & de arbitr. quod notat.



## Intra quantum tempus petatur recursus ad arbitrium boni viri.

1 *Reductio utrum tanto tempore peti posit, quanto actio durat.*
2 *Officium iudicis, datur ad rescindendum, quod de iure communi ualet.*
3 *Tempus non est modus finiendi compromissum nec potestatem.*
4 *Partis presentiam non requirunt ea, quæ fiunt sine causæ cognitione.*
5 *Executor utrum posit expedire sibi comissa etiam parte non citata.*
6 *Pactum hoc quoddam est, quod transit ad hęredem.*
7 *Arbitrator utrum posit arbitrari per nuncium uel epistolam.*
8 *Iure proprio quis arbitratur aut iure commissionis.*
9 *Laudum utrum sit nullum, cum non interuenit partium auditor.*
10 *Laudum arbitratoris utrum posit fieri die feriato.*
11 *Res non dicitur diuplicere, cuius possessio retinetur.*
12 *Laudum est aliud in iudicio, aliud extra iudicium.*
13 *Arbitrator utrum teneatur ad ordinem iudiciorum.*
14 *Potestas arbitri an finiatur cũ instantia.*

Ed uideamus intra quãtũ tẽpus debeat recursus ad arbitriũ boni uiri interponi. Bar. in l. si qs arbitratu. ff. de uerb. obl. in d. §. arbitrorũ. sic dicit. Quęro intra quãtũ tẽpus posit peti fieri reductio ad arbitriũ boni uiri. Spec. in tit. de arbitr. §. sequitur. versi. sed pone, intra qd tem-

tẽpus.uidetur dicere, quòd intra decem dies. sicut in appellatione : quia ista est quædam appellandi species: ut in allegata.l.non distinguemus §. cum quidam. quod mihi non placet:quia uel hoc fit iu re actionis: uel proponitur iudicis officiũ ut examinetur aliqua exceptio uel defen sio:sed actionibus uel exceptionibus non præscribitur tam modico tempore, nisi 30 annis.ut not in l.querela.C.de falsis. Quid dicemus? quæstio ista requirit deci sionem principis: tamen de iuris rigore secundum ea,quæ scripta sunt mihi vide tur,quòd si per annũ taceat: quia uideatur arbitramentum approbare, vt l. qui se grauatos.C.de censibus. & censitoribus.lib.11.si tamẽ intra annum conque stus est,non dico coram iudice,sed etiam extra iudicium,ita quòd appareat eũ taciturnitate non consensisse : tunc eo casu quo ista reductio petitur iure actionis, uel officio iudicis,quod loco actionis pro
1 ponitur,tunc tanto tempore peti † pote rit.quanto tempore actio durat.Sed quã do officium iudicis proponitur loco exceptionis, tunc sicut exceptio perpetuò durat: ut l procurator § fin.ff.de doli ex ceptione.& l.licet. C.de exceptionibus. Ita poterit perpetuò peti reductio ista.

Possumus etiam dicere, & fortè non malè prædicta uera esse, quando petitur per modum actionis, uel officio iudicis loco actionis seu exceptionis,sed quando officium iudicis principaliter proponitur,ut in contractibus stricti iuris : tunc debeat fieri reductio intra quadrienniũ olim:hodie intra annum utilem, quia re gula est quòd quandocunque officiũ iudicis datur † ad rescindendum id, quod
2 de iure cõmuni uales,anno utili finitur : ut in l.in honorarijs. §.sed cũ rescisa. de actio.& obligatio.quæ est menti tenenda.Dominus Florianus de Bononia in di cto §.arbitrorum . sic dicit, intra quantum tempus potest peti reductio ad arbi trium boni uiri? Guil.in Specul.in tit. de arbitris.& sequitur.uersi.sed intra quod. arguit primò hoc esse arbitrium,tanquã indeterminatum à iure, argumen. extra de offic.deleg.cap.de causis.& l.j.in fi.ff. de iure deliberand.demum refert quosdam dicere,quòd vsque ad 30.annos.C. de præscripti.30.ann.l. sicut. quasi hoc sit quoddam personale. Alij secundum eum distinguũt,quòd aut in arbitrio est præfixum tempus,quo aliquid debeat fie ri,& solui:aut intra illud tempus debeat reductio peti: aut non est præfixum , & tũc debet peti intra quatuor menses , qui dantur iudicatis ad soluendum.ff.de arbi tris.l.si cum dies.§.fin.& hoc in agendo. nam semper excipi potest ff.de doli exce ptione.l.purè.§.fin.Finaliter uerius putat,quòd intra decem dies,sicut in appel latione dicitur,quasi hæc si quædam spe ties appellationis,& in hoc residat.

Hanc etiam opinionem refert hic Iacob.Bru.quosdam fuisse secutos,argumẽ l.non distinguemus.§.cum quidam.ff.de arbitris.sed certè hæc opinio.Specu. non est uera quia siue petatur iure actionis, siue officio iudicis petatur, & examinetur aliqua exceptio,seu defensio: secundum prædicta, non est dubium tã breui tempore hanc potestatem petendæ redu ctionis non tolli: quia actionibus uel exceptionibus non præscribitur tam modi co tempore,nec etiam officio iudicis, cũ non præscribatur minori tempore saltẽ 30.annorum.not. gloss. in l. querela. C. de falsis.

Præterea aduerte, hæc opinio confun ditur per dictum eiusdem Specul.in titu. de arbitris.§.j.uersiculo , quid si a tempore quo cœpit agere,&c.ubi dicit,quòd si petitia reductione pars negligit illam prosequi per annum,quòd ei postea pro sequenti non poterit opponi lapsus anni, sicut poterit in appellatione: extra de appellat.cap.cum sit. & cap. oblatæ. & C.de temporibus appellat. authen. ei qui & in corpore unde sumitur.nec pote rit secundum eũ hæc dici appellatio, sed potius attestatio,ut dicta l.non distingue mus §.cum quidam. C. de arbitr. l.penultima.§.finautem.& sic patet,quòd sibiipsi in hoc dicitur contrarius:quia non censetur hæc reductio appellatio quantum ad tempora fatalia prosecutionis,



nis,ergo nec quantum ad prima tempo ra scilicet ipsius reclamationis, ne eadem res censeatur iure diuerso: contra l. eum qui ædes.ff.de usucapio. Potest & aliter responderi ad ilium § cum quidã. secundùm Iaco.Brun.quòd ibi loquitur non de appellatione, sed de quadam reclamatione, de qua ff. qui satisdare cogan.l.arbitrio.& C.de relatio.l.j. hęc opi nio ergo nullo modo uera.

Alij uerò ut Martinus Sillimanus,dixit simpliciter hanc reductionẽ peti pos se perpetuò,& idem,ut audiui,tenet An. de Pisis & Nicolaus de Matt. Alij,ut Iacob. Brun.distinguunt:aut arbiter aditur super lite,& sic est uerus arbiter, & non rescindatur: argumento dictę l.diem pferre.§. stari. ff. de arbitris. quod tamen intellige,ut supra dixi, aut aditur super contractu bonæ fidei : & tunc quia actio durat 30.annis, usq; ad illud tempus po terit peti reductio . Alij, ut Bartolus dixit,quòd hæc quæstio requirit decisionẽ principis,de iuris tamen rigore,& secundum ea qnę scripta sunt, putat, quod si pars taceat per annum, uidetur arbitramentum approbare.l.qui se grauatos.C. de censibus,& censito. lib. 11. ubi dicit, quòd si aliquis dicat se iniquè æstimatũ in positione collectarum, quòd intra an num,postquàm sciuerit, debet conqueri: postea autem non auditur . Sed certè illa lex non multũ urgent; nã ibi puto speciale fauore fisci, ut intra illud tempus debeat fieri,nec mirum quia sic & aliud contingit in illa materia speciale,scilicet, quòd hypothecaria,quę prætendit cõtra rem alicui æstimatam tollatur spacio sex mensium: ut patet.eod.titul.l. fina. & ibi notatur per glo.quæ tamen aliàs sui natura maiori tempore consueuit durare secundùm l. cùm notissimi. in principio . C. de præscriptio. 30. uel 40. anno.& ita notatur .& sic intelligendo, illa lex potius faceret contra eum, quia si ibi est speciale, ergo in contrarium est ius cõmune l.j.in fi.ff.ad municipales.Quid ergo dicendum ? puto, dicit Florianus quòd à iure re uera.non sic perfixus cer tos terminus,tamen pro huiusmodi declaratione , & ueritate habenda puto opiniones prædictas in suis casibus esse ueras.

Distinguo:ergo si quæratur intra quã tum tempus possit fieri reductio: dic, aut in arbitrio non est apposita pœna de parendo sententiæ talis arbitratoris, & tunc non puto præfixum certum tẽpus, nisi secundùm suprascripta . aut est promissa pœna de parendo sententiæ, & tũc aut talis arbitrator iussit aliquid dari uel fieri intra certum tempos, tunc fortè po test dici,quod nisi intra illam diem pars cessans implere fuerit cõquesta de iniqui tate arbitratoris,quòd committitur pœna:argumen.ff.de arbitris.l. si cùm dies. §.fin.dato.quòd postea uelit agere de ini quitate arbitrii. unde quantum ad effectũ huius pœnę non competeret ulterius de iniquitate agi, licet respectu principalis negocii adhuc possit, & sic intelligatur, & uerificatur opinio una suprapposita, & sic intelligatur una opinio Spe.suprapposita.aut certum tempus non adiicitur,qa dato.quòd adiceretur,loquimur de reductione ipsa respectu principalis negocij, & tũc aut ista reductio petitur iure actionis aut officio iudicis, si per uiam actionis,tunc hæc reductio durat tanto tempore, quantp durat actio, unde si actio erit perpetua, & hæc perpetua, si temporalis,hæc temporalis. Sed si petatur iudicis officio,tunc aut est iudicis officium quod loco uroponitur actionis. & idem quod proximè dixi, quia tanto tempore durat, quanto durat actio, aut est officium,quod loco proponitur exceptionis, uerbi gratia, quia contra agentem contra me ad id quod in tali arbitramento deuenit, excipio de iniquitate ipsius arbitri. Tunc est, quòd sicut exceptio de sui natura est perpetua.l.purè. ff. de doli exceptione.C.de exceptionibus. & l. licet.& ibi not. Ita & hæc reductio posset per hunc modum pertuò peti.Bald. autem in l.fi.C.de contrahenda emptione. sic dicit.

Quæro intra quantum tempus possit peti reductio? Respõdeo usque ad triginta annos,quia illud tempus non est determi-

terminatum à iure. unde siue sit actio, siue sit officium, est perpetuum: ut C. de præscription 30. annorum. l. sicut. Ita notat Cynus in arbitrorum: in additionib. & idem Baldus in dicta. l. fin. C. de contrahenda emptione. tenet contra Bartolum, qui tenuit, quòd tacendo per annum uidetur approbare: ubi sic dicit, Quid si arbitrator non expedit negotiũ intra annum, sed stat per annũ, & ultra? & nõ arbitratur utrum post annum possit arbitrari? Bartol. consuluit in suo consilio, quod incipit, Talionis. cuius tenor statim infra describitur. quod notabene secundùm eum; potestas arbitratoris tacentis anno finitur: ar. C. de Episco. & clericis. l. nulli. & C. communia de leg. l. fina. §. j. ff. de conditio. & demõstra. l. mulcta.

Ego dico dicit Bal. quòd etiã post annum poterit arbitrari: quia tempus, nõ
3 est modus finiendi compromissum, nec potestatem sine temporis diffinitione cõmissam. ut C. de tempo. appel. authen. ei qui. Item non obstant contraria, quia loquuntur in ultimis uoluntatibus, quarũ executiones non debent pendere, sed celeritatem desiderare, argu. ff. communia prædiorum l. receptum. Angel. autem in dicta sua disputatione. Duo adinuicẽ litigantes. sic dicit, Petitur autem hæc reductio officio iudicis nobili. ideo ius petẽdi est perpetuum. nisi laudum sit emologatum tacitè, uel expressè: extra de arbit. cap. 2. & cap. exposita. iuncta. l. sicut. de prescripti. 30. annorum. Et ideo cum tacita emologatio impediat reductionẽ totius, est, quòd intra decennium petatur secundùm Specu: quod tenuit Guil. de sica. in sua summa. uer si. quando. cui adhęsit Ioan. An. in d. §. sed quo iure petitur, & reductio: uidi tamen seruari, ꝙ multoties quis post decennium fuit admissus ad petẽdum reductionem, sed tutius est, cùm pars ante decennium laudũ reprobauit: licet non concurrerit ad iudicium, uide Oldrad. in suis consiliis consilio. 1157: ubi tenet, quod potest petere usque ad 30. annos: consilium, de quo supra fit mentio, tale est, Talionus de Spoleto uendidit cuidam unam suam possessionem, p̃ precio, quod arbitrabitur dominus Rainerius qui arbitratus est absente parte uenditrice, & post quadriennium uenditore exbannito, & bonis eius publicatis.

Ex hoc quęritur, an arbitramentum latum absente, & irrequisito uẽditore ualeat. Secundò, an ualeat: quia latum est post quadriennium. Tertiò, an ualeat ex eo: qa latũ est post publicatinnẽ bonorũ. Super primo dico, quòd Pet. de Bellaperticа in l. si quis arbitrat. ff. de uerb. oblig. dicit, quòd non ualet. per legem illam, quam inducit pro casu: quia si posset fieri absente parte stipulator non posset esse in mora. Idem tenet Cyn. in l. final. C. de contrahen. emptio. Quidam aduocati consuluerunt contrarium his rationibus primò, quia arbitrator non iudicialiter cognoscit, sed extraiudicialiter de negorio se informat. ut notat Innocen. in cap. Quintauallis. de iureiuran. facit quod notatur ff. de iudicijs. l. j. ff. de arbi. l. sed & si in seruum. §. si iudex. & quod ibi notatur in authẽ. ut differen. iudices. §. j. & quod
4 ibi no. in gloss. sed ea quæ fiunt sine causę cognitione, non requirunt partis præsentiam. ut l. diem proferre. in princi. ff. de arbi. & l. sed & si interpellatus. §. j. eod. titu.

Præterea hoc uidemus, quòd quando aliquis actus fit per iudicem, non iudicialiter, non requiritur partis præsentia. ff. de bono. posses. l. 3. §. j. & ibi nota.

Pręterea talis arbitrator habet nudum ministerium facti, sicut executor, qui potest expedire commissa sibi, etiam
5 parte non citata, & de causa cognito: ut C. de executione rei iud. l. si ut, pponis. & quod not. per Inno. de pręsum. m. cap. dudum.

Præterea tempore arbitramenti non debet requiri præsentia partis sic, ut in euentu cuiusl bet conditionis alterius: ut puta si nauis ex Asia uenerit: nam ridiculum esset dicere, quòd naue aduenente requiratur partis præsentia. istę sunt rationes illius consultoris ad l. si quis arbitratu



tratu. Respondit quòd fuit actum ibi ꝙ parte præsente arbitretur: uel potest dici, quòd ibi affuit aliud impedimentum mortis, uel simile: ut sic arbitrari non possit: uel potest dici, quod ibi fuit actũ de prorogando compromisso, quod non põt fieri parte absente: ut l. si cùm dies. §. fi. ff. de arbi. Ista sunt uerba illius cõsulteris: & licet prędicta subtiliter sint dicta, ego non recedo à sentẽtia Cy. & Pet. sed dico eos indubitanter dicere ueritatem. Primo per d. l. si quis arbitratu: ubi uerè est casus. nam si posset fieri absente parte non diceretur fieri mora per stipulatorẽ. ut l. diem proferre. §. si quis litigatorem. ff. de arbi. nec obstant dictæ rationes: quia omnes diuinationes sunt.

Pręterea de hoc est casus expressus. ff. de edil. edic. l. quòd si nolit. §. si quidam. circa fi. ubi dicitur, quòd ille, qui emit, ut ibi plantamẽta fiant, non potest suum placitum, & uoluntatem exprimere parte absente: & est aduertendum, quòd illud uerbum, placuerit, idem importat si arbitratus fuerit: scilicet arbitrio boni uiri: ut l. Thais. §. sororem. ff. de fideicom. lib.

Præterea est etiam casus C. de secun. nup. l. hac edictali. §. his illud. ubi dicitur quòd tales arbitratores positi à partibus ad æstimandum seu precium constituendum, coguntur iurare, & ab eis iuramentum exigitur: apparet ergo quòd pars debet esse præsens ut iuramentum exigat: arg. l. quando. C. de restibus.

Pręterea hoc uidetur esse expressè in iudice, qui licet non in forma iudicij cognoscat, ut quando decernit modũ, in alimẽtis pupilli; tamen debet cognitionem adhibere, & partes interrgare, & explicare ea, quæ circa prædicta expediunt: ut ff. ubi pupillus edu. deb. l. j. §. sed & si non constat. ita debuit facere hic arbitrator, ꝙ cũ non fecerit, nõ ualet arbitramẽtum.

Pręterea hoc dicit textus expressus in arbitratore, qui debet discutere partes, & eas interrogare, quid uelint, quantum æstmiant. Ista est enim amicabilis compositio; ut l. si. de meis. §. recepisse. in fin. ff. de arbitris.

Præterea expressum uidetur in l. legatum. ff. de usufruc. lega. ubi quando fit arbitramentum illud de transmittẽdo unã rem in aliam, debent omnes quorum interest adhiberi, pro hoc ratio naturalis, & iuris dispositio, quæ est, quòd debent requiri hi, qui læderentur, posset enim eorum præsentia trahere illum arbitratorem in aliam sententiam. Non obstat de bonorum possessione. l. 3. §. penul. in contrarium allegata: quia loquitur in his, in quibus parti absenti nullum præiudiciũ paratur: ut ibi patet. Non obstat exemplum de executore; quia illud procedit in mero executore, quando præcessit cognitio plena; aliàs secus, ut l. & si non cognitio. ff. si contra ius uel utilitatẽ publicam. Super secundo puncto, an ualeat arbitramentum latũ post quadriẽnium, dico quòd Specu. in titu. de arb. §. differt: uer sic. item, quòd intra triennium. uidetur dicere, quòd arbitramentum nõ finitur tempore triennij, sed nec aliquid boni allegat, nec intellexit bene. Ideo est sciendum, quòd talis conditio, si talis arbitrabitur, deficit illo arbitrari nolente, ut l. si merces in princi. ff. locati. C. de contrahenda emptio. l. fina. institu. de contrahẽda emptione. §. precium. Quando autem uideatur nolle quis arbitrari, uariantur iura, & ideo dico, quòd quãdoque arbitramentum confertur in aliquem ex cõtrahẽtibus, loquor in casu permisso, tũc si tale arbitramentum consistit circa ea, quæ de substantialibus sunt contractus, ut circa ipsam rem, & tunc debet, arbitrari intra 30. dies, nisi aliud tempus sit expressum, ut l. quòd si nolit. §. si qs ita: ff. de edili. edicto. Si uerò arbitramentum consistit circa aliqua extrinseca, tũc debet arbitrari cùm potest, aliàs dicitur nolle, ut l. hęc venditio. in princip. ff. de contrahen. empt. ff. de condit. & demonstra. l. hæc conditio. quandoque confertur arbitramentum in tertium, ut in casu nostro, tunc potest duobus modis contingere.

Primò, quòd arbitramentum fit circa personam, cui acquiri debeat re existẽte certa, tunc nõ dicitur nolle arbitrari, nisi

cùm super hoc fuerit in iudicio interpellatus: ante enim posset moram purgare: vt l.cum quidam.ff.de lega.2. & ibi not. Si uerò persona est certa, declaratio rei, vel precij committitur arbitrio tertij: ut in casu quæstionis nostræ, tũc dicitur nolle arbitrari elapso anno. Casus est expressus. C.communia. de lega.l.fin.§.sed & si quis, nec dicat aliquis ꝙ sit speciale fauore ultimę uoluntatis: quia in eo est speciale, ꝙ illo non arbitrante trãsit arbitrium in legatarium: quod non est in cõtractibus: quia tunc annullatur, sed per cursum anni desinit arbitrator posse arbitrarri: quia uidetur nolle: & sic deficit conditio, & commune est istud, tam in contractibus quam in vltimis voluntatibus: & hoc sentit glo. in d.§.sed & si quis. si bene inspiciatur. & propter cursum anni quis dicatur perfectè nolle: probatur. ff.ad Trebel.l.filij.§.j. Super tertio puncto dico quòd dictum arbitramentũ nõ tenet bonis publicatis: tamen consultor ille cõsuluit, quòd ualeret, & vsus est his uerbis, licèt compromissum soluatur morte, & per consequens publicatione: ut l.actione.§.publicatione.ff. pro socio.

6 tamẽ hoc est quoddam pactum † seu trãsactio, quæ transit ad hęredem: ut ff. de proba.l.pactum.no.in Spe.de arbi.§.finitur.vers.sed nunquid arbitrator: sed, parcat mihi ille cõsultor, hoc est contra tex. in l.quoties.§.fi.ff.de noua.ubi dicitur, ꝙ conditio contractus antecedentis existẽs post publicationem bonorum non facit obligationem oriri, nec ciuilem, nec naturalem, quod patet, quia si ibi obligatio naturalis contraheretur, fieret nouatio: ut l.j.§.j.eo.titu.sed ista uenditio de qua loquitur est conditionalis, si arbitretur ille: ut l.fi. C.de contrahen. emptio. ergo &c. nec obstat, quod dicitur, quòd transit ad hæredem, quia posito, ꝙ si uerum, tamen fiscus hoc casu non haberur loco hæredis, ut dicit glo. expresè in terminis nostris in l.notario. C.de noua. & tangitur. ff.de fideiuf.l.inter.eos.§.bonis. & ibi per gloss. expressus per Iacob. de Aret. ibidem.

Concluditur ergo dictum arbitramentum ex triplici defectu esse nullum. Bart. Bal. tamen in l.fi. C.de contrahen. empt. tenet cõtra Bart. & respondet dictis suis, ubi sic dicit. Nũquid arbitrator possit arbitrari partibus absentibus? Bar. dixit, ꝙ non per l.si quis arbitratu. ff.de uerborũ obligationibus, de usufructu leg.l. legatum. ff.de distrac. pigno.l. creditor. ff.de ędilitio edict.l.quòd si nolit.§.si quis ita. nam licèt coram arbitratore nõ sit iudicium, tamen pars debet moneri, cum de eius prejudicio agatur, argumen. ff.de in diem addictio. l. necessariò. de lega.2.l. cum quidam. & l. aut qui aliter. ff.quod vi aut clam. & ita tenet Pet. in l.fin. C.de contrahen. emptio. & tenebat Cyn. in lectu. sed postea in additio. Cy. tenet contrariũ quod in declaratione arbitratoris non sit necessaria requisitio, uel prẽsentia

7 partis. & hoc probat, quia † arbitrator potest arbitrari per nuncium, & epistolam: arg. ff.de acqui. hære. l.si quis mihi bona. §.iussu. ff. de leg.2. cum pater. § hęreditate. de iure emphiteutico. l.2. ff.si mẽs. tal. mod. dixer. l.1. in fin.

Nec obstat quòd debet procedere ut vir bonus: quia hoc est uerũ quo ad modum, non quo ad qualitatẽ: ut ff.de usufructu lega. l.si fundi. §.fina. Ista sunt verba Cyn in additione. & credo dicit Bald. quòd Bartol. non habebat istam additionem Cyn. quæ uerba expone, quòd debet procedere ut uir bonus quo ad commodum, id est, moderamen bono uiro conueniens: quia arbitrium suum debet esse moderatum, non quo ad qualitatem, id est, ut procedat taliter, qualiter proceditur in uia disceptationis, scilicet, partibus conuocatis. Ad hoc facit. ff.de pignora. actio. l. si conuenerit. Primò respondeo, vbi in executione potestatis conuentionalis non requiritur citatio. Item, quia coram arbitratore nõ requiritur ordo: vt notat Innocent. extra de appellatio. cap. ex ratione. nec coram promissore. ut not. in capitu. j. de offic. delega. in clemen. nec quando bonorum possessio agnoscitur & decernitur: ut notatur. ff. de bonorũ possessio. l. 3. §. causa cognita. aliàs non differunt extraiudi-



traiudicialia à iudicialibus: & ubicunque extra iudicium requiritur interpellatio, id est: quia requiritur mora: ut ff.de eui ctio. l. si dictum. §. penul. & fina. Solutio:

8 aut † quis arbitratur iure ꝓprio, aut iure commissionis. Primo casu non est necessaria requisitio alterius: ut ff.de seruitute. rusti. prædio. l. per fundum. & C.de contrahen. empti. l. fundum. Secundo. n. casu refert: aut est compromissum de re non litigiosa, & non exigitur requisitio alterius: unde si canonici eligunt per uiã compromissi, non est necessaria requisitio tempore laudi: ut in cap. si cõpromissarius. de electio. lib. 6. nam compromissarius, est assumptus, tanquam negociorum gestor utriusque partis, & potest gerere negocium absentiam sicut procurator, & nuncius. ff.de uerbo. obliga. l. qui Romę. §. Callimachus. & ff. manda. l. creditor. §. fi.

Vnde ad laudum iustificandũ ueritas, & æquitas sufficit. nec exigitur alia solennitas extrinseca, nihil enim quærimus ab ipso nisi ueritatẽ: & nihil amamus in ipso nisi ęquitatem. Hæ sunt duæ radices, propter quas affluunt ad arbitriũ. & hic est finis compromissi, quo habito nõ curamus de ordine. Aut est cõpromissum de re litigiosa, & trutinanda, id est, examinanda inter partes: & tunc arbitrator qui omissa examinatione procedit, uersatur in dolo: nec uidet sibi data potestas: ut in d.§. Lucius. omnis enim examinatio ab ipsis partibus incipit ut. l. fin. C. si ꝓ uim uel alio modo. Et ideò nisi interue-

9 niat partium auditor, laudũ est † nullum: sufficit autem, quod ista examinatio, præcedat laudum, licet tẽpore laudi partes nõ sunt prẽsentes. ad hoc facit quod no. Innocen. extra de testib cap. Raynaldus. in glo. quæ incipit, Quæ erat uersi. si etiã dicimus. Et hoc apparet, quòd laudum

10 arbitratori † potest fieri die feriato in honorem Dei: ut C.de ferijs. l. fin. Et tamen ad illam diẽ partes non possunt mouerì. Nec obst. ad istam distinctionem. l. si quis arbitratu; quia ibi non dicitur, ꝙ arbitramentum impediatur de iure propter absentiam partis; sed dicitur, quòd si pars monita nõ obtemperat arbitratori, & contemnat, incidit, in pœnam rationę contemptus.

Item non obstat d.l.quod si nolit. §. si quis ita ubi dicitur, quòd si pars non est præsens, non currit tempus ad arbitrandum super displicentia: quia ibi displicẽtia factum traditionis desiderat, quæ non potest fieri absenti: non enim dicitur di-

11 splicere † res, cuius possessio retinetur. Oportet ergo quòd cùm displicẽtia animi interueniat retraditio, quæ inter absentes explicari non potest: ibi ergo procedi illud propter ipsius conuentionis naturã, secus in his, quæ nudo animo explicantur: argu. ff.de nego. gest. in l. Nesennius. & extra de eccle. benefi. c.1. & de concess. præbẽ. c. quia cunctis. lib. 6. & ita teneo de ista quæstione. & adde qd̃ not. Iacob. de Are. & Cy in l.creditor. C.de distra. pigno. Et quod no. Bar. in simili. in l.fi. ff.de dona.

Item non obstat l.legatum. ff. de usufruc. leg. quia illud est propter alternationem dispositionis testatoris, & non loquitur ibi de arbitratore compromissario, sed in iudice, & ideo nihil fecit ad rhumbum.

Item non obstat l.hac edictali. § his illud. C.de secund. nup. quia ibi loquit in arbitratoribus assumptis ad instructionẽ iudicis, & qui rediguntur ad instar testiũ, ut ff.de dote prælega. l. Theopompus. & arbitrator potest arbitrari non solùm destricti recitatione, sed etiam simpliciter nudo uerbo, ut not. Inno. in c. Quia tauallis. de iureiuran. Et arbitrator protulit arbitramentũ ipso iure nullum, tunc dicit Innocen. quòd loquendo in alijs factis, & non in iudiciis, nõ finit authoritas concessa, ita eleganter notatur extra de offi. deleg. c. in literis. Si uerò arbitramentum est aliquod ipso iure, sed ope exceptiones, uel officio iudicis est emendandũ & tunc non potest iteratò arbitrari, quia functus est potestate semel data, ideo quia diffinitum corrigere non potest, ut no. ff. pro socio. l. proposita.

Pet. & Cyn. dicunt quòd aut laudum est nullum, quia excessit fines mãdati, &

ipse idem potest iteratò arbitrari. Aut continet errorẽ: expressum & tunc non potest iteratò arbitrari: argu.l. iudex. ff. de re iudi. Sed ad illam legem respondet
12 Innocen in d.c.ex literis. † Aliud enim est in iudice, cui committitur. disceptatio. Aliud extra iudicium, ubi committitur rei. argu. ff. de condi. & demonstra. l. hęc conditio. in principio. & ita teneo. Item Bald. in suo consilio, quod incipit, Malitiosa: uel uolũtaria unius arbitrorũ. dicit ꝙ Guil. de Cu. in l. Episcopale. in fi. C. de Episco. audien. dicit, & tenet quòd in declaratione arbitratoris, non requiritur citatio, uel part's præsentia licet: Pet. & Bar. teneant cõtrarium in l. si quis arbitratu. ff. de uerbo. obli. dicendo sic in dicto consilio, quicquid dictum sit, sic uidetur concludendum quando arbitrator assumptus est super lite: ꝙ ubi partes fuerunt pręsentes in discussione, & in causæ meritis uentilandis, tunc non sit necessaria pręsentia partium tempore arbitra-
13 menti: quia arbitrator † non tenetur ad ordinem iudiciorum: vt not. Innocen. in c. Quintauallis. de iureiuran. Citatio fit in iudicijs, vt seruetur figura iudiciorũ: Et quia non ualeret, ubi pars præsens, uel haberetur pro præsente. de confes. l. certum. §. si quis absente. Arbitrator autem non habet regulam iudiciorum imitari. Item uidetur esse dicendum. quòd pręsumatur laudum arbitratoris esse aliquod, & rectè, & ritè, & præsumũtur omnia discussa, & bene, & solenniter acta: ut not. in consilio suo Dyn. quod incipit Tholomęus Manentis. & ita consuluit ibi idem Bald. & Dynus.

Adde, & de ista materia an in arbitramento requiratur partis præsentia: uide latè per do. Pet. de Ancha. in l. si quis arbitratu. in sua repe. in uer. secũdò quęro arbitrator. & latius ibi per Lud. Roma. Et in causa recursus ad arbitriũ boni uiri non habent locum tempora fatalia secundùm Pet. de Ancha. in consilio, quod incipit, In causa, & quęstione, quæ uertit inter uniuersitatẽ terrę sancti Seuerini &c. ubi sic dicit quo ad primum dubiũ, quòd de iure cõmuni ista appellatio, siue recursus ad arbitriũ boni uiri, nõ possit impugnari rõne desertionis, uel per lapsum fatalium: potest manifestè colligi ex quadam disputatione domini Rusticani, qui tenuit ꝙ iudex adhibitus super tali reductione non assumat naturam iudicis: sed meri arbitratoris, & amicabilis compositoris, cuius loco subrogatur: & ideo concludit ab eo, quod diffinierit, nõ appellari: ut etiã no. Io. An. in addi. Spe. in titu. de apella. §. in quibus. Bar. in l. j. in fi. ff. de lega. 2. & allegat Innocen. in cap. præsenti. de rescrip. quòd si iudex aditus non cognoscit, ut iudex: necessariò sequitur, quod fatalia introducta in causis nõ uendicent sibi locum. Ioan. And. in titu. de arbit. in addi. quę incipit, Et hoc tibi recitat. sic dicit. Et iustificari potest istud dictum: ideo per legem triennium nõ esset liti per arbitrium finiendæ statutum: quia partes illum statuere possunt, quòd non procedit in iudice, patet primum. ff. de arbi. l. si cum dies. in princip. l. Labeo. lo 2. imputent ergo sibi, si nõ statuerunt. Item iudex eo casu terminum statuere potest, & arbitrum cogere, ut intra certum diem pronunciet: ut ff. de arbitr. l. 3. §. j. de appel. c. legitimo. lib. 6. & in auth. si tamẽ. C. de tẽp. appel. Et subiungit idẽ Ioan. And. in addi. sequẽti isto modo: patet ergo non finiri compromissum triennio. Et idem in cle. quandiu. de appel. Io. de Imo in l. mulcta. ff. de conditio. & demonstra. sic dicit.

Item adde dictis Barto. in quantũ dicit remittendo ad l. si quis arbitratu. uoluit, quòd ubi committitur arbitrio terij potestas arbitrandi duret anno, per l. fi. §. j. C. commu. de leg. nã Bal. dicit hoc uerum in ultima uoluntate, quæ non debet esse diu in suspenso. l. receptum. ff. cõmunia prędio. secus in contractibus per id, quod ibi haberur. & per auth. si tamẽ. C. de tempo. appel. ibi in litera, etiam si decies millies plus quàm sit tempus bienij transierit. & sic videtur ibi casus, secundum eum, quòd etiam ultra biennium, imò etiam ultra quadriennũ durat potestas arbitrandi, nec intelligitur tẽpore limitata, nisi partes apposuerint termi-



terminum: uel per iudicẽ apponatur: & hoc in arbitratore: secus dicit in arbitro: quia, secundùm eum, eius potestas finitur triennio, per l. item si unus. §. si multò post. cũ ibi no. ff. de arbi. adeo, secundùm eũ, ꝙ potestas arbitri † finitur cũ instãtia
14 & cõtingit hoc ex quodã contẽptu, quẽ partes uidentur facere: ut d. §. si multo post. secundùm eum. secus tamen est in iurisdictione iudicis, quæ non expirat per lapsum instantiæ triennij, in l. properandum. §. fi. ff. de iudi.

Tu adde, quòd dicta auth. si tamen. non uidetur bene probare opi. Bald. quia ibi non intendit principaliter decidere, quanto tempore durat potestas arbitrãdi: sed quòd etiam si duret multo tempore plus quàm sit biennium, quòd possit esse expressa partium conuentione: arg. l. non distinguemus. §. de officio. ff. de arbi. quòd non per hoc deseritur appellatio.

Pręterea illa auth. nõ magis loquitur de arbitratore, quàm de arbitro: & sic, si uerus esset suus intellectus, debuisset dicere idem in arbitratore, quòd etiam in arbitro non sit dare certum tempus à iure præfixum, intra quod debeat proferre arbitrium. fuit opin. Placen. originaliter per dictam auth. si tamen. ut patet ex not. in l. litigatores. §. fi. cùm l. seq. & d. §. si multo post. ff. de arbitr. & clarius in Specu. de arbi. §. differt. ad fin. & ibi etiam per Ioã. And. in addi. ubi uidetur approbare hanc sententiam Placen. per dictam auth. si tamẽ. & quia imputãdum uidetur partibus, quare non apposuerunt tempus: quæ ratio cessat in iudicio. non respondet tamen ad dictum §. si multo. sed tenendo hanc partem fortè posset adiici, quòd ibi non dicitur potestatem arbitri esse finitam, sed uidetur ꝙ non debe cogi, quando multo tempore partes steterunt; & sic. nõ negat, si uellet posse arbitrari; unde fortè de iure hæc opinio est uerior; pro qua satis facit dicta auth. Si uerò teneremus opinio. Accur. in d. §. si multo post. ꝙ in arbitro sit dare instantiã, quòd habeat durare intra triẽnium à tempore litis contestatę corã eo. de quo etiam tangit Spec. & Io. And. in loco prędal. tũc etiã posset dici, ꝙ quãdo nõ esset lis contestata posset durare etiã ultra triennium; & sic possent etiã intelligi dicta; tamen in arbitratore nõ bene habemus expressum: ꝙ certa instantia debeat seruari si ut dixi d. §. si multo. loquitur in arbitro, & ibi gl. & sic uidetur, quòd in ultimis uoluntatibus, quando re ceditur à persona, non durat potestas ultra annum; & ita uidetur, & multo fortius, quòd debeat esse in contractibus; argumen. l. in testamentis. ff. de reg. iu. iuncta. l. seruũ filii. §. eũ qui chirographum. ff. de lega. 1. & sic fortè defensari potest opi. Barto. nisi fortè dicas, quod in dicta l. fi. §. 1. ideo finitur ibi potestas anno; ꝙ lex dispẽsauit contra regulas iuris, quòd à persona recederetur, ita uoluit successiuè talem specialem prouisionẽ limitare ad tempus. & ideo secus uideretur, si fruatur postate eius arbitrio primo loco res committitur; quia tunc non uidetur quòd finiatur anno in ultimis uoluntatibus; & hoc uidetur uerius de iure; ut plenè dixi in d. l. si quis arbitratu. Eo autẽ casu quo in contractibus conceditur, hoc est, quãdo malè arbitratur; vt plenè not. in d. l. si quis arbitratu. cùm tunc recurratur ad iudicem l. si societatem. §. arbitrorum. cum ibi not. ff. pro soc. nõ uidetur tunc procedere quæstio pro ea parte, qua conditio est impossibilis, remoue quod pro alia forma remanet.

## SVMMARIVM.

1 *Potestas arbitrandi tandiu stat, quandiu partes non contempserunt arbitratorem.*

Vãto autem tẽpore duret potestas arbitrãdi & in arbitrio? dic ut notatur in. l. sed cõpromissũ. ff. de arbitr. & ꝙ Bald. in l. si quis arbitratu. ff. de verb. ob. in arbitratore dic ut notatũ fuit. & ibi omnino uide ẽ. §. præcedenti. Sed uideamus intra quantũ tẽpus in fi. ꝙ Ioan. de Imo. & dicit Barto. ut ipsum refert dominus

Pet.de Ancha.in allegata l.si quis arbitratur.de verbo.obligatio.in sua repetitione. quòd potestas arbitratoris durat anno,per l.fin. §. sed & si quis. C. communia de lega.Bald.ibi dici,aut compromissum est in arbitratorem respectu certæ contemplationis.& tunc non durat, nisi secundum quod illa contemplatio requirit: ut l.nec semel.§.si in habitatione. & l.Firmio.ff.quando dies legati cedit. Aut est factum simpliciter, & tũc finitur anno,secundum Bart. Sed Bar.contra. nam secundum eum durat donec sit laudatũ: qa ita est in omnibus extraiudicialibus:ut in c.in literis.de officio delegat. per Innoc. Item compromissum in arbitrm durat usque ad triennium post litẽ contestatam,& non plus: quia uidentur parres arbitrum spreuisse: ut l. item si unus.ff.de arbitris.non est enim dare rationem, quare non ita in arbitratore. Item quòd possit durare multis annis,uidetur expressum in authen.si tamen. C. de tempori. appella.& clemẽ. tandiu.de appella.facit l. falsò. de diuersis rescrip.
1 Concludo igitur, quòd tandiu† durat, quandiu partes nõ spreuerunt arbitratorem,uel quousque durat terminus præfixus arbitratori per iudicem,ad instantiam partium,uel unius partis,quòd debeat arbitrari: argu. l. diffamari. de ingenu.& manu.& l.si finita.in prin.de.dãno.infec.Nõ obstat.§.sed & si quis.quia loquitur in ultimis uoluntatibus,in quibus fit deuolutio ad alium post annum: hic uerò ad nullum: ut allegata l.si quis arbitratu. uel ibi speciale: quia non potest ita pendere ultima uoluntas sicut cõtractus.l.receptum.ff.cõmunia prædiorũ. Item etiam in ultima uoluntate alia tempora alibi sunt statuta: ut patet ex not.per Bald.in l.j.ff.de lega.2.in 3.quæstio.non est igitur sumenda decisio de.§. sed & quis ad casum nostrum,in quo absurdum esset dicere, quòd si partes corã arbitratore semper procedunt,quòd per finem anni expiret cõpromissum. Et hãc partem firmat.Bal.in allega.l.si quis arbitratu.& in d.§.sed & si qs. & idẽ tenet in l.si duobus.§.sed & si quis.C.cõmunia de lega.& idẽ tenet Bal.in 10.col.in titu. de lege Corradi.c.inter partes. 25 col. & in allegata l.si.quis arbitratu.dicit Bal.ꝗ tale compromissum durat perpetuò,donec fit laudatum,per c.in literis. de officio delegati.& per l.cum stipulatus sim mihi ò Procule.de verborum obliga.ubi text.dicit quod potest arbitrari quando uult.fatetur tamen quòd superior potest certum tempus statuere: ut dicit in allegato c.inter partes Bal.quod not.

*SVMMARIVM.*

1 *Reductio an sit quædam species prouocationis.*
2 *Exceptio utrum nõ recurratur ad superiorem arbitratoris,sed ad iudicem partiũ.*
3 *Arbitrator utrum nullum habeat iurisdictionis gradum.*
4 *Reductio utrum petatur coram iudice Ianuensi.*

VIdeamus quis est iudex cõpetẽs in causa recursus. Bart.in d.§.arbitrorũ.sic dicit. Quæro quis est iudex,cuius officiũ implorat in cã recursus? credũt cõiter aduocati,ꝗ iudex sit iudex appellationis,cũ
1 ista reductio † sit quædam species appellationis,ut l.nõ distinguemus.§.cũ quidã. ff.de arbitr.contrariũ puto quòd imò est iudex principalis:nam si hoc dicitur iure actionis,non est dubium, ꝗ actor sequitur forum rei:& deberet hoc examinari coram eo,qui esset iudex illius actionis. Idem si peratur per officium iudicis: ut l.2.C.ubi,& apud quẽ cognitio in integrum restitutio. agenda sit.unum tamen puto aduertendum, quòd quando istud officium iudicis imploratur à reo, cui exceptio competit, poterit ista reductio peti coram iudice ipsius rei, licet non sit iudex actionis; ratio, quia cum ista exceptio non examinatur principaliter, quæ aliàs in iudicio actore agente examinaretur, incidenter potest examinari coram illo indice, coram quò, actor habet necesse hanc actionem proponere, nec in hoc actor grauatur: quia sic ipse



ipse de iure communi haberet necesse facere, pro hoc videtur casus. ff. de transactioni.l.cum hi.§.transactione alimẽtorum.vbi dicitur quòd iudex debet arbitrare super transactione alimentorum, qui esset futurus iudex super lite. Idem fortè vbicunque super aliqua exceptione debet principaliter aliquid examinare,ut currens ad sui defensionem petit examinari testes, ad ꝗternam rei memoriam; nam fit examinatio coram iudice rei,qui futurus esset iudex super causa ita debet intelligi l.fi.C.de usuris pupillorum. secundùm unam lec.

Et hoc idem tenet Fede. de Senis in suo consilio.230.quod est notandum secundùm Antonium de Butr.ie cap.si clericus.de foro competẽ. in finali lectura. Et not.singulariter hanc doctrinam, ꝗ si reus originarius uellet agere super exceptione,quod potest; ut l.si contendat. ff.de fideiussor.& l.si finita.§. eleganter. ff.de dam.infect.quòd tunc erit agendũ coram iudice ipsius rei, ꝗ attenditur origo naturalis; nam coram eo ageretur, si cõueniretur. quod est notandum secũdùm Antonium de But.in c. si clericus laicum.in fin.de foro competen. ubi per istam doctrinam Bartol. dicit esse idem si agatur conditione l. diffamari. quod dicit esse not. & ipse ibi limitat doctrinã istam Bartol. esse ueram in exceptione necessaria: nam secus esset in exceptione uoluntaria, puta, quando est tempus petendæ confirmationis,& non peti tur: quia si excipiatur, exceptio hęc habet instar actionis; ergo opponenda est coram iudice electi. de quo per Innocen. in cap.dudum.lo j.& de dolo.ca. cùm dilecti.& de electio.capitu.super eo. ubi de hoc.& quod not.Innocent. de exceptio. cap.cum inter secundum Antonium de Butr.ibidem in allegato capitu. si clericus. Ex hoc apparet,quòd non † recurri
2 tur ad superiorem arbitratoris,sed ad iudicem partium,secundum ea,quę dixi.

Hoc etiam colligitur,si bene aduertatur,extra de arbitr.c. exposita. vbi Papa cognoscit de arbitramento lato à Duce Venetiarum, qui sibi non suberat, cùm partes sibi suberant, & sic bonus uir est superior partium, non arbitratoris, sed Ioan. And.in c.2.de arbit. in nouella tenet contrarium,sed pro Bartolo facit, ꝗ
3 iste arbitrator † nullum habet iurisdictionis gradum; ut l.ait prætor. ff.de re iudi. & reductio, quæ est species appellandi, debet fieri gradatim sicut appellatio.ut l. Imperatores.ff.de appellat. ergo ex quo arbitrator non habet gradum, ergo non habet superiorem in gradu, nam in comparatiuũ suum supponit positiuum; unde non ad superiorem arbitratoris,sed partium deuoluitur ista reductio. facit pro hoc,quod not.Bald.in d.l.si quis arbitratu.ff.de verbo.obl.

Angel. autem in dicta disputatione, Duo adinuicem litigãtes.sic dicit: Videndum, quis est iudex competens super reductione? pone enim arbitratorem Ianuensem,& laudũ datum Ianuæ,uicto rẽ Bononiensem: & uictũ de Mãtua, an Ianuæ,& an Bononiæ petetur reductio? videtur,quòd Ianuæ, quia ista reductio habet instar appellationis.l. non distinguemus.§ cum quidam.ff.de arbitr.per doct.in dicto §. arbitrorum.sed cum appellatur appellandum est coram superiore eius qui tulit sententiam.ff.de appellatio.l. ideo cum iudex Ianuensis sit superior,ipse adhiberi debet pro hoc; quia in Ianua perficitur contractus transactionis resultantis ex laudo,& compromisso; ut in corpore,ut differentes iudices. §.si uerò contigerit.unde sumpta est authen. si uerò.C.de iudic.ergo partes ibi sortiũtur forum.ff.de iudic.l.hæres absens. & hoc credo uerum, scilicet, quòd coram
4 iudice Ianuensi † potest peti reductio; quia ubi agitur ad resolutionem contractus,agi debet in loco contractus. ff.de condi.indeb.l.is qui certo loco. & de iudic.l.exigere dotem.potest etiam agi Bononiæ, cum ibi reus super reductione conuentus ratione originis, domicilium sortiatur.C. vbi & apud quem. l.secunda. vbi est casus; uterque ergo iudex est competens, ut ex prædictis apparet.

Non obstat,ꝗ iudex Ianuẽsis,solũ est

superior iudicãtis,& reductio est species appellationis,quòd est uerum in effectu, per appellationem cõtra iniquitatem iudicis: sed non quò ad alia: quòd apparet,quia nulla habet fatalia,sed terminari debet in triennium.C. de iudi.l.properandum.de materia ista uideas Bald. in quodam suo repertorio: super uerbo,arbiter.& uide no.dictum Bar.in l.2.C.ubi & apud quem.ubi per Bald.& per Bar.in l.si filius.de cond.insti.Flo.in d.§.arbitrorum.sic dicit: Quæro quis est iudex, coram quo peti poterit hæc reductio. uel cuius officium implorabitur? dicunt quidam,quòd erit iudex appellationis: quia ista reductio est quædam species appellãdi ut d.§.cùm quidam.& hoc dicit Bart. quod communiter tenetur per docto.ipse tamen tenet contrarium dicens,quòd imò erit iudex causæ principalis:nã si iure actionis petitur hæc reductio, non est dubium quòd actor sequitur forum rei. C.de iurisdi.om.iud.l.iuris ordinem. extra de fo.compe.cap.cùm sit generale.& debet examinari coram eo, qui esset iudex illius actionis.

Super secundo dubio, videtur prima facie, quòd cùm uterque affirmet, unus dicendo æquum, alius iniquum, uel nullũ ꝓ utrique incumbit onus probandi, secũdùm regulam generalem, quę traditur in l. actor. C. de proba. & l. ei qui. ff. eo tamẽ mihi videtur dicendum, ꝓ ille qui dicit iniquum, vel non legitimè prolatũ, ne cesse habeat probare, arg. C. de fide instr. & iure hastę fisca. l. j. lib. 10. & quia q dicit nõ legitimè factum, probare debet illud deesse, cuius defectus reddit inutile id, de quo agitur, vt ff. de probat. l. ab ea parte. & pręsumendę sunt iuris solennitates, cùm potius sunt intrinsecæ adesse potius, quàm abesse, ut l. sciẽdum. & l. Titia, §. idem respondit. ff. de verbo. obli. & de pactis. l. iurisgentium. §. quòd ferè. & instit. de inuti. stipula. §. quod scriptum. & de fideiuss. §. fin.

Super tertio dubio uidetur dicẽdum, quòd dictam petitionem dando, & super eo litem contestando, incidit in pœnã in compromisso contentam, quia compro-
7 missum † est quædam species transactionis, ut in auth. ut differentes iudices. §. si uero contigerit. sed certum est, quòd is uenit contra transactionem iudicem interpellando, uel non implendo promissa, & multofortius litẽ contestando, cadit cũ effectu in pęnam, vt C. de transactio. l. si quis maior. & ibi no ergo & si uenit contra laudum, quod originẽ sumpsit ex cõ promisso, incidit cum effectu in pœnam compromisso contentam.

Præterea cùm filius siue Manestucius suprà dictus sit emancipatus, non est dubium quòd agere poterit contra patrem, & petere pęnam, uenia tamen petita, ut C. de in ius uocan. l. fi. & ff. de iudi. l. lis nulla.

Super quarto dubio videtur, ꝓ ratificatio antequã laudum. feratur, ualeat, probatur, quæ illud quod operatur pactum in iure † competenti, operatur in
8 iure competituro, vt C. de pact. l. j. ff. de pac. l. & hæredi. §. fi. de mino. l. 3. §. siquidem minori. Præterea reductio ad arbitrium boni uiri, sicut dictum est, est species appellandi: ut d. §. cum quidã. sed pactum appositum, † ante sententiã exclu-
9 dit, à beneficio appellandi, de temp. app. l. fi. ergo & interpositum ante sententiam exclupit, à beneficio reductionis ad arbitriũ boni uiri. Determinatio istius quarti dubii dependet, ex determinatione primi. & ideo, put distinctu est ibi, distinguendum est hic.

Super quinto, & ultimo dubio dicendum est, quòd dictus B. inciderit in pęnam dicto domino meo, quia dictus dominus meus dictum laudum non seruauit: & quòd dictus dominus meus ab eo petere posit, quia cùm factum est contra promissionem, is qui stipulatus est potest pœnam exigere, siue sua interfit, siue sua non interfit, seruatum esse id, quod in promissionem deuenit, ut ff. de uerborum oblig. l. stipulatio ista. §. alteri.

Præterea ex quo pœna fuit adiecta, committeretur cuicunque extraneo stipulanti, & ꝓ facto cuiuscunque extranei etiam ad compromissionem pertinentis, ut d. l. stipulatio ista. §. at si quis. & §. si quis dolum. ff. de uerb. ob. & ff. iudicatũ. solui. l. nouissima. & ff. de de ver. sig. l. hęc uerba. Ex quo concludendum est, quòd siue interfit domini mei, siue non interfit seruari quod in laudo deuenit, pęna sibi committitur, & exigi potest cum effectu, siue pronunciatio facta per arbitratorem de iure sortiatur effectum, siue non, ut d. l. quidam cùm filium. circa finem. cum ibi notatis.

Præterea uerba statuti guarẽtigię hoc

inducunt: quia non concedunt aliquam exceptionem contra formam statuti, in quo præceptum guarentigiæ continetur. Dyn.

### SVMMARIVM.

1 *Libellus non offertur coram arbitratore.*
2 *Arbitrator non habet obseruare solennitatem.*
3 *Arbitrium iudicis utrum possit extendi ad pœnam mortis.*
4 *Maxima pœna aliquando pro leui delicto imponitur.*
5 *Ius cum pœna utrum debeat æquiparari delicto.*

DOstremò videdum restat an à sentetia lata in cã reductionis, per bonũ uirũ posit appellari. Io. And. in tit. de app. in addi. Spe. in addi. quæ incipit, De hoc scripsi plenè. sic dicit: quæritur an sententia iudicis lata supra petitione de reducẽdo ad arbitriũ boni uiri posit appellari. Rusticanus disputauit hanc quæstionem, quæ incipit, Petitum fuit à iudice. & tenuit, quòd appellari non posit, & eius principale motiuum est, quòd ab arbitramento non appellatur, ergo nec à sententia, quæ fertur super eo. Item iudex hic non cognoscit, ut iudex, sed ut bonus uir. ff. pro socio. l. si societatem. in fi. & habetur perinde, ac si non ut iudex ad id fuisset assumptus. Primũ declarat, quia subrogatum in alterius locum illius naturam sortitur. ff. si quis cautio. l. si eum. §. qui iniuriarum. cum concordantijs ibi not. sicut enim ab arbitratore non appellatur, sic nec ab isto: unde quando arbitri in locũ iudicũ cognoscunt, appellatur ab eis, ut à iudicibus. c. de iudicijs. l. apertissimi. & l. cum specialis. & de officio delegati. ab arbitratoris libro 6. sic ergo econuerso, quando iudex locum arbitratoris tenet; non appellatur ab eo, sicut nec ab arbitratore: aliàs per primã & secundã appellationẽ in anfractus iudiciorum inciderẽt partes, ꝙ à principio abhorruerunt.

Bal. autem in l. fina. C. de contrahen. emptio. sic dicit, scias quòd fuit quæstio disputata an à sententia laudi reductiua posit appellari, & fuit determinatum, ꝙ non: quia illa sententia succedit loco arbitramenti. & ita inuenitur etiam Barto. tenuisse in l. j. ff. de legatis 2. prout ego uidi in quibusdam lecturis: sed alij communiter, non habent de hoc, alibi latius dicam.

Ludoui. autem in rubrica de arbi. sic, dicit: sed an sicut sententia arbitratoris reduci non potest: ita, & ab ea appellari? Bartol. in. fin. §. fi. ff. de appel. reci. tenuit quòd potest appellari, tali ratione confirmans: quia sicut à quolibet actu extra iudiciali appellari potest: dicit tex. in l. fi. §. idem rescripserunt. ff. de appella. extra de appella. cap. bonæ. & c. cum sit Romana. & cap. cordi. lib. 6. & arbitramentum extraiudiciarius actus sit, quod patet: qa in procedendo iudicii ritum seruare non tenetur: ut dicit Inno. in c. Quintauallis. ergo ab eo appellari potest. Effectus autem appellationis secũdum eundem erit, quia debebat inteponere intra 10. dies. C. de appell. authen. hodie. Itẽ quia sicut attentata appellatione pendente reuocari possunt: extra de appella. capit. non solum libro 6. ita erit in isto casu.

Contrarium tamen firmat Bal. in l. hi, qui ad ciuilia. circa fin. C. de appella. per rationem, quia ex tali arbitramento non oritur actio in factum, ergo appellari non potest l. j. C. de arbi. Item per lapsum decem dierum, uidetur sententia confirmata. C. quomodo, & quãdo iudex. l. ab eo. appellare tamẽ debuisti à tali sententia; si displicebat. C. si sæpius in integrum restitutio postuletur l. 1. Ad iura Bar. respõdet, vt dicit glo. in d. l. rescripserunt. §. 1. non dicitur appellatio, sed quędam à læsione extraiudicialis actus reclamatio. & ideo iura Barto. non probant id ad quod allegantur.

Præterea non sine causa leges induxerunt arbitrium boni uiri: ut in d. §. arbitrorũ. non enim hæc esset necessaria si appellari posset: & sic de superfluis lex nobis seruiret: qd̃ est absurdũ, ut in prima constitu. C. & hanc partem tenet Bar. de Salice. in allegato §. arbitrorum. Super hoc



hoc enim diuersæ & uariæ sunt opinio. nam Barto. ut dictum est in l. j. de leg. ij. quę fuit an posit appellari à uidice, ad quem fuit habitus recursus tanquam ad bonum uirum? & concludit quòd nõ, per dictum Inno. in extrauagan. pręsenti decreto. de rescrip. quod tenet Innocen. in c. fina. de ferijs. & idem tenet Bald. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pactis. & in repe. l. j. ff. de lega. ij. & in l. fina. C. de contrahen. emptio. eadem ratione ualet: quia iudex, ad quem habetur recursus, tenetur iudicare secundùm conscientiam, & qui tenetur iudicare secundùm conscientiam, non recipit appellationem de eius conscientia: ut notat. glo. in c. statutum. in §. assessorem. de rescrip. lib. vi. ergo nec iste, qui ut bonus uir, iudicat. Item idem Bald. in suis extractis in c. fina. de feriis. quòd ubicunque aliquid relinquitur iudicis arbitrio, ibi non potest ab illa sententia appellari.

Item tenet. idẽ Iacob. But. in l. arbitrio. ff. qui satisdare cogantur. quod tenet Innocen. in c. pręsenti. suprà alleg. & Bart. in l. j. ff. de lega. 2. Concludit tamẽ Iaco. But. quòd licet non posit appellari, potest tamen reclamari, seu querela proponi: quod est no. dicit ipse, istam etiam opi. tenet Ioan. And. ut supra patet in addi. Specul. in titul. de appell. §. in quibus. uersicu. quid si conuenit. ubi concludit hoc fuisse disputatum per Rusticanum, & cõclusum, quòd non posit appellari. Salic. in l. & in maioribus. C. de appella. & in §. arbitrorum. tenet opinio. Barto. & Ioan. And. quòd non posit appellari per longam disputationem, sed idem Barto. in l. si res. ff. de appella. recipien. tenet, quòd à sententia arbitratorum potest appellari. & idem tenet Bald. in cap. sancimus. §. penul. in fin. quo tempore miles. dicens ꝙ à iudice cogente aliquam ad obseruantiam iniqui arbitrii potest appellari, per not. per Innocen. in capitu. innotuit. de arbitriis. & idem tenet idem Bald. in l. j. de his quę pœnæ nomine. & l. in ementis. C. de contrahen. emptio. & Anto. de But. in c. Quintauallis. de iureiurando. cõcludit ꝙ potest appellari, quia in commissis ad arbitriũ iudicis appellatur: vt not. gloss. in c. super his. de accusatio. & quia non subrogatur loco eius per omnia, sed datur, ut iudex, & iudicialiter cognoscat, quod est extraiudicialiter malefactum. subdit tamen ipse, quòd licet faciat, ut iudex, tamen habet raformare tanquam loco arbitratoris, unde sufficit ut laudum reducat, & reformet ad illos terminos, quibus laudum ab arbitratore foret ęquũ si ab eo esset latum, & sic licet iudex discrepet à iure, habet tamen fundamentũ naturalis æquitatis, quare non poterit appellari iustè. & sic similiter si in aliquo modico lederet partem pro bono pacis, poterit reformare: quod tenet Ioannes And. in additionb. Specu. in tit. de arbitris. §. differt.

Item secundũ eum in tanto conflictu doc. potest dici secundum Bald. in l. j. C. de rebus cred. & in c. i. de milite uasal. ꝙ aut talis sententia reductiua continet paruam iniquitatem seu læsionem. & procedit opi. Bar. & suorum sequacium in l. 1. ff. de leg. 2. quod dicit gloss. in d. §. assessorem. aut talis sententia affert graue præuidicium, & tunc etiam à sententia eius, qui secundum conscientiam purã, debet iudicare, potest appellari: ut not. glo. in clem. i. de iure patro. Et pro hoc facit, ꝙ not. gl. in c. ad petitionem. in gloss. super his de accu. Item idem Bal. C. ne liceat in una eademq; causa. concludit, ꝙ si petita est reductio laudi ad arbitrium boni uiri, & succubuit petens, igitur appellauit, quòd potest iterũ appellare, ex quo est una appellatio: & pro ista est cap. i. de dila. uersi. dilatio datur arbitrio iudicis, ex eius officio, tamen potest appellari, & sic uidetur dicere contra id, quod dicit in suis extractis. Inno. in c. fin. de feriis. ubi dicit, quòd ubicunque aliquid relinquitur iudicis arbitrio, ibi non potest appellari ab illa sententia, sed rectè aduertendo non est contrarietas, quia tum iudex: potest aliquid facere ex offiico, illud non faciendo non potest appellari: sicut dicimus, quod quãdo iudex potest supplere, & non supplet, quòd non potest appellari: quia hoc non consistit in iure partis;

ut not. Spec. in titul. de offic. iudic. & Angel. in suis extractis. Innocen. in d. cap. fina. de ferijs. cùm ergo primum dictum Bald. positum in alleg. cap. sancimus cum si loquatur in casu, quando iudex illud tollit quòd consistit in iure partis, & dictum, quòd ponit in alleg. c. fin. loquitur in casu quando iudex non tollit ius partis, nec illud, quod consistit in iure partis. nec Ioan. de Imo. in l. j. ff. de lega. ij. & in l. publicorum. ff. de pub. iudic. sic. dicit extra gloss.

Adde dictis. Baltol. in quantum hic dicit post Innocen. quod quando fertur sententia per iudicem: tanquam per bonum iurum, ut quia petita est reductio coram eo, quòd non potest appellari, & allegat dictum singulare Inno. in extrauaganti. pręsenti. de rescriptis. Ioan. And. in addi. Specu. in tit. de appel. §. in quibus. uersicu. quid si cõuenit. refert hoc fuisse disputatum per dominum Rusticanũ de Busagia, quia tunc iudex uidetur subrogari loco arbitratoris, à cuius sententia non appellatur: ideo debet tanquam surrogatus sapere eius naturam. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. Et quia aliàs partes possent plus fatigari quàm sit de mente eorum, & in hoc consilia pro, & contra ualentissimorum docto. uidi. & audiui dominũ Petrum de Ancha. publicè disputantem hunc articulum, & finaliter determinauit contrarium, quia hoc non est de iure cautum, & quia licitũ est uni cuique, à sententiã diffinitiua appellare. facit l. & in maioribus. C. de app. & ꝓ nõ omnino subrogatur loco arbitratoris
1 patet, quia coram arbitratore † necessario non offertur libellus: ut not. Inno. in cap. Quintauallis. de iureiuran. secus in isto, ut uoluit Cyn. in l. fina. C. de contrahen emp. Item arbitrator, non
2 habet obseruare † solennitatem: ut l. fin. C. de sententijs ex peri. recitan. pro ista parte est gloss. in cap. super his. de accusat. quę uult quòd ubi iudex habet aliqd arbitrari, si malè arbitratur, potest appellari, quam gloss. reputo singularem pro hoc, quòd not. gloss. & Bar. in l. si qua pœna. ff. de uerbo. signi. pro hoc etiam facit, quòd reclamatio ad arbitrium boni uiri est quędam species appellandi, sue appellationis. l. non distinguemus. §. cùm quidam. ff. de arbitris. ergo semel debebit appellari, à sententia iudicis additi super reclamatione, fortè tamen si succumberet reclamans in ipsa appellationis causa, non poterit amplius appellari: cùm reclamatio obtinuit uim primę appellationis: & si postea appellauit intelligitur bis appellasse: & sic non poterit tertiò prouocare per id quod habetur in l. j. C. ne liceat in una eademque causa &c. hæc pares plus mihi placet uel ut æquior. Nã standum est regulæ. l. & in maioribus. C. de appella. cùm non reperiamus oppositum.

Nec obstat quòd quis poterit durius grauari: quia debebat hoc imaginari, ex quo sciebat reductionem peti. idem Ioã. de Imo. in l. publicorum. ff. de publi. iudi. in materia istaꝫ in quęstione illa, qui quęsuit an habens arbitrium possit arbitrari usque ad mortem, sic dicit; Quid autem si aliquo casu pœna ueniat imponenda pro delicto ad arbitriũ iudicis, an possit iudex arbitrari pœnam mortis? gl. cõsueuit allegari pro singulari in § in summa. institu. de iniur. idem probat gl. parua in l penulti. C. si aduersus libertatem. in glo. fi. non tamen probat de pœna capitis, sed tu potes dicere, quandoque lex, uel statutum dicit pœnã esse in arbitrio iudicis. & usq; ad pœnam mortis, & tunc clarum, quòd potest se extendere ipsius
3 arbitrium. ad pęnam mortis: ut l. fasciculari. §. sunt quidã. ff. de extraor. crimi. & ibi casus quãdoq; lex, uel statutũ dicit pęnã esse arbitrio iudicis, dũmodo nõ extendat ad pęnã mortis: & tunc clarũ, ꝓ illam nõ poterit imponere, probatur planè in l. j. ff. de fur. Bald. in l. j. §. explicatores. & §. fi. ff. de effracto. & l. 3. §. fi. ff. de crimi. stellionatus. qui tex. prima facie. uidetur facere contra gloss. pręallegatam. Sed re uera nõ facit, quia loquuntur in casu in quo constat de mente disponentis: ut patet ex prædictis, & sic quodammodo probatur contrarium à simili.

Interdum uerò lex, uel statutũ simpliciter



dicit pœnã esse in arbitrio iudicis: tunc uidetur, quòd tanquam uir bonus arbitrari debeat l. uir bonus. ff. iudica. solui. & in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. & quod not. per gloss. & per Barto in l. si qua pœna. ff. de verbo. significa. & per gl. in c. super his. ff. de accusa. in vers. astringendo. & sic patet, quòd secundùm circunstantias facti aliter, & aliter debebit arbitrari: argumen. eius, quod habetur in cap. sicut dignum. de homici. & in d. l. j. § expilatores. & §. fin. & in §. sunt quidã. & pro hoc infertur, quòd circũstantia facti non suadet pœnã mortis uel detruncationem membri: illam non poterit arbitrari, nec debebit: & si arbitrabitur, poterit appellari, quasi iniquè fuerit arbitratus, ut no. glos. & Bartol. in d. l. si qua pœna. & glo. in d. ca. super his. imò plus sensit glo in d. c. super his quòd poterit peti reductio ad arbitrium boni viri: & sic secundùm hoc duplex esset uia quærendi, uel appellare à tali sententia tanquam iniqua, ve. petere reductionem ad arbitrium boni viri. & sentit gloss. in d. c. super his. quam reputo singularẽ. & non est alibi, in quãtum ibi dicitur, de reductione ad arbitrium boni viri. & idem uidetur si per consuetudinem consueuisset certa pęna imponi virtute talis statuti: nam non deberet illam exercere, nisi ex causa, per ea quæ not. Bar. in d. l. si qua pęna. & quod habetur in l. hodie. ff. de pœnis. & quod not. in l. quid ergo. §. pœna grauior. de his qui no. infa.

Et quod dixi supra in primo membro posse arbitrari pęnam mortis, uidetur intelligendum quando circũstantia facti illud suadet: argumen. eorum, quæ superius dixi, & pro prædictis etiam facit, uidelicet ꝓ non posit iudex indistinctè arbitrari pęnam mortis, quando pęna est in eius arbitrio, quia sequeretur absurdum, uidelicet, quòd pro leui delicto
4 quandoque † maxima pęna posset imponi, quod est contra omnem æquitatem,
5 & ius: cùm pœna † debeat æquiparari delicto. iusta l. sancimus. C. de pęnis. Et per prædicta patet quòd ubi committitur aliquid arbitrio iudicis, potest appellari. Contrarium sentit Inno. in extrauagan. præsenti. de rescriptis. & in c. fin. extra de ferijs. & Bar. in l. j. ad fi. ff. de lega: 2. Sed ipsorum dicta possunt saluari, quãdo ad liberum arbitrium iudicis aliquid committitur, per ea quæ habentur in l. fideicommissa libertas. ff. de fideicom. lib. & quod not. per Bar. in l. si fic. ff. de leg. j. & l. si filius fa. ff. de dona. Et hæc faciunt ad quæstionem nunquid à sententia iudicis aditi super reductione ad arbitrium boni viri possit appellari? super hoc uide consilia pro, & contra: & præceptor meus dominus Pet. de Ancha. in publica disputatione disputauit, & determinauit, quòd posit appellari: & hanc partem credo ueram per supradicta. & ita sæpius est obtentum, & ergo causas appellationis authoritate regia sæp. simè commissi videndas, decidendas, & terminandas, cùm nõ reperiatur prohibum, ergo &c.

## SVMMARIVM.

1 *Æquum est ut quilibet pœnam suæ contumaciæ luat.*
2 *Pœna quæ à iure permissa est, utrum peti possit à religiosis.*
3 *Pœna imposita ex conuentione partium utrum exigatur.*
4 *Raptori non sufficit rem restituere ad euitandam pęnam.*
5 *Iustum est quòd ob maleficium pęna soluatur.*
6 *Ecclesia non debet debitum cum augmento recipere.*
7 *Pœna si apponatur pro contumacia, utrum peti possit in totum.*
8 *Pęna si apponatur in fraudem usurarum, utrum non possit peti.*
9 *Pęna sublata, utrum stabit contractus.*
10 *Priuilegium ecclesiæ qui violauit, utrum soluat pęnam.*
11 *Scripta ad nostram doctrinam sunt scripta.*
12 *Auferri nulli potest iustè id, quod dare non debet.*

Restat

Restat vt uideamus, si pœnæ, q̃ adiiciunt̃ in cõpromisso aut instrumẽtis ex partiũ cõuentione, an licitè & in foro conscietię posint peti, & exigi ẽt in foro canonico. Flo. in d. §. arbitrorũ. uidetur, q̃ sit casus, quòd sic, extra de arbitris. c. dilectus. in fin. ubi mandat arbitrium seruari propter pœnam in cõpromisso appositam, ergo videtur permittere illius pœnæ exactionem hoc confirmat clarè Innocen. in c. suam. in fi. extra de pęnis. ubi clarè dicit, quòd pęna imposita ex partiũ conuentione licitè exigitur etiam si talis pœna interesse excedat. subdit tamen ipse ibi, quòd uerum, dummodo intentione sit recta, quia pœna apponitur, ut placitis pareatur, & non ad usuras, uel lucrum, ut in d. decretali, dilecti. secus si esset apposita in fraudem usurarum, quod præsumitur secundum eum, si creditor consueuit antè dare ad usuras, vt ff. de vsuris. l. qui semisses. uel singulis annis uel mensibus pęna committi dicatur, ut no. in auth. ad hęc. C. de vsuris. simile dicit ibi de pœna imposita a iudice. allega. 13. distin. quanquam.

Item quantũ ad pęnã compromissi, ut licitè petatur. tenet Hostien. in d. c. dilecti. cuius dictum refert Ioan. And. in ultima gloss. dicit tamen Host. circa hoc aliquantulum latius. quòd pęnarũ sex sunt species. Alia est canonica, ut legalis, & hanc potest exigere licitè, & etiã per iura ibi allegata. Alia consuetudinaria: & idem, de qua de offi. ordi. c. dilectus. Alia est contumaciam puniens; & idem dummodo iudex præsit tribunali, ut ff. de iud. l. 2. uel sit delegatus Papæ. de offi. deleg. c. de suis. Alia est iudicialis: & idem de dolo, & contu. ca. 1. de elec. cùm dilecti. Alia est cõuentionalis, & in hac dicit posse exigi quatenus interest, nisi in fraudẽ usurarum apponatur. Alia est arbitraria, de qua idem, vt prædixi, & uidetur casus in d. capit. dilecti. dicit tamen, quòd in omnibus prædictis clericus non sic debet emungere, sicut laicus. alleg. de pœnis. cap. suam ita dicit Hostien. Dicitur autem apposita in fraudem usurarũ, secundùm Ioã. And. ibi, quando addiciitur ad solutionem quantitatis, secundùm no. in l. cùm allegas. C. de usur. Et ideo in stipulationibus, uel contractibus hodie hæc pęna adiicitur facto, puta præsentando tot pignora &c. secundùm no. practicam Iacob. Brun. quam ibi sequitur Bal. in rogasti. §. si tibi. ff. si cert. petatur. quod non uidetur referre Ioan. And. sed remittit ad not. per eum in Spec. in titu. de ob. uersicu. primum. & remittit ad nota. per eum in d. capitu. dilecti. vbi de hoc tangit.

Et dicit Ludo. in rubrica. ff. de arbi. q̃ pœna in compromisso adiecta fortè de iure canonico peti non potest, cùm eatenus petatur quatenus interfit, extra de arbi. cap. dilecti. Hæc autem pęna in compromissis loco contemptus, & non interesse adiicitur, ergo &c. Et ideo dicit glo. singu. 2. quæst. 2. capit. fraternitas. secundùm Bald. in extractis ex gloss. Decreti, pęnas dupli, uel quadrupli ob furtum de iure ciuili Inuentas iure cano. minimè peti posse quæ no. & tene mẽti. Io. de Imo. in l. quibus diebus. §. dominus. ff. de condi. & demõ. sic dicit: Si aliquis testamento mandat satisfieri creditoribus suis pro salutæ animæ suæ: & iste fortasse furatus fuerat aliquam rem Titio, nõ debebit satisfieri de duplo ultra rei restitutionẽ: secundùm Bal. ibi: nam ex quo dixit pro salute animæ suæ, uidetur se referre ad forum pęnitentiale, in quo non tenetur, quia ad restitutionem pęnæ. nec tenetur sibi de illa facere conscientiam. 2. aliàs 12. q. 2. c. fraternitas.

Hostien. autem in summa, in ti. de arbitris §. qualiter constituatur. uersicu. sed nunquid religiosus. sic dicit, nunquid religiosi posint petere pęnam ab illo, qui non seruat arbitrium, uidetur casus in c. dilecti. in fi. de arbitris. quod sic. Nam, & aliàs auctoritate iuris pęna petitur. 12. q. 2. Episcopus qui mancipiũ. 23. distin. quanquam. 16. quęstio. 1. statuimus. 12. q. 2. cùm deuotissima c. in legibus. 16. quęstio. 4. si quis contumax. & capitulo. quisquis. & cap. si quis domum. & ca. qui subdiaconum.

Sed



Sed cõtra 12. q. 2. fraternitas. religiosi enim nedum pęnam, sed nec etiam sortem seu capitale petere debent cum scandalo aliorum. 11. quæst. 1. alius. de pęni. distin. 1. alius. de pœnis. cap. suam. Sol. dic quòd religiosi petere possunt pœnã, siue in pecunia consistat. siue in alio. 1. quæst. 7. quoties. de elect. cap. dilectus. Aequũ est enim † ut quilibet pœnam suæ contumaciæ luat. ff. de colla. bo. l. 2. §. si cũ duobus. ff. de tabulis exhiben. l. locum. §. condemnatio. & hoc, siue pęna sit conuentionalis, siue à iure permissa secundùm quosdam.

Nec obstat cap. aliud. quia loquitur in foro pœnitentiali. Mihi breuiter uidetur, quòd pœnam fraudulentia in fraudẽ usurarũ permissam nemo petere potest. ff. de actio. emp. l. Iulianus. §. idem Papinianus. Item etiam pęna † quę à iure permissa inuenitur, peti potest à religiosis. vt dicunt illa iura 12. q. 2. Episcopus qui mancipium. ergo iudicialem petere possunt, ut patet in his quæ no. per Host. de sen. excom. §. & qualiter hęc absolutio. sub §. secundum etiã requiritur. uer. & no. quòd aliquoties & seq. conuentionalis uerò peti potest, si succedat loco interesse, ut in ca. peruenit. de fideiuſ. & in c. constitutis. ff. de ac. emp. l. prędia. si autem non interest, sed causa auaritię extorquetur, ut in lucrum cedat proprium, & aliterius detrimentum, tunc nõ debẽt, nec possunt petere religiosi: argu. de præbendis. c. auaritiæ. & de decimis. cap. j. de censi. c. ea, quę auaritiæ. & c. ex parte Cõpostellani. ad fi. de sim. c. nemo. & religiosi potissimè obseruare debent, ne cum alterius iactura fiant locupletiores. ff. de cõdi. indebi. l. nam hoc natura. ergo si pęna promissa est inter duas ecclesias, & utraque in pœnam incidat compensatione facta hincinde, neutra agere potest, de pęni. cap. constitutus. Si uerò altera tantum incidat, & nõ interest, puta, nec laborabit petẽdo corã iudicibus, uel arbitris, vel expensas fecerit, cum post arbitrium fuerit 30. librarũ pœna apposita, nisi intra certum tẽpus soluisset 40. libras pars condẽnata, de quibus soluit 33. Iniquum est pœnam peti: sic loquitur manifestè de pęnis. capitu. suam. Sed si interest: puta quia laborauit petens, & expensas fecit coram arbitris, in quos sub pęna compromissum est, ueniendo non potest peti pęna: sic loquitur c. dilecti. de arbi. & hoc quãdo tenuit compromissum, ut quia superioris licentia habita fuit, uel conuẽtus: ut in c. dilecti. de arbi. de transac. c. contingit aliàs ab ecclesia peti non potest. & sic potest intelligi, de pœnis. c. suam. licet peti posset ab illo, qui proprium haberet: sed nec religiosus petere debet grauem pro modico interesse, & sic potest intelligi c. suam. de pœnis. licet secularis posset hoc facere de rigore iuris. Et hęc erit differentia inter eos, & istos.

Innoc. in c. suam. de pœnis. sic dicit no. quòd pœnam † impositam ex conuentione partium exigere licet, dummodo sit recta intentio, scilicet ut pareatur placitis: & non ad usuras uel lucrum: da arbitris: cap. dilecti. secus esset, si pœna esset apposita in fraudẽ usurarũ, quod pręsumit, si creditor antè consueuit dare ad usuras: ut ff. de usuris. l. qui semisses. ff. de actio. emp. l. Iulia. §. itẽ Papinianus. uel si in singulis annis, uel mensibus pœna cõmitti dicatur. C. de usuris. auth. ad hęc. Item legitime petitur pœna à iudice imposita. 20. distinctio. c. quãquam. Item credimus q̃ etiam si pœna interesse. excedat, quòd licitè rota pœna petitur: gloss. in c. fraternitas 12. quæ. 2. super uersicu. augmento. sic dicit, augmento, scilicet in naturali, & in legitimo, ne sit contra distin. 89. decenter. 17. quæst. 4. quisquis. in ea. q. 5. c. pœnę supra ea. quęst. in antiquis ad hoc respondent quidam. si uult liberè prædo, uel fur restituere rem, antequam conueniatur, pœnã eiutat: hoc falsum est. quia † non sufficit raptori rem restituere ad euitandam pęnam, ut ff. ui bo. rap. l. non prodest. uel dicit, quod ecclesia non petit pęnam, sed iudex officio suo eã infliger, & dabit ecclesiæ, cui sanctitas ignoscendi gloriam derelinquit C. de de episc. & cleric. l. si quis. & est ad hoc bonum, uel dic, q̃ nõ potest petere interesse, quod est

extra

extra rem, ut si fortè occasione rei ablatæ, familia uel pecora sint mortua, illud non potest repetere, sicut nec aliter. ff. de actio. empt. l. si sterilis. §. non per uenditorem. aliàs ponas sic casum.

Quęsitum fuit si aliquis confessus fuit se furtum fecisse sacerdoti suo: an in pœnitentia deberet ei iniungi, ut rem illam restitueret cum pœna? respondeo non, & sic cõtraria nõ tangunt casum. Archid. autem super ista gloss. in fin. sic dicit, adde, quòd hoc in iudicio animæ: illa in iudicio humano. Et in hoc non dico ecclesiam deterioris conditionis quolibet laico, siue priuato. Nam tam ecclesia, quã priuatus potest agere ad interesse, causa damnum vitandi: puta cùm interfecisti equum mihi commodatum. ff. de fur. l. interficiendo. §. si tibi. & ar. in e. a. q & causa. si quis de cleri. quandoq; in lucro captando: puta cùm interfecisti seruum meum institutum, antequàm hæreditatẽ adiret. ff. de condictio. fur. l. si condictio. ar. in c. non licet. supra allegato. vbi consequitur ecclesia fructus percipiẽdos: nã
5 dicit lex, quòd iustum est † quòd ob maleficia pœna soluatur. ff. de fideiusso. l. si à reo. §. si a furioso. sed & pęnam conuentionalem petere potest ecclesia: extra de arbitris. c. dilecti. Potest ecclesia petere pœnam, vel interesse siue in rem, siue extra rem, & quocunque nomine uocetur: nec oportet. ff. de actio. empt. l. si sterilis. §. cùm per uenditorem. quia ibi in cõtractibus, secus est. arg: hic in maleficijs secũdùm Lau. Sed Hugo. dicit, quòd cùm ecclesia petit in figura iudiciũ, & rem & pœnam petere potest, & ita cum augmẽto: quando verò non per iudicem petit: ut not. in d. c. fraternitas. quia pęna quælibet non est imponenda, nisi per iudicẽ 23. quęstio. 4. cap. ea uendita. 23. quæst. 2. cap. in hoc.

Bartol. uerò distinguit Vtrũ expectet raptor strepitum iudiciorum, & tunc tenetur ad pœnam uel non: & tunc habet locum hoc ar. C. de inoffic. testa. l. si quis in suo. Sed Gratianus pximo. §. hoc intelligit ex dispensatione contraria, de iure: sed cùm hæc sit consultatio, non uidetur, quòd Papa responderet nisi de mero iure. Gofr. aliter intellexit, cuius dictum confunditur in c. si quis. de clerit. & c. non licet. 2. quæst. 1. in primis. secundùm Laud: Sed huic literæ uidetur contradicere. 18. dist. c. quoniam quidã. ibi, solutio. Et ibi dixi de hac materia satis plenè. not. Specu. de fructibus, & interesse, ibi uideas. idẽ Archid. 22. quęst. iá sic dicit super gloss. Sed quid de pœna, quæ imponitur? nisi certo tempore soluatur pecunia, est ne usura? & quidem talis pœna potest esse licita, & illicita, puta si fiat in fraudem vsurarum, non tamẽ potest puniri, vel condemnari ab ecclesia. Si enim ueniatur ad pręsumptionem, tunc si ille, cui ex promissa talis pœna, est solitus exercere talem fęnebiem pecuniam, præsumitur esse vsura, & si non est, præsumitur, quòd hoc fecerit, ut coarctaret debitorem ad soluendum: quia interest sua tunc pecuniam sibi solui, secundùm Hugo. qui hoc not. 14. quæst. 3. plerique.

Dicas ergo secundùm Archi. quòd si ille, qui talem pęnam apposuit, consueuit esse vsurarius, præsumitur tunc quòd in fraudem vsurarium adiceret pœnam. ff. de act. emp. l. Iulianus. §. eiusdem. & ff. de usuris. l. qui semisses. Et etiam præsumitur, q̃ si usura, si per singulos annos, vel menses dicatur pęna committi, ar. C. de suris. auth. ad hæc. Et idem in simili quæ ab usurarijs solent specialiter exerceri, talia enim inducunt semper pręsumptionem prima facie, quòd sit usura, in iudicio tamen animæ starem suæ cõfessioni, sed propter præsumptiones contrarias diligentius examinarem suam conscientiam, secundùm Ray. de pęna furti, summa. hoc uidetur etiam Gofred. approbare dicens, quòd si sit pęna adiecta in contractu mutui, non pręsumitur in fraudem usurarum adiecta nisi ex qualitate personæ creditoris, ut si consueuit fęnerari, & sic intelligitur ff. de actione empt. l. Iulia. de pig. c. illo uos. in fi. gloss. ordi. 18. dist. in. cap. quoniam quidẽ. sic dicit arg. quòd clerici possunt pecunia liter puniri, & punire. 23. distin. quanquam:

in fi.



in fi. & 17. q. 4. diffinit, & si quis deinceps. 24. dist. liguribus. arg. extra de pœnis. c. licet. ideo punitur in quadruplum: quia crimen cõcussionis commisit quòd punitur pœna quadrupli. prim. q. 7. sanctimus. in fi. & tam laicus quàm clericus punitur pœna quadrupli, si commisit crimẽ concussionis. 24. q. 1. militant aliàs militare.

Hic signatur unum contrarium. 12. q. 2. fraternitas. ubi dicitur, quod ecclesia
7 non † debet debitum suum cum augmẽto recipere: sed dic quòd hoc non reciperet nomine ecclesiæ, sed proprio nomine. Archi. autem super ista gl. circa fi. sic dicit. Circa sol. huius contrarij, dic quòd est dispensatio iudicie, & litigatoris & iuris: ex iudicis dispẽsatione, uel rigore. tam ecclesia, quam quęlibet alia persona duplum, & quadruplum petere potest, & hoc ideo ut malefactores coerceantur. 4. dist. factæ sunt leges 23. quęst. 4. quęsita & secũdùm hoc exaudias hoc. c. quoniam. cum si ex litigationis uerbo dispensatione seu æquitate; nec ecclesia nec alia persona ultra sortem debet recipere, quia nec hoc uult sibi fieri, ubi supra in cap. humanã. 2. q. 1. & sic potest intelligi prædictum. cap. fraternitas. vel dic, quòd illud de perfectione, hæc de iuris rigorre. & de hac materia plenè no. Hosti. de arbitr. cap. dilecti.

Frater autem Ray. de pœna fur. in sua summa parte secunda rub. de futuris. in uersi. cum uerò agitur. dicit. cum uerò agitur ciuiliter pœna furti manifesti, est quadruplũ, &c. & sequitur parum post, si autem in foro pęnitentiali agatur, non est iste rigor obseruandus. sed ex quo plenè satisfactum est damnum passo, iniquũ esset illum locupletari cum nocumento alieno. Item idem Ray. in cap. suã in 3. parte rubr. de pęnis. dicit sic, quandoque de cõmuni consensu partium conuentionalis pęna apponitur, de qua quęritur an possit recipi sine peccato, aut tãtummodo usq; ad interesse. Respondeo si pœna apponitur loco interesse, potest peti quanti interest, cui promissa est. ff. de actio. empt. l. pacta. si apponatur † pro cõtumacia, potest peti in totum. ff. de collabo. l. 2. §. si cum duobus. ff. de tabu. exhi. l.
8 locum. Si apponatur † in fraudem vsurarum non potest. peti: ut extra de emptio. & ven. c. ad nostram. ff. de act. emp. l. Iulianus. §. idem Papinianus.

9 Sed nunquid pœna † sublata stabit contractus? uidetur quod sic xxv. q. 2. quicunque. ubi dicitur quòd qui uiolauit priuile
10 gium ecclesiæ † soluat pęnam: & nihilominus stet priuilegium. Ad idem 12. q. 2. idem Episcopus qui emãcipium. xxij. d. c. quanquam. in fi. ff. de transa. l. qui fidẽ. argu. contra extra de pœnis. c. suam. Iniquum est enim ut simul habeat res, & pęnam. ff. de doli excep. l. apud Celsum. §. Labeo. Responceo quando de hoc est actum expressè, vt est contractus, & pœna soluatur, utrũque peti potest, aliter non. Vel distingue vtrũ apponatur pęna pro contumacia, ut possit tunc pœna & res peti, aut loco interesse, & tunc tantum agatur ad interesse, aut in fraudem usurarum, & tunc non possit peti pœna: ut supra est dictum. & per eadem iura. Item idem Rayn. in dicta secunda parte rubricę suæ, de vsu. ver. itẽ quid si pœna. sic dicit: quid si pęna est apposita in contractu mutui, nunquid illa pœna possit peti, sine usurę periculo, ad hoc dico, q̃ si pœna est iudicialis, id est, statuta, vel imposita à iudice propter puniendam cõtumaciã debitoris, qui cùm possit contemnit intermino statuto soluere pecuniam creditori, non est usura. argu. 23. dist. quanquam. in ff. de re iud. l. qui actionum. Si uarò pęna sit conuentionalis, id est, de communi cõsensu partium in ipso contractu apposita, ut saltem metu pęnæ debitum certa die soluatur, usura nõ cõmittitur, dum tamẽ intentio sit recta: ut supra est dictum: arg. 23. dist. quanquam. in fin. extra de arbitr. c. dilecti.

Beatus uerò Thomas de Aquino secũda secũdę. articulo 3. q. 62. in cor. quęst. sic dicit, ad tertium sic procedit & uidetur q̃ non sufficiat restituere simplũ, eius quòd iniustè ablatum est, dicit Exodi. uersic. 22. Si quis furatus fuerit ouem aut bouem, & occiderit uel uendiderit

quinq;

quinque boues pro uno boue restituat: quatuor oues pro vna oue restituat. Sed quilibet tenetur mandatum duplex legis seruare: ergo ille, qui furatur tenetur mandatum restituere quadruplum, vel quintuplum:

Prærerea quæ scripta sunt ad nostram
11 †doctrinã scripta sunt: ad Roma. 15. sed Lucæ 19. Zachæus dixit ad dominum: Si quid aliquem defraudaui. reddo quadruplum. ergo debet homo reddere multiplicatum, quòd iniustè accepit.

12 Præterea nulli potest † auferri iustè id, quod dare non debet: sed iudex iustè auferret ab eo, qui furatus est pro emenda. homo debet illud soluere, & ita nõ sufficit reddere simplũ. sed est, ꝙ restitutio reducit ad ęqualitatem id, quod inęqualiter ablatũ est; sed aliquis reddendo quod accepit, simplũ reducit ad ęqualitatẽ: ergo solũ tenetur restituere tantum, quantum accepit? Respondeo, & dico, ꝙ cùm aliquis iniustè accepit rem alienam, duo sunt ibi, quorum unũ est inæqualitas ex parte rei, quæ quandoq; est sine iustitia, ut patet in mutuis: aliud autem in iustitię culpa, quæ potest esse etiam cum inæqualitate rei: puta cùm aliquis intendit inferre uiolentiam, sed non præualet.

Quantum ad primũ ergo adhibetur remedium per restitutionem, ut in quantum ad eum ęqualitas reperitur ad quod sufficit, quòd restituat tantũ, quãtum habuit de alieno, sed quantũ ad culpam adhibetur remediũ ꝑ pęnã, cuius instinctio pertinet ad iudicẽ. Et ideo antequàm sit condemnatus per iudicem non tenetur plus restituere, quàm accepit, sed postquàm condematus est tenetur pęnã soluere: & per hoc patet responsio ad primũ quòd lege illa determinata est pęna per iudicem infligenda, & quamuis ad obseruantiam iudicialis pręcepti, nullus teneatur post Christi aduentum, ut suprà est habitum. potest tamẽ illud uel simile statui in lege humana: de qua erit eadem ratio.

Ad secundùm dico quòd Zachęus id dixit quasi super erogare uolens, unde præmiserat: Ecce dimidium meorũ do pauperibus.

Ad tertium dico, ꝙ iudex condemnãdo, iustè potest accipere aliquid amplius loco emendę: quod tamen, antequàm cõdemnaret, non debebat.

*SVMMARIVM.*

1 *Prohibitio alienationis rerum ecclesiarum, utrum non trahatur ad res mobiles.*
2 *Contractus ubi est contra legem, potest quis uenire contra factum.*
3 *Iuramentum utrum ualeat ubi pactum tenet.*
4 *Renunciatio facta per mulierem an iuri hypotecarum præualeat.*
5 *Donatio inter uirum & uxorem utrum firmetur iuramento.*
6 *Iusiurandum per se utrum inducat obligationem.*
7 *Obligatur quis ad non agendum ex pacto obligatorio.*
8 *Vxor non potest fundum dotalem uendere marito non consentiente.*
9 *Mulier cùm non est domina, non potest agere contra possessorem.*
10 *Fundus dotalis an prohibeatur alienari.*
11 *Ratione iuramenti contrahitur obligatio naturalis.*
12 *Iudicium utrum ratò detur inter uxorem & maritum constante matrimonio.*
13 *Fundus dotalis datus in dotẽ inæstimatus, utrũ absque instrumẽto possit alienari.*
14 *Res data in dotem utrum alienetur.*
15 *Maritus si alienat fundum dotalem, utrũ ipsemet possit recuperare, & contra contractum uenire.*
16 *Iuramentum utrum ligat, si uertatur in alterius præiudicium.*
17 *Translatio dominij non impeditur ante conditionis aduentum.*

Vnc uideamus an beneficio l. Iulię de fundo dotali possit renũciari. & breuiter renũciari simplici pacto nõ põt: ut l. i. §. & cũ lex. C. de rei uxo. act. & l. Iulia. ff. de fundo dotali. cũ iuramẽto aũt sic c. licet. de iureiu. lib. 6. & c. cùm cõtingat. eo. tit. Cy. aũt in d. l. unica. §. & cùm lex. sic dicit.



dicit. an mulier possit renunciare iuri hypothecę: distingue, aut mulier consensit alienationi fundi dotalis: aut alienationi rei propriæ mariti: aut alienationi rei dotatæ in donatione propter nuptias, duob. ult. nihil: seu consensit alienationi fundi dotalis: & tũc refert, quia aut propriè est dotalis: aut impropriè. Si propriè, tunc nõ potest alienari, in quantuncunque consentiat mulier, nec hypothecæ dare: ut l. j. §. & cum lex. etiam si iuret secundùm iura ciuilia. C. de legibus. l. non dubium. secundùm iura canonica: ut in cap. licet. de iureiur. lib. 6. Si uerò est propriè, aliàs impropriè dotalis: ut quia datus sit æstimatus: tunc potest consentire: & pręiudicat, si modò superfint uiro res: ex quibus possit satisfieri uxori: ut dicit idem Cyn. in authentica, siue à me. C. ad Velleianum per l. in rebus. C. de iure dotium.

Secundo casu quando consentit alienationi rei proprię mariti. tunc potest, ut l. iubemus. C. ad Velleia. secundùm Iacobum de Are. Et si res mobilis data sit in dotem, an seruabitur idem, quòd in fundo dotali, quòd non possit alienari. gloss. mouet in dict. §. & cum lex. & per fi. quia
1 prohibitio alienationis † rerum ecclesiarum non trahitur ad res mobiles, & hoc erat idem in tutoribus olim, qui alienabant res mobiles, & non immobiles. Idem etiam sentit Iacob. de Rauen. circa istum articulum plenius distinguit: dicit enim referre utrum quæratur, an possit res mobilis data in dotem alienari sine uoluntate mulieris in eius pręiudicium, ita quòd soluto matrimonio non possit eam uendicare. An uerò quæratur utrum possit alienari uoluntate mulieris.

Primo casu dic, quòd non potest alienari: ut mulieri pręiudicet etiã sine lege Iulia. quia licet maritus interim sit dominus: tamen soluto matrimonio reuersurũ est dominium ad mulierẽ. C. de iure do. l. in rebus. ergo soluto matrimonio poterit uendicare à simili: sicut ille, qui uendit rem suam, sub pacto alienationis addictionis in diem; ut ff. de in diem addic. l. 4. alias l. 3. 1. & l. fina. & authen. res quę. C. communia de lega. Et quod ibi dicit Cyn.

Secundo casu potest, nisi assentiendo mulier uideatur intercedere: tunc præiudicaret, consensus non habet intercessionem: ut quia maritus non alienat pro necessitate: tunc ualet alienatio, secundùm eum: glo. & alij docto. uidentur dicere cõtrarium, scilicet, quòd etiam consensu mulieris non possit res mobilis dotalis alienari: quod tenet Petrus, ut dixi, idem Cy. in auth. siue à me. C. ad Velle. Et si maritus uendat rem dotalem, & tradat, an ipsemet possit contrauenire? uidetur, quòd nõ: ut ff. de usuca. l. cùm uir. potest dicĩ contrarium: quia ubi contractus est
2 contra † legem, potest quis uenire contra factum suum. C. de agr. & censi. l. quemadmodum maximè fauore mulieri; sicut œconomus fauore ecclesię; ut dixit idẽ Cy. in l. si prędium. C. de iure do. ubi Cy. sic dicit, cùm ipsa mulier uendit rem dotalem, an potest contrauenire? dicit Iac. de Rauẽ. quòd non, imò soluto matrimonio non poterit rem auocare ab emptore, nam fragilitate mulieris subuenitur, non earum deceptionibus. ff. ad Velle. l. 2. §. uerba.

Præterea, si fundus rediret ad eam, non contraueniret, sicut maritus uẽdens, cuius lucro cessisset. ff. de fundo do. l. fundum. & ff. de usuca. l. cùm uir. Iaco: de Are. Sed si mulier uendit, & iurat non cõtrauenire, uidetur quòd iuramentum nõ ualeat, quia secundùm nos, ibi, ualet iura
3 mentum, † ubi pactum tenet. ff. de pac. l. iurisgentium. §. & generaliter. hodie expeditum est per decretalem Bonifacij. extra de iureiu. c. j. lib. 6. & an mulier, quæ uendit rem dotalem, sit obligata emptori. gl distinguit in re sacra, in l. & liberi. ff. de contrahen. empt. & in l. si emptione. §. liberum. Aduertatis. glo. in l. si prędium. præsupponit, quòd prohibitio alienationis rei dotalis sit in rem, alibi uidetur dicere, ꝙ sit in personam, quia dicit idem quòd in re minoris; ut ff. de fideius. l. cum res. Hoc refert Accur. propter fideius. nã cùm lex occurrit uẽditionib. in priuilegium.

priuilegium rei uenditę fideiussor non tenetur. sic intelligitur alleg. l. cùm lex. & ubi occurritur fauore personæ & tunc tenetur. C. de prædi. mino. l. si is. Credo dicit Cyn. quòd non sit prohibitio in rem, sed in fauorem personę facta.

Quid enim dicemus in quæstione præmissa? dico, quòd prohibitio alienationis rei dotalis facta est fauore mulieris: unde si mulier ipsa uendat non est obligata, nec tenet contractus suo fauore, sed si maritus, cuius fauore non est inductum, bene obligatur ipse, secũdum Ia c. de Raue. vt C. de prædijs mino. l. & si is & poterit contra factum suũ uenire: quia non uenit suo nomine, sed nomine mulieris, sicut œconomus nomine ecclesiæ, ut dicit idem Cy. in l. iubemus. C. de sacrosanc. eccle. & in l. si is. C. de prędijs mino. sic quæritur quòd in marito, qui rem dotalem alienauit: & se obligauit de euictione, & res suas, vel fideiussores dedit: nunquid ualeat talis obligatio in persona sua & rebus, & in persona fideiufforum? & determinatũ fuit per hanc l. quòd sic. & glo. uidetur dicere, quòd idem in prædio dotali, quòd in prædio minoris: ut no. glo. ff. de fideiusso. l. cùm lex. Ang. in l. iubemus. C. ad Velle. sic dicit: ex hac l. duę dantur regulæ affirmatiuæ. Prima est, quòd mulier potest renunciare iuri hypotecarum, etiam cùm uir contrahit, & sic ad utilitatem uiri, quia per hãc simplicem renunciationem in nullo obligatur ipsa, & si non intercedit. Item & per hanc renunciationem non tollitur ius debiti principalis. & sic nulla cõtrahitur donatio, per talem renunciationem, cùm renunciatio esset nulla, & hoc contingit ubi uir soluendo non est.

Et ita tenet Iaco. de Are. in d. l. iubemus. & in l. Męuia. in fi. ff. sol. mat. nec firmaretur iuramẽto tali renunciatio, quia donationi lex resistit: unde talis contractus de iure reprobatus non firmatur iuramento; ut l. non dubium. C. de legibus. & not. in l. pactum. C. de colla. & ideo sit cautus contrahẽs cum viro existente nõ soluendo. ut accipiat fideiussorem, uel alium promissorem, nec sit contentus quòd mulier tali contractui cõsentiat, & uiri hypothecarum renunciet, quia non obest mulieri, ex quo uir soluendo non est: ut dictum est; quòd uerum intellige secundùm Ange. ibi, nisi mulier confitea tur in instrumento ad sua manus peruenisse pecuniam; tunc enim per præuẽtiõnem pecunię extinguitur ius pignoris, dum mulieri potuerit solui dos constãte matrimonio; sicut est in casibus notatis in l. j. ff. sol. mat. & in l. mutus. §. manente. ff. de iure do. ubi uerò mulier non renunciat iuri hypothecarum: sed obligat suam personam pro uiro, uel etiam consentit, ut res sua per uirum obligetur: tũc licet mulieri consentiat, nunquam consensus sibi præiudicat, sic intelligitur authen. si qua mulier. C. ad Velle. & in cor. unde sumitur & est ratio, quia in quolibet dictorũ casuum obligatur. & si dicit intercedere se pro marito; illa intercessio nulla est. Si autẽ mulier cõsentiret uiro uendenti, uel aliter alienanti rem uiri: aut etiam rem ipsius uxorismet; tunc ille consensus bene ualet, licet tendat ad utilitatem uiri; sicut si mulier uendat rem propriam, & precium uertetur in utilitatem uiri: ut l. senatus. C. ad Velle. unde potest mulier consentire uiro uendenti, & donanti, & non potest consentire uiro obliganti. & hoc intellige uerum, quãdo res quæ alienatur est uxoris, vel viri; non tamen est dotalis, nec donata propter nuptias. si enim res dotalis, & immoblis, & data in dotem æstimata, consensus mulieris nihil operatur, etiam si iuramento firmetur de iure ciuili, ut in §. & cum lex. C. de rei uxo. act. sed de iure Cano. secus. ut in c. cùm contingat. de iureiu. & in c. licet. eo. tit. lib. 6.

Et idem si fuit data pro æstimata, & uir aliàs soluendo non est: ut not. in authẽ. siue à me. C. ad. Velle. secũdùm unã lect. & est ratio; quia pro tali re in subsidium uiro existente non soluendo mulieri cõpetit uendicatio, vt l. in rebus. C. de iure do. ita pro hoc casu res inæstimata uel æstimata data in dotem pariter iudicantur; ubi uerò uir esset soluendo, tunc quia æstimatio fecit emptionẽ, ut l. quoties.



ties. C. de iure dot. consensus mulieris pręiudicat sibi, sicut si consensisset alienationi alterius rei viri. Si verò res mobilis fuerit data in dotem, & est res quæ seruando seruari potest: & fuit data inæstimata, idem iuris est per omnia, ꝙ in re immobili, quia non potest alienari: vt no. in d. authẽ. siue à me. Et ideo consensus in nullo sibi præiudicat, si sit iuramento firmatus de iure cano. Si autem dos fuit data æstimata, aut etiam inæstimata: sed seruando seruari non poterit: & tunc maritus eam rem ad arbitrium suum detrahet. vt ff. de iure dot. l. res in dotem. & ideo mulieris consensus, sibi præiudicat: si enim mulier consentit alienationi rei sibi donatæ propter nuptias, tunc ille consensus nil sibi præiudicat si res erat immobilis, nisi interueniat ius secundum formam d. auth. siue à me.

4 Ex prædictis igitur habes † an renunciatio facta per mulierem iuri hypothecarum valeat: & an mulier consentiens viro alienanti, sibi præiudicet, siue sit res viri, siue vxoris, & siue res dotalis, siue donata propter nuptias, siue non? Et similiter an mulier consentiens viro obliganti sibi præiudicet? Secunda regula est affirmatiua, quòd renunciatio iuri hypothecæ facta per mulierem non extenditur ad aliam personam, quàm cui renunciatum est. quod est mirum, cum per renunciationem ius pignoris sit extinctum. Sed potest dici, quòd speciale sit in muliere: in aliis autem sit secus vt l. Paulus. in princi. ff. quibus mod. pign. vel hypo. sol. licet ergo ibi videatur tenere per l. iubemus. C. ad Velle. quòd etiam in aliis idem sit in hac alle. l. iubemus. contineat ius commune, nec repellitur mulier agens contra alium possessorem hypothecaria exceptione cedendarum, ꝙ non possit cedere hypothecariam, quam habet contra maritum. vt not. in l. mulier. ff. qui pot. in pign. hab. quia non tenetur cedere nisi personalem, non autem hypothecariam, quæ est extincta contra maritum: vt ibi no. glo. & pro hoc optimè facit l. stipulatus. §. j. ff. de fideiusso.

Et dicit idem Ang. in d. authen. si qua mulier. sit cautus multum ille, qui contrahit cum viro, vt non stet contentus, quando mulier renunciet iuri hypothecarum, cum non sufficiat consensus mulieris. & hoc intellige, quando non iurauit mulier, aliàs contra iuramentum non posset venire, cum seruari posset absque dispendio salutis æternæ: vt d. c. ad nostram. & c. cũ contingat de iureiu. & c. quamuis. de pactis. lib. vi. nisi per talem consensum induceretur donatio, quæ à iure probata est: licet quidam dicant contra, quòd donatio inter virum, & † vxorem firmetur iuramento. Subdens idem Ange. in l. antiquæ. §. ne autem. C. ad Velle. quia dictus §. ne autem. vult nisi mulieris intercedentis contractus redigatur in publicum instrumentum, & à tribus testibus sit signatum, quod semper mulieres intercedentes iuuantur ipso iure, nec obstat eis renunciatio. Et hoc intellige verum quando non iurauit mulier: vbi autem iurasset, staretur suo iuramento: quia, vt dictum est, seruari potest sine dispendio salutis æternæ: vt in c. cum contingat. de iureiuran. vel dic, quòd etiam si iuret, tamen iuramentum mulierum non obligat: quia iusiurandum per se obligationem non in-
6 ducit, † vt l. vt iurisiurãdi. de ope. libe. Sed litera in l. antiquæ. §. ne autem. dicit mulierem intercedentem ipso iure, non obligari: si ergo non obligatur, ex promissione, non obligatur ex iuramento: tunc n. iuramentum operatur, vt quis non potest contrauenire, quando interpositum est ad validandum contractum, ex quo obligatio, & actio nata est: vt ergo euades istas opiniones, sis semper cautus tu, qui contrahis cum muliere intercedente, vt contractum facias redigi in publicum instrumentum: & à tribus testibus subsignarum, & ꝙ mulier renunciet Velleiano, & iuret: & eris securus.

Bar. in l. iubemus. C. ad Velle. sic dicit: mulier potest renunciare iuri hypothecarum: vt d. l. iubemus. quæ renunciatio nõ extenditur ad res aliàs, vel personas, quàm ad eas, quibus seu de quibus est facta renunciatio: quod tene menti perpetuò; quod, secundum Bart. ibi docto in-

telligunt d.l.iubemus.quòd si in alijs rebus remanet soluendo, talis renunciatio mulieri non præiudicat:ratio.quia quando maritus remanet soluēdo, renūciatio hypotecę,non continet donationem : ut l.etiam. C. ad Velleianum. & ff. quæ in fraudem creditorum.l.si pignus.Sed quā do maritus esset aliàs soluendo, mulier per hanc obligationem esset obligata nō
7 agere : nam ex pacto † obligatorio quis obligatur ad non agendum : ut l. vbi pactū. C.de transactionib. & l.si vnus. §. pactus.§. de pactis. sed mulier pro viro nullo modo potest obligari: ut in authē. si qua mulier. C.ad Velleia. ergo talis renunciatio non ualet: licet contrarium teneat Iacob.de Aret.in l. Mæuia.§. fin. §. soluto matrimonio. & Dyn. & ff. quæ in fraudem creditorum.l.si pignus. & Iac. de Aret.in authē. vt immo. ante nuptia. dona.colla.5. & ne posis errare circa intellectum dictæ l.iubemus. quando mulie renunciat iuri hypothecarum & fuisset confessa,quòd precium ad eam peruenit: tunc enim tanquam si solutum esset, fortè secundùm Bartolum præiudicaret quo ad omnes : ut l. uir vxori. §.j.ff.ad Velleia. quod intellige tamen non esse uerum simpliciter : sed cum distinctione illa: quam gloss.tangit in l.2.ff.soluto matrimonio.quę.glos.dicit : An per solutionem factam constante matrimonio contingat uiro liberatio? de quo per Barto. in d.l. 2.circa princip.ff.soluto matrimonio.

Sed an posit renunciari authen.si qua mulier.C.ad Velle.Cy.in dicta auth. dicit,solet quæri an posit renunciari. auth. si qua mulier. C. ad Velleia. respondent doct.nostri, quòd non. quod probat Iacob.de Are. quia hoc est ius prohibitorium,cui renūciari non potest: sicut aliàs prohibet rem minoris alienari sine decreto,& sine causa. nec potest huic iuri renunciari,similiter si renunciet legi prohibenti donationem , inter coniuges non ualere: nam cùm sit contra legem,est nulla:& sic non ualet,secundùm eum.

Pręterea eadem ratio esset in prohibenda renunciatione,quę est in prohibē-
do contractu, scilicet facilior facultas? Bald.in authen.si qua mulier . sic dicit : Quærunt docto.an auth.si qua mulier: posit renunciari sine iuramento : dicunt docto.quòd sic; tum quia hęc auth.procedit prohibendo,& damnando factum, tum quia procedit ipso iure annullando secundùm Cy.& alios. Bal.autem in l.si prędium.C.de iure do.sic dicit, vxor nō
8 potest † fundum dotalem uendere,nec uēdenti consentire,marito non consentiente; ut d.l.si prædiū. C.de iure dotium. & si mulier iurauit non nenire contra istā uenditionem,seu alienationem,an posit uenire contra ? gl.secundùm Ioan. ibi dicit quòd sic; quia non sit prohibita alienatio fundi dotalis; ergo iuramentum accedens contractui prohibitio,ut l.si quis in quilinos. ff.de leg. j.

Non obst.auth.sacramenta puberum. quia dicit Ioan.concedo, quòd iuramentum operatur respectu ætatis,quia iurans censetur maior,sed nō operatur respectu alterius prohibitionis,puta prohibitionis alienationis fundi dotalis,secundùm Io. per gl.ff.de fideiuf.l.cum lex.quę dicit,ꝓ idem in dote,quòd in minore, sed gl. ibi loquitur quantum ad prohibitionē, non quantum ad promittendū. Aduertę,quæstio ista secundum Bal.ibi non potest formar constante matrimonio,quia cū mu
9 lier non sit † domina , non potest agere contra possessorem , ut C. de rei uend.l. doce ancillam. supponit ergo propterea glo.matrimonium fore dissolutum & dotem reuersan de, iure ad mulierem. Sed dato tali casu, dicit Bald.ibi dico mulierem repelli etiam sine iuramento : ut ff. de ususcap.l.cùm uir prędium.& ibi per Cyn.si uxor uendidit fundū dotalem cōsentiēte marito,&tradidit ipsum,nūquid trāsferat dnminium ? uidetur, quòd nō: quia fundus dotalis† prohibetur aliena
10 ri,& iste fundus est dotalis:ergo non tenet alienatio.

In contrarium uidetur per l.si prædium.à cōtrario sensu.C.de iure dotium. nam litera dicit ibi, uolenti , & consentienti posit dominium auferri : ut tenet Iaco.de Are.in d.l.si prędium.dicens,ꝓ licet



licet uir non posit uendere efficaciter fundum dotalem, etiā consentiente uxore:ut in auth.siue à me.tamē uxor potest uendere consentiente uiro : & est ratio, ꝓ a uidetur breui manu uir ei restituere dotem:& sic desinit esse dotalis:unde trā sit dominium. Alij dicunt, & uerius secū dùm Bald.ꝓcum restitutio nō posit fieri constante matrimonio , nisi ex certis causis , quòd talis uenditio non esset efficax,nisi illis casibus,in quibus alienatio est permissa, cōstante matrimonio.ut ff. soluto matri.l.quamuis.& ibi per Barto. Et ideo considera semper quando emis ab istis mulieribus,utrum sint in potesta te parentis , ita uel ne: & an iuramentum appositum super alienatione rei dotalis,sit seruandum:textus determinat,ꝓ sic , in muliere iurante:ut in capit. cùm contingat. de iureiuran.

In cōtrarium uidetur,quòd alienatio fundi dotalis est prohibita, fauore publico : nam reipubl.interest mulieres dotatas esse , ut ff.solu.matrimonio.l.j.unde tale iuramentum non amplectitur leges ciuiles,ut ff.de pactis l.iuriisgentiū. §. & generalicer. Sed pone maritus uendidit fundum dotalem,& dedit fideiussorem, nunquid iste fideiussor teneatur, uidetur quòd nō,ut ff.de fideiuf.l.cùm lex. In contrarium uidetur, quia illa prohibitio non est in rem, sed in fauorem mulieris , ergo obligatur fideiussor . C. de prædijs minor.l si is & hoc tenet Cyn. in d.l.si prędium. Aduerte ad glo.in d.l. si prædium.quæ uult quòd inter scientes non contrahitur obligatio principalis,ergo non subsistat accessoria,unde uidetur dictum Cyni limitandū & intelligendū, quòd emptor emit sciens rem dotalem, unde consulo, ꝓ nō accipiatur fideiussor , sed alius principalis correus , qui se obliget principaliter & insolidū,uel dic, quòd aut uendit mulier,& tunc loquitur diffinitio glo.ut maritus: & tūc tenetur indistinctè fideiussor,quia quo ad uirum non est prohibita alienatio, quia lex non prohibet in fauorem uiri,sed in fauorem mulieris .

Et ita intellige quod no.Bartol. in d.l. cum lex.ff.de fideiuss.& ista est veritas.& si uis agere cautè fiat dixi supra. scilicet quòd correus obligetur principaliter in solidum , & cessabit omnis scrupulus altercationis Sed pone,quòd mulier iurauit nunquid fideiussor tunc accedat,& uidetur,quòd sic , quia ratione iuramenti
11 † contrahitur obligatio naturalis, cui fideiussor potest accedere. Contrarium uidetur,licet inducat censuram ecclesiasticam,tamen fideiussor non accedit tali cēsuræ,sed debet accedere obligationi, unde si non tenet obligatio , nec tenet fideiussio,ut ff. de fideiusso. l. si quis pro eo. in princip.idem etiam Bald. in auth. qua mulier. C.ad Velleianū.sic dicit, Pone,vir & vxor vendunt fundum dotalem cum iuramēto,& confitentur ambo se recepisse precium,deinde solu. ma.mulier repetit totam quantitatem,opponitur, ꝓ iam habuit dimidiam,ut ff.de duobus reis. l. duos. § cum in tabulis. Bartol. consuluit eam pro dimidio repelli. sed contra hoc uidetur,quia quando confitetur mulier in instrumento cum uiro,ex confessione nō præsumitur ad eam peruenisse,nisi ꝓbetur realitas peruentionis, sed ꝓ Bartol. facit iuramentū, quia si iurauit peruenisse,standum uidetur iuramento , nisi dicas,quòd in hoc iuramentum nō est permissorium,sed assertorium, cui non statur , ubi lex statuit de uero actu probandi, ut not. ff.de legat.3 l. cum quis . §. Titia.

Quoniam,secundum Nico.de Matta. illa confessio est ex consequentia inanis consensus,unde sicut mulier non potest renūciare auth. si qua mulier. C.ad Velleia. ita nec confiteri in elusione dictæ auth.si qua mulier.quia inter prohibitos pręsumitur confessio simulata , ut ff. de probatio.l. qui testamentum. secundùm Nico.de Matta & si coram iudice mulier confitetur pecuniam fore uersam in utilitatem suam, si hoc facit in figura iudicij , credo dicit Baldus. quòd ualeat , & aliter non , sic dicitur in causa liberali. C.de lib. causa.l.nec si uolens. & l. cum affirmes . & l.iubemus secundum eundem Nico.de Matta.quod est notādum.

& similiter se obligat princpaliter in cõtractu, & maritus fideiubeat, non ualet quo ad mulierẽ, per auth. si qua mulier. C. ad Velle. quia pręsumit ipsam mulierem intercedere: unde in uiro, & uxore pręsumitur color quęsitus nisi, probetur quòd res processerit in utilitatem mulieris: ut d. authẽ. si qua mulier. secundùm eundem Nico. de Mat. qui ita glossat dictam auth. & refert Bald. in d. authen. Si enim uir, & uxor constituunt se principales debitores in eodem instrumento, uidetur quòd talis contractus non teneat. quia per hoc mulier videtur tacitè cõsentire uiro, quæ in eodẽ instrumento obligat se pro ipso: ut l. eleganter. §. seruus pactionis. ff. de dolo. sed hoc est prohibitum: ut d. auth. si qua mulier. in cõtrariũ uideẽ per d. l. si uir uxori. §. fi. ff. ad Velle.

Iacob. de Bel. ponit istam quęstionem in cor. vnde sumitur dicta authen. si qua mulier. & dicit, quòd aduocati communiter dicunt quòd ualet: sed ipse dicit, quòd non ualet quo ad mulierem, nisi probetur in utilitatem mulieris versum esse: ergo cõtrahens debet esse curiosus, vt effectualiter perueniat ad mulierem, sic. C. de sacrosanct. eccle. auth. hoc ius porrectum. pręsertim in mutuo: quia ista auth. non tantũ loquitur in mutuo, licet non excludat similes: & an maritus possit se obligare pro uxore, videtur quòd non: quia ex hoc resultet quædam donatio, vel quædam repetibilis donatio, quia inter virum, & uxorem datur rarò iudi-
12 cium† constante matrimonio. ff. de excusa. tutor. l. j. in fi. contrarium est uerũ: quia quicquid agitur inter uirum, & vxorem nihil ad creditorem, qui curat de damno. argumen. de dona. l. ut nihil donares. ff. de donat.

Dominus Barto. de Sali. in allega. l. si prędium. sic dicit. Quero primò, an dicta lex, si prędium procedat si fundus in dotem datus fuit ęstimatus? glo. ibi primò sentit, quòd non, quia alienationem fundi dotalis prohibet lex Iulia fundi dotalis, ergo &c. Sed tene contrarium, ꝙ licet sit ęstimatus æstimatione quæ facit emptionẽ, dominiũ est mariti: ut l. quoties. C. de iure do. & si æstimatio nõ facit emptionem, quia facta est deteriorationis sciendæ causa: adhuc lex Iulia fundi dotalis prohibet alienationem: quia ita est dotalis, ac si ęstimatus non fuisset: ut l. si inter. C. de iure dotium. igitur neutro casu marito inuito põt alienari. Soluendo cõtraria gl. dic, ꝙ prędicta uera sunt quo ad dominij translationem, quantũ uerò ad contractus ualiditatem procedit glo. quia si est inęstimatus, contractus est nullus: quia cõtra legem: & hoc declarat gl. 2. dictæ. l. si prędium. sinautem æstimatẽ ea æstimatione quæ faciat emptionem, tunc lex Iulia, se non impedit, quia nõ est dotalis, & sic contractus est aliquis tanquam rei alienæ: ut ff. de contrahẽ. emptio. l. rem alienam. & hęc fuit intentio glo. in allega. l. si prædium.

Quęrit ibidem idem Sali. secundò supposito quòd fundus fuerit inęstimatus, & mulier iurauit non uenire contra venditionem: uel etiam non iurauerit, an ipsa contrauenire poterit, & asserunt quidã ꝙ sic, quia uenditio est facta contra legem; ergo nõ validatur iuramẽto; ut supra de legibus. l. nõ dubium. & sic uenire potest contra: ut j. de agric. & censit. l. quẽadmodũ. lib. 11. Alij dicunt, quòd ubi iurauit, non potest contrauenire, per auth. sacramenta puberum. C. si aduer. uendi. Alij distinguunt; aut mulier est minor: & tũc possit contrauenire, ut quilibet minor, quia iuramẽtum facit solùm ipsum minorem haberi pro maiori; sed maior posset; quia uenditio est contra legẽ Iuliam fundi dotalis, ergo &c. aut mulier est maior ætate, & tũc non possit obstante iuramẽto: ut d. auth. sacramẽta. & tũc debes respondere ad l. non dubium, quia ibi in perpetuò prohibitus est, quando prohibitio est in rem, non in personam; verùm notarij cauti faciunt mulieres licet minores, iurare de non contrauenienda ratione ętatis, & cuiuscunque alterius causæ: & tunc quia duplex est sacramentũ pręstitum. Primũ facit eas haberi pro maioribus, & secundùm eas, vt maiores excludit, hodie autem est expeditũ de iure canonico, ut iurans quãtuncũque minor



minor non potest contrauenire; ut extra de iureran. c. licet. lib. 6. nisi prius iurasset non alienare; uel alienanti non consentire, primum iuramentum seruaretur, ut ibi not. glo.

Quærit idem Salic. tertiò, mulier alienauit, uel alienanti consensit, nec iurauit, an indistinctè possit contrauenire; glo. in allega. l. si prædium. in fina. notabiliter distinguit, ut si emptor fuit sciens, tunc contrauenire possit; quia cõtractus non tenet, nec ipsa de euictione tenetur, si ignorans tunc in præiudicium uenditoris scientis tenet, quãtum ad hoc, ut ei teneatur de euictione ad interesse, non ut dominium rei transferatur, quia fieri nõ potest, sic distinguitur in uendente scienter liberum hominem, uel rem sacram, ut ff. de contrahen. emptio. l. liberi. & ff. de empt. & uend. §. fi. Ex ista determinatione glo. not. ꝙ prohibitio alienationis fundi dotalis, est in rem. Sed in solutione, quam gl. l. si prædium. posuit in præcedenti quæstione, sentit gl. ꝙ sit in persona, & fauore personæ factam ad instar prohibitionis alienationis rei minoris, & ita not. ff. de fideius. l. cum lex. in glo. fi. & prodest hoc scire, quia si est in rem, fideiussor non tenetur, ut d. l. cum lex. Si uerò est facta fauore personæ, fideiussor tenetur; ut C. de prædijs mino. l. & si is. & ꝙ sit ꝑsona, tenet Cy. & Ray secuti. Io. de Rauen. Et ideò in quæstione prędicta dicunt, aut uxor alienat, & nõ tenet contractus sui fauore, ideo nec obligatur de euictione nullo modo, aut maritus est ille, qui alienauit, & in eius præiudicium ualet, ideo ipse de euictione tenetur, ut nor. in l. ubi. C. de iure do. cum eius fauore hæc prohibitio non sit facta, sed uxoris tantum fauore, argumen. l. j. ff. sol. matri. Veruntamen dicunt, quòd licèt maritus nõ possit proprio nomine cõuenire: poterit tamẽ nomine uxoris ad instar ęconomi ꝙ reuocat nomine ecclesię per eũ alienata, ut C. de sacrosan. eccl. l. iubemus. § sanè. uersi. prædia. fact. ad prædicta quod not. in l. cum uir. ff. de vsucap.

Aduerte tamen, quòd uxor ipsa, & ꝑ consequens nec maritus pro ea, quando uxor ipsa alienasset, vel alienanti consensisset non posset contrauenire, nisi constante matrimonio, non postea, quia tũc fundus ad ipsam est reuersurus, aut econtra, not. glo. in l. constante. C. de dona. ꝙ qua facit. ff. de fundo dotali. l. fundum. & ff. de usucap. l. cum uir. quod no. quia casus non est omnino similis, quia in præiudicium mariti tenet contractus à principio, ideo faciliter cõfirmatur ex post facto, si ad eum res est reuersura, sed quando uxor uendit, contractus est a principio eius respectu nullus ut ipsi dicũt, iõ soluto matrimonio, licet tunc res sit ad ipsum reuersa, non uidetur cõfirmari, ut l. quę ab initio. ff. de regu. iur. lib. 6. & ca. non firmatur. & quod ibi per Dyn. eod. titul.

Quæro ab extra secundum Salice. ibi tex dicit in l. si prædium. quòd uxor nõ potuit alienari fundum dotalem marito inuito, quid si maritus cõsensit & uoluit? uidetur quòd tunc possit, ut ibi à contrario sensu, & hanc partem tenuit Ioan. de Are. & allegabat, quia cũ maritus consensit uxori alienanti, dos dicitur ei restituì & sic desinit res esse dotalis, ideo fit alienabilis, ut ff. soluto matri. l. seruus dotalis. & ff. de fundo dota. l. cum in fundo. § si uxor. & l. si debitor. Sed Francis. Accur. Cy. Ray & communiter doct. tenẽt contrarium per tex. istum, quibus alienare licet. in princi. & l. 1. §. & cũ lex. C. de rei uxo. ac. & C. si dos cõstante mat. l. unica. Ad tex. d. l. si prędium. alle. subaudiũt maximè: uel dicitur intelligendum esse, uel subsit iusta causa dotis restituẽdę ibi. Causæ aũt iustę ponuntur. ff. de iure do. l. mutus. §. j. & de his plenè dicit Sal. in d. l. unica. C. si dos constante matrimonio.

Dominus Rapha. Fulg. in alle. l. si ꝑdium. sic dicit. Si quæratur, an res in dotem data possit alienari, sic tamen uidetur dicendum, si est res immobilis inæstimata, non potest alienari olim inuita mulieri, hodie etiam à cõsentiente. ff. de quibus aliienare licet in princip. Istam conclusionem limito sic, quòd non potest alienari per maritum, per uxorem autem marito consentiente potest alienare

eo casu, quo maritus posset dotem mulieri restituere. de quibus in l. 2. & l. quãuis. ff. soluto matrimo. plenè hoc no. per Cy. in allega. l. si prædium. Secundo limito, q̃ licet nõ possit alienari uendendo, permutari tamen potest uel cum marito, uel cũ alio, ita quòd non fiat deterior conditio dotis. hoc uoluit Alberi. in l. unica. §. & cum lex. C. de rei uxoriæ actio. & Bald. tangit in l. j. & patet ex his quæ dicta fuerunt in l. quamuis. ff. sol. matrimonio. per domi. Rapha. Cuma. & l. constãte. de donatio. Tertiò fallit si iuramentũ est appositum à muliere, tunc ualet alienatio, si mulier consentiat cum iuramento, ut in cap. licet. de iureiurand. lib. 6. & cap. cùm contingat. eod. titu. & cap. licet. nisi mulier prouidisset, primò sibi iurando se non consensuram, quia licet postea iuraret, non ualeret: ut in capit. licet. allega. & tangit Bart. in simili in l. si quis pro eo. ff. de fideiu ff. ubi autem res immobilis esset æstimata simpliciter: tunc non est dubium. quia res non est dotalis: ut l. quoties. C. de iure do. si autem est. æstimata secũdùm formam l. si estimatis. ff. sol. mat. tunc secũdùm gl. ibi potest alienari cũ consensu mulieris: aliàs non. Si uerò loquimur de re mobili, siquidem est res mobilis, quę non potest seruari: puta quę consistit pondere, numero, vel mensura: quæ seruando seruari non potest: tũc potest alienari: ut l. res in dotem. ff. de iure do. Si autem esset res mobilis, quę seruãdo seruari potest, in hoc communis sententia uidetur, q̃ alienatio teneat à principio, sed ex post facto reuocetur: ut per Bar. in alle. l. si estimatis. nisi sit datio libertatis: ut l. dotalem. eod. titu. & hoc si est inter uiuos: secus in ultima uoluntate.

Item in subsidium datur mulieri uẽditatio contra quemlibet, siue res sit æstimata, siue non: siue mobilis, siue immobilis. l. in rebus. C. de iure do. Adde hic, q̃
13 licet fundus rei dotalis datus † in dotem inestimatus, absque iuramento nõ possit alienari, etiã cõsentiente muliere: ut l. in unica. §. & cùm lex. C. de rei uxo. actio. tamen secus est si fuisset æstimatus, qa tũc licet non possit alienari sine consensu mulieris in ipsius præiudicium, tamẽ ipsa cõsentiente poterit alienari, dũmodo interueniat binus cõsensus, secundùm formã auth. siue à me. C. ad Velle. & dummodo ẽt sint alia bona in facultatibus uiri, ex quib. mulieri potest consuli, vt uoluit glo. secundùm unum intellectũ in allega. auth. siue à me. & hoc procedit quando estimato fuit talis, quæ faceret emptionẽ, quòd quando sit, not. per gl. in l. si inter. C. de iure do. idẽ si solùm æstimatio fuit facta ad finẽ ut uideretur an res efficere ẽ deterior. per l. si estimatis. ff. sol. mat. ubi hoc tenet Iacob. de Are. Bartol. & Bald. quod est ualde notandũ, quia prima facie videretur contrariũ, ex quo æstimatio nõ fuit facta ad finẽ emptionis: & sic uidetur remanere res dotalis. & idem videtur q̃ si res mobilis fuisset data in dotem per dictã auth. siue à me. Et ex prædictis pa-
14 tet, quòd interdum alienatur res † data in dotẽ, & tũc debet distingui an fuerit mobilis, aut immobilis, & si immobilis, an fuerit estimata, an nõ, nam ex prędictis satis apparet, an possit alienari, cõsentiente muliere, si uerò alienatur donatio pp nuptias, tũc recurrendũ est ad dictam auth. siue à me. quia aut fuit donata res immobilis, aut mobilis, & hoc primo casu habet locum d. auth. ut ibi no. Interdũ verò mulier consentit alienationi rei sibi obligatę pro dote, & tũc loquitur etiam l. iubemus. cum ibi no. C. ad Velle. quia nocet mulieri, dum tamẽ superfunt alia bona, ex quibus mulieri possit satisfieri, nec hoc casu requirit binus consensus, ut patet ex dictis iurib. cum ibi no. per Bar. & maximè in d. l. iubemus. Interdũ mulier uult se obligare, pro uiro, uel pignus dare, pro obligatione uiri, & tũc habet locũ auth. si qua mulier. C. ad Velle.

Dominus Bart. de Sali. in l. unica. §. & cum lex. C. de rei uxo. ac. sic dicit, ut res lucidius patefiat, dic, aut cõsentit mulier alienationi fundi dotalis, & propriè dotalis, quia inestimati, & nõ præiudicat sibi, ut hic, etiam si iuret, ut no. ff. in alia gl. al leg. §. & cùm lex. & hoc de iure nostro, de iure canonico propter iuramentum non potest contrauenire. c. licet. lib. 6. de iureiur.



iureiur. Aut consentit alienationi fundi æstimati in dotem dati: & tũc prejudicat sibi: ut hic in litera, quod intellige si supersint uiro res, ex quibus possit satisfieri uxori, non aliàs: ut suprà. & C. de iure do. l. in rebus. & auth. siue à me. C. ad Velle. aut consentit alienationi alterius mariti, & prejudicat sibi: ut in d. §. & cùm lex. & l. iubemus C. ad Velleian. & dic ut ibi, aut cõsentit alienationi rei sibi propter nuptias donatæ, & dic ut in d. auth. siue à me. Quid autem de re mobili in dote data? dicit glo. in alleg. & cùm lex. quòd uidetur, q̃ teneat alienation, qd̃ ad tet: quia seruũ dotalẽ manumittat. C. de seruo pig. dato manu. l. j. & quia cùm hic prohibeat in immobilibus, permittere uidetur in mobilibus: arg. l. cùm prætor. ff. de iudi. & hanc partẽ firmat glo. ff. quibus alienare licet. in princip. & ibi uidetur casus propter dictionem, tantummodo. dicit enim in rebus tantummodo soli. & hoc tenet Azo. in summa in tit. de fundo doteli.

Hoc idem Iac. de Ra. per dictas rationes: addit etiam, quia prohibitio alienationis in rebus ecclesiæ non trahitur ad res mobiles: ut l. iubemus. & authen. hoc ius prorectum. C. de sacrosanct. eccle. & quia hoc olim erat in tutoribus, vt l. lex quæ tutores. C. de administ. tuto. sed quędam alia gloss. in iauth. siue à me. in fine magnę glo distinguit: aut res mobiles nõ possunt seruando seruari, & tunc possit alienai: aut seruando seruantur, ut sunt serui: & tunc non possit, argu. d. l. lex quę. fallit libertatis fauore. C. de seruo pign. dato manu. l. j.

Sed Pe. & Iacob. de Ra. in rebus mobilibus distinguunt sic: aut quia an possit alienari sine uoluntate mulieris, in præiudicium eius: ita quòd soluto matrimonio non possit eas vendicare: & dicit, q̃ non potest, & non ex dispositione legis Iuliæ: quia ita tantum in rebus soli disponit: sed alio respectu: quia licet maritus interim sit dominus, tamen solu. ma. dominium est reuersurum ad ipsam mulierẽ. l. in rebus. C. de iure do. quę etiam in immobilibus loquitur. & sic matrimonio po-
test uẽdicare, sicut ille. qui uẽdit rem suã sub pacto addictionis in diem, ut ff. de in diem addic. l. 3. uel 4. facit etiam in simili. C. commu. de leg. l. si & auth. res quę. Aut quęritur utrum possit alienare uolũtatem mulieris. & tunc mulier consentiẽdo, uidetur intercedere: & tũc non possit: quia consensu mulieris ei non præiudicat. C. ad. Velle. l. si mulier. aut uxor per consensum non dicitur intercedere: quia non alienat ex necessitate, tunc tenet alienatio, & præiudicat mulieri: ut tamẽ istę opin. euidẽtur, est consiliũ ut res mobiles dentur estimatę, maximè quia deteriorantur, uel in tempore corrumpũtur. Ioan. de Imo. ff. de usucap. sic dicit. Si maritus alienat fundum dotalẽ ipsemet
15 potest recuperare, & contra contractum † uenire, ex sua persona: & ita tenet gl. quæ cõmuniter per doct. approbatur in l. j. §. & cum lex. C. de rei uxo. act. licet cõtra not. glo in l. cum uir. ff. de usucap. Et non ob. l. cum profiteri. C. de reuo. do. nec l. uẽdicantem. ff. de euict. quia illa est, quòd quis non potest uenire contra factũ suum proprium, quæ fallit, quando factũ est prohibitum à iure propter publicam utilitatem, nam tunc potest etiam ipse idem uenire contra, ut probatur expressè in l. quemadmodum. C. de agri. & cẽ. & no. per doc. in l. post mortẽ. ff. de ado. & per glo. & Cano. in cap. nosti. de elect. & in cap. diuersis fallentijs. de cle. coniu. ubi etiam per Innocen. & tangitur etiam in d. l. uendicantem. facit quod not. in l. j. C. de lib. causa. unde cum constante matrimonio maritus sit dominus dotis, seu rei dotalis, suo iure ipse uendicabit non obstante alienatione per eum facta, ex quo est prohibita propter publicam utilitatem, ut patet in l. j. ff. solu. ma. coniuncta l. lex Iulia. de fundo dotali. Mulier aũt soluto matrimo. uidetur posse vendicare, uel quando uergit ad inopiam, ut in l. in rebus. & l. ubi adhuc. C. de iure do. & ẽt uoluit gl. no. & sing. melior. quæ sit in corpore iuris. inst. quib. alienar. licet. in princip. & no. Specul. in titu. de empt. & uẽd. §. tertio loco. uersi. quid ergo si uir. ad fi. ibi, consueuit autem notari, &c.

Et intellige, dicit ipse Ioānes, prædicta vera, si venditio est facta emptori ignoranti rem dotalem, quia nihilominus stat eadem ratio: quia alienatio non valet propter publicam vtilitatem: ideo debet admitti, ad reuocandum, & intelligo etiam, dicit ipse Ioan. si iurasset ipse maritus nō venire contra: quia talis alienatio non est prohibita in sui fauorem, sed in fauorem tertij, scilicet mulieris, ne remaneat indotata: ideo tale iuramētum nō ligat, per tex. in cap. cum contingat. à contrario sensu. de iureiuran. quia licet quis possit iure pro se introducto renunciare: nō tamen potest renunciare iuri in alterius fauorem introducto: ut probatur in l. si unus. in §. ante omnia. ff. de pact. & in c. si diligenti. de foro compe. & plenè per doct. & Bartol. in l. fin. C. de pact. & in l. pactum inter hæredes. ff. de pact. & gloss. not. in auth. ut sine prohibitione matres. col. 7.

Et si dicis, qd̄ super hoc casu iuramentum uidetur tendere in præiudicium alterius, quia reipub. ac si etiam mulier iuret, non debeat ligari, quòd est contrà dictū c. cùm contingit. Responderi potest, q̄ in quantum ibi dicitur, quòd iuramentū
16 non ligat † si uertitur in præiudicium alterius: debet intelligi, scilicet priuati: secus si reipublicę secundariò & nō principaliter, ut est quando mulier iurat: iuxta not. plenè per Bart. in l. j. ad fin. ff. solu. matr. & ff. de fideiusso. l. si quis pro eo. Si autem in præiudicium reipub. principaliter esset, tunc non obligaret: ut in c. quanto. de iureiu. Item non obst. prædictis, si dicas quòd maritus constante matrimonio est dominus rei dotalis: & debet percipere fructus: ut l. doce ancillam. C. de rei uen. & de eius præiudicio tantum modo uidetur agi: & per consequens nō uidetur posse repetere obstante suo iuramento, quia responderi potest, quòd licet dominus, & fructus percipere debeat: tamen tenetur ipsos conuertere in onera matrimonii, ut l. pro oneribus. C. de iur. do. & per cōsequens subueniri mulieri in opportunis: ideo non uiri simpliciter est præiudiciū, si non reuocatur dotalis fundus, imò etiam mulieris. Item propter tale præiudicium admittitur ad reuocandum, licet in consequentiam ipse utilitatē percipiat: argu. l. j. ff. de autho. tuto. & sic quodammodo dicitur ex parte mulieris recuperare dicta de causa. & hoc modo posset saluari id, quod sentit gloss. in d. l. cum uir.

Et etiam Ang. qui dicit quòd reuocat ex persona mulieris non ex sua tamen rectè considerando ex persona sua seu ex iure suo propter suū dominum reuocat ipso iure. & hoc respectu potest dici ex persona sua reuocare: quia ex iure in persona sua residentis, & licet maritus esset aliàs locuples, & soluendo bene posset deseruire oneribus matrimoij: tamen adhuc puto, dicit Ioan. procedere quod est supra dictū: quia pignus subueniri poterit. Si habebit etiam fructus rei dotalis, qui debēt esse penes illum, qui onera matrimonij sustinet. l. si is qui. §. quod dicit. ff. de iure do. & facilius auocabit mulier ab hæredibus uiri soluto matrimonio, quàm ab alio extraneo. facit quod habetur in auth. ut immo. ante nupt. dona. §. fi. in princip. col. 6. nam hæres non potest referre quæstionem domini, in extraneo secus. l. si quis conductionis. & ibi not. C. locati.

Sed si maritus uendit rem dotalem: an teneatur de euictione? reperio triplicem opinio. una fuit indistinctè, quòd non: per l. cùm lex. ff. de fideiusso. iuxta l. nondum. C. de legi. & l. lex Iulia. allegat supra. & hanc tetigit. Specu. titul. de emptione. & uend. § tertio loco, uel ficu. sed pone uxor. & uersic. sed in casu præmisso Secunda fuit opini. quòd teneretur, per l. & si l. is. C. de prædi. mil. saltem ad precium, per l. emptor. §. fin. C. communia de lega. nam sicut ibi res erat uendentis. & subiecta restitutioni: ita & ista, tangit Bartol. in l. cùm uir. ff. de vsucapio. in quarta opinio. Tertia fuit, quòd si emptor fuit ignorans: tunc teneatur de euictione maritus: secus si sciens. & in ipsa uidetur residere Specul. in dicto uersicu. sed pone uxor. & in uersic. sed in casu præmisso. & eam sequitur Ioan. Fabri,



Fabri, institu. quib. aliena. licet. in princip. & ibi concludit, quòd si emptor fuit sciens, tenebitur maritus de euictione, si expressè fuit stipulatus emptor, de euictione, per l. si fundum. C. de euict.

Potes dicere, quòd aut quæritur an teneatur ad precium: aut an ultrà teneatur de euictione. Primo casu si emptor fuit ignorans, & ius factum ignorauit fundū esse dotalem, & sine dubio poterat repetere, ex quo fuit bonæ fidei, ut uoluit gloss. in l. quemadmodum. C. de agr. co. & censi. & in ca. imperialem. §. j. seu in princip. principio de prohibi. feudi aliena. per Fede. Item si sciuit factum & ignorauit ius, ut uoluit glo. in dicta l. quemadmodum. nam licet non censeatur bonæ fidei quo ad vsucap. tamen secus quo ad alia. l. si fur. cum ibi no. §. 1. ff. de usucapio. præsumitur autem ignorantia iuris, si erat persona rustica, uel alia, cui licet ius ignorare. l. cùm de indebito. ff. de probat. & l. j. §. j. & ff. de iur. & fact. igno. aliàs non præsumetur nisi aliter appareat l. leges. C. de legi. & not. plenè per Bartol. in l. quòd Nerua. ff. depositi. Si autem sciuit ius & factum ipse emptor, tunc videtur etiam quòd posset recuperare ipsum precium, per d. l. fi. § emptor. C. communia de legat. ubi etiam sciens recuperat in casu illo, & per auth. qui res cum sua gloss. C. de sacrosanct. eccle. & istam partem tenet Iaco. de Rauen. in d. l. cùm uir. & respondet ad alle. l. quemadmodum. quæ dicit oppositum, quia ibi prohibetur res de iure communi alienari, secus quando propter specialem fauorem mulieris, & quia res est uiri, licet sit subiecta restitutioni, ideo debet posse agi, ut d. §. emptor. contrarium credo de iure, dicit Io. per dictam l. quemadmodū. nam imputādum est ei, qui contra legum interdicta scienter mercatur, ut ibi dicitur. unde uidetur emptor delinquere contra interdictum legum contrahendo scienter, ideo punitur, ut perdat pretium, ut ibi dicitur, & hanc partem uidetur uelle Ioan. Fabri. institut. quibus aliena. licet. in princip.

Nec ob. quod habetur in d. §. emptor. quia interim ibi ante aduentum conditio
17 nis † non impeditur translatio dominij. & sic non est omnino interdictum commertium, ideo magis subuenitur emptori, hic secus, quia nullo modo transfertur dominium. Item non obst. quod not. in d. authen. qui res. quia licet glo. ibi teneat illam opin. quòd emptor sciens recuperat precium ab œconomo, licet non ab ecclesia. & videatur sequi omnino Innocen. in c. si quis presbyterum. extra de rebus eccles. non alie. tamen contrarium tenet gl. in §. si quis supra. in auth. de non alienan. in 2. col. & eam sequūtur doc. cōmuniter, maximè Cy. Iacob. Bru. Bar. in d. authen. qui res. & etiam glo. in cap. ad audientiam. extra de re. eccle. non alie. & hæc pars uidetur uerior per d. l. quemadmodum. quæ fundatur ex ratione, quam quam dixi. scilicet, quòd scienter contra interdictum legum cōtraxit, non autem fundatur super ratione Iaco. de Aret. in auth. qui res. concludit etiam in casu dictæ auth. qui res.

Credo tamen quòd nō remanebit precium penes maritum, cum sit in pari causa turpitudinis cum emptore, ideo auferetur ab eo per fiscum tāquam ab indigno, ut uoluit gl. in l. quemadmodum. & facit l. Lucius. ff. de iure fisci. & l. 2. C. de condictione ob turpem causam. Si autem quęras an ad aliud præterquam ad precium possit agi, conclude, si fuit sciens, clarum est, quòd non agit etiam ad preclum, qd̄ intellige etiam si ille fuisset illud stipulatus sibi reddi in casu euictionis, licet gloss. sentiat cōtrarium in d. l. quemadmodū. & etiam Iac. ibi loco præallegato. & similiter Spec. sed puto quòd non bene, quia talis stipulatio foueret causam turpem per ea, quæ supra dixi. & quæ habētur in l. quemadmodum. ideo non debet tenere. i. generaliter. & l. si plagij. & quod ibi no. ff. de uerb. ob. Si autem fuisset ignorans, tunc uidetur uelle Iac. de Aret. prædictus & Spec. in locis præalleg. & gl. in d. l. si prædium. quòd teneatur de euictione ad interesse ultra precium.

Sed fortè posset dici oppositum, quòd ex quo lex permittit maritum uenire contra

contra contractum, ad ipsam rem uendẽdam non debet per uiam indirectã, p̃hibere ipsum à uenditione, per d. l. cùm lex. ff. de fideiuſ. fateor tamen, quòd ſi res eſſet meliorata per uiam exceptionis, ſaltem conſequeretur meliorationem: ut l. in fundo. ff. de rei uendica. & fortè etiam ad illud competeret actio: ſed ſi uellet agere, quatenus res non eſſet meliorata, nec uir locupletatus: tũc uidetur procedere, quod dixi, & per prædicta uidetur poſſe decidi.

Quid ſi ipſe emptor fuiſſet ſtipulatus duplũ uel aliam pęnã nomine euictionis, an poterit petere? Spe. in loco pręallega. tenuit, q̃ nõ ſi fuit ſciens: quia tũc nil petere potuit vltra preciũ, p̃ l. fi. §. emptor. ſuprà alleg. ſecus ſi fuit ignorans. Sed gl. in l. quẽadmodum. & Iaco. in loco præallega. uoluerunt, quòd poſſet petere: ẽt ſi ſciens; credo, quòd ſi fuit ſciens, quòd poterit agere quia dicta ſtipulatio, non uidetur fouere cauſam turpem, ut prædixi, idem ſi fuit ignorans, quia non poterit petere pęnam, licet potuerit preciũ petere, ut prædixi. & ratio eſt: quia ex quo lex permittit ſibi ex iure ſuo uendicare, non debet per indirectum impediri, per aliam uiam: ut probatur expreſsè in d. l. cùm lex.

Nec obſtat prædictis l. ſed & is. ſupra de prædijs mino. quia ibi non recuperabat adminiſtrator minoris rem ex iure ſuo, ſed ex iure minoris, ideo ibi bene tenetur ad pęnam, hic autem ex iure ſuo recuperat: ideo non eſt conueniens, quòd teneatur ad pęnam per rationem dictę l. cùm lex. & prædicta procedunt quando uir uẽdidit ſine conſenſu mulieris. Itẽ dicas, ſi cum cõſenſu mulieris, ſi nõ interuenit iuramentum uxoris, per l. j. §. & cùm lex. C. de rei vxo. actio. idem ſi conſenſit cum iuramento, ſi loquimur de iure ciuili: ut l. non dubium. C. de legibus. & no. in dicto. §. & cùm lex. ſecus de iure canonico. quod in hoc præualet iuri ciuili, vt in capitu. cùm contingat. de iureiurando. & capitu. licet. eodem titu. in vj. vnde tunc. quando mulier cum iuramento cõſenſit, tutus eſſet emptor, nec poſſet vir, qui alienaſſet muliere conſentiente reuocare, nec etiam ipſa mulier ſoluto matrimonio.

## SVMMARIVM.

1 *Vir poteſt rem auocare conſtante matrimonio nõ obſtãte conſenſu per eũ præſtito.*
2 *Filij uiuente patre aut matre in eorum bonis non habuit ius.*
3 *Mulier quæreucat dotem dotem uirgo uergente in inopiam fructus debet conuertere in onera matrimonij.*
4 *Contractus utrum fiat contra iuramentum in temporalibus.*
5 *Contractus utrum teneat etiam ſi quis peccet faciendo contra iuramentum.*
6 *Prohibitum per uiam directam an debeat per uiam indirectam concedi.*
7 *Statutum ſi prohibeat iuramentum recipi, utrum non poſſit ex iuramento agi.*
8 *Lex ciuilis utrum remittere poſsit iuramentum ſicut Papa.*
9 *Tranſgreſsio utrum debeat eſſe iniquitatis uinculum.*
10 *Iuris fictione quando quis intelligatur per iurus.*
11 *Probatio utrum nulla admittatur contra iuris fictionem.*
12 *Periurus non dicitur qui ex iuſta cauſa deſerit iuramentum.*
13 *Iuramentum utrum poſsit remitti per illum, in cuius fauorem eſt præſtitum.*
14 *Obligatio erat prohibita, ubi iuramentum non interueniebat.*
15 *Filusfamilias de iure communi poteſt obligari ſine conſenſu patris.*
16 *Filius familias non debet obligari iuramento, nec uoto.*
17 *Non ualent leges in quantum infringunt uotum.*
18 *Poſſum petere ut relaxes iuramentum.*
19 *Iuramentum uidetur oligatorium, ut ubi minus uidetur obligatorium.*
20 *Filius obedit uoto, ſine patris conſenſu.*
21 *Clericus inuitus ſi trahitur ad iudicem ſecularem, à condemnato habeatur pro abſoluto in odium trahentis.*
22 *Dolus ubi dat cauſam cõtractui, contractus eſt nullus ex parte decepti.*
23 *Querela & petitio hæreditatis poſſunt eodem libello proponi.*
24 *Petitio hæreditatis pendet ex euentu hæreditatis.*
25 *Actio pignoratitia non competit niſi ſoluta pecunia.*
26 *Leges poſſunt diſponere ſuper iuramentis ſubditorum.*
27 *Tranſgreſsio inducit mortale peccatum.*
28 *Lex reprobat iuramentum in multis caſib.*
29 *Statutum poteſt inducere fictionem.*
30 *Iuramentum non obligabit ſi non interuenial neceſsitas.*
31 *Prohibere iuramentum non pertinet ad iudices ſeculares.*
32 *Legis reſiſtentia impedit naturalem obligationem.*
33 *Momentaneum implementum non ſufficit niſi arguatur turpitudo in decipiendo.*
34 *Annullatur contractus ex ui legis uel ſtatuti.*
35 *Iura canonica ſimpliciter innuunt ſeruari iuramentum.*
36 *Prohibitio ubi dirigitur ad perſonam, non oritur ex iuramẽto obligatio ſecũdaria.*
37 *Lex in cauſa legitima præſumit fraudem.*
38 *Iuramentum præſtitum per prodigum, non obligat.*
39 *Prohibitio utrum dirigitur in rem an in perſonam.*
40 *In dubio iudicando & conſulendo non eſt recedendum à gloſſis.*
41 *Statutum ſuper contractu, utrum diſponat & prohibeat alienationem.*
42 *Iuramentum deſe non eſt obligatorium.*
43 *In foro canonico eſt ſeruãdũ ius canonicũ.*
44 *Statutũ nõ poteſt prohibere iuramentum.*
45 *Statutum utrum poſsit imponere pęnam in iramenti.*
46 *Ille qui recipit iuramentum ſine ſolennitate ſtatuti, utrum poſsit puniri pęna arbitraria.*



Ed nunc reſtat uidere, q̃d econtra qũ mulier uendit ſeu alienat rẽ dotalẽ, cõclude q̃ ſi alienat uiro nõ cõſentiente, nõ ualet, & nõ pręiudicat uiro: vt l. ſi prędiũ. C. de iure dot. Si aũt uir cõſenſiſſet, uideret ſecus per d. l. ſi prędiũ. à contrario ſenſu, quòd ſequitur ibi Iacob. de Aret. ſed tene contra ſecundùm Bar. & Cyn. & communiter omnes: quia non ualet in ſimili arg. à contrario ſenſu, per id quod habetur in prædicto §. & cùm lex. & inſtit. quibus alie. licet. in princi. ideo tene ſecurè, quòd vir poterit rem auocare conſtante
1 matrimonio † nõ obſtante conſenſu, per eum præſtito, per d. l. quemadmodum. p̃ id quòd plenè ſuprà dixi. Sed tunc eſt dubiũ, an ſoluto matrimonio, mulier poſſet reuocare? Vidi iſtam quæſtionem de facto, & dicebatur, q̃ nõ: quia: confirmabatur alienatio per ius ſuperueniens mulieri, per hanc l. & pro hoc videtur gloſſ. ſingu. quæ nõ eſt alibi in l. conſtante. C. de donatio. & eam uidetur ſequi Cyn. & Bald. in d. l. ſi prædium. & Specula. in d. §. 3. verſi. ſed nunquid confiteatur. contrarium ſentit gloſſ. inſtitut. quibus alien. licet. in princ. ubi dicit q̃ ſoluto matrimonio mulier reuocat. & idẽ Specula. in d. §. 3. in uerſicu. conſueuit autem notari. & hanc partem, dicit Ioan. puto ueriorem: quia nõ ceſſat ratio legis inhibentis alienationem, quia intereſt mulieris ſibi conſeruari rem dotalem, etiam ſoluto matrimonio, vt ſic poſsit iteratò nubere. l. j. ff. ſoluto matrimonio.

Et hoc puto uerum, etiam ſi emptor fuerit ignorans, quia adhuc ſtat dicta ratio: & quia etiam tunc nõ uidetur obligata de euictione, p̃ rationẽ d. l. cùm lex. & uoluit etiam ibi Barto. & clarius Ioan. in alleg. loco, ut ſuprà. ideo non eſt ratio, quare debeat confirmari, ex quo alienatio eſt nulla, nec obligatur mulier de euictione, nec etiam ceſſat ratio legis, & credo, quando mulier non iurauit. Si autem mulier iuraſſet non contrauenire: tunc tale iuramentum, non præiudicaret viro, ſi non conſenſit, per tex. in d. capit. cum contingat. à cõtrario ſenſu. Si autem ſoluto matrimonio, tunc in effectu confirmaretur aliter: quia mulier obſtante ſacramento non poſſet contrauenire, ut d. c. cùm contingat. & hoc caſu poteſt ſaluari gloſſ. in d. l. conſtante. & opin. Cyn. & Bal. Si autẽ mulier alienauit cũ

ſacramento

ſacramento cõſentiente uiro, tũc nec uir nec mulier admittuntur ad reuocãdũ, ut d.c.cùm contingat.maximè ſi etiam uir iurauerit: idem tamen credo, & ſi non iuraſſet, ex quo iurat tantum mulier, cuius fauore lex prohibuit alienationem: ut in cap.cùm contingat.ubi autẽ mulier alienat non interueniente iuramento mulieris: tunc ut dixi non impeditur reuocatio per uirum conſtante matrimonio, etiam ſi ipſe iuraſſet: ex quo mulier non iurauit, nec ſimiliter impeditur mulier, ſoluto matrimonio. An autem quãdo mulier alienat poſsit emptor petere precium? conclude quòd non, ſi fuit ſciens, etiam ſi expreſsè fuit ſtipulatus eo caſu quo alienatio non tenet, per ea quæ prædixi, quãdo uir alienat, ſecus ſi ignorauit, quia tũc poterit petere precium, non tamen pœnam, per d.l.cùm lex. in rõne ſui: etiam ſi fuiſſet ignorans emptor. & hoc uoluit Iacob.in loco præalleg.qui reſpondit ad l.& ſi is.C.de prędijs min.quòd ibi adminiſtratio non reuocat ex iure ſuo: ſecus in muliere: ideo tunc ſuccedit ratio legis: cùm lex.facit quod ibi no.per Bar.unde nec uidetur tunc aliter teneri de euictione, ſi emptor fuit ignorans non bene dixit, & hoc ſatis fuit de mente. Bar. & in d.l.cùm lex.ſi intelligeres, & ſoluis reſpectu precij.

Ex prędictis etiã patere poteſt. Quid ſi uir, & vxor ſimul uendant rem dotalẽ ſeu quilibet ſolùm pro parte ſe obliget, & ſiue quilibet in ſolidum, & ſiue uterq; ſiue alter tantum. Quid autem quando uterque uendidit: an ſaltem pro dimidia tenebitur mulier ad precium: eo caſu quo uenditio non tenet? videtur quòd ſic: ex quo precium utrique dicitur ſolutum: argum. l.reos.§.cùm in tabulis. de duobus reis. & hanc partem uidetur tenere Barto.in quodam ſuo conſilio, quod incipit, Punctus quæſtionis talis eſt d. P. nup. ſic cuidam.

In contrarium facit fortiter, quod habetur in authen.ſi qua mulier.C.ad Velle.vbi quando mulier, & vir in eodem inſtrumento ſe obligant non tenetur mulier, niſi quatenus doceatur uerſum eſſe in utilitatem mulieris: & hanc partem ẽt uidetur tenere Specul. in titulo. de ſolu. & lib.§.ante omnia uer.ſed pone uir. & hanc partem puto veriorem per d.authẽ.ſi qua mulier. & quia, vt docet experientia maritus verè percipit pecuniam, ſed pro cautela emptoris quãdoque mulier principaliter ſe obligat, & confitetur ſe precium recepiſſe: nec commodè mulier poteſt etiam bene reſiſtere uoluntati uiri: ideo ſatis eſt viſum, ꝙ non teneatur etiam ſi in inſtrumento dicatur pecuniam ſibi fuiſſe numeratam: prout videtur ſentire Specu.in d. uerſicul. ſed pone uir. & uidetur de mente d. authentic. ſi qua mulier. quæ præſupponit ueriſimiliter ſic factam rationem ſuperius tactam.

Nec obſt. d.§.cùm in tabulis.quia qã ibi dicitur, procedit regulariter in his, qui poſſunt ſe obligare: ſed fallit in muliere, quæ non poteſt ſe obligare aliàs pro uiro, nec etiam regulariter pro alijs, per id quod habetur in d. authen. ſi qua mulier. & per l.j.& per totũ tit.ff.ad Velleia. & hanc queſtionem uidi de facto in ciuitate iſta. Item aduerte, quia dixi ſuprà quòd ſi emptor emit ſcienter rem dotalem, precium non petit nec pęnam, etiam ſi fuerit ſtipulatus.

Non habet obſtare l. ſi fundum.C. de euictio. quia ibi loquitur quando venditur res aliena, quæ non eſt prohibita alienari: iuxta l. rem alienam. ff. de contrahen. emptio. ſecus quando eſt prohibita alienari: ut d. l. quemadmodum. & ſic etiam ſoluit gloſſ. quam reputo ſingularem, & quæ apertè iſtud tenet in c.j.in fi.princ. de prohi. feu. alie. per Fede. qui meo iudicio melius dicit, quàm glo.in l.quemadmodum. & quàm dicat Specul. & alij tenentes opi. & bene facit tex.in d.c.j.in fin.principij. Item nõ obſtat l.fin.C.de fundis limi. quia debet intelligi quando emptor fuit ignorans ſaltem ius: & ſic fuit bona fide, vt ibi tangitur: & d.l.quemadmodum. Item etiam aduerte inquantum dixi non confirmari alienationẽ factam per mulierem etiã ſoluto matimonio quando fuit inualida; licet



licet gloſſ. uellit contrà. l.conſtante. C. de donatio.

Nec obſtat l.cùm uir.ff.de vſucap. qa loquitur in uiro, cuius fauore nõ eſt prohibita alenatio; ſecus in muliere, cuius fauore eſt prohibita, & in qua non ceſſat ratio legis prohibentis etiam ſoluto matrimonio, per l.j.ff.ſol.mat. Item nõ ob. l.& hæredi.§.filiæ.ff.de pac. quia ille §. debet intelligi, quia diſſoluto matrimonio fuit pactum præiudiciale doti, ſecus ſi eo conſtante, etiam ſi conferatur in tempus ſoluti matrimonij.l.de die. & l.Attilicinus. ff. de pact.dota. & fortè nõ nocet; ſi ſit ante matrimonium; licet gloſſ.dicat contra in d.§.filiæ.de quo per Ioann.de Imol.in l.ſi ſocer.§.Lucius. ff. ſolut.matri.

Item nec obſtat.l.ſpẽ.C.de dona.quia loquitur quãdo donatur ſpes actionis rei non prohibitę alienari: ſecus quando eſſet prohibita, per id quod legitur, & not. in l.ſi ad rem ſoluendam. C. de prædijs mino. Item aduerte, quia pro eo quod dixi ſuprà quãdo maritus alienat, & ſolus iurat, quòd poſſet reuocare non obſtante ſacramento; bene facit quod habetur in cap.peruenit.lo 1.& cap. ſicut noſtis. extra de iureiurã.ubi patet quòd ſi pręlatus alienauit rem eccleſiæ, & iurauit non contrauenire, non obſtante ſacramento poteſt reuocare propter utilitatem eccleſiæ, licet ipſe habeat uti fructibus pro alimentis & hoc apertè, & clarius tenet ibi An. de Bu. in cap. cùm ueniſſent. ſuper gloſſ.extra de inſtitu.

Et hoc etiam in ſimili uidetur tenere Iacob.in loco prę alleg.ubi dicit, quòd ſi ex matrimonio extãt filij, etiam ſi uir, & mulier iuraſſent nihilominus uir reuocabit conſtante matrimonio, & mulier eo ſoluto; allegat glo. ſingu. & quæ non eſt alibi in dicto cap cùm cõtingat & ſic eadem ratione, quando uir iurauit ſolus, ex quo tendit ad præiudiciũ mulieri, nõ debet impediri reuocare. fortè tamẽ tutius eſſet petere abſolutionem à iuramento, ſaltem ad cautelam, quę ſine dubio deberet concedi, per id quod no. in ſimili per Innocen.in d.cap.peruenit. Sed aduerte, quòd inquantum Iac.uult poſt gloſſ. debet attendi præiudicium, quod fieret
2 filijs, non uidetur uerum: quia filij † uiuẽte patre aut matre in eorum bonis non habent ius.l.nõ uſque.ff.ſi quis à paren. fuerit ma. & no. Dy. & Barto.in l.fi.ff.de libe.agno.licet glo. aliter ſentiat in §. ſi quis autem non implens.in authenti. de hęre. & Fal. colla. 1. ſed ipſe reſpondet primò quòd lex non uſque eſt correcta ſecundùm quoſdam: iuxta not.in l.j.C. de inof.dona. Vel ſecundò poteſt dici, ꝙ aliud ſit in aliis bonis, aliud in dotalibus ex quibus liberi debẽt ali: ut l.ubi adhuc C.de iure dot.

Sed Ioan. And.in d.c.cùm contingat. ſuper gl. & in gloſſ.ordin.ſuper c.quãuis. de pact.in 6.non tenet. & dicit, quòd gl. illa debet intelligi quando principaliter uergit in præiudicium alterius, non quãdo ſecundariò, ut contingit in filiis, qui poſt mortem parentũ ſolùm poſſunt ſuccedere, & ſic non principaliter, ſed ſecũdariò eorum intereſt. Et pro hac parte facit, quia etiam mulier poſsit, in dotem extraneum hęredem inſtituere, dummodo relinqueret filio legitimam.l.hac edictali.§.fin.cum ibi not.C.de ſecun.nupt. & l.j.C.de inoffi.dona. & ſic nõ uidetur habere in effectum maius ius in dotalibus, quàm in aliis.

Non obſtat d.l. ubi adhuc. licet Ioan. Andr.non reſpondeat; quia fateor, quòd mulier, quæ reuocat † dotem uiro uergente ad inopiam, debet fructus conuertere in onera matrimonii, & conſequenter filios alere, ut ibi.nam & contra ragu
3 las iuris permittitur ſibi tunc reuocare, cum nondum ſit ſolutum matrimoniũ, ſed non per hoc ſequitur, quòd filij habeant ius in dotẽ: nam etiam mater tenetur alere filium, quando non poſſet à patre ali, iuxta no.in l.alimenta. C.de nego. geſt. & l.Neſennius.ff.eod. titu. & iſtam partem credo ueriorem. hiuc eſt etiã, ꝙ ſoluto matrimonio, licet non extent liberi ex eo, tamen mulier debet habere ſuã dotem, & ipſam debet dare ſecũdo uiro, licet hodie debeat conſeruare ſecundũ moderationẽ d.l.hac edictali. l. ſi cõtingat

gat eam postea mori.

Item aduerte, dicunt quidam ꝙ quando mulier iurauit, ipsa poterit petere absolutionem à iuramento: & sic videtur Ioan. Andr. velle, post Vin. in dicto capit. cùm cõtingat. ubi dicit Vincẽ. credo, ꝙ ꝑ sacramẽtũ mulier ligetur, sed instet, quòd absoluatur. Sed cõtra credo uerius: quia aliàs illa decretalis seruiret nobis de uento, & erit imposita uerbis, & non rebus, contra l. 2. C. communia. de leg. & c. commissa. §. porrò. de elec. in 6. puto tamen dictum Vincen. posse saluari, apparet mulierem propter minas, & uerbera, per maritum sibi illata consensisse cũ iuramento, quia tunc videtur coacta fuisse: iuxta no. per Inno. & Ioã. And. in c. causam matrimonij. de officio deleg. ꝑ Bar. in l. j. §. quę onerandę. ff. quarum rerum act. non datur. Et adde etiam prędictis, ꝙ si emptor fuit ignorans rem, esse dotalem rem, si apparet mulierem consensisse animo decipiendi: ut quia asseruit rem non esse dotalẽ, uidetur ꝙ tunc non subuenitur sibi per id quod habetur in l. si fine. C. ad Velleia. & l. 3. C. si minor. se maior. dixi.

Sed iuxta prædicta potest dubitari, an quando mulier iurat, contractus firmetur iuramẽto: an illa solùm obligetur ad obseruantiam iuramenti remanente contractu nullo, & hanc secundam partem tenuit Iacob. in loco præallegat. quia tex. iuris canonici, maximè in d. c. eùm cõtingat. & c. licet mulieres. non dicunt contractum confirmari iuramento: sed quòd mulieres non possunt contrauenire: & ex hoc infert, quòd mulier à tertio possessore, cui non uendidit soluto matrimonio poterit uendicare: quia ille non est dominus, sicut nec ille, qui emit à muliere: nã ex quo contractus est nullus, non potuit trãsferri dominium. l. nunquam nuda. ff. de acquiren. rerum domin. ideo poterit uendicare ab illo tertio, nec poterit ab ea exceptione requelli, qui eius respectu nihil iurauit, sed emptor si possideret, cui iurauit posset eã repellere, & sic excusatio est personalis, sicut in simili in l. milites. §. cũ ueteranus. ff. de testamẽto mili. & in l. qui ex liberis. §. testamẽto. ff. de secun. tabu. facit quod habetur in l. loci corpus. competit. ff. si seruitus uen. quod intelligit uerum, nisi ille tertius habet causam ab eo, cui illa mulier iurauit, per l. ait prætor §. fi. cum l. seq. & l. nã & postea. §. fi. ff. de iureiuran. alleg. etiam ad prædicta l. si quis emptionis. C. de præscrip. 30. anno. ubi antiquus dominus licet nõ posset auocare rem à malæ fidei possessore, si præscripsit 30. annis tamẽ ab alio poterit: ut ibi patet. Et per prædicta omnia dic, quòd mortua muliere hæredes eius poterũt auocare: q̃a in eos trãsiuit dominiũ, qd̃ erat penes mulierẽ & ipsi nõ ligãtur iuramento, quia iuramẽtum est personale ex parte mulieris: iuxta not. per Inn. & Io. An. in c. veritatis. de iureiu. sed Io. An. & Archi. in c. quamuis. de pact. in 6. tenet contractum firmari iuramento. & ibi etiam videtur probari, in quantum dicit cõtractum iuratum debere seruari: & non dixit simpliciter iuramentum. & hanc partem tenuit Ioann. Cald. in dicto cap. cùm contingat. in suis additionibus etiam tenet Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. sed cum hac parte ad præsens transeo.

Item iuxta prædicta est sciendum quòd datur consilium, quòd mulier etiam cum iuramento non obligetur: ut si pater aut alius faciat eam iurare de non alienando ipsam dotem, nam tunc licet postea alienat, & iurat non cõtrauenire, præualebit primum iuramentũ, per c. intellecto. de iureiurã. & hoc tenuit Host. in c cum contingat. de iureiur. & in gloss quæ non est alibi in d. cap. licet mulieres. & no. Specu. in d. §. tertio loco. ubi & not. consilium. Sed contra istud dictum facit. quia videtur dare materiam delinquendi, & decipiendi. Item videtur iniquum, quòd noceat emptori, qui ignorauit primum iuramentum: argu. l. fi. ff. pro suo. Item quia contractus, qui fit contra iuramẽtum, uidetur tenere, ut in c. sicut ex literis. de spon. & no. Io. Andr. & Innocen in c. dilecto. de prębend. vbi dicunt, quòd licet actus, qui fieret contra iuramentum, in spiritualibus. nõ ualeret, tamen



tamen secus uideur, quòd contractus fit
4 † contra iuramentum in temporalibus:
uel etiam in matrimonio: ut d. c. sicut ex li
teris. ubi contractus matrimonij cõtra iu
ramentum præambulum tenet, non repe
rio hunc passum de claratum, tamen pro
matrimonio potes dicere, quòd si iuramẽ
tum primum habet fomentum iuris se
cum, ut quia tenditur ad prohibendum
alienationem aliàs a iure prohibitam, vt
est in casu proposito, & tunc posset pro
cedere gl. in d. c. licet mulieres. facit quod
no. in simili. in l. ea. de condi. ob causam.
& l. 2. C. de vsuca. ꝑ emptore. & l. si filius
familias. §. diui. ad fi. ff. de le. j. secus si pri
5 mum iuramentum non habeat secum
iuris fomentum & sic loquitur dictum
Innoc. in d. c. dilecto:

Et idem tenet Ludo. in l. alia. §. elegan
ter. solu. matri. videtur latissimè. suprà in
istamet clausula in articulo dũ tractatur
de pactis successionum. Credo tamen, ꝙ
in quęstione proposita ęquè posset distin
guere; vt voluit Iac. in loco præallega. an
emptor sciuerit primum iuramẽtum; &
tunc procedit gloss. in d. c. licet mulieres.
quia imputet sibi, quia contrahit tunc, si
autem ignorasset; tunc videtur, quòd nõ
noceat primum iuramentum ipsi empto
ri, qui probabiliter ipsum ignorauit, per
l. fi. ff. pro suo.

Nec obstat d. ca. dilecto. quia loquitur
in Rege, qui habet iuramentum in pro
motione, non alienare iura regni, & sic ꝑ
babiliter contrahẽs nõ debuit illud igno
rare, quæ ratio hic cessat. Non obstat prędicti si dicatur, ꝙ ex quo mulier primo
iurauit contrahendo postea contra iura
mẽtum, videtur peccare, & sic secũdum
iuramentum habet nutrire peccatum, &
per consequens indistinctè. non videtur
tenere per id, quod habetur in c. si verò.
de iureiur. & quod no. Bart. in d. l. si quis
pro eo. & quod not. in c. 2. de ma. & obe.
quia probari potest, ꝙ per primum iura
mentum nõ videtur ligare mulierem ad
præiudicium tertij illud ꝑbabiliter igno
rantis. argu. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de
pact. & c. veniens. de transactio. & in d. c.
cum contingat. à contrario sensu. de iure
iuran. ideo nõ uidetur tunc peccatum re
spectu tertij: si seruat secundum iuramẽ
tum quod tertius iure permittente facit
interponi, per d. c. cùm contingat. nec pos
set sibi obiici de primo: ex quo illud probabiliter ignorauit.

Pręterea etiam secundo potest dici, ꝙ
licet quis peccet actum faciendo, non ta
men per hoc iuramentum infringitur su
per eo pręstitum; ut patet in eo, qui iurat
per Dæmonem, uel per creaturam; quia
peccat sic iurando; & tamen ex quo sic iu
rauit, debet seruare: c. & si Christus. de iũ
reiuran. & c. monet te. 32. quæst. j. & si
militer. iudemus, ꝙ licet quis † pecet
5 faciendo contra iuramẽtum, nihilominus
contractus tenet ut in c. sicut. ex literis.
de spon.

Quid autem si statutum expresè dicat, quòd non posit muler alienare fundum dotalem etiam cũ curamento, ꝑ put
viget in ciuitate Bononiæ, an tunc firmetur contractus, iuramento? & videtur, quòd lex statutum non potest annullare iuramentum. dicit enim Ioa. de Imo. in d. c. cum contingat. & Bart. in l. omnes populi. tertia quæstione principali concludunt, quòd non potest annullare iuramẽtum; quia cùm iuramentum sit res spiritualis, non potest se intromittere iudex secularis. facit quod habetur in ca. tuam. de ord. cogni. & quia scriptum est, Reddite iuramenta uestra. & no. secundùm eũ, in c. si Christus. de iureiurã. Super autẽ iure diuino non uidetur fieri posse statutũ per seculares. & hoc dicit verum, nisi statutum excluderet causam peccandi. & pro hoc dicit, quòd si statutum dicat non ualeat contractus matrimonij sine tali solennitate, etiam si fuit iuratum. quòd tale statutũ non ualeat, per ea quæ sunt supradicta. sed si statutum diceret, quòd si aliter fieret contractus pręsumatur per dolum, & metum exortũ. tunc quia statutum uidetur excludere causam peccandi seu peccati, contractum, & iuramentũ esse per metum uel dolum, nõ ẽbligat iuramentum, sicut nec ligauit quando per dolũ, & metum esset extortũ: ut in auth. sacramẽta puberũ, C. si aduersus vẽ. & sic

uidetur

videtur sequi opi. q̃ iuramentũ per metũ extortũ ipso iure nõ obligat: sed peti posset absolutio: vt in c. si verò, de iureiuran.

Sed Rayn. de Forli. in repetitione, l. omnes populi. non videtur tenere istud dictum in quantum dicit Bartol. quòd si statutum præsumat contractum extortũ per metum, vel dolum, q̃ tunc iuramentum non obligat, sed secundùm eum hoc videtur fieri in fraudem iuris canonici, & diuini, volentis iuramentum seruari: & ideo tale statutum non teneret tanquam factum in fraudem superioris: facit quod habetur in regula, certũ. in vi. & in l. fraus: cum l. seq. ff. de legi. & priuilegijs cap. quã
6 to. & quia prohibitum † per viam directã, non debet per viam indirectam. concedi. ff. de reg. iu. l. nam quod vna via. in vi. & in l. non dubium. de leg. Bar. tamẽ in d. l. omnes populi. secundum suam opi. dixit iudicari vidisse.

Nec obstat prædictis si dicatur q̃ licet lex vel statutum prohibendo personam, non videtur ad peccatum illaqueare contrafacientem: quia ad hoc non tendit finis legis ciuilis: tamen videtur, ex quo lex canonica, vel diuina dicunt obediendum fore iusto præcepto superioris, vt patet ex his quæ habentur in c. contra morem. viij. distin. xi. quæstio. iii. cap. qui resistit. & de maio. & obed. cap. solito. & secũdò, videtur, quòd non parens in dicto casu incurrat peccatum, saltem attẽta dispositione legis diuinæ, & canonicæ: Sed potest responderi, quòd licet secundùm legem diuinam, & canonicam obediẽdum sit iusto præcepto superioris, hoc non est verũ quo ad hoc, vt superior iustè possit punire subditum non obedientẽ propter suas pœnas temporales: facit, quod habetur in d. cap. qui resistit. non autem per hoc sequitur, quòd peccet contraueniẽs: & sic etiam potest intelligi, quod habetur in cap. si quis autem. xi. dist. vbi gloss. iuncto text. videtur velle quòd peccet inobediens legi. Sed potes dicere, quòd illud procedit, quando præceptum emanauit in materia, de cuius natura esset quòd transgressio induceret peccatum secundùm quod not. Bald. in l. non dubium. in xviii. op. C. de legi. vel potest intelligi: quando ex contemptu quis faceret contra legem superioris. & sic videtur loqui dictum cap. si quis autem. & dicitur ex contemptu quis facere, quando propter elationem, & superbiam quis non vult obedire legi, nec vult subiici dispositioni legis, facit quod not. Archi. lxxvij. dist. c. veniam. secus quando ex contemptu venit: quia contra legem positiuam: nam videtur, quòd non incurrat peccatum, licet possit puniri per superiorem.

Et ex prædictis videtur concludi: quòd licet quis non obediat iusto præcepto legis positiuæ, non incurrit peccatum, nisi quando faceret ex contemptu, vel nisi emanaret in materia, cuius transgressio sui natura induceret peccatum. Item aduerte: quia rationi Bald. aliter potest responderi: nam ex præsupposito, q̃ vbi prohibitio dirigitur ad personas peccantes, contra facientes tamen: vt supra dixi, non videtur q̃ peccet seruãs contractum, quẽ prohibitũ est facere: quia statutũ, vel lex hoc non dicit, nec prohibet, ne contrahat. Et ratio videtur, q̃ si iurat seruare cõtractũ, vel cõuentionẽ, nõ peccet iurando licet peccet contraueniendo. facit, quod habetur in c. debitores. de iureiuran. & in cap. ad audientiam. quod metus causa. & de ista materia Bald. in plurimis locis: scilicet in l. pactum. C. de coll. & dicit not.
7 quòd si statutum prohibet † iuramentum recipi, non potest ex iuramento agi, vel recipi, per id quod hebetur in l. iij. C. ne fide. dorium dentur. & in l. inuitus. §. fin. ff. de reg. iur. Item tangit in l. nec patronus. de ope. liber. & in l. non dubiũ. C. de legi. & in auth. sacramenta puberum. C. si aduersus ven.

Demum quæritur. an per statutũ possit prohiberi, vt non valeat iuramentum? dicit, q̃ sic, quia lex videtur cõtinere vim Apostolici. seu Papæ in remissione iuramenti. l. adigere. §. fi ff. de iure patro. & in gl. singula. idẽ videtur velle. eadẽ lxxi. q. vbi videtur velle, q̃ valeat statutũ disponẽs, q̃ mulier nõ possit cõtrahere sine cõsensu duorũ cõsanguineorum, nec obligetur si iurauit, & potestas teneatur cogere illum.



illum, qui aliquid recepit ex tali consensu restituere mulieri: idem uidetur uelle in l. nec patronus: de ope. liber. vbi conclu
8 dit, q̃ lex † ciuilis potest remittere iuramẽtũ, sicut Papa: quia lex in hoc obtinet uim Apostolici: ut not. gloss. in d. l. adigere. in §. fin. unde potest legem secundum eum interpretari, & statuere, q̃ iuramentum non extendatur ad casus illicitos. alleg. quod habetur in l. non dubium. C. de legibus. nam dicit ibi no. q̃ vbi lex ciuilis prohibet iuramentum nõ tenetur quis illud seruare: & sic not. q̃ lex ciuilis potest prohibere iuramentum: & ex hoc infert q̃ ualet statuta, quæ in certis casibus inhibent iuramenta. allegat quod habetur in l. si quis inquilinos. §. fin. de lega. 3. & d. l. adigere. §. fi. Et quando iuramentum apponitur super actu inualido, quid operetur de iure ciuili, quid de iure canonico? nam uidetur primò dicere, quòd ubi actus est ipso iure nullus: tunc iuramentum interpositum non ualidat actum, q̃ id, quod habetur in l. non dubium. alleg. & authen. sacramenta. & l. antiquis. C. ad Treb. secus ubi actus est inualidus, quò ad effectum: mero tamen iure tenet, sed potest rescindi per beneficium restitutionis in integrum: quia tunc bene operatur iuramentum. Sed tene primum dictum, ut ipse dicit. & uidetur esse contra authen. sacramenta. sed communis opi. illa habet locum etiam quãdo iuramentum interponitur super contractu nullo, secũdum opi. communem & ibi Io. post alios dixit: aut contractus est prohibitus eo casu in quo in se habet æquitatem naturalem per ius positiuum: tunc iuramentum operatur, si interponatur super tali actu nullo de iure positiuo, exemplum, si minor propter necessitatem sibi imminentem alienat rem sine decreto: quia tunc secũdum naturalem æquitatem actus debent tenere, ex quo minor hoc fecit propter necessitatem: ideo dixit, q̃ si tunc contraxit, & sine decreto, & iurauit: tunc iuramẽtũ operabitur: licet postea minor luserit pecuniam. & si potest intelligi authẽ. sacramẽta. & opi. illorũ dicunt, quòd ualidatur actus etiam nullus per iuramẽtum: sed ubi non haberet in se æquitatem naturalẽ: vt quia minori non imminebat aliqua necessitas eminẽs, propter, quam sine decreto alienaret: tunc iuramentum interpositum super actu nullo nõ obligabit, & hoc casu non habebit locũ authen. sacramenta. & hoc modo concor. quę habentur in l. j. & auth. sacramenta. C. si aduersus uen. quæ simpliciter loquitur, & indistinctè. & sic debet intelligi lex, de precio. de pub.

De iure uerò canonico concludit, q̃ si iuramẽtũ emanat super actu prohibito, & iustitia positiua debet seruari, cum posset seruari sine interitu salutis æternę, q̃ id quod habetur in auth. sacramẽta. & in c. quamuis. de pactis. in 6. sed si emanat per materia prohibita ex iustitia nõ simpliciter positiua: sed quia transgressio induceret peccatum, tunc iuramentum, nõ obligaret; quia non debet esse iniquitatis
9 † uinculũ. 12. q. 4. c. inter cętera. & prędicta dic procedere: ubi agitur de præiudicio iurantis, sed in præiudiciũ tertij nõ tenet, per id quod no. in l. fi. §. filius autẽ. C. de bo. quę. lib. & per no. ibi per Bal. & subdit in 17. oppo. q̃ iuramentum interdum est cõtra ius constitutionũ, interdũ contra ius tertij, interdũ contra ius iurantis. Si cõtra ius cõstitutionũ, tunc distinguit, an illa constitutio sit ex iustitia positiua, aut ex iustitia nõ positiua, sed cuius trãsgressio inducit peccatũ, ut supra dixi, si aũt sit cõtra ius tertij, tũc nõ præiudicat, secus quãdo contra ius iurantis, ut in authen. sacramenta. Item dicit, quòd interdum lex, uel statutum disponit prohibendo iuramẽtum præstari, & tunc ualet legis dispositio, ut l. quę sub conditione. ff. de condi. insti. interdum lex disponit dando remediũ, puta, ut petatur absolutio, tunc deberet peti, si disponit ministerio iudicis, tunc dicit, quòd faciens cõtra incurrit periurium, tamen iuris fictione
10 † censetur periurus, per l. qui iurato. ff. qui satisd. cogan. & l. fi. ff. ad muni. interdum autem disponit interpretãdo, & tũc licet quis ueniat contra iuramentũ, licet non cõtra interpretationẽ, non censetur periurus, per id quod habetur in l. fin. C.

de non nume.pecu. & sic uidetur omittere causam, quando simpliciter inualidat, & prohibet iuramentum in dicta distinctione, tamen illud membrum satis potest intelligi ex his, quæ dicit in l.nõ dubium. C. de legibus.

Subdit post prædicta q̃ qñ forma iuramenti recipit uerũ factum: & nudum ministerium debet seruari in forma specifica: secus quando recipit iuris ministeriũ: quia tunc iuramentum nõ ligaret, ubi cõtra iuris ministerium allegat quod no. in l. quidam cum filium. ff. de uerbo. obliga. & si bene ponderentur dicta per Bald. uidentur uelle, quòd per statutum possint prohiberi iuramenta. idem uidetur uelle in l. 2. in 9. q. C. de rescin. uendi. sed in authen. sacramenta. tenet, quòd per statutum non possit fieri, quòd ualeat contractus sine decreto, etiam si interuenit iuramentum: & inducit tres rationes supradictas. Primò, quia iuramentum est quid substantiale: & sic uidetur, q̃ statutum laicorum nõ possit, nec iuramento disponere. per id quod habetur in c. tuam. de ordi. cogn. Secundò quia tale statutũ esset aperire uiã periuriis, contra l. 1. C. de rescin. uend. Tertiò, quia tale statutum uidetur contra legem superioris: quia contra dictam authen. factam ab Imperatore. & sic uidetur, quòd inferior nõ posset cõtra disponere: facit quod no in §. interim. in auth. de defen. ciui. & c. inferior. de ma. & obe. & sic uidetur per prædicta. quòd dictum statutum non ualeat. sed ipse refert, quòd antiqui aduocati dicebant ualere, per l. si quis inqu linos. §. 1. de leg. 1. sed ipse dicit quòd illa lex non facit: quia ibi loquitur, quando iuramentum interpositum super re prohibita à iure communi: interdum statutum disponi, quòd si fiat contractus sine tali solennitate non ualeat etiam si iuretur. & si aliter fuerit factum, præsumatur dolo, uel metu extortum: nam secundum eum potest statutũ inducere præsumptionem, cui sit statutũ: facit quod no. in l. siue possidetis. C. de prob. & in c is qui. de spõ. qua inducta apparet secũdum eũ q̃ iuramentũ nõ habet ligare, sicut quando dolo uel metu extortũ: ut d. auth. sacramẽta. & sic uidetur ponere cautelam, quam posuit Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure.

Ponit etiam Sali. in d. auth sacramenta. & ponit illam aliqualiter. ampliorem: nã ponit quòd statutum dicat, quòd si aliter fiat præsumatur contractum per dolũ uel metũ extortum, nec posset probari cõtrarium. Et ponit etiam aliam cautelam, q̃ non inducat præsumptionem: sed fictionẽ ut dicãtur sic, si aliter fiat fingatur contractus per dolum, uel metum extortus:

11 nam cõtra fictionem iuris nulla † admittatur probatio. facit quod consueuit dici in l. siue possidetis. C. de prob. & in l. si q̃s p emptore. §. maximè. ff. de usuc. p empt. per Bar. & quod no. gl. in l. unica. §. accedit. de rei uxo. act. & quod not. per glo. & doc. in c. is qui. de spon. dicit etiam Bal. in d. auth. sacramentã quòd non inducat præsumptionẽ, uel fictionem prædictam: tamen si habet in se rationem, & æquitatem ualebit statutũ Exemplum. si dicat statutum, quòd malicia adeo excreuit, q̃ prompti sunt homines ad decipiendũ minores: & ideo statuimus, quòd nõ obligetur minor sine tali solennitate, etiam si interueniat iuramentũ: nam tunc secundũ eum, quia statutum habet se rationem & æquitatẽ, ualebit statutum, & prohibitio iuramẽti. & dicit de facto seruari. similiter in auth. sacramenta. circa fi. concludendo finaliter per supradicta per statutum posse prohiberi iuramentum. mouetur primò per d. l. nõ dubium. & l. si quis inquilinos. §. j. de leg j. alle. pro hoc. quia

12 non dicitur periuris, qui ex iuxta † causa deserit. iuramẽtũ. l. fin. ff. qui satisda.

13 cog. Itẽ allegat pro hoc tertio, quia † iuramentum potest remitti per illum, in cuius fauorẽ est præstitum. allegat quod habetur in l. si libertus non aluerit. ff. de bo. liber. & in l. fina. qui & à quibus. sed melius probantur per ea, quę habentur in capit. 2. cum ibi not. per Ioan And. de spon. & in Spec. in titu. 2. §. nunc ostendẽdum. uersic. hic quoque. si ergo potest remitti per pactum, ergo & per statutum, cum illa uideantur parificari. Confirmat ettã istam rationẽ: quia eo quod fit per



fit per statutum, uidentur omnes consentire, etiam qui non interfuerunt statuendo. allegano. in l. omnes populi. alleg. sed melius facit in l. quod maior. & l. municipales. & quod no. glo. in l. j. C. quæ sit longa. consuetu. & ideo cõtrahens cũ minore uidetur consensisse. q̃ iuramentũ præstitum per minorem in contractu sibi non habeat nocere.

Et per prædicta potest responderi ad rationes in contrarium alle. & inductas: nam imò non obstat, dum dicitur, q̃ iuramentum est res spiritualis. & sic statutũ laicorũ non uidetur posse disponere: quia dico, q̃ potest benè per partem remitti, & per illum, in cuius fauorem est præstitum, vt superius est expressum seu dictum. & si uidetur remissum fore hoc casu attenta forma statuti, & eo quod superius dixi. Item non obstat, q̃ aperiretur uia periurijs, respondeo hoc non est verum in eo, quod non dicitur periurus, qui ex iusta causa deserit iuramentũ, vt dictum est. Item non obst. q̃ illud statutum uidetur contra iura, & contra dictã authẽ. sacramenta. & sic uidetur q̃ non ualeat: quia respondit, quia istud statutũ non debet dici contra ius: quia habet in se rationem, & æquitatẽ, ne minores decipiantur: & quia per statutum censentur consensisse, vt iuramentum non obliget quando eis præstatur: quæ ratio cessat in casu auth. sacramenta.

Sed aduerte, quia ista ratio Sali. licet fuerit subtilis, tamẽ non uidetur procedere simpliciter. Primò si cõtigeit forensem contrahere cum minore, cessat ratio Sali. quia ille nõ fingitur cõsensisse ex quo est forensis: & uidetur, q̃ tunc iuramentum habet ligare, non obstante statuto: licet ille, cui est præstitum iuramentum ob eius fauorem possit illud remittere, ut patet ex his quæ habentur in d. cap. 2. de spon. per Ioan. And. tamen non reperitur, q̃ ille cui uerè non consensit in relaxatione iuramenti, uidetur consensisse: ita quòd iure ciuili non posset petere obseruantiam iuramenti. Sol. non uidetur quòd hoc dictum procedat, cũ iure canonico nõ uidetur approbatum. facit quod habetur in cap. 11. de transla. prælat. & quod habetur in l. illã. C. de colla. & sic non uidetur procedere simpliciter ratio Sali.

Sed Federi. de Se. in consilio suo 272. format q. si statuto cauetur, quod nõ valeat promissio facta per filiumfa. sine cõsensu patris, etiam si fiat cum iuramẽto, cuius tenor describitur. & concludit in effectu, quòd si interueniat iuramẽtum, obligetur filiusfa. nõ obstãte statuto, mouetur etiam, quia iuramentum obliget etiam in casibus vbi uidetur quòd obligaret. & sic fortius obligauit hoc casu, argu. eorum quę habentur in ca. cum in cunctis. de elect. & auth. multomagis. C. de sacrosanct. ecclesi. nam iuramentum obligat in casu authẽ. sacramenta, & in casu d. c. cum contingat. & tamen cõstat

14 quòd † obligatio erat prohibita, ubi iuramentum non interueniebat, & sic multo fortius iuramẽtum debebat obligare, in

15 casu prędicto, q̃a filiifamil. † de iure cõmuni, obligari possunt sine consensu patris excepto Macedoniano, vt l. 2. §. filiusfam. ff. de actionibus. & obliga. & l. 1. §. j. ff. de polli.

16 Nec obst. si dicatur, q̃ non † debet filiusfam. obligari iuramẽto, sicut nec uoto, vt dicta l. 2. §. j. de polli. facit qd̃ not. Innocen. & Ioã. Andr. in c. scriptura. de uoto, quia respondit Fede. in suo cons. & hoc sequitur do. Anto. de Butr. in d. cap.

17 cum contingat. quòd non † valẽt illę leges in quãtum infringant uotum, per no. per gloss. in capit. similiter. 32. quæstio. 2. in glo. 1. & fi. Sed certè Innocen. videtur velle q̃ quando votum non tendit ad præiudicium patriæ potestatis, q̃ tunc possit facere votum, sine consensu patris, de quo tamẽ plenè not. in d. c. scriptura. & Ioan. And. ibidem. dicit tñ Fede. in d. consilio, q̃ quia debuit obedire statuto ex causa per superiorem, per id quod habetur 8. distinctio. ca. contra morem. & 9. quæst. in ca. qui resistit. tamẽ in obediens potius meretur prẽmiũ. facit, quod habetur in cap. eum qui. de prẽben. in 6. ideo dicit quòd poterit peti relaxatio iuramenti, seu ut cogatur ad re

laxandũ iuramentũ, cũm indebitè uidea
tur recepisse, recipiendo contra legem su
perioris cui debet obedire allegat quod
habetur in cap. debitores. de iureiur. nec
diceretur tunc uenire contra sacramen-
tum: quia imò potius fatetur se obligatũ
ad obseruantiam iuramenti; ille qui petit
illud sibi relaxari: & dicit quòd ad rela-
xandum poterit cogi, ille qui iuramen-
tum receperit per iudicem ecclesiasticũ
ratione peccati. & etiam per iudicem se-
cularem: cum ille recipiens sit laicus; &
de eius foro; facit c. cum sit generale. de
foro compe. & c. fi. eod. tit. in 6 & subdit,
q̃ si agatur in casu prædicto contra illũ,
qui præstet iuramentum, potes excipere
dicendo non potes me conuenire, uel
18 astringere; quia † possum petere, ut rela
xes iuramentum.

Facit quod habetur in l. Papinianus. §.
si filius. de inoffi. testamẽ. facit quòd no.
in c. pastoralis. circa fi. de causa posses. &
proprie. ubi glo. uult, q̃ licet per l. si quis
in tantam. C. unde ui. spoliãs aliquem de
bet perdere per sententiam ferendã, ius
quod habet in re: tamen si spoliatus agit
rei uendicatione, poterit petere spolia-
tus ante sententia, q̃ perdere debeat
ius quot habet, & sic eodẽ modo in pro-
posito, poterit opponi exceptio, de qua
supra, & sic patet Fede. uelle, quòd statu
tum non potest expressè prohibere iura-
mentum, quominus obliget, tamen bene
operatur prohibendo iuramentum, q̃ re
cipiens iuramentum, illicitè illud uidetur
recipere; & per consequens poterit cogi
ad relaxationem iuramenti; sed hæc opi-
nio uidetur rationabilis: sed infr. patebit,
an procedat.

Tenor consilij, de quo supra fit mẽtio,
est talis, Factum tale est, statuto ciuita-
tis Perusii cauetur, q̃ certa confessio,
seu promissio, facta à filiofamil. sine con-
sensu patris, non ualeat ipso iure, etiam
si iuramentum fuerit interpositum: ut fi
liusfamil. cõpromisit ex una parte in Ti-
tium arbitrum & arbitratorẽ: & promi-
sit seruare quicquid laudatum fuerit per
Titiũ sub certa pęna, & non uenire cõtra:
& insuper ad sancta Dei Euãgelia iurauit
nõ uenire contrà, arbiter laudauit uigo
re dicti compromissi, q̃ iste filiusfamilias
soluere debeat Sempronio, cum quo cõ
promiserat, centum: laudum petitur exe
cutioni mandari, contra dictum filiumfa
milias uigore statuti loquentis de execu-
tione instrumentorum, & laudorum, cõ
tra cuius executionẽ, opponitur pro pa
tre filij, quod compromissum non ualuit
ipso iure. & per consequens nec laudum
latum ex eo obstante dicto statuto: quod
supra. & c. contra quam oppositionem re
plicatũ, quòd dictum compromissum ua
leat uirtute iuramenti prestiti in dicto cõ
promisso. Cui replicationi respondetur,
quòd statutum annullat iuramentum, &
quòd respondetur, quòd statutum nõ po
tuit disponere, super iuramento, quod
est res spiritualis. modò quęritur uisis
premissis quid iuris, & nunquid dictum
compromissum ualeat uel nõ uigore di-
cti iuramenti: & esto, quòd iuramentum
prestitum, habeat obstare, & eo obstan-
te non possit proponi dicta exceptio, &
dare remedium cõtra dictum iuramen-
tum ex actum contra formã statuti, per
modum petitionis, uel alia uia: & si per
uiam petitionis, an coram iudice secula-
ri, uel ecclesiastico, super quibus no-
strum salubre consilium implorabatur
Super primo dico iuramentum esse obli
gatorium de iure communi ex parte iu-
19 rantis; nam est obligatorium † uti mi-
nus videbatur obligatorium, ut patet in
authen. sacramenta puberum. & in cap.
cum contingat. de iureiurando. & de pi-
gnorib. cap. significante in c. 2. de pactis.
in 6. ubi loquitur, in filia patrem non ha
bente. & de iureiurando. capitulo. & si
Christus.

Sed contra videtur, quòd filius non
20 † uidetur posse obedire voto sine consen
su & licentia patris, ut ff. de pollicitatio. l.
2 §. voto. & not. Innocen. in cap. scriptu-
ræ. de uoto. ergo loquitur de iurامento,
quòd plus operatur, quam simplex
promissio, & illi legi derogatum est, ut
not. 22. quæstione 2. mulier. in glo. pe-
nultima. & fina. tamen, quia iuramentũ
recipiens, fecit contra prohibitionem
statuti.



statuti ciuitatis ex causa facti, cui optem
perare debuit, & non contrauenire. 8.
distinctione. c. contra minorem. & 11. q.
3. ca: qui resistit. cum ex dicta transgres-
sione puniri deberet, non debet inde cõ
modum reportare. 16. quæstione. j. legi.
& de præbendis. cap. eum qui. in 6. Dico,
quòd potest compelli, ad relaxandum iu
ramentum: nec in hoc uenit iurãs, con-
tra iuramentum: imò petens relaxatio-
nem iuramenti fatetur se esse obligatũ
iuramento: sicut accidit in eo, qui iura-
uit soluere usuras, qui obligatur iuramẽ
to: & tamen potest petere relaxationem:
de iureiur. c. j. & c. debitores. sic ergo ibi
recipiens iuramẽtũ super re illicita, quo
ad se cogitur relaxare iuramentum: ita
hic iuramentum erat illicitum ex parte
recipientis, propter prohibitionem le-
gis municipalis, uel cui debuit obtempe
rare. facit quod not. Innocen. & Ioan.
Andr. post Vinc. in cap. cum cõtingat. de
iureiu. in glo. 2. super verbo, contrarieta-
tes. & credo, quòd ratione peccati, iu-
dex ecclesiasticus poterit facere dictam
compulsionem: & iudex seculari, quia
recipiens laicus est. Item uidetur, quòd
iurans conuentus possit dicere excipien-
do non debes audiri petens obseruan-
tiam iuramenti: quia ipsum iuramentũ
relaxare debes, & ipsum relaxari peto:
& ad hoc ff. de inoffi. testa. l. Papinianus.
§. si filius.

Ad hoc facit, quòd pœna l. si quis in
tantam. incurritur ipso iure: sed per sen-
tentiam exinde ex illa constitutione, ante
sententiam latam excipitur, si spoliator
agat: ut not. extra de causa poss. & pro-
prieta. ca. pastoralis. glo. penul. & fin. &
istud uidet mihi satis posse dici de iure:
arg. contra de iureiu. cap. debitores. unde
per eundem Fede. consi. Mlxxxv. cuius
tenor talis est, Quidã clericus traxit aliũ
clericum coram iudice seculari interdi-
cto unde ui, congregato, de causa tan-
dem clericus conuentus, fuit diffinitiuè
absolutus: nunc iste idem actor, trahit
illum eundem clericum super eodem in
terdicto unde ui, coram iudice ecclesia-
stico lite contestata, iste cõuentus ad sui
defensionem opponit, & opponẽdo arti-
cular quomodo alia uice super eodẽ pos-
sessorio fuit tractus coram iudice secula-
ri, & inuitus, & scienter, & fuit diffinitiuè
absolutus: & per consequens uidetur cõ
cludere, q̃ illa sententia absolutoria de-
beat seruari in fauorem tracti, & in odiũ
trahentis: & quòd ille trahens perdide-
rit ius suum, per id quòd legitur, & not.
in cap. si diligenti. de foro compe.

Modò quęritur an iste cõuentus de-
beat audiri cõtra istum agentem interdi
cto unde ui: uidetur q̃ nõ, quia priuile-
gium dicitur spoliati, uel qui spoliatum
se asserit, ut tales exceptiones sibi non op
ponantur: de ordi. cogn. c. 2. & fi. de rest.
spol. c. j. & in literis. & c. item cum quis.
cum sua materia. Item quia huiusmodi
exceptiones probatę non uidẽtur releua
re: nam posito, quòd aliquis trahat cleri
cum inuitum, & scienter coram uetito
examine, scilicet coram iudice seculari,
non perdit causam ipso iure, scilicet, per
sententiam: ut communiter tenent do-
ctor. ergo non potest excipi de illo iu-
re, quod nondum est natum, quia vi-
detur quòd iste trahens debeat priua-
ri iure suo, scilicet, nouo iudicio contra
eum instituendo. E contra uidetur
quòd iste tractus hodie haberet actio-
nem contra illum trahentem, ut perdat
ius suum: ergo habet exceptionem: quia
cui damus &c. de regu. iur. c. qui ad agen
dum. lib. 6. ad qd̃ facit quod no. ff. de in-
offi. testa. l. Papinianus. §. si filius. exhære
21 datus. & ibi gl. uide † quod no. Specul.
de compe. iudi. adi. §. 1. verficulo sed
quomodo.

Item si clericus inuitus trahitur ad iu
dicem secularem, & cõdemnetur, habea
tur pro absoluto in odiũ trahentis mul-
to ergo fortius quando absolutus est, ta-
lis absolutio debet rata haberi per iudi-
cem ecclesiasticum in odium trahentis.
facit quod no. de foro cõpe. c. si diligenti.
in gloss. quid si contra eos. Item non de-
bent esse melioris conditionis stulti quã
periti: de pręben. capit. cum qui. cum si.
lib. 6. sed certum est, quòd si iste actor
traxisset illum clericum in foro eccle-

ſiaſtico: & ille fuiſſet abſolutus, obſtaret ſibi exceptio rei iudicatæ, iterum ageret interdicto, unde ui: ergo multofortius in odium trahentis debet ſeruari ſententia abſolutoria.

Non obſt. quòd agenti poſſeſſorio nõ poteſt opponi exceptio, quod verum eſt quando exceptio tangens proprietatem nõ poteſt obiici, vel referri agenti poſſeſſorio, ſed exceptio quæ reſpicit poſſeſſorium bene põt opponi puta: poteſt opponi exceptio rei iudicatę ſuper poſſeſſorio: alias non eſſet litium finis. Item ꝓ ſponte renunciauit, dum poſsidebat: de reſti. ſpolia. c. 4. & not. eo tit. c. 2. in fi. primæ glo. Item, quòd uim ui repellere licet eo. tit. c. olim. lo j. Item ob pactũ de non agendo ſimiliter poſſeſſorio: quia debet intelligi no. Inno. & Hoſti. de ordi. cog. c. fin. in fi. ſic & in propoſito iſte reus nũc conuentus in foro eccleſię non obiicit aliquid quod ſapiat proprietatem: ſed ſapit poſſeſſorium, ſcilicet opponit, quòd iſte actor perdidit ius ſuum, quod habebat in eo quòd ſuper poſſeſſorio fuit tractus inuitus, & ſcienter coram iudice ſęculari, & fuit abſolutus, cõtra quam abſolutionem non põt opponere ex eo: quia dicat, quòd ſententia non valuerit: quia ſiue ualuerit, ſiue nõ: debet ſeruari in ſui odium: nec poteſt uenire cõtra: ſicut dicimus in ſimili caſu, de renunc. ca. quod in dubiis. & no. in c. ſi diligenti, in gl. ſupra alle. modò quæritur quid iuris: puto agenti exceptionẽ rei iudicatæ obſtare: & eidem replicationem nullitatis ſententiæ non competere: primò per l. Papinianus. in fin. ibi, cuius in agendo obſeruauit arbitrium &c. C. de ſent. & interlo. om. iudi. & accedat. ff. de nego. geſt. l: Pomponius ſcribit. circa princip. ibi, ſed reprobare non poſſum ſemel probatum.

Secundo quia dicta ſentẽtia eſt nulla ex parte conuenti & tracti ipſo uolente.
22 Nam ubi † dolus dat cauſam cõtractui, cõtractus eſt nullus ex parte decepti, volentis ipſo iure dicere nullũ, ſed ex parte illius doloſi tenet uolente decepto: ut probat ff. de dolo eleganter. in princ. ibi, non dicit nullam eſſe uenditionem, ſi in hoc vt ipſe uendens circũſcriptus eſt, ut in glo. ibi poſita. & accedat C. de prædiis mino. l. & ſi is.

Tertiò quia licet actor, qui reũ in uetito examine traxit, præpoſiti negocij actione mulctet, quod intellige ꝓ ſentẽtia: ut l. in criminali. cũ ſua gl. C. de iuriſ. om. iudi. tamẽ in modũ exceptionis ſatis probabiliter, ſi agat ea actione qua ꝑ ſententiam eſt priuandus, debet ab actione repelli: nã excipit cõuentus, rectè agere, ſi nõ contra te actio dari poſſet: ut ff. de contrata. l. ſi præteritus. in fi. ff. de inof. teſta. l. Papinianus. §. ſi filius præteritus.

Sequitur reſponſio domini Abbatis De Podio Boniti, diſcuſsis præmiſsis uidetur ꝓ per ea, quę ſupra allegantur, ꝓ ex prędicta ſententia abſolutoria procedat, & admitti debeat ſalua tamen ſubtiliori, & meliori intelligẽtia. Alius. legum doctor ad idem ſic dixit: & dico, quòd vigore eiuſdem iuris: cuius mihi non competit ius agendi, ſi contra me agatur cõpetit mihi ius excipiendi: quia ius fauet magis excipienti, quàm agenti. cum omnis exceptio ſit fundata ſuꝑ ęquitate. ff. doli excep. l. ęquitate. Et ꝑpter ea uidemus, quòd ſi poſſeſſorio contra me agat eiuſdem rei nomine non daretur actio, & tamen datur exceptio, & ne decipiat. prudenter reſpondetis argumentis in cõtrarium, quia eſt præ exiſtẽs materia, de qua exceptio poteſt habere ortum, ſcilicet uiolentia, ſiue protractio ad uetitum examen: tamen ſi quæretur à reſpondẽte ꝗ unde oriatur actio contra eum, qui traxit aliquem ad uetitum examen, poſt quàm declaratum eſt, per ſentẽtiam eũ cecidiſſe à iure ſuo, ſcio quòd diceret ꝓ oritur ex priſtina illicita protractione ſecuta ſentẽtia, ſicut dicimus ſecundum veram opi. ꝓ actio negotiorum geſtorũ in negocio, quod eſt meum per ratihabitionem naſcitur, ſecuta ratihabitione ex negocio nondum geſto, & non ex ratihabitione ſecuta, ſicut ſolet dici & notari in l. 3. §. hac actione. ff. de nego. geſt. Cũ ergo ſit pręexiſtẽs mataria, ſcilicet illicita protractio, quãuis nõ ſit ſufficiens ad producendum actionem niſi ſecuta ſententia, eſſet ſufficiens ad producendũ exceptionem, vt in præall. l. in primo arg.



Sed dico ꝓ lex, fillio. de inoffi. teſ. dicit ꝓ ſi filius exhæredatus à matre egit contra fratrẽ matris de inofficioſo, & obtinuit ꝓ filia quæ erat ſimpliciter exhęredata, nõ admittitur ad hęreditatẽ cũ fratre, niſi demũ intentata querela, q̃ querela eſt obſtaculũ, quę non facit eã ad hęreditatem admitti niſi eã probata. & ita dicit lex, ex facto. §. fin. ff. de uulga. & pupil. & non intelligit leges illas reſpondens non eſt culpa mea illud, ad qd̃ reſpondetur, quòd querela & petitio hę
23 redatis † poſſunt eodem libello proponi: vt no. in l. qui de inofficioſo. & ſimiliter. C. de locato. l. conductores. facit pro me, ſicut dixi in allegationibus meis; q̃ a nemo ſine actione experit. l. quoties. §. ſi temporali. ff. de adminiſt. tuto. l. ſi pupilli. §. videamus. de nego. geſt. Si ergo proponuntur eodem libello, ergo ius ꝑponẽdi cõpetebat. Si ergo erat aliquod fundamentum iuris, quod pariebat qualitercunque ius agendi, multofortius pariet ius excipiendi; ut in §. cui damus. & in §. quod ait.

Nec obſtat reſpõſio, quę ſit ꝓ actio ſiue exceptio, quæ competit contra trahentem ad uetitum examen, dependet à caſu ferendæ ſentẽtię, quia talis reſponſio facit contra illas præcedentes allegatione quibus dixit querelam & hęreditatis petionem poſſe ſimul intentari: nam
24 † petitio hęreditatis pendet ex euentu querelę, quod patet, quia ſublata querela per primam, peruenitur ad hæreditatis petitionem. & propterea petitio eſt ſublata, per l. ſancimus §. fina. C. de inofficioſo teſtamẽto. & per not. per Dy. in c. indultum. in fi. alleg. c. qui ad agendũ. de regulis iuris in 6. cum ſequenti. ſecundùm quod concludunt ſua argumenta. Sed ad declarationem omnium, aut cõpetit ius & cauſa agendi, & tunc actio competit, & exceptio ſuo loco. tunc nõ eſt dubium aut nõ competit ius nec cauſa & tunc nec actio, nec exceptio competit: & ita loquuntur iura, & rationes reſpondentes. uerbi gratia: nunquam traxi te ad uetitum examen: certè contra me non competit tibi actio nec exceptio. Sed ponamus quòd traxi, ſed nõ eſt lata ſententia adhuc, certè competit tibi ius agendi ratione præexiſtentis materię, quamuis non competat actio. exem-
25 plum, † pignoratitia non competit niſi ſoluta pecunia: ut l. ſi rem. §. omnes. ff. de pignora. actio. non quid ante ſolutam uigore præcedentis contractus competat ius agendi? certè ſic: ut l. ſi rem. §. fi. & ſic ſoluitur contrarium de l. non poteſt uideri in iudicium. ff. de iudiciis, & ubi quis agere, uel conue. debeat. ut not. per Dyn. inſtitutioni. de actionib. in principio. & ſic in caſu noſtro pręexiſtẽs materia ſiue delictum: ex quo ſecuta ſententia agitur, eſt illicita tractio ad uetitum examen, ſicut in querela ipſa e xhæredatio, & in contratabulis ipſa petitio, ita quòd non eſt dare differentia: quia non poſſum proponere ſimul conditionem ex canone, ſi diligenti & rei uendicationem, ſicut querelam, & petititionem hęreditatis.

Vltimò in hoc totus mundus non poſſet reſpondere, ſicut exhęredato competit querela de pręſenti, & de pręterito contra tabulas de pręſenti: ſi competit de pręſenti tracto ad uetitum examen conditio ex canone, ſi diligenti. & ex l. in criminali. Nullus ergo ſanæ mẽtis poſſet dicere: quia talis conditio competẽs de præſenti tracto ad uetitũ examen, nõ poſſit opponere in modũ exceptionis: argumẽ. d. §. ſi filius. & dictę l. ſi præteritus. Item non obſtat, quod vltimò allegatur per dominum Iacobũ, quòd agenti poſſeſſorio non poteſt referri quæſtio proprietatis: fateor hic, ſed in caſu noſtro Bertus nõ opponit contra Fatinum agentem poſſeſſorio exceptionem, quæ tangit proprietatem: ſed opponi, quòd dictus Fatinus perdidit ius ſuum, quod habebat ſuper poſſeſſorio: nam ſuper poſſeſſorio fuit tractus dictus Bertus coram capitaneo populi ſuper poſſeſſorio: nunc trahit eum coram auditore. &

in hac opinio.est dominus Cancellarius. scilicet quòd tractus ad uetitum examen etiam ante sententiam latam possit contra trahentem opponere exceptionem, si conueniatur. Federic. de Senis.

Redeamus nunc ad materiam nostrã primam, & in ea d.Pet.de Ancha.in regula, quę fiunt à iudice.de reg.iur.q.4. & in repet.c.1.de const.in 6.in 3.&11. q.in uersic. item si statutum & etiam circa fi.ipsius q. & in omnibus aliis locis uidetur sequi Bal. & dicit in dictis locis, ꝙ iuramentum nedum est de foro ecclesiastico, sed etiam est de foro ciuili ex his, quæ habentur in c.fi. de fo.compe.in 6. ubi dicitur, ꝙ leges possunt disponere super iuramento, unde quando in certis casibus reprobant iuramenta:& quando que remittunt. allegat quod habetur in l. adigere. §.quamuis.de iurepatro. ubi glo. notabiliter dicit, quòd lex ciuili habet uim Apostolici:hoc est Papę in remissione iuramenti & in effectu.idẽ Pet. ponit uerba,quæ ponit Bald..in l.nec patronus. C.de ope.lib. & ponit etiam dictum Bal. circa notabilia in l.pactum.C.
26 de collat.& cõcludit, † quòd leges & statutum possunt disponere super iuramẽtis subditorum.& per consequẽs iudices, ut legum ministri sunt in his iudices cõpetentes,ad quorum officia spectat leges tueri.l.2. §.& post originem. de origi. iur.sicut ad officium prælatorum spectat canonicas sanctiones tueri:ut in cap.fin. cũ ibi notatis.de offic.Archid.in nouela. & sic residet in dicta regula,quę à iudice.

In repetitione uerò d.c.1.de consti.in 6.in 4.quæst.remouet dubium, an leges super iuramento possint principaliter disponere?& dubium facit,quòd iuramenta principaliter contemnunt reuerenti-
27 am,& religionem diuini cultus,& † trãsgressio inducit mortale peccatum,ut in ca.& si Christus.de iureiur.concludens, quòd principaliter, & incidenter iudex laicus potest cognoscere de quæstione iuramenti,per id quod no.Ioan.And. in c.fi. de foro cõpeten. in 6.Sed an possit reprobare, uel remittere iuramentũ, uel impedire obligationem ex iuramento natam, cum iuramentũ obliget Deo: facit,quod habetur in alleg.c.& si Christus.& in c.debitores.nam uidetur,quòd hęc obligatio non posset impediri per legem humanã, sicut nec impediri potest obligatio naturalis. institu. de iure natu. § sed nec naturalia.

Finaliter tamẽ tenet contrarium:quia
28 lex reprobat †iuramentum in multis casibus.ut d.l.nõ dubium. C.de leg.&d.l.si quis inquilinos.§.fi.de lega.j.& d.l.adigere.& l.quæ sub conditione.§.fi.de condi. instit.& l.fi.qui satisda.cog.& fi. ad muni.& ideo secundùm eum colligitur ex not.in l.cum lex.ff.de fideiuf.& finaliter dicit,quòd potest etiam remittere iuramentum : & in hoc etiam obtinet uim Apostolici, per not.in d.l.nec patronus. fatentur tamen, ꝙ in certis dispositionibus initis contra legem iuramentũ inter positũ tantũ operatur,quòd ualet dispositio : ut plenè not.per Barto.in l. si quis pro.eo ff. de fideiuf.in quib. casibus lex succũbit canoni,etiam in foro seculari:& hoc propter periculum animę:ut in ca.licet.de iureiuran.in 6.& in cap. cum contingat.eo.titu.& sic residet in d.quæst.4. in uersicu.item si statutũ impugnat opinio.Bart.in l. omnes populi.alleg.inquãtum dicit,quòd litera in d.l. omnes populi.dirigit hanc cõsiderationem:quia fictio seu pręsumptio statuti non liberat à peccato:subdit tamen quòd ibi Bal.tenet ꝙ statutum ualet reprobans iuramentũ in certo casu,ex eo quia ius ciuile potest ex iusta causa iuramentũ reprobare:& lex in hoc obtinet uim Apostolici, ut in ea regula, quæ fiunt à iudice.circa fi.in x. quæst.reuocat in dubium; an per statutum possit reuocari, & derogare iuri canonico, quo cauetur omne iudicium, quod nõ uergit in dispendiũ salutis eternę,fore seruandũ.Exmplum,si statutum reprobat contractum minoris uel mulieris etiam iuramento uallatũ, nisi interueniat decretũ iudicis uel duorũ consanguineorum:& in effectu arguit quòd non:ꝙ rationes quas tangit Bald.in authen.sacramenta. de quibus suprà est dictum.

Et



Et finaliter concludit, quòd si statutũ haberet rationẽ annexam: puta propter multas deceptiones, quas patiuntur minores,& mulieres. tunc tale statutum ualeat: quia ipsum statutum habet naturalem rationem, & æquitatem : & sic uidetur,quòd non posit dici contra iura;fatetur tamen quòd in multis ciuitatibus statuta fingant in suis cõtractibus minores, & mulieres uideri,& fingi dolo,& metu inductos, si sine solennitate cõtrahatur,
29 quòd uidetur posse esse;nam † statutum potest inducere fictione ; ut uoluit Bal. in d.auth.sacramenta.& plenius Bar.in l. cùm lex.& in d.l.si quis pro eo.sed certè quo ad hoc expressius dicit.in d.l.omnes populi.in 3.q.1.& sic residet.sed si põderes uerba Bal.in eo,quod dicit in d.auth. sacramenta.in quantum approbat fictionem uel præsumptionem statuti, quam etiam Sali uidetur approbare, & etiam Pet.in loco alleg.uidetur ipse Bal.sibiipsi cõtrariari in eo quod dicit in l.omnes populi ubi uidetur approbare has fictiones & præsumptiones, reprobando doctrinam & practicam Bart.ibi, sed quid hoc tenendum, patebit ex infra dicendis. & per prædicta uidetur dominus Pet.fuisse secutus Bal.

Et Ioan.And.tetigit de hac materia in addi.Spec.in ti.de sentẽ.prola.§.ut autẽ. uer.hoc autem.not.post Nico.de Matta. & Iaco. de Bel.uidetur transire cum eis, quòd si statutum prohibeat contractum sine certa solennitate contrahi, etiam si iuramentum interueniat non obligabit, per id quòd habetur in l. si quis inquilinos.de lega.1.& quia iuramentum nõ uidetur esse contra bonos mores, per id quod habetur in l.fi.C.ad Macedo. Sed in minore,quòd ualebit contractus, si interueniat iuramentũ, per id quod habetur in authen.sacramenta. & sic residet ibi Ioan. And. qui etiam tetigit de materia;qui etiam Io. And. in uersi.hoc autem non tangit.

Quid autẽ si statuto cauetur quòd si filiusfa. non possit obligari sine expressa licencia curatoris sui,uel duorum consanguineorum,uel proximorum,& quòd cõtractus aliter factus non teneat nec ualeat:an si postea contraxit filius sine licentia patris; uel adultus sine licentia curatoris sui, & iurauerit cõtractum suum seruare,an tunc iuramentum obligabit? & dicit post Iac.de Bel.in sua q.quæ incipit, Lege Perusina. ꝙ contractus factus per filiumfa.non ualebit nec obligabit iuramentum,ex eo, quia principale nõ regulat à suo accessorio.l.si in pupillari. ff. de uulga. & pupillar. & quia tale iuramentum uidetur contra bonos mores,per id quod habetur in l.j. ff.ad Macedo.& institu.quod cũ eo. vbi dicitur, quòd filiifa.ex hoc in fidiatur uitæ parentum,& sic pręstatur materia peccati in aliis moribus;ideo iuramentũ non uidetur esse obligatorium per regulam, non
30 est obligatorium.de regu.iur. in 6. † In adulto autem dicit, ꝙ aut quæritur de iure ciuili,& tunc iuramentum non obligabit si non interueniat,solennitas.l. nõ dubium.C de legi.

Nec obstat d.auth.sacramenta. quia secundùm eum ibi loquitur quãdo iuramentum interponitur super contractu, qui solùm erat prohibitus de iure cõmuni; sed in casu nostro etiam erat prohibitio statuaria,ideo tunc non habet locum d.auth.sed quo ad effectum uidetur, ꝙ statutum legi deroget. Si autem quęritur de iure canonico, tunc dictum iuramentum obligabit, in quo contractus erat prohibitus fauore personæ, & iuramentum potest seruari sine interitu salutis eternę. pro hoc etiam cap. cum contingat.de iureiuran.& sic ibi residet do. Anto.de But.in c.cum cõtingat dicit nõ esse differentiam,an filiusfa.cõtrahat sine solennitate statuti,an adultus, utrobique enim dicit iuramentũ obligare,quia statutum uidetur factum in fauorẽ adulti & filiifa.ideo potest ei renunciari cum iuramento,non tamen aliter.Respondit rationi Iacob.de Bel. In articulo autem de quo principaliter quæritur,an statutum possit annullari uel prohiberi iuramentum.

Anto.de But.in d.c.cum contingat.te
31 net ꝙ non, quia † prohibere iuramentum

tum non pertinet ad iudices seculares: nec ad legem ciuilem. alleg. no. par Ioan. And. post Hostien. in c. quemadmodũ. in gloss. super uer. uel rasum de iureiur. & quod no. Fede. in suo consi. 272. Item pro hoc allegat, quia talia iuramẽta, quæ principaliter dirigũtur in Deum, nõ sunt subiecta legi præcipuè ciuili. alle. de reg. c. licet. alleg. etiam simile quod diximus de spiritualibus, & ad pias causas, quę nõ videntur subiici legi ciuili, p no. maximè per Bar. in l. j. C. de sacrosan. eccl. & qd no. in c. cùm omnes. & in c. relatũ de testib. & idem puto si iuramento daretur aliqua solennitas à statuto, quia talibus non potest lex ciuilis super addere solennitatẽ, in quãtum obligatio dirigitur in Deũ: sicut dicimus in dispositionibus ad pias causas, secundùm quod notat Inn. in locis præalleg. idem dicit si statutum annullaret instrumẽta, uel fraudem pręstimeret alia non apparente causa pręsumendi, uel si apponeret pœnas uenientibus ad contractum etiam iuratum, qa omnia talia nõ possunt fingi ad excludẽdam obligationem iuramentalem, per uiam indirectam, ubi directè fieri non potest, cõtra id quod habetur in regula, cùm qd una uia. de reg. iur. in 6. de priuile. cap. quanto. & per hoc dicit, quòd licet statutum dicat, quòd non ualeat promissio facta per filiumfa. sine licentia patris, etiam si fuerit iurata, nec contractus cum minore, vel muliere sine consensu duorum consanguineorum, etiam cum iuramento, nihilominus prędicti contrahentes cum iuramento, licet non seruata solennitate obligabuntur p iuramentum.

Nõ obst. ei, quod dixi de filiofa. quod habet in l. 2. ff. de polli. ubi filiusfa. quod non obligabitur ex uoto sine licentia patris: & sic uidetur quòd nõ obligetur ex iuramẽto: nam videtur parificari in c. & si Christus. de iureiu. nam respõdit post Federi. in consilio suo 288. valent leges in quantum infringunt uotum: uno gloss. quam reputo singularem in c. mulier. 32. quæstio. 2. in gloss. 1. in fin. Sed aduerte licet domi. An. & Fed. sic simpliciter dicant, tamen Innocen. aliter uidetur respondere in c. scripturæ: de uoto. nã votũ religionis possit filiusfa. adultus sine licentia patris facere. 20. quęst. 2. cap. 1. & 2. dicit Innocen. quòd uotũ absentiæ uel peregrinationis non posset filiusfami. sine licentia patris expressa, uel tacita facere, cõsentire enim videtur pater si scit, & non cõtradicit, ut ibi no. per eum. & idem etiam videtur sentire de alio uoto, propter patriã potestatem: & dicit q̃ non peccat pater contradicens, nec filius pręceptum patris nõ obseruãs, lex enim & patria potestas. eos excusat, cùm hoc fiat authoritate canonis, potest allegari 33. quæstio. 3. qui peccat. & sic videtur residere Hostien. & Ioann. And. in d. cap. scripturę. non tangit aliquid de iuramento. Sed posset dici quòd si iuramentum concernit reuerentiam Dei: tũc videtur idem quòd in uoto: quia eadem ratio est, per consequens idem ius videtur dicendum in cap. translato. de cõstitu. Si aum iuramentum respiceret utilitatem priuatam, ut quia iurasset dare aliquid alicui, si est filiusfa. potest obligare sine consensu patris per alium contractũ pterquã in mutuo. l. filiusfa. ff. de actio. & obligatio. videtur quòd eadem ratione, posset se obligare per iuramentum: imò fortius cùm sit maior authoritas. & sic hoc casu iuramentum non æquiparatur uoto.

Item attende, quòd dicit Innocen. in d. ca. scripturę quòd filiusfa. durante patria potestate non tenetur ad obseruantiam uoti, vbi pater contradixisset: tamẽ si efficiatur sui iuris debebit illud implere, quia sicut per delictũ potest obligari Demoni, ut in c. j. & 2. de delictis pue. ita debet posse obligari Deo, licet durante patria potestate fuerit excusatus patre contradicente alio uoto quàm religionis. Item aduerte, quia licet do. Anto. pertranseat cũ Innocen. & Ioan. Andr. in dicto capitu scripturæ. tamen uidetur dicendum, quòd ubi per uotum non impediretur ius patrię potestatis, quòd tũc tenet, per no. per Hostien. in summa de uoto. §. ij.

Quid



Quid autem si omni die suouisset septem Psalmos pœnitentiales, nõ videtur quòd tale uotũ præiudicet patriæ. potestati & ideo videtur quòd possit valere, ex quo cessat præiudiciũ patriæ potestatis: argumen. c. cùm cessante. de appella. & idem in similibus, & tene mentiprædicta: quia quotidiana. Nec obstat
32 prædictis si dicatur, quòd legis† resistentia impedit naturalem obligationem. l. cùm lex. ff. de fideiusso. & l. si non sortẽ. de condictio. indebi. & sic pari ratione iuramentum videtur impediri, cùm canon dicat inter iuramentũ, & simplicẽ loquelam non faciendam differentiam. 22. quæstio. j. iurante. quia illud non potest esse uerum, quando prohibitio legis est consonans iuri diuino: vt si statutum vel lex prohibet usuram, aliàs videtur, secus secundùm Anto. de But. vel posset dici secundùm eum, quòd licet statutum possit infringere naturalem obligationem in quantum ex contractu haberet oriri: & etiam iuramentum quò ad secundariam obligationem, quæ dirigitur ad partem: ad cuius commodum tenderet obligatio possit etiam impediri. facit quod habetur secundùm eum allega. c. debitores. & in hoc possunt dici esse paria simplex loquela, & iuramentum, loquendo de secundaria obligatione quærenda patri ex iuramento, & sic utrunq; possit prohibere statutum: nõ tamẽ potest prohibere statutum obligationem, quæ oritur ex iuramento, per quam obligatur Deo. & sic remanet uirtus iuramẽti saltem propter obligationẽ, q̃ in Deũ dirigitur. unde concludit quòd isto casu iuramentum obligabit, sed non cõfirmabit contractum, ex eo nihil posset petere, & sic uult do. Anto. quòd ubi statutũ dirigit prohibitionem ad personã, non valet actus, nec obligatur prohibitus ex contractu, nec etiam ex iuramento secundariæ oligationis quærendæ parti: sed solùm obligatur obseruantiam iuramẽti per allegationẽ, quæ principaliter acquiritur Deo, & in Deũ dirigitur. & not. q̃ hęc distinctio de obligatione principali, & secundaria videtur tenere quòd ex iuramento oriatur obligatio, & actio secundum canones: sed tenendo quòd solùm oriatur officium iudicis, non videtur procedere quòd iudicis officium præsupponat obligationem. l. qui per collusionem. §. j. de actione empti.

Quis autem erit effectus validationis iuramenti in casu prædicto, ex quo non oritur obligatio secundaria parti? dic quòd effectus erit quòd poterit cogi ad obseruantiam iuramenti per uiam denũciationis, vel officio iudicis, vel alijs remediis, quibus cogitur iurans ad soluendas usuras, de quibus in capitu. debitores. de iureiurando. An autẽ in casibus prædictis iurans habeat aliquod remedium contra iuramentum, vbi non est turpitudo ex parte illius: cui soluitur, nõ datur repetitio, & ideo non impletur obligatio iuramẽti momento: quia tenetur Deo ad obseruantiam iuramẽti, & momentaneum implementum nõ suffi-
32 cit† nisi arguatur turpitudo in decipiẽdo: vt d. c. debitores. uel nisi ex hoc melius bonũ impediatur per id quod habet in c. cõmissum. de spon. Nec obstat si dicitur q̃ debet posse repetere saltem condictione sine causa: cùm sine causa videat esse penes eũ, cui facta est solutio, ex quo non oritur obligatio ex cõtractu nec etiã ex iuramento, quo ad secundã eius obligationẽ, quæ tẽdit ad cõmodum partis: quia respondit q̃ nõ est sine causa apud recipientẽ ex eo, quia tenetur Deo: quia obligatus erat soluens Deo ad dandum seu trahendum ipsi recipienti: & sic non debet poste repetere, quia inquãtum ad ipsum iurantem videtur licitè tenere, cũ nõ debeat repetere obstãte iuramẽto & non impletur obligatio hoc casu, momentaneo implemento. Item etiam nõ obstat si dicas, q̃ hæredes iurantis poterunt repetere, quia ipsi non iurauerunt, & iuramentum defuncti nõ videtur eos ligare, quia est personale, ex parte præstantis, ut no. per Inno. in c. veritatis. de iureiur. & ibi per Ioan. And.

Item ubi prohibitio dirigitur in rẽ fauore personæ, ut quia prohibet cõtractũ

uel

uel alienationem rei minoris, vel dotalis fundi, tunc dicit do. Anto. de Butro. q.
34 †annullatur contractus, & obligatio ex ui legis uel statuti: sed si iuramentũ fuerit interpositum, obligabit iurantem. An autem firmet contractum, refert opin. Barto. qui tenuit, quòd sic per authen. sacramenta. & illam etiam multi tenuerũt & etiam eam sequitur Angel. in si quis
35 pro eo. de fideius. ff. & licet iura †canonica simpliciter innuãt seruari iuramentũ: vt in cap. cùm contingat. de iureiu. & c. 2. eod. titu. in 6. tamen debet intelligi, q contractus validetur per iuramentum: quia si iuramentum firmaret contractũ, videretur, q solutum posset repeti, & sequebantur inde multæ absurditates, quas do. Anto. tangit in d. cap. cùm contingat. & Ioan. Cald. & quòd contractus firmetur iuramento, tenet Feder. in suo consi. 282. per c. cum contingat. & auth. sacramenta.

Sed Anto. de Butrio. in d. ca. cùm cõtingat. tenet contra dicens, quòd non firmetur iuramento contractus, nam licet lex ciuilis posit prohibere contractum, & impedirem omnẽ obligationẽ. l. si nõ sortem. in princ. ff. de condi. indeb. & iõ cum lex canonica non dicit contractum firmari iuramento, sed solùm dicit iuramentum fore seruandum, dicit quòd nil est, quòd constringat dicere, quòd contractus validetur iuramento, & tamen concludit, q in hoc casu, ex quo lex non resistit personæ, licet prohibeat contractum uel alienationem ex iuramento oritur obligatio, nedum respectu obligationis, quę dirigitur in partẽ, ex quo nõ est in recipientẽ aliqua turpitudo, quæ dicit etiam procedere, si iuramentum addat solennitatem contractui, & annullet contractum cessante solennitate, licet Fed. in suo consi. 282. mihi est 271. cuius tenor infrà describitur, aliter sensit, quia ut dixi, lex ciuilis potest prohibere & impedire omnem obligationem; ut in d. l. si non sortẽ. & prædicta dicit do. Anto. procedere etiam si statutum dicat, q non ualeat contractus promissionis uel iuramẽtum, qui fiunt per filiumfa. absq; consensu patris vel cõsanguineorũ. Lex enim ciuilis, secundùm eũ, non potest ad nullare iuramentum, & ex hoc fit phibitio respectu & fauore personę uidetur cessare turpitudo in extrahendo, si alia non appareat deceptio; licet fiat contra legem ciuilem, non fit contra legem Dei, in quantum in dicto casu reperitur iuramentum, & ideo ex iuramento oritur obligatio licet annullabitur ex turpitudine, quia lex Dei non habetur pro turpi quominus in casu prædicto seruer iuramentum parti, licet lex ciuilis aliud uelit.

Et nota secundùm d. An. q est differentia, an lex uel statutum dirigat prohibitionẽ ad personã, an ad rem, licet utroque casu secundùm eum actus nõ firmetur iuramento, sed tenetur iurans ad obseruantiam iuramenti; nam vbi dirigit
36 prohibitio †ad personã, nõ oritur ex iuramento obligatio secundaria, quæ dirigitur in partem.

Nec obstat secundùm eum si dicatur q non videtur referre, an lex uel statutum prohibeat contractum, uel alienationem, & sic in rem disponat, an verò prohibeat personam, quia prohibendo contractum, vel alienationem, videtur etiam prohibere personas contrahentiũ, quia respondit, q illud est verum solùm propter fauorem personę, quem attẽdit lex ciuilis non propter peccatum inducendum, quod magis attẽdit lex canonica, quæ magis considerat bonũ animæ quàm corporis, vt dicit glos. nã quis potius mala tẽporalia pati debet, quàm agere aliud cum animę detrimento, ut cap. satiss. quod metus causa. & per hoc patet. ut dixi suprà. q quãdo prohibitio dirigitur ad rem, nedum habebit locum uia denunciationis, uel officium iudicis pro obseruantia iuramenti, sed etiam poterit agi ex ipso iuramento propter obligationem secundariã ipsi parti quęsitã nec poterit peti relaxatio iuramenti, ex quo nihil turpe continet, etiam si statutũ prohibuerit iuramentum; & sic nõ erit aliquod remedium cõtra iuramentum, nisi aliqua arguatur deceptio in contractu tunc



ctu: tunc dic, quòd iurans haberet remedium. si deceptio erat enormis, per ea quæ habentur in cap. Quintauallis. de iureiurand. & quod habetur secundum eũ in ca. ueniens in glos. fin. cum ibi allega. Item quia in enormi læsione præsumitur dolus, & censetur idem esse: sic præsupponit l. omnes. §. Lucius. ff. quę in fraud. credi. & l. qui testamentum. cum ibi nota. ff. de proba. unde tunc adesset turpitudo ex parte eius, cum quo contrahitur, & cui præstatur iuramentum: ideo tunc haberet remedia, de quibus in allegato cap. debitores. Vnde etiam si quis mutuaret parato ad ludum, uel corrupto notoriè in actu ludendi, uel in uoluptatibus mulierum: quia tunc bene essent remedia aduersus iuramenta prædita: quia satis iudetur adesse turpitudo uel fraus præsumpta ex parte recipientis, ubi hoc constaret ex euidentia facti: uel quia notoriè esset prodigus: uel ei ut prodigo fuisset interdictum: quia tunc aliqualis est turpitudo ex parte contrahentis, qui dat materiã iuueni consumpturo, ut primum matrimonium consumat & lex
37 in causa † legitima in tali præsumit fraudem. ff. pro emptore. l. si quis cum sciret. & ff. de minor. l. quòd si minor. §. fin. & l. si uerò non remunerandi. §. adolescens. ff. mandati & ff. quarum rerum actio non dat. sed aliàs non putat sufficere, si statutum præsumat dolum, deceptionem, uel fraudem, uel metum ad finem euertendi iuramentum, nisi statutũ habeat aliam causam promptã, propter quam præsumi posset, aliàs aperta esset lex ciuilis de facili ad prohibenda iuramenta indirectè, quod non est concedendum, secundum ea quæ superius dicta sunt.

Et ista in effectu sunt dicta domini Anto. licet per alium ordinem, & magis confusè dicat, unde est aduertendũ primò in quantum facit differentiã, an prohibitio dirigatur in personam, uel in rem, primo casu impediatur obligatio secundaria, & iuramento ex secundo. Nam hæc differentia non uidetur uera etiam sua opinio. supposita, q ex quo secundũ eum quando præceptum fit fauore personæ, sapit naturam consilij, unde uidetur quòd tunc posit prohibitus & iurans renuntiare suo fauori. & per consequens ex iuramento debet etiam oriri obligatio secundaria quærenda parti, sicut & quando dirigitur prohibitio in rem, quia uidetur eadem ratio utrobique, ex quo præceptum, uel prohibitio respicit fauorem personæ, & sic utrobique uidetur posse renunciari, & obligare iurantem pariformiter, argum. eorum quæ not. in c. translatio. de consti. & ff. ad legem Aquil. l. illud.

Item aduerte secundo in quantũ non distinguit filiumfa. ab adulto, nam contra eum facit, quia in adulto seu minore prohibitio uidetur fieri fauore ipsius minoris, sed in filiofa. non videtur fieri simpliciter in ipsius fauore, immo etiam propter fauorem patris, ut l. fi. §. filiis. & §. sequẽ. de bon. quæ li. uel odio creditoris, p l. j. ff. ad Macedon. & insti. quod cum eo. §. 2. Vnde aduertendum dicit, q in filiofa. qui prohibetur obligari per statutum sine consensu patris, & postea se obliget cum iuramento, quid iuris? reperio triplicem. opi etiam si statutum non dirigat sua uerba ad personam, sed in rem, an ualeat promissio facta uel obligatio per filiamfa. sine consensu patris, nam fuit una opinio. Iacob. de Bel. recitata per Ioan. Andr. in addi. Specu. in loco prę alleg. quòd ubi concluditur quòd non obligetur etiam de iure canonico, licet iurauerit per rationes, quas tangit ibi Ioan. And.

Alia fuit opi. Bartol. in d. l. si quis pro eo. quæ videtur velle quòd si prohibitio dirigatur ad personas, nõ obligat iuramẽtum etiam de iure canonico per rationẽ quæ ibi ponitur, quia ueniendo tunc contra pręceptum superioris uidetur peccare mortaliter, ut suprà est tactum, quãdo statutum expressè nõ prohibet iuramentum. Si autẽ prohibitio dirigatur in iurãtẽ, si tamẽ uidetur prohiberi odio creditoris, tũc posset peti absoluto, p id quod habetur in c. debitores. de iureiur. & hoc etiam tenet Fede. quãdo statutum dicit, quòd

quòd non ualeat obligatio filiifam. sine consensu patris etiam in iuramẽto, in cõsilio, de quo suprà feci mentionem. Tertia opi. fuit, quam sequitur d. Ant. de But. quòd si interueniat iuramẽtum, siue diri gatur prohibitio in rem, siue in personã efficaciter obligabitur, ex iuramẽto, nec potest peti absolutio: licet quò ad obligationem secundariam facit differentiam, an prohibitio dirigatur in personã, an in rẽ: & motiuum quare potest obligari est: quia concernit fauorẽ suũ: sed certè ista ratio non uidetur bona, quia etiã uidetur respicere fauorẽ patris: ut d. §. filijs authẽ. & etiam odium creditoris, per ea quę habentur in l. j. ff. ad Maced. vnde videtur dicendum ꝙ ideo iuramentum obligat ipsum filiumfa. quòd potest seruari sine interitu salutis æternæ.

Sed tunc est dubium, an potest peti absolutio. Nec obst. quod habetur in c. debitores. quia in casu isto videtur recipiens turpiter recipere: cùm recipiat contra dispositionem iuris diuini prohibentis usuras: ut in c. j. & quasi in oibus, de usuris. & pro hoc facit, quia licet cõtractus mutui sit prohibitus odio creditoris, quãdo fit cum filofa. tamen. si soluatur creditori, licitè recipitur nec potest repeti. l. qui exceptionẽ. ff. de cond. indeb. ergo uidetur ꝙ filiusfam. in cõtractu mutui obligetur per iuramentũ, & potest cogi ad obseruãtiam iuramenti, nec etiam potest repeti, si soluatur. Bartol. aliter sensit in allegata l. si quis pro eo. non enim video quid repugnet quin efficaciter debet tunc filiusfam. iuramentum seruare, ex quo potest seruari. sine interitu salutis æternæ: & etiam recipiens videtur sibi debitum recipere.

Nec obst. quod habetur in d. l. si. §. filijs autem. quia ibi loquitur qñ filiusfa. alienat rem, in qua habebat pater vsumfructum: hic autem, qñ se obligabat, nec alienabat rem spectãtem ad patrem: vel in qua pater nullũ habebat usumfructũ. Itẽ nõ obstat ratio Ia. de Belui. in quantũ dicit, ꝙ iuramentũ videtur esse cõtra bonos mores, p l. j. ff. ad Maced. quia potest dici primò, quòd lex illa loquitur in mutuo, non autem loquitur in alijs casibus ut ibi patet. Potest etiam dici, quòd licet occasionaliter quandoque filiusfa. infidietur uitæ parentum, tamen ex quo illud de quo seu; super quo iuratur est licitum, non debet attendi talis occasio, ad inualidandum iuramentum, per id quod no. in cap. si uerò. de iuramen. & ꝑ hoc etiam: quia reperitur à iure canonico reprobatum tale iuramẽtum. Secũdò debet obligare, ex quo potest sine interitu salutis æternę seruari. facit quòd habetur in c. si diligenti. circa fin. de foro cõpet. & sic uidetur quod opi. do. Anto. posit sustentari, per ea quæ habentur in c. iuuenis. de spon.

Et pro prędicta opinio facit quod aut consideramus alios casus, quàm mutui, & tunc certum est, quòd de iure cõmuni potest obligari, & obligatur. l. si filiusfa. ff. de actio. & oblig licet ergo per statutum prohibeatur filiusfamil. contrahere sine consensu patris, videtur quòd si interueniat iuramẽtum, debeat efficaciter obligari. & per hoc uidetur reditri ad dispositionẽ iuris cõmunis, qua ut ꝑdixi filiusfa. etiã sine consensu patris obligatur, in alio cõtractu, quàm mutui: & sic uidetur, ꝙ omnino per iuramentũ reditt ad naturã suã, ꝙ de facili iura permittũt: ut l. si vnus. §. pactus. ff. de pactis. uersi. quod in specie. & sic non põt dici, quòd iuramẽtum hoc casu aliquam turpitudinem contineat: ex quo tendit ad obligationem, ex qua de iure cõmuni filiusfa. obligaretur: aut consideramus contractum mutui, & adhuc videtur ẽt ꝙ ex iuramento filiusfamil. obligetur non obstante statuto: quia certum est quòd antequam esset senatusconsultum Macedonianum, filiusfa. obligabatur ex mutuo: ergo videtur, ꝙ de se obligatio turpis non sit: aliàs interdicta fuisset obligatio. l generaliter. & l. si plagij. ff. de verbor. obliga. & l. si remuncrandi. §. rei turpis. ff. mandati. & pro hoc etiam facit: quia etiã post inductum senatusconsult. Macedo. seu beneficium ipsius: obligatur filius mero iure. licet posit obiicere exceptionẽ, ut l. j. ff. ad Maced. cùm gl. & no.



& no. Barto. in l. cùm lex. circa fi. ff. de fideiu. & sic patet quòd de se obligatio turpis non est: quia aliàs ipso iure non obligaretur: unde licet prohibeatur obligatio odio creditoris: tamen si interuenit iuramẽtum, obligatur iurãs, per id quod habetur in d. c. debitores. de iureiu. & de pig. c. significãte & no. Bar. in l. si quis pro eo. allegata. non enim uidetur absonum, ꝙ etiam in cõtractu mutui obligetur filius fami. iurans non obstante prohibitione statuti: & quia non uidetur peccare recipiens sibi debitũ. facit l. si exceptionẽ. de condi. inde. cùm uideatur quòd efficaciter obligetur.

Non obst. c. debitores. quia ibi peccabat recipiendo usuras: unde ibi potest peti absolutio à iuramẽto & sic non peccat recipiens debitum: ideo secus. & per hoc respondetur rationi, quam tangit Bar. in d. l. si quis pro eo. Ex prædictis patet posse defensari opi. do. Anto licet ratio sua non uideatur simpliciter uera, per ea quæ superius dicta sunt. Item aduerte quod dixit Bart. in l. fi. §. filijs autem. C. de boni quæ liberis. quòd si filiusfami. alienat rem peculij aduentitij, in quo pater habet usumfructũ, nõ ualet alienatio, etiã si iurauit illam seruare, nec obligabitur ex iuramento: adeo quòd etiam post mortem patris nõ tenebitur seruare, mouetur, quia uidetur facta prohibitio filiofamilias in dicto casu ad instar ꝑdigi, per id quod habetur in d. §. filiis autem. uersic. melius est enim. unde si iuramentum † prestitum per prodigum nõ obligat: ut no. Iacob. de Aret. in l. qui habet. ff. de tutel. & Barto. in l. is, cui bonis ff. de uerbo. obligationib. ita nõ obligat filium familias in eo casu. Allegat etiam quod not. Specu. in titu. de actio. §. 1. uersiculo quid si super hoc iurauerat. sed certè Speculatuidetur sentire contra gl. in dicto. §. filiis autem. ubi uoluit. & ista pars uidet de iure uerior, quòd per cap. cùm contingat. de iureiurando. quia debet seruari iuramentum, quod seruari potest sine interitu salutis æternæ. fateor tamẽ, quod nõ rẽdit ad præiudicium patris, per id quod habetur in dicto capitu. cùm contingat. sed bene prejudicabit sibi post mortẽ patris, uel postquàm factus fuerit sui iuris facit quod not. Innocen. in simili de uoto facto per filiumfamilias, in capitu. cum scripturæ. de uoto. ubi licet non obliget durante patria potestate: tamen postea tenetur seruare, si factus sit sui iuris.

Et pro declaratione huius dubii an ꝑ statutum possit prohiberi iuramentum: est aduertendum quòd interdum statutum uel lex prohibet simpliciter contractum sine certa solennitate: & dicit illum non ualere: etiam si non interueniat iuramentum, interdum prohibet statutum contractũ sine certa solennitate: & etiam dicitur, quòd si aliter fiat contractus, non ualeat: nec etiam iuramentum, fuerit interpositũ. Primo casu est aduertẽdum quòd licet Bar. in l. si quis pro eo facit differentiam an prohibitio dirigatur † in rem, an in personam, seu contractum, uel alienationem. tamen illa distinctio non uidetur uera, quia si prohibetur contractus, uel alienatio, uidentur etiam prohibita illa per quę peruenitur ad ea, per id quod habetur in l. oratio. ff. de spõsa. & per consequens uidetur prohiberi contrahere personas uel alienare. facit etiam quod ipse no. in l. cùm lex. ad fin. ff. de fideiuss. in simili hoc uidetur uelle, ubi etiam sua distinctio non uidetur bona. & illam etiã reprobat Ioã. de Lig. & Sali. in auth. sacramenta puberum. ultima quęstio.

Nec obstat ratio sua, quam fecit in d. l. quis pro eo. quia potest multipliciter responderi, ut sæpius dixi: unde in hoc casu si interueniat iuramẽtũ: an habeat obstare, & certè uidetur dicendũ quòd sic, per id quod habetur in c. cum contingat. de iureiuran. & in authẽ. sacramenta. Vnde uidetur, quòd intelligenda sit prohibitio statuti inquantum nõ interueniat iuramentum: secus si interueniat, quamuis sit licitus cõtractus, nõ habeat locum prohibitio. Iac. de Belui. in sua disputatione quæ incipit: Lege Perusina. allegata, uidetur uelle quòd quando statutũ prohibet contractum fieri sine certa so-

ita solennitate: & si aliter fiat, non ualeat, tunc uelle videtur, quòd non sufficiat solenninas iuramenti: nisi interueniat solennitas requisita à statuto. & ideo tunc de iure ciuili non firmaretur contractus iuramento: licet videretur secus esse ꝑ authen. sacramenta. allegata. sed ipse respõdit, quòd non habeat locum vbi adest prohibitio statuti: sed solùm vbi prohibitio iuris cõmunis: fatetur tamen, quòd de iure canonico bene obligaret iuramẽtum. per alleg. cap. cùm contingat. & satis videtur, quòd hoc casu contractus firmetur iuramento, per id quod habetur in gloss. in dicta authẽ. sacramenta. & quod habetur in cap. 2. de pactis. in 6. & videtur opinio communis: nam illam sequuntur Bar. & Ang. Ioan. Cald. Ioan. Andr. & Archid. in di cap. 2. & Feder. in suo consilio 283. licet dominus Anto. de Butrig. aliter dixerit, scilicet, quòd non validetur contractus: sed solùm quis teneatur ad obseruantiam iuramenti. tamen Ioan. de Ligna. in cap. cùm contingat. tenet contrarium: quia hoc non dicit tex. in d. cap. cùm contingat. nec in c. licet eod titu. lib. 6.

Sed aduerte, quia videtur de iure posse defensari quòd contractus firmetur iuramento: & sic est opinio. gloss. in authen. sacramenta. Bart. & Ioann. Cald. per cap. 2. de pactis. in 6. vbi litera apertè dicit, quòd licet pactum de quo de iure ciuili prohibeatur: tamen si sit præstitũ iuramentum, iubet seruari, & sic ponderat quòd uult ipsum pactũ seruari, & nõ simpliciter dicit de iuramento: & ideo sicut ibi pactum firmetur iuramento, ita videtur, quòd eadem ratione sit dicendum in casu proposito, cùm eadem sit ratio: ergo idẽ ius, vt l. illud. ad leg. Aquiliam. & hæc pars videtur uerior, licet Anto. de But. & Ioan. de Ligna. in cap. cum cõtingat. teneant contrarium. & hanc opin. ꝑ contractus firmetur iuramẽto, tenuit Io. Andr. in gloss. ordinaria in c. 2. de pactis. lib. 6. super uerbo, fruaris. & etiam Arch. super eodem uerbo: nam per illam decretalem dicunt approbari opin. Plato positam in l. pactum. C. de colla. quæ meritò debuit approbari, quia qua ratione tenet cõtractus minoris super re sua, si iurat. licet alias non teneret in authen. sacramenta. eadem ratione debet tenere pactum iuratum in casu illius ca. & idem gloss. in cap. licet de iureiur. & in c. cum contingat. ubi gloss. apercè uoluit contractum firmari, ex quo glossatores iuris ciuilis & iuris canonici hanc partem tenent propter authoritates superius allegatas; in † dubio iudicando & consulendo non est recedendum à gloss. secundum Iacob. Brunel in l. j. C. qui pro sua iurisdi.

Et hanc partem tenet Feder. ut patet infra in suo consilio. secundo casu, quando statutum dicit quòd contractus aliter factus non ualeat, etiam si interueniat iuramentum. tunc videtur dicendum, quod contractus non firmetur iuramento, ex quo expressè statutum annullat illud, etiam si interueniat iuramẽtum hoc potest lex ciuilis, & sic ipsum statutum super ipso contractu † disponere: & prohibere alienationem, potest & illam inualidare per id, quod habetur in l. cum lex. ff. de fideiusso. & l. si nõ sortem. ff. de condic. indeb. unde non potuit aliquid agi ex ipso contractu, ex quo inualidus est per dispositionem statuti, nec etiã poterit coram iudice seculari agi ex iuramento, quia de iure ciuili iuramentum † de se non est obligatorium regulariter, ut inducat obligationem, ut legitur & no. in l. j. C. de ope. liber. & sic uidetur in foro ciuili quòd contrahens cõtra formam statuti nullum habet remediũ, sed solum uidetur ꝑ posse recurrere ad forum ecclesiasticum, vt cogatur iurans ad obseruantiam iuramenti. quod habetur in cap. fin. in 6.

Posset tamen esse dubium, ꝑ ex quo statutum expressè non inualidat iuramẽtum. & sic uidetur esse seruandum, an debeat iudex secularis illud facere seruari, cum ius canonicum sin hoc præualeat iuri ciuili, in quantum uult iuramentũ ufficaciam habere, etiam si tendat ad inducendam obligationem, licet aliud uelit ius ciuile? & uidetur quòd sic. per id ꝑ habetur



habetur in c. 2. de iureiu. in 6. tamen credo, quòd cõmuniter in foro seculari non audiretur agens in casu prædicto contra statutum: & quia aliquando ius ciuile, et canonicũ discordat, et quid tunc seruari debeat & breuis conclusio est, quòd in materia spirituali, ut iuramenti, uel matrimoniali, uel simili, in foro ciuili, etiam in terris Imperii seruatur ius canonicum: per id quod habetur in c. pen. in fi. pe prescrip. & per gl. in regula, possessor. de reg. iur. in 6. & per glo. in c. 1. pe arbitris. in 6. & in §. ff. insti. de gradibus. et in l. 1. C. de secundis nup. In terris eccleſiæ seruãdum † est ius canonicũ, siue in foro canonico: ut in ca. si duo. de appel. siue in foro ciuili. In terris Imperii seruari debent leges: ut uoluit gloss. no. in c. 1. de arbitris in 6. & ad prædicta facit quod nõ. Hostiẽ. in c. cum contingat. dicens hoc esse uerũ de mente legum in casu c. cũ contingat. quòd seruetur iuramentum, ex quo canones uolunt illud seruari: quod etiã & ipse leges mandant, quòd canones mandant: ut in auth. quomõ oportet epis. §. j. col. 1. C. de summa Trinit. l. j. in princ. et in authẽ. de mand. princ. § fin.

Et de illa materia tãgitur per Legistas in l. priuilegia. C. de sacrosan. eccle. & Io. And. & Io. Cald. in c. 1. de nouũ oper. nũcia. Tertio casu, quando statutum expressè disponit super iuramẽto: ut quia dicit si cõtractus aliter fiat, nõ ualeat: nec etiã iuramentum si interponatur: tunc est etiam aduertendũ ꝑ uarie fuerunt opi. nam una fuit, quod simpliciter tale iuramentum teneret. et hac sequitur Bal. in l. pactum. C. de coll. in. 6. q. vbi ad literam decidit, quòd statutum potest prohibere: ut non ualeat iuramentum, per id quod habetur in l. adigere. §. quamuis. cum sua gloss. ff. de iure patro. & hanc opinio uidetur sentire in l. nec patronus. C. de oper. liber. & hanc sequitur Salic. in authẽ. sacramenta.

Secunda fuit opinio, quòd non posset statutũ inualidare iuramentũ, saluo, nisi præsumat uel fingat dolum, uel fraudem uel metum: & istam sequitur Bald. in l. omnes populi alleg. in 3. q. sed ut supra tetigi, Ray. in dicta l. omnes populi. simpliciter tenet statutum non ualere, quia si posset præsumendo uel fingendo fraudẽ, uel dolum statuere, uideretur in fraudẽ iuris diuini, uel canonici iuramentũ enerua re, & sic aperiatur uia fraudibus, contra ea, quæ habentur in ca. quanto. de diuortijs.

Tertia fuit opin. quòd nõ obstante statuto iurans obligatur, quia non poterat super illo disponere tanquã super re spirituali. Item quia recipiens tunc iuramẽtum contra formam statuti uidetur illud illicitè recipere: quia contra mandatum superioris, cui debet obedire. 8. distin. c. quę contra morem. de maio. & obed. c. a. & istam opin. tenet Feder. in dicto consilio. & uidetur secundum eum idem quando statutum dicit, nõ ualeat contractus aliter factus, etiam si interueniat iuramentũ; quia tacite uideatur statutũ uelle, ꝑ ille non debet sine solẽnitate statuti iuramentũ recipere. Dominus Anto. cũ contingat tenet ꝑ statutum † non potest prohibere iuramentum. quia illud non spectat ad iudicẽ secularem, nec ad legẽ ciuilem, uel statutariam, sed ad legem canonicam. & præsertim alle. no. in c. quemadmodum. super gl. post Host.

Quid ergo tenendum in tanta uarietate opin. uidetur posse dici, quòd illa sit uera opi. quæ hẽt ꝑ statutũ, uel lex non posit prohibere, quia ipsum iuramentum est res spiritualis, & per consequens statutum laicorum non posset super illo disponere. Et circa istam materiam aliquorum quarta fuit opin. qui dixerunt quòd iuramentum non obstante statuto efficaciter obligabit, & tamen recipiens illud sine solẽnitate statuti puniet pœna posita in statuto, uel pœna arbitraria, no. per Bal. in l. non dubium. C. de legi.

Ex prædictis apparet, quòd licet statutum nõ posit eneruare uires iuramenti: tamen uidetur, ꝑ posit imponere pœnã recipienti iuramentum sine solennitate statuti, ex legitima causa facti unde pondera uerba statuti; nam aut statutum

prohibet contractum fieri cum minore, vel muliere, vel filiofa. sine certa solennitate: etiam si interueniat iuramentum, & si aliquis aliter contraxerit, imponit pœnam: & tunc contrafaciens incurrit illam: aut aliquam pœnam non imponit & potest puniri pœna arbitraria: aut statutũ prohibet contractum fieri sine certa solennitate: etiam si interuenit iuramentum, & annullat contractum aliter factum, & tunc iurans tenetur, & statutum in quantum annullat iurm, non valet: quia iuramentũ est res spiritualis, & inducit obligationem de iure canonico, in c. & si Christus. de iureiu. nec posset statutum illud inualidare. hoc tamen casu posset habere locum pœna arbitraria contra facientem. Interdum uerò statutum dicit, q̃ nũ possit fieri contractus sine certa solennitate: etiam si nõ interueniat iuramentum, & si aliquis utatur tali instrumento, in quo etiam contractus non teneat, incurrat pœnam, centum, tunc uidetur si utatur instrumento propter contractum posse incurrere pœnã statuti: sed si utatur instrumento propter iuramẽtum, quod peti obseruari: tunc uidetur q̃ nõ incurrat pœnam; quia si statutum non potest eneruare uires iuramenti, sic
45 non potest † imponere pœnam iuranti tali instrumento. ad hoc. l. Seius & Augerius. ff. ad leg. Falc. & l. quod de bo.

Nec potest statutum adijcere etiam solennitatem iuramento quo ad eius uires infringendo, si dictæ solennitates non interuenerunt. poterit tamen puniri recipiens iuramentum sine certa solennitate statuti ex iusta causa facta: quia in hoc debuit obedire statuto, quod habet in se rationem, & æquitatem. facit quod habetur in l. quę sub conditione. ff. de condi. institu. sed posito, q̃ lex uel statutum laicorum non possit prohibere iuramẽtũ: tamen saltem poterit peti absolutio à iuramento. ut uult. Fed. in alleg. cõsi. cuius opinio prima facie uidetur satis æqua, & rationabilis; quia licet statutum non possit eneruare ius, & efficaciam iuramenti; bene tamen uidetur q̃ possit prohibere subiectũ, q̃ non recipiat iuramẽtum sine certa solennitate, cum tale statutũ ex iusta causa sit factum, & sic uidetur quòd ei est obediendum; quia de se non continet quid illicitum; imò prima facie ualde iustũ & æquũ, scilicet, q̃ non recipiat iuramentum sine solennitate statuti. nam etiam uidemus quòd ius non præstitum iuramẽtum prohibet interdum seruari, & seruatur eius dispositio. d. l. quę sub conditione. ibi dicitur q̃ testator legauit Titio; & si iurauerit ascendere capitulum, quòd non debet cogi prestari iuramentum; imò sufficit, quòd ascendat non præstito iuramẽto ad hoc, ut habeat legatum; & sic uidetur q̃ in se uideatur iustum statutum, in quantũ uidetur prohibere recipi iuramentum, si non interueniat solennitas statuti, & per consequens quòd illicitè faciat aliter recipiendo, & si aliter recipiatur licet iuramentum obliget: quia potest seruari sine interitu salutis æternæ, uidetur quòd possit peti absolutio: uideretur posse dici, quòd illi, cui est prestitum iuramentum sponte quæratur efficax obligatio ex iuramento, secundum Imo. & sic uidetur q̃
46 non possit cogi ad efficaciam ipsius iuramenti; quia imputandum uidetur illi, qui sponte iurauit; uideretur tamen posse dici, q̃ ille qui recipit iuramentum † sine solennitate statuti, possit puniri pœna arbitraria; ex quo prohibitio erat rationabilis, per not. per Iac. de Bel. & Bald. post eum. in l. non dubium. C. de legibus.

## De absolutione à iuramento.

### SVMMARIVM.

1 *Vnum pro alio inuito creditori solui non põt.*
2 *Peccatum fit in iurando, non in transeundo.*
3 *Calore iracundiæ facta non præiudicant, nisi detur perseuerantia.*
4 *Contractus factus ab irato non tenet.*
5 *Contrariorum eadem est disciplina.*
6 *Lubricum linguæ non est trahendum ad punitionem.*
7 *Vbi est dolus excluditur voluntas.*
8 *Excepto dolo, & quibusdam alijs firmatur iuramentum.*
9 *Mora post terminum committitur.*





10 *Peccatũ tanto grauius quanto diuturnius.*
11 *Recipiens iuramentum illicitum potest cõpelli ad dimittendum.*
12 *Iuramentum est personale ex parte iurantis.*
13 *Dos est nomen uniuersale:*
14 *Alienatio uoluntaria est permissa.*
15 *Dotale mancipium per maritum, si soluendo est potest etiam in uita uxoris manumitti.*
16 *Soluto matrimonio: uno casu dotis alienatio est permissa.*
17 *Alienatio quemadmodum rei dotalis est prohibita, ita & præscriptio.*
18 *Constante matrimonio dotis restitutio mulieri non potest fieri:*
19 *Vxor non possit uendere rem dotalem:*
20 *Distrahere nihil aliud est quàm remouere, uendere, uel donare.*

Sed videamus qñ possit peti, & debeat obtineri absolutio, à iuramẽto, & die aut iuramentũ ex omni parte est licitũ. si tã ex parte iurãtis, q̃ ex parte recipiẽtis, quàm materiæ super qua præstatur, & tunc compellendus est iurãs ad obseruãtiã iuramenti, nec est danda absolutio: ut c. & si Christus. de iureiuran. quinimo nulla causa extrinsecus existente: etiã Papa à tali iuramento absoluere nõ potest, si est præstitũ in materia ab eius potestate nõ dependẽte, ut quia est in fauorem tertij. ad hoc quod no. gl. in c. quãto. de iureiuran. & Innocen. in cùm inter. de re nun. & in simili gl. in c. non est. de uoto. imò fortè non posset dictum iuramentum in melius commutarè inuito eo, cui quęsita est obligatio, quia vnum
1 † pro alio inuito creditori solui non potest. l. 2. §. appel. ff. si cer. peta. ad hoc qd̃ no. Ioan. And. in c. malis. de regu. iur. in 6. in mercurialibus. & Innoc. in ca. 2. de confir. vri. vel inuti. & in ca. inquisitioni de senten. ex commu. secus si in honorẽ Dei. quia tunc posset in melius commutare, sic intelligitur capit. peruenit. lo 2. de iureiuran. & quod no. Inno. in c. debitores. de de iureiuran. vbi vult, q̃ Episcopus etiam potest in melius cõmutare, si
2 cut & uota. Si uerò iuramentum ex parte iurantis, non potest seruari sine interitu, & dispendio salutis æternæ; tunc nulla requiritur absolutio. † Peccatum enim fit in iurando, non in transeundo; imò peccaret nõ contraueniẽdo. ad hoc 22. quæstio. 3. quasi per totum. & cap. quamuis. & cap. sicut ex literis. de iureiuran. ubi autem iuramentum potest seruari sine interitu salutis æternæ: sed est cõtra bonos mores: tũc nulla requiritur absolutio: ut in regula non est obligatoriũ. de reg. iur. in 6. & ibi per gl. Si autem sacramẽtum processit calore iracundię: puta si iurauit, quòd nunquàm loqueretur cum aliquo, uel simili: tunc sentit Ioan. And. & alij quòd tale iuramentum non est obligatorium, quia non habuit comitem discretionis & iustitiæ. 22. quæstio. 1. iurabit. & 22. quæst. 2. animaduertendum.

Summistæ tamen videntur tenere, q̃ talia iuramenta teneant, sed debeat, dari absolutio; de quo no. in c. cùm quidã. de iureiuran. & satis potest teneri, quòd si iracundię calor fuit tantus, quòd deliberatè tale iuramentum nõ præstitisset, nõ erat obligatorium; quia uoluntas nõ est discreta, sicut, dicimus, quòd cõfessio
3 facta † calore iracundię nõ præiudicat, nisi detur perseuerantia; ut no. dicit glo. in c. ex literis. de diuor. facit. l. quicquid calore. de reg. iur. non enim est omnino uoluntarium, & sic non uidetur Deus talem obligationem indiscretam recipere. 15. quæst. 1. nõ est. vel si dicamus tenere, debet de facili per Episcopum absolui; arg. d. c. cum quidam. Lud. autem in suis dictis in litera. I. dicto, quod incipit, dicit lex. sic dicit, Dicit lex quicquid ca-
4 lore. ff. de reg. iur. quod cõtractus † factus ab irato non tenet: & est casus in l. 3. ff. de diuor. quia diuortiũ factũ calore iracundiæ habetur pro non facto, hoc etiã probatur in l. licitatio. in princip. ff. de publi. ubi dicitur, q̃ licitatio facta calore iracundię est inualida, nisi perseueretur in eadem uoluntate.

Secundò probatur, contrariorum eadẽ est † disciplina: sed dicta loco nõ obli-
5

gant, vt l.2. in fi. ff. de actio. & ob. pariter nec dicta calore iracũdiæ: hoc similiter limita, nisi contractus fiat ad pias causas: quia tunc est validus: ut puta, quia pater turbatus cum filiis, donauit hospitali omnia bona sua. Casus est singula. 17. qõ. 4. sunt qui opes. & addas ad Bar. in l. quicquid calore.

Sed quæro hic quid de voto facto calore iracundiæ, an obliget vouentẽ, glo. est singu. in c. dudũ. de cõuersio coniug. quæ dicit, quòd nõ: p quo facit, q; Deus ad sibi aliquem obligandum solum corespicit, non autem verba, vt dicit, text. 13. quæstio. 5. si quid inuenisti. ergo à cõmoto calore iracundię non recipit obligationem: quia non dixit cum corde. Secundò allegaro doctrinam Ioan. And. q. refert sanctum Thomam de Aquino in e. literatura. de uoto. vbi dicit, quòd vt quis obligetur ex uoto, tria requiruntur Primum est, deliberatio. Secundum, qãdam propositum uoluntatis. Tertium, p missio. ad hoc ut prædicta reducãtur ad effectum, sed illud quòd fit cum calore, iracundiæ, non fit cum deliberatione, ergo non obligat.

Tertiò allegat tex. sic dicentem, militem voluntarium non coactũ elegit sibi Christus. 15. q. 1. non est, sed motus calore iracundiæ nõ est uoluntarius, ergo nõ obligat. Sed quia in confessione facta calore iracundiæ dicit gl. sing. quod not. in cap. ex literis. de diuor. Sed quid in iuramento: an iuramentum irati obliget, legistę habent solũ unum tex. in l. aliena. quæ est lex. 2. C. ad leg. Iuliam maie. dicentẽ, quod si quis irato animo iurat, & illud iuramentum non obseruat, non incidit in crimen lęsę maiestatis. ergo sequitur. non obligatur ex illo, quia non incidit in pœnam. canonistæ habent in c. sicut. lo. j. de iureiuran.

Sed quid in delicto, an si punibile, dic, quod sic. Casus est in l. fin. non conuitij. C. de iniuriis. sed credo, q; debet puniri minori pęna, quàm si fecisset animo deliberato. ad quod probandum alleg. l. 1. C. si quis Impera. maledixit. Secundò allego tex. in l. famosi. ff. ad legẽ Iullã maie. vbi dicitur, quòd lubricum linguę nõ est
6 † trahendum ad punitionem ita magnã sicut si factum, vel dictum esset deliberato animo. Tertio allegaro tex. 11. quæst. 3. illi propositorum. & tex. alium dicentẽ, iræ etenim commotio uitium excludit calumniæ, vt est tex. quæstio. 3. §. nondum. & allego etiã alium tex. xl. quæst. 1. inebriauerunt. qui optime facit. ad quod allego. tex. 3. quæstio. 2. si quis irascitur Si vero iuramentum a principio est supra materia indifferenti, & postea peruenit ad casum, de quo cogitasset a principio, iuramentum fuisset illicitum, vel nõ iurasset. & tunc dicit Archid. in dicto cap. animaduertendum. quòd potest propria authoritate transgredi iuramentum, nec requiritur absolutio Papæ, si iurauí non negociari vel non recipere feudum à tali. & deuenit casus quod si ab illo non recipio feudum, aliter uiuere non possum, quia aut tempore iuramenti non cogitauit de illo casu: & sic non ligat vltra mentem suam: vt in c. veniens. & in ca. Quintauallis. de iureiur. aut cogitauit, & fuit illicitum: ideo non obseruandum. de iureiur. cap. 1. in vi.

Et faciunt hæc ad quæst. quotidianam ad illũ, qui iurauit nõ fideiubere pro aliquo, certè a principio iuramentũ est illicitũ, maximè quando iurauit quod pluries deceptus ab his pro quibus se obligauerat, sicut enim potest iurare pro vtilitate proximi, ita & pro vtilitate propria. ad hoc not. per Archid. 1. quæst. 1. non est: & Ioan. An. in addi. Spec. in tit. de iureiu. post princip. vbi dicit, quòd si salus proximi periclitaretur ex non fideiusbone, q; non tenetur ad obseruantiam iuramenti & eodem modo non potest distingui in eo, qui iurauit non mutare, vel aliquid simile facere. Si verò, iuramentũ fuit dolo aduersarij extortum. si tũc consensus, super quo præstatur, est alias reprobatus, in fauorem principaliter iurantis tale iuramentũ non est obligatoriũ. & iste est casus à contrario sensu non annullando literam in c. cùm contingat. de iureiur. & cap. quamuis. de pac. in 6. c. licet. de iureiur. in 6. & in auth. sacramenta. oia enim

ista



ista excipiunt casum, in quo dolus interuenit.

Et idem probat quãdo interuenit ius, uel metus tutius tamen est quòd ad cautelam sui petatur absolutio. si verò iuramentum non uenit cõtra dispositum à iure, & interuenit dolus, tunc subdistingue, quòd aut est tantus dolus, quòd excludit mentem iurantis: ut quia cessante dolo nullo modo se obligasset: ut puta, quia dedit causam contractui: & tunc iuramentum non ligat, & potest contraueniri non petita absolutione: arg. l. tres fratres. ff. de pac. & l. si soror. de col. & sic debet intelligi Fede. in suo consilio. qui ponit casum in muliere minore 25. annis quę sub ducta renunciauit fratribus hæreditatem paternam, quę ualebat longè plus quàm habuit in dotem. quod not. in c. 2. de pac. in 6. vt non procedat, quando dolus dedit causam contractui, nam ubi est † dolus excluditur uolũtas. l. 1. ff. de dolo. iuramentum autẽ non obligat ultra mentem iurantis: ut in cap. ueniẽs, & in cap. Quintauallis: de iureiuran. & quod not. Ioã. And. in cap. unico de cõmodato. sed ubi dolus superueniens non excludit consensum: ut quia non dat causam contractui: puta quãdo arte quadam me inducis ad consentiendum: tunc exigitur absolutio, quæ debet præstari non obstante aduersarii contradictione propter eius turpitudinẽ, & dolum, debet intelligi no. in alleg. cap. cum contingat. & cap. si uerò. & cap. uerum. de iureiu. & idem intellige de metu, & ui, ut requiratur absolutio in odiũ aduersarij, per dicta iura. Si autem iuramentum cõtinet turpitudinem ex parte recipientis, maximè concurrente etiam turpitudinis materia super sua prestatur, & tũc iuramentum obligat, seu potest peti absolutio non obstante aduersarij contradictione: & iste est propriè casus in c. 1. & c. debitores. de iureiu. & c. si uerò: eo. titu. ubi autem nulla alia turpitudo reperitur in iuramento, nisi quod est prædictum contra legem. In hoc distingue, aut lex resistit fauore pub licę utilitatis principaliter, & non est necessaria absolutio: quia iuramentum non ualuit: ut in capit.
7

si diligenti. de foro competen. aut principaliter in fauorem iurantis, licet secundario in fauorem publicum ut in muliere minore: ut in casibus cap. cùm contingat. de iureiu. & c. 2. de pactis. in 6. & auth. sacramenta. & tunc credo quod absolutio sit deneganda: quia iuramentum non uergit in detrimentum salutis æternæ, ergo seruandum.

Item quia nulla reperitur turpitudo, & quilibet potest renunciare fauori suo, Item quia in contrahente nullus potest argui dolus, nec deceptio, nec materia de se est turpis: arg. optimum. in capit. ad Apostolicam de reg. & sic sumus extra formam ca. debitores. & c. 1. & c. si uerò. & c. uerum. de iureiu. Ibi enim reperitur turpitudo ex parte recipientis, & materia prohibita, quia mala; quę omnia cessant in casu nostro, & satis est quòd lex uel statutum puniat irritando actum. Item aliàs dicta iura, & capitula seruirent nobis de uento, contra legem, omne uerbum. C. cõmunia de leg. Item si ex eo, quod contra statutum uel legem emanauit consensus competeret absolutio, de facili euacuaretur prouisio c. cum contingat. & auth. sacramenta. petendo absolutionem à iuramento. Nec est uerisimile, quòd ibi uel saltem in cap. licet. de iureiu. in 6. emanauit tam solenniter, nulla fuisset facta mentio de absolutione; licet Vin. & Fede. de Se. & gloss. in d. cap. cum contingat. tenuerunt dandam fore absolutionem; quod intellige, ut supra. est declaratum; nam solum in d. cap. cum contingat cum similib. excipitur dolus,
8 † & quędam alia, quibus cessantibus iuramentũ ualet & absolutio debet denegari.

Nec obstat q; presumit turpitudo, ex quo contrahit contra prohibitionem legis: quia istud est in fauorem sui, nulla est, turpitudo respectu Dei, & in actu spirituali minor reputatur maior. in c. si annum de iudi. in 6. & quia attẽditur potius ius diuinum, quàm positiuũ & laicale. ut no. Inno. in titu. de regu. nec sufficit quòd lex sta tutum præsumat dolũ ad euacuandum iuramẽtum: ut supra est dictum. Si uerò statuto uel lege prohibente contrahitur,

hitur, & interuenit læsio tũc si læsio erit modica, cessabit absolutio in ca. Abbas. quod metus causa. & c. 1. de rest. in integ. facit l. 2. C. de rescin. uend. secus si læsio est enormis? quia tũc præsumitur dolus vt l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in frau. cre. & l. qui testamentum. ff. de proba. nec videtur iurans ad hunc casum se obligasse: arg. c. veniens. & c. Quintauallis. de iure iuran. nam paria sunt, quòd dolus veniat ex proposito, vel re ipsa. l. si quis cum aliter. ff. de verb. obl. Si autem turpitudo reperitur ex parte recipientis iuramentũ, ita quòd locus est relaxationi iuramenti & absolutioni: si ante petitionem relaxationis iuramenti, debitor est periurus, an possit petere absolutionem, de hoc supra dictum fuit in articulum.

Sed vltra illas dic, & considera duos modos iurandi: quandoque enim quis iurat non venire contra contractum, sed soluere vsuras directè, vel indirectè, quãdoq; iurat, omnia & singula in instrumẽto contenta esse vera, tamen instrumentum fictitium, & in fraudẽ vsurarũ fabricatum. In primo modo iurandi apertè tenet Fede. in suo consilio subscripto in fi. quòd non debet audiri absolutionem petens; ex quo incidit in periurium, quia frustrà legis auxilium inuocat, & c. alleg. not. per Ioan. Andr. in c. debitores. de iureiuran. sed dominus Anto. de But. in alleg. c. tenet oppositum, quia ad duo erat iuramento obligatus, scilicet ad soluendum in termino, & ad soluendum principaliter. l. Celsus. ff. de arbi. & c. cum dilecti. de dolo & contu. & si non soluit in termino, in hoc peccauit, & est periurus. Inquantum ergo soluens obligatus est post terminũ & nõ peccauit, & sic petere poterit absolutionẽ, vel saltẽ poterit soluere, & postea repetere secundũ eũ, & hoc vltimum ut soluat placet, quia licet inciderit in perturium, non debet repelli à prosecutione iuramenti proprij, 4. quæstio. 6. per totum, nullibi enim probare potest, quòd ius repetendi sibi competens sit sublatum, ex eo quòd incidit in periurium.

In quãtum autem do. Aut dixit, ꝙ potest eriam si vult petere absolutionem in distinctè non placet, per no. in c. debitores. Nec obstat ratio do. Ant imò potius facit contra eum. Si enim etiam post lapsum termini remanet obligatus: ergo debet compelli ad soluendum per rõnẽ c. debitores. nec debet audiri petens absolutionem, quia petẽdo remanet in pec
9 cato. semper † enim post terminum estin mora, vt in allega. c. Celsus. & c. cum dilecti. & ideo assiduè peccaret, & peccatum
10 † tanto sit grauius, quanto diuturnius. de consue. c. fi. Itẽ toties quis incidit in periuriũ, quoties quis uenit contra iuramẽtũ, de re iu. c. ad Apostolice. in 6. Puto tamen, quòd si petendo absolutionẽ nõ perseueret in peccando, quòd posset petere absolutionem, & sic post terminum licet inciderit in periurium, & hoc ratione obligationis instantis. Pone exemplũ in uendente rem per metum, & iurante non contrauenire, tamen postea contrauenit nõ petendo prius absolutionem à iuramento, cũ & illam petendo nõ peccet denuò, nec perseueret in peccato, cũ fuerit illud peccatum momentaneum, & non successiuum, quod quamuis iurat nõ contrauenire, non tamen peccat petẽdo absolutionem, quia hoc non iurauit: ẽt quod metus causa, arg. c. ad audientiã & c. verum. & c. si uerò. de iureiu. Intelligitur enim quod nõ contraueniat cõstante iuramento, arg. ca. sicut despon. & sic, possunt ad concordiam reduci opi. supra dictorum doctorum. In secũdo vero modo iurandi, si omnia & singula essent vera, quæ in ueritate sunt falsa, & simulata sentit apertè dominus Fed. in suo consi. ꝙ posit petere absolutionem, quia ex tali modo iurandi non incidit in periuriũ, & hoc sentit in dicto princ. & in consi. nil tamen inducit.

Sed do. Ant. in alle. c. cũ cõtingat. incidenter sentit oppositum. s. ꝙ iste sit periurus, & non debet audiri allegans simulationẽ, quia in hoc detegeret turpitudinẽ suam cũ ex hoc allegaret se periurum c. inter dilectos. de dona. nisi secundũ eũ, ueniret per uiã denunciationis Euãgelicæ ad exonerãdũ cõscientiã aduersarij ꝙ in hoc non obstaret turpitudo, in quantum ibi quid sequitur, ut in cap. quemadmodum. de iureiuran. & sic in parte sentit cõtra Fed. nec de eo fecit mẽtionem: & uidetur contra no. per eum in alleg. c. debitores. & q̃ sunt proximè dicta p eũ: ubi tenet ꝙ eriam postquàm incidit in periurium: potest petere absolutionem: ideo potest hoc reduci sic ad concordiã; quòd ubi quis aliqua necessitate ductus: sic iurauit falsum: ut quia anxius, & sitibundus non poterat reperire mutuum, uel euadere metũ sibi adhibitũ, ꝙ tunc habito respectu ad necessitatem, in qua erat constitutus: & quia ex quo consensus principalis fuit simulatus: satis probabiliter potest etiam allegari iuramẽtum simulatum: & ꝙ audiatur petendo absolutionem, quia licet in sic iurando sit, & fuerit in aliqua culpa: aduersarius tamẽ reperitur in maiori: arg. l. si obstetrix. in fi. ad l. Aquil. ff. & hoc casu procedat dictum Fed. sed si nulla necessitate ductus hoc fecit, imò potius ad deceptionem alterius, tunc non audiatur allegans simulationem ad commodum suum, ex quo detegit turpitudinem suam, ut in alle. c. inter dilectos. & hoc casu procedit dcm domini Ant. & secundùm Innoc. in alle. c. debitores. qñ in prædictis casib. peteretur absolutio, non potest superior absoluere, nisi in subsidium quando ille nõ uult relaxare, cui fuit præstitũ, & ad hoc c. 1. de iureiuran.

Sed Ioan. Andr. in addi: Specul. in rubri. de iureiurand. concludit oppositum, & apertius tenet do. Ant. de But. in alle. c. 1. ꝙ principaliter. & non in subsidium possit adiri superior pro absolutione habenda: ita ꝙ hæc remedia sunt equè principalia, non unum ad aliud subsidiariũ: poterit ergo iurans petere, ut creditor cõpellatur relaxare iuramentum. Item, si uult, poterit directè petere à superiori, ut eum à tali iuramento absoluat, quia poterit absolutionem petere etiam à creditore in relaxando non contumace, debet tamen uocari creditor in absolutionem, quia interest: ut concludit Ioan. And. ibi & pro hoc cap. uerum. & c. si uerò. de iureiur. & c. ad aures. & c. Abbas. quod metus causa. in quibus iurib. patet ꝙ detecta turpitudine ex parte recipientis, potest pricipaliter adiri superior. & sic sunt duo remedia æquè principalia. & dicit Ludou. in suis dictis, in litera, I. in dicto, quod incipit. ubi iuramentum. sic ubi iuramentum est licitum ex parte iurantis, & illicitum ex parte recipientis põt compelli recipiens ad absoluendum iurantẽ à iuramento. Casus est in cap. 1. de iureiuran. cum simil.

Nunquid super hac cõpulsione faciendа de relaxatione facienda sit iudex secularis sicut iudex cõpetens iudex ecclesiasticus, dic ꝙ sic, & ita est iudex competens iudex secularis, sicut iudex ecclesiasticus, ita tenet Fed. de Sen. in cons. 166. & est ratio: quia iudex secularis est competens iudex ad cõpellendum iurantem obseruare quod iurauit. c. licet mulieres. de iureiur. in vj. & c. cùm C. laicus. de foro cõp. in vj. ergo debet esse competens quo ad relaxationem iuramenti, cũ contrariorum eadem sit disciplina. Itẽ dicit
11 d. c. 1. de iureiur. ꝙ † recipiens iuramentum illicitum, põt compelli ad dimittendum, etiam si iurans licitè iurauit, hoc intellige uerum, antequam ipse iurans incidat in periurium postquàm incidit in periurium eius iuramenti relaxationem à parte petere non potest, dicit ipse cõsi. 181. & aliqui habent 321. & alleg. Ioan. And. in alleg. cap. debitores. vbi dicit hoc sentire.

Secundò inducit regulam generalem dicentem, frustrà legis auxilium inuocatur, & c. ff. de minor. l auxilium. Nec obstat materia. l. si quis maior. uolens periurum non posse agere, quia illa regula est uera in actione descendente ex contractu, quem seruare iurauit, & non seruat, secus aũt in alio contractu, quia periurus potest agere, & ita probatur ex doctrina in no. c. dilecto. de prob. determinat in ca. intelleximus. de iud. & no. quia singulare.

Tenor consilij Fede. de quo supra fit mentio, talis est, Statuto cauetur, ꝙ si donationes non fuerint registratæ uel insinuatæ

nuatæ intra mensem, ꝓ ex tunc non valeant, & donatio sit irrita ipso iure. Quidam donauit sorori, & iurauit non contrauenire: donataria non fecit registrari secundùm formam statuti; quæritur an hæredes donantis possint cõtrauenire? sup quo habita deliberatione cõuenienti, uidet mihi Fede. de Senis, vt minimo Decretorum doctori, hæredes dictis donantis tutos, & defensos esse uigore dicti statuti, & eos obligatos nõ esse iuro sui authoris, rõ mouens est, quia in dicto iuramento intelligitur, si res in eodem statu permanserit: vnde principe, vel prelato è suo statu, vel dignitate remotis, subditi qui eidem iurauerunt, non sunt obligati vlterius iuramento illo, vt in ca. venerabilem de ele. in fin. & de noui oper. nunc. c. ij. Ex culpa quidẽ donatariæ hoc accidit: quia non seruauit statutum ex iusta causa editum: quæ cã fundatur super l. data. C. de dona. & sic ex superueniẽti iure, vel causa remissum est iuramentum etiam eidem iuranti: ex quo ex superuenienti iure non fuit actum, nec cogitatum, in illo iuramento. ad hoc de renun. c. ij. & de iureiu. c. pen. optimè facit eod. titu. cap. ad nostram. lo ij. maximè secundum lect. Hostien. ad idem. de hære. c. fin. & quod ibi no. ad hoc etiam facit quod no. Hostien. de censi. c. significauit. vbi dicit, quòd licèt aliquis teneatur de iuro alicui soluere intra certam diẽ, & creditor medio tpe condemnetur, & bona eius sunt confiscata, ille iurans eidẽ olim creditori ex iuro amplius non tenetur hic: ergo futuro iuri non videtur iste iurans renunciasse: vt in prædictis iuribus, & in eo, quod legitur & no. de iureiur. in c. quemadmodum.

Prædicta maximè videntur procedere in hæredibus iurantis ad quos nõ trãsit religio iuramenti, seu descendit, ꝓ

12 † iuramentum est personale ex parte iurantis: vt no. Inno. in c. veritatis. de iureiur. ad fi. & facit qõ Bar. Brixiensis, quæ incipit, Bononienses iurauerũt pacẽ, &c. In quorum testimonium sigillum appo sui consuetum. Si aũt instrumento donationis fuisset specialiter: & nominatim renunciatum illi statuto, ita quòd donataria nullum præiudicium incurreret, si registrari non faceret instrm, tunc dicerem quod illud iuramentum validasset donationem, sicut aliàs validat in casu cũ c. contingat. de iureiu. & de pact. in c. ij. in vj. & de pigno. cap. significante. facit quod no. Hosti. de iureiu. c. Quintaualis. in gl. mag. versi. quid si partes promiserunt, &c. & si diceretur, ꝓ iuramentũ non descendit ad hæredes, per id quod no. Hostiẽ. & Inno. de iureiu. c. veritatis: & Bar. Brixiensis in q. quæ incipit, Bononienses. Respondeo, ꝓ hęredes non tenentur seruare factum a defuncto rõne iuramenti, ideo quia iuramentum eos obliget, sic si iurassent, sed quia donatio facta a defuncto tenuit ratione iuramenti, vel actio, quæ competebat contra defunctum, competit contra hęredes. ff. de actio. & obligatio. l. ex depositi. & l. ex contractibus. & de sepul. capit. fin. cum si.

Sciendum tamen est, quod iuramentum in auth. sacramenta. & de iureiurã. c. cum contingat. & de pac. c. ij. cum si. in vi. non solum imponit silentium iuranti, ne contraueniat: sed firmat contractũ, super quo iuratur: vt not. in auth. sacramenta. in gl. ij. aliàs lex, & c. canon decipe rent contrahentes in casibus supra dictis si hæredes iurantium possent venire cõtra: quod non est sentiendum. xxvij. q. ij. c. viduis. Fed.

Quid autem si mulier consentiente viro, uel ambo dent in dotem filię communi fundum dotalem? tetigit Speculator in d. §. tertio loco. versic. quid si uir. & ibi videtur concludere, quòd non teneat nisi interueniat iuramentum mulieris, ut d. cap. cum contingat. Item aduerte: quia vt supra est tactum, potest esse dubium, quando mulier repetit ab hæredibus viri, pro dote sua pretium receptum ex re vendita. Bartol. in suo consic. quod statim sequitur. concludit, quòd pro dimidia, pro qua pretium præsumitur peruenisse ad virum: licet ambo se in solidum obligassent de euictione, & confessi fuerunt pretium recepisse, per id, quod consueuit notari in materia duorum reorũ l. vir vxori. §. fin. ff. ad Velle. & in l. reos. §. cùm in tabulis. ff. de duobus reis. & l. ea. eod. titu. poterit agere contra hęredes viri: quia tale pretium succedit in dotem loco rei. ff. de verbor. sign. l. Labeo. §. item si dominus. cum ibi no. per glos. & quia dos est nomen † vniuersale: iux-

13 ta not. in l. quod dicitur. ff. de nupt. ideo ibi succedit pretium loco rei, sicut in vniuersalibus. & l. si rem, & pretium. de petit. hæred. pro alia dimidia dicit non posse agi, cùm illa videatur peruenisse ad mulierem.

Sed contra uidetur posse dici de iure, per id quod supra dixi: quia ex quo vir, & uxor sunt obligati in eodem instrumẽto, nisi probetur manifestè aliter quàm ex tenore instrumenti pecuniam uersam in utilitatem mulieris, illam teneri per auth. si qua mulier. C. ad Velleia. & per id quod no. Spec. in d. §. ante omnia. ver. sed pone uir. Et hoc credo verum dicit Io. qñ vterque obligauit se in solidũ de euictione, licet Bar. aliter sentiat in d. consilio. Si autem solum pro dimidia obligasset. tunc posset procedere opi. Bart. toli: qa satis est verisimiliter, quòd si pecunię debuissent in solidum, peruenire ad manus viri, ꝓ emptor voluisset in solidum uirum obligari: vnde tunc etiam non reperitur mulier obligata in dicta dimidia simul cũ uiro: iõ cessat tũc dicta auth. si qua muler. Si autem uir alienasset consentiente muliere, & iurasset, & ipse precium recepisset: clarum est, ꝓ ab hęredibus eius posset peti dos: & consequenter precium receptum per rationẽ suprà allegatam, quæ colligitur ex d. l. qđ dicitur. § item si dominus. cum sua gl. Si aũt econtra mulier alienauit siquidẽ sine consensu uiri, clarum est ꝓ ab hẽ de viri nil petet, si aũt alienauit cum cõsensu uiri, & etiam iurauit: tunc si mulier sola est obligata de euictione: & pretium recepit, non poterit aliquid petere. Si aũt in solidũ se obligasset de euictione cũm ea, & tunc satis credo, quòd licet dicatur in instrumẽto mulierem recepisse quòd nisi aliter probetur uersum in eius utilitatẽ, præsumatur peruenisse ad manus mariti, p id quod habetur in d. auth. si qua mulier. & quod no. Spec. in d. §. ante omnia. uer. sed pone uir.

Consilium Bar. de quo supra fit mentio decerptum est suprà in istamet clausula in articulo supra, an non põt renunciari rubricæ, ne fideiussores do. dentur. ex prædictis habes quid iuris, siue mulier alienet, siue uir, fundum dotalem. & intellige vt hic uoluit Ang. qñ est fundus dotalis inæstimatus; si esset æstimatus ea æstimatione quæ faceret emptionem, non esset propriè fundus dotalis: iux. no. in l. inter uirum. C. de iure do. Si autem esset æstimatus ea æstimatione, quæ non facit emptionem, sed vt uideatur, an sit melioratus, uel deterioratus, ipse fundus: habes casum singularem cõiuncta glo. & non est alibi, in l. si æstimatis. ff. solut. matr. quòd tunc põt uendi per maritum cõsentiente muliere, & sic in ista non habet locũ. §. & cùm lex. sed solum in omnino æstimato. Super autem ista materia fundi dotalis æstimati, vel non æstimati Lud. in d. l. si æstimatis. sic dicit: Vt materia fundi dotalis clarè pateat, pone has conclusiones. Primo ubi agitur actione reali, uel simili, ipsam dotem concernente: ipsius tamen alienatio necessaria est permissa ff. de fundo dotali. l. j. C. eo. tit. l. ij.

Secunda conclusio, ubi agitur aduersus mulierem, actione tamen non concernente principaliter dotem: eius tamen alienatio est prohibita regulariter hic est casus. ff. de bonis dam. l. quinque legibus. cum duabus seq. & ff. de iur. do. l. Titia.

Tertia conclusio, vbi agitur aduersus maritum, sentẽtiæ executio aduersus eũ prolatæ non potest fieri in dotem: & sic nec tunc permittitur eius alienatio necessaria, ut. C. ne uxor pro marito. l. ob maritorum. & ibi no. Bal. & Bar. in l. a diuo Pio. §. in executione. ff. de re iud. & probatur ff. solu. matr. l. si marito publico. in princ. fallit si conueniatur ipse maritus ex causa officij primipilaris. l. satis notũ. C. in quibus causis ius pigno. tac.

contra

contra. & hoc ubi actio non concernit principaliter rem dotalem, quoniam si concernat, tunc forma conclusionē hanc si ex sentētia lata super actione dotis moua aduersus maritum, aduersus eū executio fieri poterit necessaria: & sic permittitur eius alienatio necessaria. ff. qui satisdare cogantur. l. de die. §. quidam etiam aiunt. An autem tunc ea sententia aduersus maritum prolata non sua culpa, nec vitio, marito præiudicet? dic ꝙ non: ad hoc. ff. de re iud. sēpe. & c. quamuis. & c. cum super de re iud. Si verò mariti vitio res ipsa dotalis euicta fuerit tunc, marito existenti soluendo sibi sententia præiudicium afferret: & non aliàs: ut habetur tex. singu. in l. Titio centum. §. fi. de condi. & demonstr.

Quarta conclusio, ubi res in dotē data, est ęstimata tali ęstimatione, quę facit emptionem, vel est in arbitrio mariti, an faciat uel non puta, quia electionem habet restituendi rem dotalem, vel ęstima-
14 tionem: tunc †alienatio voluntaria est permissa. Tex. est ff. de fundo dotali. l. quod si fundus.

Quinta conclusio, vbi res dotalis est æstimata, sed dubitatur an sit ęstimata, ut fiat emptio, uel nō. Item an sit in electione mariti rem restituere, vel ęstimationē, tunc etiam eius alienatio voluntaria est permissa, & huius ratio est, quia tūc prę sumitur, ꝙ sit in electione mariti, ut d. l. plerunque. §. fi. Itē quia præsumitur in dubio, ꝙ ipsa æstimatio fecerit emptionem vt d. l. plerunque. §. fi. nautē. & l. quoties. & l. cum te dotē. & l. si inter uirum & ibi no. in glo. C. de iure dotium.

Sexta cōclusio rei dotalis æstimatę ipsi mulieri electione seruata, an rem repetere velit, an ęstmationem? inhabita est alienatio uoluntaria: tex. est C. de fundo dotali. l. j.

Septima conclusio est rei mobilis dotalis inęstimatæ, cōsistentis in numero, pondere vel mensura, alienatio pro marito permissa est etiam sine mulieris consensu. tex. est ff. de iure do. l. res in dotem. & tunc demum ualet conuentio; ut res quę ex alienatione talis dotis, ad maritum peruenit in dotē subrogetur, quādo mulieri hoc utile est, hic est tex. ff. de pac. do. l. si mulier dotis. ff. de iure dotiū. l. res quę in dotali. & l. si ex lapidicinis. & ita no. gl. C. de iure dottium. & l. si ex pecunia. & in c. j. §. si uerò Corradus. super verbo nominati. in vsibus. feudo. q̄ feud. dare pos. & ita debet intelligi gl. in l. Labeo. §. Sabinus. & §. item in dominus. de uerb. sing.

Octaua conclusio rei dotalis mobilis, cuius natura, vel qualitas non accipit secundum naturam pondus, uel mensurā, vt est seruus uel ancilla: ita demū est permissa alienatio uoluntaria, si uxor cōsentiat, & sibi utilis est iste text. in l. fin. mulier dotis. ff. de pac. dota. & l. ita constante. cū l. seq. ff. de iure dot. fallit hoc sauo-
15 re libertatis, quoniā dotale †mancipiū, per maritum si soluendo est, potest etiā in uita vxoris manumitti. Casus est l. dotem. ff. solu. matri. C. de iure do. l. & si dotis. C. de seruo pign. da. ma. l. j. ff. de manu. tit. generali. l. seruum.

Nona conclusio rei dotalis immobilis marito cum consensu mulieris iurantis nō contrauenire, uolontaria alienatio est permissa. de iureiur. c. cū contingat. & c. licet mulieres. eodem tit. in 6. Istud autem limita, nisi mulier per prius iurasset se dotem nūquam alienaturam; quoniā si postea alienationi consenserit cum iuramento de non cōtraueniendo, tunc nō ualet ipsa alienatio. hæc est gl. singularis in c. licet mulieres. eod. titu. in 6. alleg. referens idem tenere Host. in d. c. cum cōtingat. in antiquis. cuius quidē sententiā etiam sequitur. Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. & Spec. in tit. de emp. & uē. §. tertio loco. & no. generale consilium, qd̄ est sub uerbo, quid ergo si uir. & huius dicti illa est ratio, quòd seruandū est hoc casu iuramentum primum, quod nō scitur esse licitum & cui assistit ius commune, non autem secundum primo contrarium prēstitum super alienatione rei dotalis, cui resistit ius commune, de iure iur. c. intellecto. & c. eam te. & hoc est notabile, dic tamen latius, ut suprà fuit dictum post Io. de Imo.

Decima



Decima conclusio rei dotalis immobilis marito est permissa uoluntaria alienatio, si mulieris consensus ab initio ītermittatur, & rursus alius consensus post biennium iteratur, dummodo in bonis mariti illud sit: ex quo mulieri in recuperatione dotis posit consuli sufficiēter. Iste casus est secundum uerum intellectum in auth. siue a me. C. ad Velle. & in auth. unde sumitur.

Vndecima conclusio rei dotalis immobilis uel mobilis eo casu, quo alienatio est prohibita tunc uoluntaria alienatio censetur marito esse permissa, cū consensu patris, quando data est res dotalis æstimata: etiam si æstimatio nō sit facta ad causandam emptionem, sed ad finē, ut uideatur argumentum, uel diminutio ualoris rei. & iste est casus no. in d. l. si ęstimatis. & in l. fin. ff. de pact. do. & l. 1. §. & cum lex. C. de re. uxo. act.

Duodecima conclusio extra casus p̄dictos rei dotalis alienatio ēt accedente mulieris consensu est prohibita, ut d. l. unica. §. & cum lex. & Insti. quib. aliena re licet. in princ. & ff. de usucap. l. cū uir prædium. Interdum est prohibita alienatio constante matrimonio, & ut dissoluto: dum tamen spes futuri matrimonij supeesit. Casus est not. in l. ēt directo. ff. de fundo dot. & idem est ante matrimonium, & post sponsalia: ut eodem titu. l. lex Iulia. & l. non sine. C. de bonis quæ
16 lib. †Soluto tamen matrimonio uno casu dotis alienatio est permissa, scilicet cū in dotem est ususfructus fundi, cuius proprietas ad alium pertinet, quā ad mulierem: tunc enim ille matrimonio soluto uendi potest proprietario. Iste est tex. in l. ususfructus. ff. solu. matr. & hæc procedūt, quia de alienatione dotis, quæ uenit fienda, per uiam præscriptionis: capias regulam, quòd rei dotalis quemadmodum prohibetur alienatio, ita & præscriptio inchoanda: licet non tollatur illa, quæ ante donationem dotis est īchoata. Hic est text. ff. de fundo dotali. l. si fundū. fallit usufructus est datus in dotem: quoniam tunc maritus illum perdit, propter negligentiam in eo non utendo sufficiēti tempore commissam. Iste casus not. in l. cum in fundo. § ꝙ si mulier. uer. ꝙ si acciderit. de iure dot.

An autem per non usum mariti perdatur seruitus rei dotali debita: glo. in l. si filius. §. maritum. ff. sol. ma. super uerbo, culpa. uult ꝙ non per usum mariti indu catur amissio seruitutis fundo dotali debitæ: sed hoc quidē reprobatur ibi: quia ex quo dictæ seruitutis marito est prohibita alienatio: ut l. Iulianus. de fundo dota. ff. ergo & eiusdem uidetur prohibita vsucapio, seu præscriptio. l. ubi lex. ff. de usucap. sed Bar. tenet glo. per l. longè. ff. de diuer. & tempo. præscrip. & l. si maritus. ff. de fundo dotali. quæ iura non faciunt: quia in diuersis casib. loquūtur: ut de primorum opi. ēm Lud. in d. §. maritum. uidetur uerior, per l. si fundum. ff. de fundo dotali. ubi datur regula, ꝙ quē
17 admodum † rei dotalis est prohibita alienatio, ita & præscriptio.

Præterea si speciale est in uxore, atq; habente ab ea causam, quòd seruitutem personalem in dotem datam, i. usumfructum ex non usu mariti sibi præscriptionem quæriit: ut est casus in l. cum in fundo. §. quid si mulier. uer. ꝙ si acciderit. ff. de iure dot. ergo in aliis in cōtrarium est ius commune: & hoc teneo, dicit Ludo. quicquid dicit Bar.

Nunc autem pro materiæ cōplemento superest uidendum, quid est econtra, scilicet an ipsi mulieri sit permissum rei dotalis alienatio & quidem contradicente marito clarum est quòd non, ut l. si prædium. C. de iure dot. & l. constante. de don. Quæstio autem est an eo cōsentiente? & in hoc fac. de Aret. tenuit, ꝙ sic. primò per tex. in d. l. si prædium. in uerbo, uolenti. à contrario sensu, hoc nō refragatur, quia non est assumendum argumentum tale cum resultat iuri absonus, uel contrarius intellectus. l. ij. C. de codi. in prin. Secundò mouetur, si uir cōsentiens in dotis alienatione breui manu videtur ei dotē restituere, quod potest. allegatur text. in l. uir uxori. §. si mulier. ff. ad Velle. & sic cum ex restitutione desinat fundus esse dotalis: ergo est conse-

quens

quens, ut ex alienatione mulieris, eius do
minium transferatur: sed certè hoc etiã
est falsum: quia regula est, quòd constan
18 te † matrimonio dotis restitutio mulieri
nõ posset fieri: ut l. 1. C. si quos constante
matrimonio. & in auth. de nupt. §. dotes.
nisi in casibus notatis in l. quamuis. cum l.
sequen. ff. solu. matrimonio. & ll. maritus.
§. 1. ff. de iure dotiũ. Et ad §. si mulier. re
spondetur, quòd ibi solutio dotis constan
te matrimonio facta fuit in uno, ex casi-
bus permissis, qui no. in d l. quamuis. & ita
cõmuniter tenetur etiam post Bar. in l. 2.
in principio. soluto matrimonio. Vnde cõ
traria opinio est uerior & probatur ex ca
su expresso per locum à speciali in l. fina.
ff. de iure dotium. ibi etiam dicitur, quòd
constante matrimonio mulier cũ consen-
su mariti fundum dotalem alienat, cum
ex ea alienatione dotis cõditio melior re
digatur: ergo alio casu, in cõtrariũ est ius
commune.

Vltimò pro materiæ declaratione quę
ro, quid si fundus dotalis esse desierit: pu
ta quia in eo tot sunt expensæ factæ, quã
tus est ualor fundi: an autẽ eius alienatio
fieri poterit per maritum? certè, nõ quo
niam expectari debet per mulierem fien
da relatio. Casus est notab. in l. si is qui. §.
fina. ff. de iure dotiũ. & quia certum est,
quòd alienatio fundi dotalis facta cũ cõ
sensu mulieris, in casu quo expedit utiliã
ti mulieris illũ alienari. Casus est in l. ita
constante. cum l. si sequen. & l. si. de iure
dotiũ. & in l. si mulier. ff. de pact dota. Itẽ
ualet prædicta alienatio cum consensu
mulieris. si res data in dotem sit talis, quę
seruando seruari non potest: argumen. l.
ex quæ tutores. ff. de administratio. tuto
rum. & Barto. dicit illam legem hoc non
probare, malè dicit; quia bonum est exẽ
plum, cum expediat uxori illas res aliena
ri; ergo potest alienari; ut l. si constante.
cum similibus alleg. unde etiam si res da
ta in dotem consistit in pondere, nume-
ro, uel mensura, potest alienari sine con-
sensu; ut l. res in dotem. ff. de iure dotiũ.
Extra istos casus est in alienabilis; ut di-
cto §. cum lex. & institutio. quibus aliena
re licet. in principio.

19 Item † uidua non potest uẽdere rem
dotalem; quia interest reipublicæ, ut illa
conseruetur; text. est singularis in l. & re
ctè. ff. de fundo dotali. Si autẽ extraneus
uendit fundum dotalem; quid iuris? tunc
secundum Ioannem de Imola. in l. cum
uir. ff. de usucapionib. quòd uidetur idem
dicendum, quòd idem esset quòd in uen
dente rem allienam, per nota. per Barto.
in l. cum lex. ff. de fideiussorib. Sed fortè
potest dici, quando emptor est ignorans;
si autem fuerit sciens, fortè non poterit
agere ad precium, etiã si esset stipulatus.
quia uidetur quodammodo delinquere
contra interdictum legis emendę cõtra
dictam l. quemadmodum. de agricolis, &
censitis. & quod habetur in cap. 1. & fi. p
Fede. cũ glo. sua. de prohibita feud. alie.
& per hoc uidetur posse inferri quòd l. &
si is. C. de prædiis mino. debeat intelligi
quòd emptor fuit ignorans saltem. nã si
sciuisset ius, & factum; non uidetur, ꝙ de
beat posse agi aliquo mõ de euictione,
cum prohibita sit res minoris alienari p
rationem dictæ l. quemadmodũ. & no. in
dicto cap. 1. & hæc no. quia communiter
doct. sequuntur; contrariũ tamen, quòd
dixi fortè de iure uerius est per rationẽ
alleg.

Nec obstat prędictis, ꝙ lex solũ uide
tur prohibere alienationem rei dotalis,
& rei minoris, & non contractum, ut uo
luit sentire Bart. in l. cum lex. ff. de fide-
iuss. quia responderi potest, ꝙ imò etiam
prohibet contractum super re dotali l. 2.
ff. de fundo dotali. & similiter sup re mi-
noris. l. nõ solum. C. de prede. & aliis reb.
mino. dum prohibet ne distrahatur; nam
20 † distrahere secũdum Hugonem in uer
bo, trahere, idem est, ꝙ remouere, uen-
dere, uel donare, & sic dictum Bartoli nõ
uidetur simpliciter uerũ. Vltimò ex prę
dictis patet, ꝙ quando maritus uẽdit fun
dum dotalem, & emptor scit ꝙ tunc alie
natio est omnino nulla, nec obligat ma
ritus, & cõfirmatur, & sic uidemus, ꝙ pos
sumus dicere eodem modo, quanto emi
tur scienter furtiua res, cum eadem sit
ratio.

Vltimò dicit Ang. in l. cum uir. ff. de
usuca.



usuca. quòd venditio facta per virum in
re dotali, quod non valet in præiudicium
mulieri, sed bene valet in præiudicium
mariti uendentis, vt ipse & fideiussores,
sui teneãtur: & vt ex sui persona non pos
sit rem dotalem vendicare, cum non pos-
sit contra factum suum venire, alle-
gat. l. cum profitearis. C. de reuocan. do-
na. & l. & si is. C. de prædi. mino. sed ex
persona mulieris sic, & sic dicit gloss. uel
sc. l. cum uir. ff. de usucap. & respondet ad
l. vendicantem. quòd loquatur, non quan
do nomine suo quis agit sed tu dic plenè
vt supra est dictum. nam Ange. non vide
tur per omnia bene dixisse, vt patet ex su
perius dictis, & signantur not. glo. in d. l.
quemadmodum de agricol. & censi. quæ
ponit vnam solutionem ad dictam l. non
dicantem. & quando quis posset uenire
contra factum suum: quia dicta regula
non procedit, quando actus est prohibi
tus ratione utilitatis, & de materia etiam
per glo. & Bar. in l. post mortem. ff. de
adoptio. quæ nota.

## An possit renunciari beneficio cessionis bonorum.

### SVMMARIVM.

1 *Cessio bon. ora operatur, ne quis inijciatur carcerem.*
2 *Factum quando est damnatum, nõ potest renunciari legi prohibenti & punienti.*
3 *Carceres squalor contra naturalem æquitatem est.*
4 *Carcer est species seruitutis.*
5 *Cessante ratione beneficij, cessat beneficium.*
6 *Ei quod nõ competit simpliciter renunciari non potest.*
7 *Pactum pro futura iniuria non propulsanda improbatum est.*
8 *Pactum an tantum, quantum lex operetur.*
9 *Per legem denegatur facultas purgandi moram & penam euitandi.*
10 *Per pact. ꝙ quis prohibetur fieri seruus creditoris.*
11 *Nõ est singulis concedendum, quod publicè per magistratus solet exercere.*
12 *Pactum illud non ualet, ꝙ quod quis potest induci ad delinquendum.*
14 *Pactum illud non ualet quod est remotũ à iure.*
14 *Membrorum suorum nemo est dominus.*
15 *Quis obligare non potest id, in quo ius nõ habet.*
16 *Pacta ualent, quæ non sunt reprobata per legem, aut per senatusconsulta.*
17 *Nihil tam humanum, quam ea, quæ placuerunt seruari.*
18 *Conceditur creditori capere debitorem.*
19 *Omnia uidentur concessa quæ specialiter non sunt prohibita.*
20 *Aliud est obligatum esse ad seruile ministerium, & aliud ad carcerem.*
21 *Quod potest fieri per legem, potest fieri per pactum.*
22 *Per pactum non potest infringi libertas.*
23 *Dispositio testatoris est lex.*
24 *Statutum utrum ualeat, per quod renunciatur facultati renunciationis cessionis bonorum sine iuramẽtum inferatur, sive non.*
25 *Inualida est conuentio per quam quis libere deducitur ad speciem seruitutis.*
26 *Per illud cuius in nihilo interest, non potest acquiri seruitutis rei.*
27 *Carcer ad custodiam utrum sit inuentus, an ad pœnam.*
28 *Pactum nudum continens id, quod ius commune, an sit ualidum, & utilis actionis productiuum.*
29 *Conuentio, per quam quis se obligat ad aliquid, quod est sue personæ oberens, an afficiat suum hæredem.*
30 *Vtilitas uitæ meretrices in persona sui, utrum legum obseruationem excludat.*
31 *Fieri quod per pactum non potest, non potest fieri per statutum.*
32 *Conuentio nulla est, ex qua paciscenti nullum queratur commodum, uel utilitas.*
33 *Libertas utrum conuentionibus lædi non possit.*
34 *Cessionis beneficio non gaudet, qui sub spe huius beneficij contraxit debita.*
35 *Partes solemnitati ordinis iudiciorũ, utrũ possint*

*possint renunciare.*

36 *Beneficio cessionis bonorum, utrum quis euitet carcerem.*

37 *Lucrum illud est, quod ex honestis causis suscipit initium.*

Is peractis videamus an possit renunciari bñficio cessionis bonorũ; sup hoc Ang. in auth. imò à debito. C. de act. & obli. sic dicit ex fi. gl. fi. cõsuluit Richar. Malũ. q̃ exceptioni cessionis bonorũ nõ pôt renunciari pacto; nã † cessio bonorum operatur, ne quis detrudatur in carcerẽ. l. j. C. qui bonis. ced. pos. unde si teneret renunciatio, stare cogetur in carcere, qd̃ stare est species seruitutis. Sed Petr. de Bellapertica dicit contrarium, quia licet in carcere stet, non tamen seruit; istę tñ leges loquuntur de eo, quẽ seruire oportet, sed opi. Ricar. est humanior. Pro sententia tamen Pet. facit l. fi. in fi. ff. de his, quę in fraud. cred. ubi dissipans bona sua per fraudem; licet bonis cedat, in nullo relęuatur, quin pro debito detrudatur in carcerem, unde quãdoque sicut lex hoc disponit, ita videtur posse disponi p̃ actũ equiparando potentiam legis, & pacti, ut not. in rubric. de decret. ab ord. fa. & de pac. l. quod dictum Bald. autem in dicta auth. imò. q̃rit an dictæ auth. imò possit renũciari, & an teneat pactum cum debitore, quòd possit capi propria authoritate, & detineri? gl. respondit quòd non; quia quando factum est † damnatum, & pœnale, nõ potest renunciari legi prohibenti & punienti. quod est notabile, & tenendum.

Et ibi Bal. in l. j. C. qui bo. ced. pos. sic dicit; Quærunt doct. an beneficio cessionis potest renũciari per pactum uel per renunciationem, quę fiet in ipso contractu, & in hoc puncto dicit hic Iacob. de Are: q̃ per pactum potest renunciari beneficio cessionis, quilibet enim iuri pro se introducto renunciare potest. cũ renunciatio non uergat contra bonos mores. Itẽ potest quis obligari ad carcerem iudicis; licet non ad carcerẽ creditoris. l. ad eos. ff. de actio. & obli. Item nõ inuenitur lege cautum, q̃ illud pactum non ualeat. ergo ualet. Item tres sunt casus, quandoque conceditur beneficũ jure contractus, & ei potest renunciari. Itẽ quandoque propter reuerentiam personę, & tunc ei renunciari non potest ut l. si quis in conscribendo. C. de pac. Itẽ contrariorum eadẽ est disciplina, sed pactũ. ne quis possit incarcerari, ualet, ergo & c.

Item pone quod contrahitur cũ mercatore, qui omnia bona sua habet in mobilibus bonis, & pecuniis, quę de facili possunt occultari, & ideo ut fraudibus occurratur, apponitur pactum, ne liceat cedere bonis, quia nemo dicit illud pactũ nõ esse iustum, sicut enim pactum, quod est res mali exempli, non ualet, sic è contra quòd res boni exempli debet ualere, ut l. scire. ut in pos. lega. & l. utrũ. & l. ex ea parte. ff. de uerb. obli. §. 1. & l. filius. ff. de cond. infer.

Idem uidetur in aliis beneficiis: puta in beneficio inuentarij, uidetur quòd hęc res potest ante factum inuentarium, & post factum inuentarium ei renunciare, de ante factum dubium non est, quia potest facere contrarium, scilicet absque beneficio inuentarij adeundo, idem uidetur etiam post factum quod per hoc obligatio nõ maior efficitur, cùm de sui natura esset solidi prosecutoria, licet magis exequibilis fiat. Item hoc pactum ualet ad replicandũ, ut in §. pactus ne peteret. & in summa duo sunt, quibus renunciari non potest, scilicet iuri nullitatis. ut C. ad Velleia. l. antiquę. & quando renunciatio est contra bonos mores, sed ista non est contra bonos mores, ergo ualet. ff. de pac. l. pactum.

Preterea beneficiũ cessionis pôt ante pactum considerari, id est, ante cessionẽ, & post factum, id est, post cessionem. & uidetur q̃ utroq; tempore pôt renunciari, pręsertim cum iuramento; nã iuramentum est de iure naturali, quod est potentius, quàm ius ciuile, quod induci cessionẽ bonorũ, & est ipsius met positiuũ. Itẽ cõtra ius istud ualet statutũ ciuitatis, ergo & pactũ, ut no. in ru. de decre. ab ordi. fa. ualet ergo rescriptũ principis adiecta clausula, non obstante. In statuto autem ciuitatis non est necessaria ista clausula, & ratio differentiæ est: quia statuta emanant cum deliberatione: rescripta verò cum importunitate: ut l. j. C. de peti. bo. sub. lib. x. & istam opinionem tenet Iaco. de Aret.



Dyn. autem tenet contrarium: quia dicit contra naturalem æquitatẽ † in esse carceri squalorem: ut no. glos. in l. j. C. qui bo. ced. pos. Item creditor potest argui de duritia: ut l. duritia. ff. de seruis expor. Item creditor nihil non agit ut officiat. C. de rei vend. l. in fundo. Item liberi hominis caro, & corium in obligatione, & commercio nõ est. ff. de verborum obligationibus. l. inter stipulantem. §. sacram. & hanc opinio. tanquam humaniorem sequitur Cy. & etiam canonistæ, extra de solu. cap. Odoardus. & Iacob. de Bel. in authen. de fideius. §. quod autem.

Tu considerando istas opinio. dicas secundum Bal. q̃ aut quæritur quantum ad carceris effectum: & renunciatio non tenet: quia non interest creditoris debitorem in carcere mori; & carcer non est pœna: sed custodia esse debet: sed quia libertati derogaret, cum carcer sit † species seruitutis: aut quantum ad effectum, quòd licet bonis nõ cedat tamen in solidum teneatur nõ deducto, ne egeat, & dico, quòd pactum quãtum ad effectum hunc valet: unde quicquid debitor de die in diem lucratur, cogetur assignare creditori; saluo tamen necessario victu, qui laborantibus subtrahi non potest: ut l. suo victu. ff. de ope. lib. certũ est enim, quòd quis potest se obligare alicui ad operas tandiu & quousque ad precium operarum suarum pœna debita soluatur: quia istud non est species seruitutis: sed est quidam modus debiti soluendi moderatione, & miseratione, & hæc vera de renunciatione expressa; sed tacita renunciatio approbata à lege benè potest fieri indistinctè: ista autem tacita renũciatio, sic per pactum contrarium ipsius beneficij: ut quia pertinaciter negat, vel quia ĩ fraudẽ facta est inops, quod præsumitur, si alienauit omnia bona, vel maiorem partem, ut l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in frau. cre. siue simul, & semel, siue interpellatis vicib. vt ff. de leg. 3. l. nomen. §. filio. vel bona sua consumpserit in ludo perditionis, vt ff. de vsucap. pro empt. l. si quis cum sciret. vel in meretricib. quæ deuorant animas perditorum, vt C. de natu. lib. l. j. vel prioribus creditoribus præposuerunt posteriores. hoc enim facere non debuit, quia creditoribus pro rata, vel secundum prius, & posterius solui debent, si habent hypothecam, nisi soluens hoc faciat de licentia legis, aut statuti, vt C. de iure deliber. l. fin. §. & si præfatam. & si creditores renunciant iuri incarcerandi debitorem, debitor non potest cedere bonis, quia rõ carceris cessat, & ideo dicim, prout lucrabitur, creditorib. soluere tenetur, non attento ne egeat, quia cessante † ratione beneficij cessat beneficium, vt l. fin. ff. de diuort.

Cyn. autem in l. ob es. C. de actio. & obligatio. sic dicit glos. quærit an possit renunciari his legibus? & dicit, quòd non. & ita consuluit de facto Richar. Malum. per glo. dictam.

Sed Pet. dicit, quòd aliud est obligare se ad seruiendum, quod non potest, vt hic, & aliud, vt in carcere maneat, quia propterea non compellitur seruire, de quo per eum Cyn. C. qui bon. ced. pos. vbi sic dicit. Quæritur an beneficio cessionis debitor potest renunciare? videtur quòd non, quia videtur esse contra bonos mores, ergo & c. vt ff. soluto matrimonio. l. alia. §. eleganter. & præterea propter hoc ad istud deducetur debitor, quòd inuitus detinebitur, vt l. j. C. qui bo. ced. pos. & l. 2. C. de exacto. tribu. lib. 10. ergo per hoc deducitur in speciem seruitutis, quod est in iure prohibitum, vt l. ob es. C. de actio. & obligatio. & istud concedit Dyn. vt nota. per eum in dicto §. eleganter.

Præterea videtur dicere q̃ per pactum de carcerando non cogitur ad seruiendum quod prohibet l. ob æs alienum. & auth. ibi posita. nam licet stet in carcere, non tamen seruit, vt ibi dixi, sed cùm ego haberem coram me istam quæstionem de facto, cum essem iudex in senatu cùm domino Lod. de Comitib. de Lombardia Senatore almę vrbis per aduocatos vnius partis ostensum, & exhibi-

exhibitū fuit quoddā cōsiliū Iac.de Are. quod ipse alias Romę dederat,in quo allegabat pro, & contra, & soluebat distinguendo, hoc modo.Dicebat ipse,& uidetur q̃ beneficio cessionis non posit renunciari:quia aut renunciatur simpliciter,& non ualet:quia beneficium cessionis demū competit post factam condēnationem,uel confessionem, ut dixi: &
6 sic ei quod nondum †competebat,simpliciter renunciari non potest: ut ff.de lega.2.l.si ita stipulatus.§.1.et de acquirē. hæredita.l.qui hęres. Aut renunciauit p pactum:& tunc non uidetur ualere:quia per carcerationem dicitur debitor iniuriam patiiut l. cum filii. C.qui bo. cede. pos.quę euitatur per beneficium cessionis:ut si ualeret renunciatio talis, expo
7 neret se in iuriandum:sed pactum †prosutura iniuria non propulsanda improbatum est: & à simili talis renunciatio: ut ff.depac.l.si unus.§. pacta quę turpē. & ibi per Guil.de Cu.

Item cum per carcerationem infringitur hominis libertas:ut l. 2.de lib.ho.exhiben. non uidetur ualere renunciatio, per quam peruenitur ad infringendā hominis libertatem:ut l.nec si uolens. C.de libe.cau.ergo uidetur, quòd ualeat renunciatio per regulam generalem, quæ traditur in l.si quis in cōscribendo. C.de pact.& sic non potest redire ad id, cui renunciari putauit:ut de rebus cred.l.si qs. ff.de ędil. edi.l.item quæritur.§.si uenditor. Item cum certi sunt casus,in quibus non ualet renunciatio sui iuris: ut not.ff. de pac.l.pactum inter hęredes.& iste nō fit numeratus inter eos, manet sub regula,quę per exceptionem in sui generalitate firmatur:ut in authen. de non alie.§. ut autem.& de restitu.& ea quæ pa.circa prin.& argu.ff.de his qui sunt sui uel alieni iuris.l.patre furioso.& de actio. & obliga. l. obligationum.§.placet.

Nec obstat qd dicitur iuri futuro &c. quia per pactum potest illi renunciari:ut C.de pact.l.1.& cum præsente creditore hęc renunciatio facta fuerit, haberur sicut professio de non utendo certo iure: ut d.l.si quis in conscribendo.& d.l.pacta nouissima.& ff. de pact. l.tale pactum in princip.argum. C.de inoffi.testamen.l.si quando.§.penul.

Nec ob. quod dicitur, q̃ istud pactū sit contra bonos mores: quia cum debitor delinquat non soluendo debitum, cū ueniat contra fidem & pactionem:arg. ff. de dóli excep.l.pactum.§.1. Aequum est enim pœnas carceris sustinere, ut sic metu pœnę fiat bonus,& solicitus in soluendo:argumen.ff.de usur.l.cum quidam.§. de pupillo: & hęc iuris executio non potest dici iniuria:ut ff.de iniuriis.l.iniuriarum.§.2.& l.quod reipublicę.

Nō obst.l.cum filii.C.qui bo.ced.pos. quia debet exponi iniuriam,id est pœnā &c.quę est iniuria respectu iuris naturalis:sed est iu's respectu iuris ciuilis; quòd propter bonum publicum sic prouidet:ut ff.de nego.gestis.l.1.& de usuris.l.1.& argumen.ff.de fideiusso.l.si adeo.

8 Pręterea q̃ † licet per legem, ergo per pactum:ut ff.de pact.l.non impossibi-
9 le.sed per legem † denegatur facultas purgandi moram, & pœnā euitandi: ut l.traiectitia. §.de illo.& l.magnam.& sic per pactum facilius potest denegari hoc: & à simili facultas cedendi bonis,quę est uia quędam ad euitandam pœnam carceris,potest remitti.Item facultas cedendi bonis, denegatur aliquando .ut suprà qui bon.ced. pos.l.fi.ergo & per pactum potest denegari;ut d.l.nō impossibile.& C.de fideiuf.l.fina.facit, quod not.ff.de pact.l.si quis crediderit.

Non obst.quod dicitur,infringitur hominis libertas propter carcerationem; quia hoc contingit propter culpam,& delictum,siue contumaciam non soluentis: ergo,&c. ut ff.de reg. iur.l.q̃ quis. & ff. si quis ius di.non obtem.l.1. in princip. Quid ergo dicemus uidetur dicto Iaco. de Are:quòd si in continenti fiat renunciatio,quòd tenet,& non licet contrauenire,& decipere contrahentes; ut d.l.si quis in conscribendo.ibi,aduersus suą pacta,&c.Si uerò post factum contractum ex interuallo,cū pactū factū ex interuallo non coadiuuet actionem:ut in §. quinimo nisi ubi ex pacto elisa erat actio,quę

per



per pactum contrarium auxiliatur:ut d. §.pactus ne peteret. arg. ff.de reg.iur.l. nil tam naturale. idem si renunciaret iuri quod datur condemnatis, cùm tale pactum nil ualeat. ut ff.de uerbo.oblig. l.in conuentionalibus. unde cessionis beneficio uti potest: & ita consuluit, ut prædiximus:unde ipsa est ī hac sentētia quòd per legitimum pactum potest renūciari beneficio cessionis.pro quo multum facit quod no.ff.qui bo.ce. pos.l.fi: nisi diceretur,quò ubi tēpore exactionis releuatur in tanto spacio temporis: sed etiā ab ipso principio posit releuari, secundum quod procederet ex conuentione utriusque:unde non est eadē ratio.& ideo.sine dubio sententia Dyni uidetur humanior per sua ar.nec potest dici, q̃ contumacia.nō soluentis faciat dignum debitorē hac pęna quia sicut dixi supra. debitor priuatus quātūcunq; contumax potest cedere bonis:& sic remanet pactū contra bonos mores, & hominis libertatem:& hanc sentētiā tenet Richa.Malū. per quandam gl. quę est super auth.positam in d.l.eos.C.de act.& obli.

Iac. But. in l.ob ęs. C.de act. & obli. sic dicit.quotidie apponitur ī istrumentis maximè in Italia,quòd si debitor ad tempus statutum non soluerit, liceat creditori eum capere propria authoritate, & inclusum tenere & incarcerare donec debitum soluerit,an ualeat pactū? quod non, per d.l ob tu dic contra, dicit Iacob.Butu.quia in d.l.ob ęs agebat, q̃ esset seruus perpetuò: quod non posset fieri.sed ī quest.nostra agebatur, quòd potest inclusus retinere ad tempus donec soluerat,nō ut seruus esset.& ideo ualet. Iacob.de Are.in suo cōsilio sic dicit,Debitor fecit pactum suo creditori:ut liceat ei prefatum debitorem capere, & detinere propria auctoritate usque ad integram debiti satisfactionem.Modò quęritur utrū tale pactū ualeat:et an ipse creditor talē potest capere debitorē?et uidetur q̃ nō,quia à quo remouet genus, remouetur & q̃libet eius species. ff.de suis & leg.l.post cōsanguineos.& ff.de spōs.l. omnino.ff.de fundo instr.& instrumen-
10 to leg..l.fundi.§.fi.sed per †pactum quis prohibetur fieri seruus creditoris.ut d.l. ob ęs.in authē.ut nulli iud §.quia uerò. C.de lib.causa.l.nec si uolens. & l. liberos. & species seruitutis est quem detineri.ff.de lib ho.exh.hē.l.2.ff.de ædil.edic. l.quis sit fugitiuus. §.idē ait.arg.ibi sumpto à contrario sensu: ergo, &c. Præterea stat pactum factum cōtra bonos mores non ualere.& ideo illud pactum quo quis paciscitur, ut posit conueniri ultrà quàm facere posit, cum habet beneficium à lege, non valet, & sic nec pactū, ut posit quis detineri; multò fortius debet istud pactum censeri contra bonos mores:sicut,& illud pactum improbatur quo quis paciscitur, ut non posit bonis cedere? ut communiter tenetur per Docto.

11 Præterea non † est singulis concedendū, quod publicè per magistratus solet exerceri.ff.ad leg.Iul.peculatus.l.sacrilegij.& ff.si quis ius di.non obtē.l.j.C.qui bon.ce.possunt l.1. non est ergo priuato
12 concedendum.† Pręterea illud pactū nō valet,per quod quis potest induci ad delinquendum.ff de pact.do. l.conuenire. ff.de administ.tuto.l quidam decedens. sed per istud posse delictum oriri, cum creditor cœperit debitorem: ergo,&c.& hoc etiam ponitur in l. non est singulis. ibi, ne occasio sit maioris tumultus,&c.

Pręterea illud pactum non valet,quod
13 est †remotum à iure cōmuni.ff.de pact. l.iurisgentium. §.generaliter.& hāc opinio.tenere uidetur d.Cyn. ut not. in l.si conuenerit. ff.de re iudi. & not.in l.3.ff. de lib.ho.exhiben. sed cōstat ipsum esse remotum, & cōtrarium iuri communi, quia priuatorum consensus iudicem nō facit eum, qui nulli præest iurisdictioni, ut l.priuatorum. C.de iurisd. om.iud.& q̃ nemo potest sibi ius dicere, nec in sua causa iudex esse debet. C.ne quis in sua causa. & C.de Iudæis.l.nemo.ergo,&c.
14 remotum est à re priuata; quia † nemo est dominus membrorū suorum. l.l.ber homo.ad leg.Aquil.ergo non valet.ff.de pactis.l.4. §.in suam.

Pręterea pactū legis cōmissoriæ in pi-

gnore reali reprobatur; & est ratio ne creditores nimium suam auaritiam exerceant contra debitores: vt no. C.de pact.l.si quis in conscribēdo.multo fortius debet esse reprobandum,in pignore personæ, quæ quidem rebus est præferenda. C.de sacrosanct.eccl. l.sancimus. Præterea suam personam nō debet quis posse pignori dare:cum nemo sit dominus mēbrorum suorum:ut d.l.liber ho-
15 mo. & † quis obligare non potest id, in quo ius non habet:ut C.quæ res pigno. oblig.possunt, uel non l.qui filios.

16 E contra uidetur pactum ualere:†quia omnia pacta ualent,quæ expressè repro bata non sunt,per legem,uel senatusco-sulta: ut l.iurisgentium.§.ait prætor.&
17 nihil ita†humanum,quàm ea quæ placuerunt seruari. ff.de pact.l.j.ff. de trās. l.non minorem. & graue est fidem fallere.ff.de const.pecu.l.j. & omnes dixerunt,pacta custodiantur:de pactis.cap.j. & inter simplicem promissionem,& iuramentum Deus non facit discrētiam. xxij.quæst.v.iuramēti.mortaliter enim peccat,qui uenit contra pactum: ut not. in d. cap.j. Cum ergo pactum, de quo agimus,non expressè reprobatur: ergo, &c. Item iuri pro se introducto potest quis renūciare,& maximè per pactum. C.de pac.l.j. & l.si quis in conscribēdo. exceptis casibus ibi notatis, inter quos hic casus non est expressus: ergo regula remanet firma in casu præsenti. ff. de fund.instr.l.quæsicum. §.idem petiit.

Præterea illa concessio quę fit per legem, potest fieri per pactum.l. non impossibile.ff.de pactis.ad idem. ff.de pig. act.l.non est mirum.sed per legem con-
18 ceditur†creditori capere debitorem. ff. quæ in fraudem.l.ait prętor.§.si quis debitorem.ergo, & per pactū vt hoc posse cōcedi.Præterea ita uetatur creditor sua auctoritate occupare bona debitoris, sicut & capere debitorem. ff:quod metus cau.l.extat. C.unde ui.l.si quis in tantā. tamen potest creditor ex pacto occupare rem debitoris. C.de pigno.l.iij.ergo, & capere eadem ratione.

Item si iure contractus habet quis,ut non possit conueniri ultra quam facere possit,potest per pactum se obligare, ut in solidum conuentatur. ut ff.de iud.i.si conuenerit. ff. de pactis. l. si quis credi-derit.tamen per illud pactum poterit carcerari,cum solidum soluere nō poterit. Præterea pactum de successione uiuentis: quia cōtra bonos mores reprobatur a iure. tamen si fiat uolente, & sciente illo,de cuius successione agitur, pactum tenet. & est ratio,quia uolenti,& scienti non fit iniuria neque dolus: de pactis. l. fin. sic in proposito propter consensum pacisentis non poterit dici turpe: erit licitum pactum, quod expressè non re-
19 probatur à iure.nam omnia ea†uidētur esse concessa, quæ specialiter non sunt prohibita ff.ex quibus caus matri.l. nec non.§.quod eis. C. de religio. & sump: fu. l.statuas.

Præterea per pactum liber homo potest detineri, ut obseruet, quandiu fiat, quod conuenit:vt not.de iureiu. cap.ex rescripto. sed in eo ius pignoris non posset constituit:ut ibidē not.& xxiij.quæst. viij.ut pridē. ubi not. & sic in proposito licet pactū non possit operari,ut debitor in seipso constituat ius pignoris, tamen ut possit capi. & detineri donec soluat, operari potest.Pręterea si creditor detineat debitorē uolētem ex causa probabili,& bona rōne,sicut in proposito non incidit in interdictum,de libero homine exhibendo l.iij. §.si quis cum.& sufficit debitorē uoluisse.ff.de aqu.plu.arcē.l.in diem.ff.de le.3. l.fideicommissa. §.sic & fideicommissum.sapientes sentiunt pro, & contra:ego credo ultimum uerum.

Iacob.Brunel.& d.Raphael Fulgo.in alleg.authen.imò.C.de actionib.& obligatio.sic dicit in gloss.fin.in fin. Per finē huius gloss.dixit Ricar.de facto non valere pactum per quod quis renunciat cessioni bonorum.dicit tamen Cyn.Pe.
20 † aliud esse obligatum ad seruile ministerium: aliud se obligare ad carcerē: sed de hac, quæstione tradit Cyn. in l.j. C. qui bonis cedere possunt. & an quis possit se obligare ad carcerem. hoc tractat Alb.& Dyn.& Bart. in l.alia. §.eleganter.



ganter.ff.sol.mat.in l.Titio centū.§.2.de cundi.& demon.ff.unum uidetur mirū: quia dicit glo.nō posse renunciari his legibus.& gloss.supra innuit, quòd si esset consensus,non habere locum ista auth. imò alleg.cogitabitis,quia glo.suprà uidetur contra Raph. ubi supra d.Ang.in repetitione l.nemo carcerē. post multa sic cōcludit.Ex prædictis apparet solutio quęstionis,utrum pactum ualeat, ꝙ nisi debitor soluerit intra certum tempus, quòd debeat stare reclusus in quodā castello creditoris quousque soluerit,& nō ualet;imò creditor priuat iure suo,ut dicto.§.quia uerò.sed bene ualeret pactū ꝙ staret in carcere publico vsquequo solꝙ uerit;nam si de iure communi licita est carceratio,propter debitū,ergo ꝑ pactū
21 fieri potest:quia quod fieri potest † per legē,potest fieri per pactum. C. de decurio.lib.10.in rub.& ff.de pœn.l.quod dictum aliàs incipit non possibile.

Ex prædictis apparet,ꝙ pęnę,quę hodie in instrumentis promissionum per mercatores communiter inserūtur,scilicet,ꝙ mercator promittit soluere Perusij,Florentię, & ubicunque fuerit iuuentus,& ibi recipere præceptum de nō recedendo de carcere siue palatio domini loci, quousque soluerit, ualet: quia licita est etiam pro debito priuato personalis debitoris compulsio in loco publico:sed nō in carcere priuato vide Ang.latius in allegata l.nemo carcerem.de exacto.trib.Bartol.autem in l. Titio centū. §.Titio.ff.de condi. & demon. sic dicit. Dyn.dicit per istum text.quòd non valent statuta de homine incarcerando, non dicit plus:sed supra hoc Dyn. allegando reperitur satis extensè dixisse,ꝙ non ualet

Sed ego dico,dicit Barto. quòd valet statutum:si est factū in ciuitate,quæ haberet merum,& mixtum imperium: & probo quòd de iure communi potest quis incarcerari pro debito.C. qui bon. ced.poss l. 1.ergo per statutum fieri possunt,quę sunt de iure ciuili.Ad arg.factū per Dyn.respondeo,& dicit ipse illud, quod non potest fieri per pactum,per legem fieri non potest,ut no.in rub.C. de decre.decur.ff.de pact.l.nō impossibile.
22 sed † per pactum non potest infringi libertas:ut l.nec si volēs.C.de lib.cau.& l. interogatam.eo.tit.respōdeo, quòd hoc, scilicet,quod non potest fieri per pactū, non potest fieri per statutum,non uerū, nisi in his,quæ sunt cōtra bonos mores: aliàs secus,ut not.in l.nec ex prætorio.& l.neque pignus.§.priuatorum.ff. de reg. iur.Secunda ratio, homines incarcerari est contra bonos mores,& contra ius,ut l.succurritur.& l.pen.ff.ex quib.cau.ma. & ff.quod metus causa.l. qui in carcerē. & l.1.& 2.C.de lib. ho. exhibend.& C. de actionib.& obligat.l.ob ęs. Sed respōdeo aliquē in carcerari à priuato est cōtra bonos mores, sed auctoritate publica non est contra bonos mores.l.j.C.qui bo.ced.pos.Tertia ratio,non est dubiū, quòd statuta habēt auctoritatem ab hominibus, sed nullus homo est dominus mēbrorum suorū,vt d.l.liber homo ergo homines hoc facere non possunt, sed dic,ꝙ populus habet iurisdictionem in quoliber,licet priuatus simpliciter non.
32 Item † dispositio testatoris est lex,ut in authen.de nup.§.disponat. sed per testatorem non potest fieri.ut l.Titio centum.§.Titio.& ibi no.ff.de condi. & demon.ergo,&c. respondeo per testatorē non potest fieri in eo,in quo non habet ius,sed in liberos,in quos habet ius, potest,ut d.§.Titio.ergo populus potest in suos subditos,in aliis non,vt d.§. Titio. quem.§.retorqueo contra Dyn.qui allegauit tantum pro se,dicit Barto. & dicit idem Bar.in l.postulante.in princi.ff. ad Treb.Sic vltimò facit hæc lex ad quæst. dicit statutū,quòd debitor potest incarcerari & capi pro debito,quid de herede debitoris?Respondeo,idem dicit Bart.ꝑ d.l.licet in statuto nulla fiat mētio de hęred.Idem dicit Bar.in l.alia. §. elegāter. ff. solu.mat.

Sic quærit Dyn.an pactum factū, ꝙ liceat creditori capere debitorē, ualeat? dic ꝙ nō,ꝑ dictū.§.elegāter.arg.l.nō est singulis.de regu.iur.Vltimò Dy.inducit d.§.eleganter.ad quęst.an valeat pactū,

ꝙ non liceat debitori cedere bonis: ad quod facit.l.nemo carcerē.C.de exacto: tribu.lib.x. Cyn.ponit istā q.in l.1.in fin. C.qui bon.ced.poss.& ibi recitatur consilium Iac.de Are.& finaliter uidetur dicere ꝙ Iac. de Are.dicebat ꝙ aut istud pactum fuit uestitū appositum iuxta cōtractum,& est ualidū:aliàs secus:per l.fi. in fi.C.qui bo.ce.pos.Ad id quod solet di ci,ꝙ stare incarceratus, est species seruitutis, nō tamen est seruitus.Ricar.Malum.tenet,quòd pactum non ualet, per l.ob ęs.cum auth.ibi posita.& istud puto uerū,& do duas limitationes, quòd hoc fallit, si iste qui uult cedere bonis dissipat bona in fraudem creditoris: ut l. fina.in fi.ff.quæ in frau.cre.qd tenet Dyn. institut. de actio. si autem. fallit etiam si debitor tempore quo contraxit sciebat se non esse soluendo.ff. de iure. dot. l. soluendo.& idem uult Baldus. in capit. licet.si de feud.fue. contro. & idem uult Barto.in alle. l.fin. in fi.ff. quę in fraud. cred.& uide Bald.de ista materia in d.§. eleganter.

Itē limita ꝙ non ualet pactum ꝙ quis pro debito teneatur in carcere, quando fit ut constituatur ius in liberam personā tanquam in rem, secus si aliquod ius nō constituatur,sed ut derineatur quousque debitū soluatur.ut no.in c.exposita: de offi. Archi. & in c.ex rescripto.de iureiur. & ibi hoc uult Inno.pro hoc facit quod no.C.de patr.qui filios. dis.l 2.Ludo.autem in d.§.eleganter.sic dicit,Arguit hic Dyn. ad tres quęstiones. Prima est,an ualeat pactum, quòd debitor pro pria authoritate possit capit & incarcera
24 ri. Secunda,an super eadem † ualeat statutū per quod renunciatur facultati cessionis bonorum, siue iuramentū inferatur sine non.

Circa primum.scias hanc q. Ange.tetigisse in l. nemo carcerem. de exac.tribu: lib.x.& quidem uidetur dicēdum pactū hoc esse inualidum.Primò,quia inualida est † conuentio, per quam quis liberè
25 deducitur ad speciem seruitutis.C.de libe. cau. l. liberos. & l. nec si uolens. & l. interogatā.& l.nec si parētes.sed carcer speciem seruitutis. introducit.l.2.ff.de libero ho.exhib.ergo &c.

Secundò:quia certū est, quod legi prohibitorię renunciari nō potest per pactū ut no.glo.in l.j.C.ne fideiuf.dot.dentur. sed reperitur lex prohibens sic dicēs,nullus homo liber pro debito teneatur,etiā si bona non sunt. extra de pigno. c.2. &c.

Tertiò,quia promittēdo quis, quòd seipsum alter possit incarcerare. uidetur concedere illi potestatem super persona,& membris,sed nemo membrorum suorum est dominus,ergo & c.

Quartò pone quòd creditoris nihil interest debitorem carceratum detinere, dices tu hanc conuentio ualere? cer-
26 tè non.quod probo,quia si † ꝙ illud,cuius in nihilo interest,non potest acquiri seruitus rei,ut l.quoties.ff.de serui,& insti.de seruitu.§.ideo autem.& l.sicut.ad fin.ff.si seruitus uend.ergo multominus potest acquiri per eum species seruitutis in persona.

Quintò non est dubium quòd si creditoris in nihilo interest debitorem retinere carceratum, ille carcer tunc non erit nisi ad debitoris.pœnā & incarceratio-
27 nem.sed † carcer ad custodiā inuentus est,non ad pœnam,ut aut damnum.§.solent.ff.de pœnis.C.eodem.l.incredibile. & extra eodē.c.quamuis.in 6.ergo &c. imò reprehendēdus est creditor de inhumanitate &duritia aduersus suum debitorem.Ad hoc ff.de seruis exportan.l. seruus ea.

Sextò hęc carceratio actus est iurisdictionis,& similiter captura, ut ex se patet,ergo priuatorū cōuētione super hoc dari iurisdictio non pōt non habenti.C. de iurisd.om.iud.l.priuatorum.quod autem iurisdictionis sit ita quòd priuato nō cōpetat, patet in l.j. C. de priua. carce. & huius sententiæ fuit gl.ordinaria,quę est in auth. imò.quæ est super l.omnes. C.de act.& obli.licet alia contrariū sensérit,& non bene,in l.interdum.§.qui furem.ff.de furtis. quam Bart. ibi reprobat.in l.penul.C.de condi.ob causam & per hæc apparet moltomagis inualidam fore



fore conuentionem suam,hoc quòd debitorem liceat carcerare,conueniat, ut idē carceratus seruire teneatur. ut patet ex glo. d. authen. imò, relata ad l. ęs. Non est enim concedendum singulis priuatis capere & carcerare facta conuentione, ne si sic diceremus, cām deremus rixis atque tumultibus.l.non est singulis.ff.de regu.iuris.

Fallit autem hoc, nisi sit debitor ratione redemptionis ab hostibus de eo facta: quoniam tunc etiam de iure communi licitum est illum in creditoris seruitium loco pignoris retinere,donec precium soluet.C.de captiuis.l.2. & l.qui testamento.ff.de testamen.Quid autem si interueniat iuramentum,an tunc conuentio ualidetur? uidetur quòd sic, per c.ex rescripto. de iureiur.ubi determinatū fuisse cōuentionem ualidam, per quā monachus iurando promisit respectu debiti, donec illud solutum fuerit,suimet ipsius obsidatum: ubi si iuramentū non interuenisset, certè conuentio fuisset inualida, per d.l. qui pignoris. C.quæ res pign.ob.poss.& l. 1.C.de patri.qui filios distra.

Sed solue dupliciter. Primò quia non ualuit iurata conuentio:quia etiam interuenit authoritas Papæ.& ita in gloss.intelligit illum tex.in cap.ut pridem.23. quæstio. 8. sed quia hoc diuinario est. ideo solue. Secundò ut ibi sentit Ioan. And.scilicet,quòd aut illi iurantes positi erāt in certo loco,à quo etiam si uoluissent,recedere non potuissent,& tūc conuentio est inualida per supradicta, nec etiam eo, quòd ibi uoluntariè stent, excusatur eos retinens à pœna canonis, si quis suadente.arg.cap.cum contingat.de senten.excomm. Aut positi erāt in loco,à quo si uoluissent, potuissent eorum uoluntate recedere? sed nolebat, ut eorum obseruarent fidem,& præstitum iuramentum,& tunc hoc non reprobatur. & sic intelligitur dictum ca.ex rescripto. & procedunt hęc, si obligauit se quis ad carcerem priuatum:si autem ad carcerē publicum:tunc dixit Bald.in d.l.eleganter.conuentionem ualidam fore:argum. l.fin.de male & Mathe.& l.capite quinto.ff.de adulteriis. & l. interdum. §.qui furem.& in authen. ut iudi. sine quoquo suffra. §. necesse.ff.de his quæ in fraud. credi.l.ait prætor. §. si debitorem. ff. de furtis.l. si quis in seruitute.l. genera. l. C.de tabula.& quòd no.in cap.1.§.1.de pace iura.firman.& institu. de actio circa princ.sed certè illa iura parum faciūt, quia loquuntur in casibus, quibus iure cōmuni permissum est alicui propria auctoritate quam capere, & ad ius dicentem ducere:unde nihil ad propositum.

Quare puto isto casu dicendū, quòd aut per pactum obligat se ad carcerem publicum eo casu,quo de iure communi potest carcere: & tunc pactum quamuis
28 nudum est ualidum: quia † pactū nudum continēs id,quod ius commune,est ualidum, & est utilis actionis productiuum ut not. gloss.ff. de pactis. l.legitima.pro quo allego casum singularem in l. inter socerū. §. conuenit. ff. de pact. do. coniuncta.l.si quis vxore.ff. de dona. inter uirū & uxo. Aut quis se obligat ad carcerem publicum eo casu,quo de iure communi est prohibitum: & tunc obligatio est inualida per rationes præcedentes, quæ etiā decidunt fore pactū inualidū, per quod quis sua propria authoritate capi potest: licet Bal.in d. §.eleganter. teneat contrarium,& bene per prædicta.

Sed est dubium, posito quòd dictum pactū valeat: an ex eodem pacto capiat hæres debitoris? in quo Bar.in l.si decesserit.in prin.ff.qui satis. cogan. determinat notabiliter ꝙ nō,per illū tex.dicētē, ꝙ † conuentio per quam quis se obligat
29 ad aliquid,quod est suę personę cohęrēs, non afficit suū hæredem,sed hoc est huiusmodi: ergo &c. Ad hoc facit tex. in l. Paulus.ff.de pig.ubi tex.dicens conuentionem,qua testator obligauit omnia bona sua quærenda per se,non afficere personam hæredis:quia nō bona quęrenda ab eo.Item facit tex. valde not.in l. qui Roma §. Augerius.de uerb. obliga. vbi obligans se ad soluēdum quicquid Titiū tiuentē debere cōstitisset, nō obligatur, si declaratio debiti ex ꝑsona Titij.iā mortui facta fuisset in persona hęredis eius.

Fallit hęc decisio in muliere: quę suscipiens tutelā filij renunciauit omni legū auxilio: quoniā tunc quamuis mulier p debito capi nō possit & carcerari. ut authē. nouo iure. C. de custodia reo. & l. 1. & auth. ibi posita. C. de offi. diuer. iud. tamen hoc casu capi poterit & carcerari respectu eius, quod filio ex tutela ri administratione uigore prædictæ generalis renunciationis. ita notabiliter determinat Bal. in l. quis sub conditione. ff. de testa. tute. ea ratione quia qua ratione fauore filij mater tutelam ingrediens potest renunciare beneficio Velleiani: ut d. auth. matri. & auię. eadem poterit renunciare alteri beneficio pro se introducto, per d. authē. nouo iure. quod est notabile. intelige tamen d. authen. nouo iure. locū nō habere in meretrice: ut determinat Bal. in l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. & huius est ratio: quia † in persona sui legum obseruationem uitæ suæ uilitas excludit. C. de adul. l. quę adulterium.

Quo ad secūdum, an statutum ualeat permittens debitoris capturam & carcerationē? & uidetur dicendum quòd nō, quia quod † per pactum fieri non potest, non potest fieri per statutum, ut patet sumpto argumento ex l. non impossibile. ad fi. ff. de pac. & not. gloss. in rubric. C. de decre. decur. lib. x. Sed respondę, quòd hæc regula negatiua concessa falsa est, ut patet ex gloss. hoc plenè notante in l. neque pignus. §. priuatorum. & l. nec ex prætorio. ff. de regul. iur. quam examinat Bald. in l. proclama. C. commina. episto. & tangit in l. cunctos populos. C. de summa Trini. licet affirmatiuè concessa sit uera: ut l. fin. in fi. C. de fideiusso. ubi text.

Secundò, quia statutum habet auctoritatem ab hominibus condentibus, sed nullus ex condentibus dominus est mēbrorum suorum, ut dicta l. liber homo. ergo &c. Sed respondę quòd quemadmodum dispositio testatoris collata in eum, in quem ius habet, ut in libertum, ualida est, quamuis per eum personę illius libertas infringitur: ut d. §. Titio. in fin. ita & ualida est dispositio statuentiū, per quam infringitur libertas personę, in qua ius habent. unde ualidum est statutū, quòd insignis latro seu bannitus seruus capientis efficiatur. C. qui. ad liber. procla. non licet. l. dilationum. ubi casus est singularis secundū unum intellectum.

Tertiò, quia hominem incarcerare est contra bonos mores, quod est absurdum dicere, sed constitutio quid contra bonos mores statuens est inualida. 4. dist. erit autem lex ergo &c. Sed respondę contra bonos mores, esse, si loquimur respectu carceris priuati, secus si respectu publici, & in casu licito: ut patet in l. 1. C. qui bo. ced. pos. & l. sacrilegii. §. fi. ff. ad leg. Iuli. pecu. & l. nemo carcerem. de exac. trib. lib. x. & l. 3. §. tutores. de suspec. tut.

Sed stat dubium, an pręsupposita ualiditate statuti concedentis debitoris capturam, & carcerationē propria authoritate, illud locum habeat in debitoris hęrede. Bartol. determinat quòd sic, in l. postulanti. in princip. ff. ad Trebel. per illum text. qui facit egregiè. Appellatione enim debitoris ita uenit hęres, sicut defunctus, quia ille debitor est, à, quo iuico exigi potest. ut d. l. debitor. ff. de uerbor. signifi. & l. nihil obligat. ff. de libe. cau.

Quo ad tertium, an ualeat renunciatio facta facultati cessionis bonorum cū iuramento uel sine, scias hanc quęstionem tractari per Cy. & Bal. in l. 1. C. qui bonis ced. pos. & per Dyn. & Bar. in d. §. eleganter. & Spec. uidetur tangere in tit. de renunc. & conclu. §. 1. uersi. item &, beneficiū Canonistę in c. Odoardus. de solu. & do. Anto. de But. in c. cū contingat. de iureiuran. Fede. de Senis. in consiliis, consilio mihi 8. cuius tenor infr. describitur. & ponunt domini de rota in decisionibus antiquis decisio. mihi 207. & primo dicendum ꝙ non, quia per talem renunciationem astringitur ad detentionē carceris, cum ex cessione illā euitet: ut d. l. j. C. q bo. ced. pos. Ex detētione sequit in humanitas & credulitas sine cōmodo creditoris: quia frustrà ibi detrusus inhumanè uexabit, & fame forsitan morietur: clarū est iuramentū, per quod inhumanitas deducitur, inualidū fore; extra de iureiurā. c. cum quidam. debet enim ut sit ualidum habere tria, scilicet ueritatem, iustitiā, & iudicium; ut no. gl. in auth. quod eis. C. de nup. & patet ī c. si Christus. de iureiurā. 22. q. 1. & iurabūt: 22. q. 4. animaduertendum: non enim illud fuit repertū, ut esset iniquitatis uinculum: de iureiuran. c. quanto. 22. q. 4. c. cętera.

31 Item † est clarum nullam esse conuentionem, ex qua pascisceni nullū quęratur cōmodum uel utilitas ut patet in d. l. quoties. & d. l. sicut. Item idem etiam nulla est conuentio, per quam in uolūtatem alterius reponitur facultas disponēdi de rebus propriis. ff. de pact. l. nemo. Sed respōde in humanitatem seu credulitatem non sequi, quin ita prouidendum est, ut carceratis uictus non deficiat. qui etiam pro tribunali causa detentis non denegatur, imò si uolenti ad eos illum offerre iudex ingressum denegat, etiā si uelit affere statutum, iniuriarū est actio. ut patet in l. si uictū aut stratū. ff. re iudi. & l. reo criminis. ff. de soluti. & ad hoc C. de Epis. aud. l. iudices.

Preterea hoc sequitur in creditoris commodum: quia uel tedio carceris affectus soluet, uel alius pietate fortè commotus ad solutionem fortè induceretur: & consequenter isto casu iste carcer non erit pœnalis, seu, ut ita dixerim, tedialis.

Secūdò quia ex hoc creditor non reportabit commodum, cum in carcere existens nil lucrari uel acquirere potest, qđ forsan extra faceret, & ad talem fortunā deuenire, quod creditori satisfaceret. Cum igitur carceratio creditori nō profit dicto respectu, & debitori nocet, uidetur renunciatio, ex qua hoc sequitur non tenere, cum ex hoc creditor ueniat contra pręceptum charitatis & humanitatis. Item & ipse debitor renunciās sibi ipsi in humanus fiet & ipius, argu. ff. de appella. §. non tantū. Sed respondę, quod cum carcer, qui assignatur debitoribus, debet esse sublata & libera custodia ad usum hominis constituta: vt dicit tex. in d. l. nemo carcerem. igitur consequenter ibi operari poterit: vt extra, & sic lucrari.

Tertiò, quia debitor sic detrusus non poterit audire diuina, nec sacramēta ecclesiastica perciperet pro libito uoluntatis, nec audire verbum Dei, quod nō minus prodest, quàm assistentia missæ. 1. q. 1. interrogo uos fratres. ex quo poterit forsan deduci ad infirmitatem: ergo talis renunciatio, quæ potest debitorē deducere ad deteriorem exitū salutis æternæ, non uidetur posse iuramento ualidari. arg. 22. q. 4. & si aliquis: & in d. c. cùm contingat. & c. si uerò. eo. ti. Sed respondę hoc esse falsum, quia carceratis etiam damnatis ad supplicium ultimum, si petantur, nō possunt denegari, de pœnitē. & remis. cle. j. eo. ti. quod in te. & c. fi. de senten. excom. in 6. est enim hæc carceratio ciuiliter consideranda, non autem inhumanè: arg. ff. de serui. l. si cui.

Quartò sequeretur damnum reipublicę cuius interest homines diuites, & liberos habere, ac seruire potētes: vt l. j. ff. sol. matr. & l. cùm rō. ad fi. ff. de bonis dam. & in auth. ut iudices sine quoquo suffra. §. cogitatio. quia forsan huiusmodi seruitio indigebat: unde in eius præiudicio talis renunciatio nō uidetur iuramēto ualidari posse, ut ff. ad muni. l. fi. in prin. Sed respōde, quia hoc casu, cùm respublica indiget, poterit à custodia carceris liberari. Causa enim utilitatis publicæ ius priuatum lædi potest. ff. de euic. l. Lucius. ff. de rei vend. l. itē si verberatū: & quod no. Bar. in l. Antiochensium. ff. de priu. cre. & Inn. in c. in nra. de iureiu.

Quintò sequitur ex hoc pręiudicium vxoris & liberorū, quib. nō poterit vitæ necessaria subministrare: ergo ī eius pię iudiciū non uidetur talis renunciatio iuramento ualidari: ut d. c. cùm cōtingat & de pactis. c. quamuis. in 6. Sed respondę de has remotas occasiones in consideratione non esse ad hoc gl. de homic. de cętero. aliàs rarò carcerationes reputarentur ualidæ: quod est absurdum.

Sextò, quia astringitur talis debitor p talem renunciationem ad quandam speciem perpetuæ seruitutis: quia ad perpetuam carcerationem, & consequenter etiam carcer isto iure erit pœna, ubi debet esse custodia: ut suprà dictum est.

Sed ad hoc responde multipliciter: quia carcer isto iure non est pœnalis, sed custodialis. ideo enim introducitur ut tẹdio affectus creditoribus satisfiat. Ad hoc quod dicimus in simili, quòd missio ī possessionem ex primo decreto, quamuis largo modo fiat in cōtumacē in eius pœnam. ut l. satis. de in ius uocā. & tamē propriè fit aduersus eum ad inferendum tædium, quo affectus ueniat corā iudice responsurus: ut l. is cui. in princip. ff. ut. in poss. legā. & in capit. quoniam frequenter. § . in aliis. extra ut lit. non contesta.

Secundò, quòd quamuis ex hoc tacitè resultat conuentio de carcerando, quam suprà diximus inualidam: tamen hoc non consideratur ad inualiditatem renunciationis: quia illa uenit in eius consequentiam, & clarum est quòd aliàs prohibita possunt uenire in consequentiam permissi: ut l. 1. de autho. tuto. ff. l. in modicis. ff. de cōtrahen. emp. l. quędam. ff. de acquirend. rerum domi. c. qui uenerabilem in glo. 2. ubi concordantię, qui filij sint legi.

Tertiò quòd quamuis ipsa carceratio sit species seruitutis: ut l. 2. de libero homine exhiben. & speciem libertatis infringat. ut d. §. Titio. tamen sufficit quòd per hanc non sit seruus creditoris: quia hoc non reperitur lege cautum: sed seruus, ut ita dixerim, tędij carceralis quod sentit donec soluit: & ita seruitus à iure est permissa, ex quo permittit carceratio nem ut d. l. nemo carcerem & l. 1. c. qui bo. ced. pos. & per hoc respondetur ad d. l. ob æs. ff. de act. & oblig. illa enim dicens ob æs alienum non compelli debitorem posse ad seruiendum creditori, est intelligenda, cùm iure seruitutis aut hori a te propria ex pacto creditor debitorem uult compellere ad sibi seruiendū: quod
33 quidem est prohibitum. † quia cōuentio nibus libertas lædi non potest: ut d. l. liberos. C. de libera. cau. secus si iure contractus ab eo petat. seruitium operatum: qa quemadmodum ipse operas sua locare alteri potest: ut l qui operas. & l. in operis. ff. locati. cum si. pariter uidetur ꝙ & creditori.

Preterea hoc pacto resultat facultas carcerandi propria authoritate & in casu permisso, quod est licitū: ut d. §. tutores. & in d. l. nemo carcerem. quæstio autem prima in ordine de carceratione propria priuati & in casu permisso; unde veritas est in isto casu renunciationem esse ualidam etiam sine iuramento. et hoc uerum esse probatur: primò quia tres sunt casus.

Primus quādoque quis renunciat iuri pro se introducto ob reuerentiam personę: & tunc renunciatio est inualida tunc est casus in d. §. elegāter. Quandoq; quis renunciat iuri pro se introducto ex natura contractus uel actionis: & tunc renunciatio est ualida. ff. de pac. l. si quis crediderit. & ff. de re iu. l. si conuenerit. Quandoque quis renunciat iuri pro se introducto, alias per quandam æquitatem seu humanitatem, vt est casus noster in cessione bonorum, & tunc renuciatio est valida: de reg. c. statuimus. & c. ad Apostolicam. & C. de pactis. l. si quis in conscribendo. ff. de pact. l. pactum inter hæredē. & quod plenè not. gl. ordina. in auth. ut sine phibi. mat. §. preterea. in uerbo, senatusconsul. & in c. si diligenti. de foro competen.

Secundò, quia renunciatio iuris nō tēdens contra bonos mores, est regulariter valida. vt d. l. si quis in conscribendo. & d. l. pactum. sed hęc est huiusmodi, vt pareť, quia non habet perpetuam causam phibitionis: quoniam plures sunt casus, īn quibus non potest quis bonis cedere, quorum duos ponit Bar. in d. §. eleganter. in fi: alios ponit Bal. in l. 1. C. qui bonis cede. pos. & Ang. in l. is qui bonis. ff. de cessio. bo. vbi Bal. sic dicit in d. l. j. Cessioni bonorum tacitè renunciatur Primò, qui pertinaciter negat debitum, quia non habet quis hoc beneficium, nisi debitum confiteatur. vt l. penul. C. qui bonis ced. pos. itē nō habet beneficiū cessionis bonorū; qui dolo



dolo uel fraude factus est inops: ut l. fina. de his quæ in fraud. cred. quod præsumitur, dicit Bald. si omnia bona uel maiorem partem alienauit, ut l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in frau. cre. siue simul, & semel, siue interpellatis uicibus. ff. de leg. iij. nomen. §. filio. Item si bona sua consumpserit. in ludo uel in meretricibus: ut l. si quis cum sciret. ff. de usuca. pro emptore.

Quibus casibus, dicit Lud. duos ego addo. Primus. si habuit indicias quinquennales, qm̄ tunc excluditur a facultate cedendi. l. fi. C. qui bo. ced. pos. Secūdus pōt publicationem bonorum suorū facultas sibi concessa fuerat a principe recuperationis eorundem, quoniā si ad euitandam creditoris uexationem uelit bonis cedere, non pōt, ut est casus singularis, quem solus noto, dicit Lud. in l. ij. ad fi. C. de senten. pas. Item secundùm Bal. in l. j. C. qui bo. ced. pos. hæres, qui non facit inuentarium, non pōt cedere bonis, quia præsumitur in eo dolus, ut in auth. de hæredibus & Falc. §. sancimus. Item si furatus fuit aliquid: ut l. non dubium. C. de legibus. Item si creditores renunciant iuri incarcerādi, non pōt debitori cedere bonis: quia cessat ratio l. j. C. qui bon. ced. pos. ratio secundū Bald. ibi, prout dixerim lucrabitur, satisfaciet creditoribus, & soluere tenetur non attento ne egeat, quia cessante ratione beneficij, cessat ipsum beneficium. l. fin. ff. de diuor.

Adde hic, quòd periurus nō habet beneficium cessionis bonorum, ut in c. per uenit de fideius. secundum dominum Ant. de Bu. in c. Odoardus. de so'u. uide Bal. qui uidetur aliter notare in l. fin. C. de non nume. pecun. Excommunicatus autem potest cedere bonis, quia non petitur in figura iudicij: ut dicit Feder. de Senis in suo consilio. clxxxviij. secundū quod refert Anto. de But. in d. c. Odoardus. Vtrum autem diues posit cedere bonis? dic, quod sic, quia text. secundū
34 doct. in l. illud. ff. de tribu. Item † non gaudet beneficio cessionis, qui sub spe huius beneficij contraxit debita, ut not. Dyn. in capit. peccatum. de regulis uris lib. vj.

Similiter non gaudet beneficio cessionis omnis obligatus ad factum, quia ad illud potest precisè cogi, vt ponit Cyn. in l. j. C. qui bo. ced. pos. & propterea dico, ꝙ cum in Tuscia sint statuta, quòd obligati per instrumēta guarentigię pōnātur in carceribus, de quibus nō exeāt nisi totum debitum soluant, non audiantur bonis cedendo. ita fuit pronunciatū Perusij me aduocante. hoc etiam tenet do. Ange. in repetitione l. nemo carcerem. ff. de exacto. tribu. & idem uidetur tenere Bal. in l. j. in 6. quæst. C. q bo. ced. pos. & datur beneficium cessionis etiam mulieri, quantuncunq; detrudi non possit in carcerem, etiam pro debito fiscali, vt in authentic. vt nulli iudic. §. necessariò: licet in Appulia malè seruetur. quod tenet do. Angel. in fin. qui bo. ced. pos.

Et no. quòd licet debitor fiscalis propter tributa non possit carcerari, si non potest soluere, ut l. sacrilegij. ad leg. Iul. pe. per Bar. tamen habet beneficium cessionis: ut attestaī And. de Iser. in ti. quæ sint regalia. & dicit sic debere intelligi l. 2. C. de exac. tribu. lib. x. Vnum adde, ꝙ sine tanta difficultate uidi semel allegari casum, quòd in debitore fiscali indistinctè habet locum beneficium cessionis bonorū, ut est casus institu. de socie. §. item si quis. de sociis. de hoc uide plenè per dominum Angel. in l. is qui. ff. de cessio. bono.

An autem vnus sociorum possit alium incarcerari facere ꝓpter inopiā? do. Bald. in rubrica C. pro socio. in fin. dicit quòd non, quia societas uinculum fraternitatis obtinet: dic ut ibi per eum.

Redeamus ad Lud. Tertio, non reperitur de iure hęc renunciatio prohibita: ergo in dubio debet cēseri permissa. ff. ex quibus cau. maio. l. necnō. §. eis ff. de ꝓba. l. ab ea parte. Quartò, quia cùm taciti & expressi eadem sit uirtus: ut l. cùm quid. ff. si certum peta. & qui ad certū. ff loca. & l. triticum. cum si. ff. de uerbor. obliga.

obliga. ergo ꝙ si valet renunciatio tacitè, quæ resultat ex beneficio induciæ quinquennalis, vt l. fin. qui bo. cede. pos. C. pari ratione vel maiori dicendum est valere expressum, quod quidem limitat Fede. in dicto consilio, nisi manifesta & notoria sit paupertas ipsius renunciantis, & cum spe non lucrari in futurum; vtputa, quia decrepitus vel similiter cũ spe negatiua, quòd aliquis pro eo soluat, quoniam tunc cedere poterit renunciatione non obstante tanquam inualida, quemadmodum propter inhumanitatem inualidum est iuramentum, propter quod filius promittit alimenta non petere, vt ponit Spec. in tit. qui filij sint legi. §. j. versicu. item pone aliàs incipit, Sed pone pater. & sequitur Bar. in l. si quis à liberis. §. si vel parens. ff. de lib. agno. clarius ponit Bald. in l. pactum dotali. C. de collat. pro quo est casus de iureiur. c. cùm quidam.

Aduertetamen, quia si quis ex seipso iurauit non cedere bonis, non obstante iuramento poterit cedere. Tenor cõsilij. Fed. de Senis talis est, ꝙ pactum seu renunciatio per quod ceditur bonis, validetur iuramento proprio. & primo per similes casus, de quib. licitum est arguere; primò in casu auth. sacramenta. Itẽ, ꝙ non veniatur contra alienationem rei dotalis: de iureiuran. c. cùm contingat. Itẽ ꝙ filia non habeat regressum ad bona paterna: de pact. c. 2. in 6. Item in pacto legis commissorię. de pigno. c. significante. Item Specu. dicit ꝙ etiam sine iuramẽto videtur valere pactum quòd pro debito quis posit personaliter detineri, vt not. Spe. in tit. de renun. & cõclu. §. j. ad fi. vers. item est beneficium. ꝙ dicit, ne liber homo &c. Itẽ quia sunt casus, ꝙ non valet pactum, vt conueniatur habita ratione ne egeat, vt infrà in vers. præcedenti. ergo contra iuris regulas, & ex hoc probatur ꝙ tale pactum non est cõtra bonos mores, nec habet perpetuã causam prohibitionis. Prædicta videtur vera, nisi esset notoria & euidens mendicitas, paupertas, & fames, quod non esset in casu nostro: quia tunc iuramentum esset contra ius naturale, vnde non valet pactum, ꝙ filius non petat alimenta à patre. vt not. Specu. qui fil. sint legi. vers. sed pone quidam.

Fede. de Senis. Ioan. de Imo. in d. §. Titio centum. sic dicit no. argumentum ꝙ non posit quis per pactũ astringi ad habitandum certo loco, quod est verũ, nisi interfit eius, cum quo fit pactum, quia tunc tenebitur ad interesse si non seruet. argu. eorum quæ habentur in l. qui concubinam. §. hęres. ff. de leg. 3. Itẽ arguitur, ꝙ non valet pactum vel statutum, ꝙ posit quis incarcerari, si nõ soluat intra terminũ: de quo hic per Dyn. & Bar. & etiam aliquid per Bar. & adde dictis Bart. quatenus per statutum dicit posse fieri: concordat Bald. & allegat l. missi opinatores. C. de exacto. trib. lib. x. Sed quatenus per pactum dicit posse fieri: limitat hoc verum, quando fit pactũ, quod posit detineri per priuatum, sed vbi fit pactum, quod posit detineri per iudicem, vel authoritate iudicis, dicit secus per id quod habetur in d. l. missi opinatores. & ita dicit quendam de monte Vibiano consuluisse: facit quod no. Cy. l. j. C. qui bo. ced. pos.

Sed fortè contrarium est verũ in hoc
35 vltimò: †quia partes nõ possunt renunciare solennitati ordinis iudiciorum. l. prolatam. cum ibi not. C. de sententiis. & l. j. C. de lite contest. & c. de causis. de offic. deleg. & ideo non debent posse, ꝙ per pactum deueniatur ad capturam nõ seruato ordine iuris: & pro hoc etiam bene facit quod not. Inno. & Ioan. And. in cap. P. & G. de off. delega. vbi concludit partes non posse renunciare, ꝙ feratur sententia excommunicationis in non soluentem in termino, non seruata solennitate iuris seu. c. sacro. de senten. excommu. Non obstat l. missi opinatores. quia si bene ponderetur, non probat id ad quod allegatur. per hoc videtur ꝙ pacta quę sæpe apponuntur in instrumentis: ꝙ si non fiat solutio in termino, posit quis realiter & personaliter detineri & carcerari per partem, operantur in locis, vbi statuta nõ disponunt talia



talia pacta esse seruanda & executioni mandanda: & sic talia pacta non operantur, nisi statutum vel consuetudo loci disponat.

Aliud uerò si dicit statutum ꝙ debitor capiatur pro debito, an tunc eius hæres potest capi? super hoc Ioan. de Imo. in l. postulante. ad Trebellia. sic dicit ex glos. inducitur iste tex. ad quæstionem, si statutum dicit, quòd debitor potest capi & carcerari pro debito: quòd licet non faciat mentionem de hærede, tamen hęres etiam capi poterit. & hoc fatetur Angel. de plano, ex quo statutum loquitur de debitore: quia hæres est debitor. facit ff. de verborum signif. l. debitor. si autem diceret, quòd promissor posit capi: tunc dicit idem, si ad capturam peruenia tur iuris ordine: argumen. principij. postulante. secus verò si permissa à statuto contra formam iuris communis; quia cũ hæres non promisit, non extenditur statutum ultra personam, de qua loquitur, velut odiosum & irrationabile. l. quod verò. §. de viro. ff. soluto matr. & de pactis. l. si vnus. §. ante omnia.

Et subdit Angel. de facto se vidisse terminari in ciuitate Perusii arduissimam quæstionem per d. tex. l. postulante. nam vbi viget statutum, quòd debito, contra quem fit interpositum secundũ decretum, posit & debeat cogi præcisè ad consentiendum illud quod virtute dicti statuti fuit compulsus hęres illius, ad quẽ emanauerat, decretum, sed, secundum eum, fortè terminus fuit in l. ista. quia ex iuris ciuilis censura debitor non cogitur approbare, potissimè si emanasset iniquè.

Tu adde primò, quòd ex quo statutum loquitur de debitore, videtur comprehendere etiam hæredem, per id quod dicit supra. idem Angel. Item, ꝙ secundũ decretum consueuit interponi contra laitantem. & sic contra verum contumacem. l. Fulcinius. §. fin. ff. ex quibus cau. in pos. ea. quo casu non potest appellari. l. j. C. quorum. appel. non re. & sic etiam de iure cogitur approbare, cum non potest contradicere, si tamen secundum decretũ ex causa damni infecti, tunc fortè potuisset esse absens iusta causa. l. si finita. §. si fortè. ff. de dam. infec. nec cogitur de iure approbare, ut ibi. Item adde secundò, quòd etiam ubi statutum loquitur de promissione, videtur trahi ad hæredem per regulam illius l. postulante. in vers. cum enim. iuncto verb. respondi. & sic videtur esse potius extensio passiua ex vi regulæ antiquæ, quæ est permissa etiã in statutis, & etiã in pœnalibus. l. si quis seruo. C. de furtis: Imputet enim sibi, qui hęreditatẽ adit, nam debet imaginari ꝙ succedit in vniuersum ius defuncti actiuè & passiuè. ff. de regul. iur. l. nihil aliud:

Item adde tertiò hoc verum, nisi fortè fecerit inuentarium, quia tunc non videtur posse personaliter grauari, per ea quæ habentur in l. fina. §. in computatione cum ibi not. C. de iure delibe. & sic de facto dicebam in quęstione in ciuitate ista Bononiæ, dicit idem Ioan. in qua est statutum, quòd excussione literæ cambij potest debitor detineri. vide super hoc Bartol. in l. scimus. §. in computatione. C. de iure delib. & hoc tenet Petr. de Ancha. in consi. suo, qđ incipit, In Christi nomine, quoniam viso themate quæstionis inter dominã Franciscam. vbi sic dicit, Aduertendum quod dictum statutum in quantum prouidet contra hæredem cum beneficio inuẽtarij, solum statuit de exceptione super bonis hæreditatis, & non contra personam. concordans in hoc cum iure communi, ut l. fi. §. & si præfatã. C. de iure delib. ibi, nihil ex sua substantia pœnitus, hæredes amittant & ibi, neq; ipsum hæredem inquietare, &c. quod doct. intelligunt in personali captura. in ver. contra ipsum, &c. hæc ille.

Ang. autem in cõsilio, quod incipit, Pũctus quęstionis, super quo petitur cõsilium, tale est, videlicet, Blasius minor 25. annis. Ex prædictis concludo, qđ si inuentarium teneret, eo, quòd de legitima citatione posset doceri, quòd tunc non posset personaliter compelli ad debita psoluenda, quinimò nec ad bona uẽdẽda suo periculo, unde sufficit quod de bonis

bonus defuncti satisfacere uelit: & aliàs multam molestiam pati potest: ut l. fin. §. & si præfatam. & sic ibi per Cyn. Bar. & alios quinimo in terris ecclesiæ, vbi. Papa habet temporalem iurisdictionem de æquitate canonica, non tenetur hęres etiam inuentario non confecto ultra vires hęreditarias. ut no. Hostiē. in summa in ti. de testa. quod locum habet maximè in vsurariis: quòd hæredes usurarij non tenentur ad restitutionem ipsarum vltra vires hęreditarias, etiam inuentario non confecto: ut not. Io. An. in ca. quãquam. de usuris. in 6.

36 Item † est sciendum quòd per beneficiũ cessionis bonorum quis euitat carcerem: vt l. j. C. qui bo. ce. pos. Item non posit compelli, donec peruenerit ad pinguiorem fortunam, ut l. is qui. & l. qui bonis. C. qui bo. ced. pos. sed debet cauere de soluendo secundùm Canonistas: ut dicit Cyn. l. j. C. qui bo. ced. pos. Videamus quando dicatur quis peruenisse ad pinguiorem fortunã. & dicendum est, ꝙ quando tãtum acquisiuit quòd deductis necessariis alimentis aliquid superest sibi. ff. de reg. iuris. l. in condemnatione. C. de mune. & ho. curam. §. deficientiũ. & l. his muneribus actis. de iure immuni. l.

37 sem ꝑ § negociatio. Illud † aũt est lucrũ quod ex honestis causis suscipit initium: ita ut illud, quod illicitè acquiritur, non sit lucrum: in d. §. deficientium. & in tex. ff. pro so. l. quod autem ex furto. cũ seq. sit ratio: quia qui licitè quęrit illud tãtundem restituere tenetur. ideo ad eum non dicitur peruenisse, quòd remanet oneri cum quo peruenit. ff. de hær. vel act. uen. l. 2. §. illud tendendum. & d. l. peruenisse. cum si. Empta ergo ex usuris non uidentur augmẽtasse patrimoniũ, ex quo subiacẽt restitutioni: de usur. c. cũ tu. & cap. cum tua. per totum. de quo per glos. in l. j. ff. de his qui sunt sui vel ali. iur. Sed quę sita ex licita negociatione, etiam cum pecunia ex usuris percepta videntur augmentasse patrimonium, quia ad eorum restitutionem non tenetur, quæ ex iusta sunt quæsita: sit d. l. semper. §. negociatio. cum si.

Item adnertendum, quòd cessio bonorum habet locum, quando actio non descendit ex delicto. l. nam & is. ff. de dolo. secus si ex delicto: ut l. quicunque. C. de seruis fugiti. vt l. fina. quę in fraud. cred. in §. fina. & quod dictum est, quòd quis cedendo bonis non liberatur ab obligatione. hoc intellige uerum, nisi cessio fiet ignominiosè, quoniam si fit ignominiosè, liberatur ex toto ab obligatione: ita gloss. in cap. sicut dignum. de homicidio.

## An posit renunciare beneficio Velleiani.

### SVMMARIVM.

1 *Mulier quando beneficio Velleiani renunciet.*

2 *Renunciationes omnes Velleiani utrum non uideantur ualore de iure.*

Xpletis præmissis videndum est an mulier posit renunciare beneficio Velleiani. Ange. in l. generaliter. C. ad Velleian. sic dicit gloss. vbique tenent, quòd per mulieres potest renunciari beneficio Velleiani: vt not. gloss. in l. 1. & l. generaliter. C. ad Velleia. & l. fin. eod. titul. C. & ff. ad Velleia. l. fi §. penul. tamen de iuris rigore dic, quòd aut mulier intercedit pro uiro, † & tunc non renunciat beneficio: quia ipso iure tuta est. C. ad Vell. authẽ. si qua mulier. aut intercedit pro alio, & tunc si non intercedit per publicum instrumẽtum, & à tribus testibus subsignatum, simpliciter renunciatio Velleia. nulla est, quia ipso iure tuta est: ut l. antique. C. ad Vell. §. ne autem. sed si intercedit per publicum instrumẽtum, & à tribus testibus subsignatum, tunc aut intercedit in causam, in quàm necessariò obligatur, & ualet renunciatio Velleiani: ut in auth. matri & auię. C. quãdo mulier offi. tut. fungi potest. & in authen. unde sumitur. aut intercedit in causam, in quã obligatur spontè, & tunc si renunciat in iudicio, valeat renũciatio propter iudiciorum auctoritatem: ut l. fin. §. pen. ff. ad Velleian. aut renunciat extra iudicium, & tunc si renunciat interuallo, id est, post biennium, valet renunciatio: ut l. si mulier. C. ad Velleia. Si verò renunciat intra biennium vel in ipso contractu: & tunc talis renunciatio nulla est, vt d. l. si mulier. quia qua fragilitate contraxit. eadem renunciauit, & quia beneficiis concessis propter fragilitatem nemo renunciat.



Et ideo minor non potest renunciare beneficio restitutionis in integrum: vt no. in l. si intra. C. de in integr. restitu. min. & ff. de minor. l. si iudex. per Cyn. C. de pact. l. si quis in conscribendo. & hoc etiam tenet Cyn. in dicta l. generaliter. & dicit idem Angel. in l. j. C. ad Velleia. licet gloss. communis sit opin. & eam seruat consuetudo, quòd mulier posit renunciare beneficio Velleiani: tamen multi moderni tenent oppositum, quòd de iure renunciari non põt, quia mulieribus hoc beneficium est cõcessum propter fragilitatem sexus, vnde qua fragilitate sunt inductę ad contrahendum, eadem fragilitate sunt inductæ ad renunciandum.

Nec ob. auth. matri & auiæ. vbi apertè dicit litera posse renunciari beneficio Velleiani. quia speciale est, cùm mulier obligetur auctoritate legis, & lex asistat renunciationi. Nec obst. l. fi. ff. ad Velleian. quia ibi fuit renunciatio facta est post facto & in iudicio, licet tamen istud esset de rigore, tamen de consuetudine est contrarium ut dixi, debet tamen mulier esse certiorata de tali beneficio aliàs renunciatio nihil operatur, ut no. per gl. in d. l. fi. §. pen. ff. ad Vell.

Bal. autem in d. authen. matri & auię. sic dicit, in tutelis quas recipiũt fęminę, tres renunciationes debent poni. Primò debent renunciare secundis nuptiis, si aliæ nõ pręcesserunt. Secũdò debent renunciare beneficio Velleia. Tertiò debent renũciare omni alij legum auxilio iuris introducto in fauorem sexus, quia per has renunciationes mulieres redigũtur ad iura communia masculum, & nõ habent aliquod beneficiũ in præiudiciũ pupilli vel aliorum, quatenus concernit officium tutelæ, & si in instrumẽto non sunt istæ renunciationes, dicunt quidã non valere, quia nõ est seruata forma legis, & ea quæ sunt de forma, nõ possunt omitti, vt C. de admini. tut. l. fi. §. omnẽ. alij dicunt, quòd suscipiendo tutelam, tacitè videtur facere omne id, per quod peruenitur ad tutelam, arg. ff. de acqui. hære. l. illud. Tu dic secundùm Bald. ꝙ non ualet, nisi expresè fiat renunciatio, qua mulier posset prætendere ignorantiam. l. fina C. de iur. & fa. ignoran. Item ad hoc facit ff. de verbor. signifi. l. sciendum. vbi not. quòd mulier non præsumitur renunciasse Velleiano, vel alicui alij suo auxilio.

Quidam tamen dicunt, ꝙ renunciatio beneficij Velleiani nõ est necessaria, & dicũt quòd hæc est leuis solennitas, & põt ommitti, quod est falsum, qa litera loquitur conditionaliter, dum dicit, si renunciauit, &c. & conditio, quæ opponit per legem, nunquàm dicitur continere leuem solennitatem, imò oportet quòd conditio extet, argu. de col. bonorum. l. prætor. in princ.

Sed quid si in instrumento est omissa illa renunciatio, & omni alij auxilio, dicunt quidam tutelam valere, quia non reperitur aliud auxilium. Bar. dicit non valere tutelam, quia habet auxilium erroris iuris, & ideo renũciat. l. fi. C. de iur. & fact. igno. ergo, &c. Sed tu dic secundũ Bald. quòd immo est aliud auxilium, quod habẽt, scilicet, auxilium. l. antiquę. §. finali. alleg. & ideo sis cautus, ꝙ omnes istæ renunciationes in instrumento ponantur, aliàs non valet decretũ interpositum super tutela matris, & dicit idẽ Bald quòd omissio istius renunciationis reddit tutelam nullam, & multũ operatur, quoniam poterit incarcerari, & non poterit euitare carcerem ex beneficio authẽ. sed hodie. C. de inoffi. diuer. iudi. & etiam si emittitur renunciatio Velleiani, tutela non ualet, licet quidem dicant contrarium, quia dicunt, ꝙ est modici præiudi-

prejudicij hæc renunciatio, vt l. j. in fi. ff. de uentre inspl. Tu dic contrarium secundum Bal. quia imò est magni præiudicij, nam tenetur creditoribus ad defendendũ pupillum conuentum ab eis: ut in gl. si malum authorem constituit, tenetur pro contutoribus & sic multimodè intercessit.

Barto. de Sali. in alleg. auth. matri & auiæ. in sua lectu. ibi, in 17. quæ. sic dicit Quero quid si nullam specialem renunciationẽ fecit de nuptijs, nec Velleiano, sed tantum generalem: qula reuunciauit omni beneficio, & auxilio sibi competenti, & competituro, an sufficiat? respondeo quantum ad Velleianum sufficere; quia illud non est beneficium. sed facultas: ideo sub illa generali renunciatione non comprehenditur, secũdum Bart. sed dubito dicit Sali. ne hæc specificatio sit de forma. & sic ab ea non fit recedendũ: quia hęc duo specificãtur, & postea clausula generalis adiicitur, vt patet infr. ea. l. fin. & authẽ. ut sine prohi. ma. §. qa uero. collatio. 7. vbi autem forma est data, procedit ratio Barto. & dicit idem Bald. in l. si pater. C. quando mulier. tute. offi. fungi potest. sic & ex hac l. coniuncta authen. matri. &. auiæ. habes apertẽ, qd debet promittere mater, quãdo suscipit tutelam filiorum: quia debet inter cętera renũciare secundis nuptiis, & specialiter beneficio Velleieni, & generaliter omni legum auxilio matri competenti, & debet obligare pro tutela gerenda omnia bona sua: si quid autẽ istorum deficiat, tutela non procedat.

Ex ideò sis cautus tu, qui matrẽ facis dare tutricem, requirũtur enim alia, sed non ex eo, quia mulier: sed quia tutrix: quia omnis tutor hoc ꝓmittere debet, scilicet, pupillum defendere, & sine ulla cunctacione, & rem eius saluam forè, & si quid istorum etiã deficeret tutela est nulla. text. habes in l. 2. §. defensionẽ. C de administr. tuto. & ibi no.

Ex prędictis inferas nouam opin. Bartol. uideri ueram, scilicet, quòd in ratione reddenda mulier posit incarcerari: ex quo reuũciauit auctoritate legum omni auxilio legum mulieribus cõpetenti, leges enim in partiuntur hoc beneficiũ mulieribus, ne detrudantur in carcerem: ut dicit idem Bal. in l. j. C. qui bo. ce. pos. & C. de custo. reo. auth. nouo iure. Attẽ de tamen secundum Bal. ꝙ si in loco vigeret statutum, ꝙ mulier carcerari non potest: uel aliquod aliud priuilegiũ mulieribus esset per statutum indultũ talis renũciatio non porrigeretur ad hoc, nec cogenda est tali priuilegio renunciare: quia non inuenitur lege cautum, quia allegata l. si pater. solum loquitur de priuilegiis legalibus, quæ differunt realiter, & etiã essentialiter à priuilegiis statutorũ: & quia cum de lege loquimur, in dubio ad leges ciuiles, & non statutarias est facienda relatio: ut not. gloss. insti. de iure naturali. in princ. & ff. de iusti. & iure. l. ius pluribus modis.

Idem Bal. in l. mulieribus. C. ad Velleia. sic dicit. Vtrum beneficio senatusconsulti Velleiani potest renunciari? glo. in dicta l. mulieribus. dicit quòd sic: ut l. fin. ff. ad Velle. dum tamẽ sit certiorata ita quod intellexerit beneficium suum, nec præsumitur certiorata: ut not. ff. de uerb. obl. l. sciendum. Nicolaus de Matt. in l. si mulier. C. ad Velleia. sic dicit, quòd in ista secunda iactura succurritur mulieri, sicut in prima per text. qui dicit in secundã iacturam, ex qua litera facit quòd si mulier renũciauit beneficio Velleiani in instrumento fideiussionis sibi non prejudicat: quia hoc procedit ex consequẽtia ex eadẽ facultate. ar. ff. de noua l. doli. & quod not. ff. de mino. l. si iudex circumuentus.

Non ob. ff. ad Velleia. fi. §. fi. quia ibi non in instrumento fideiussionis: sed ex post facto: & cum conueniebatur in iudicio per modum iurisdictionis cõtentiosæ renunciauit, unde illud contingit propter iudicij uigorem.

Item nõ obst. l. fi. C. quãdo mulier efficitur fun. potest. & auth. matri & auię: quia nec ibi renũciat instrumẽto fideiussionis, sed in datione tutelæ: ibi, nõ est fideiussio. ut ibi patet, & l. si mater. ad Vel. quo casu pôt uallere ꝓ fideiussione, quã facit exercendo officium tutelæ, vt ibi not.



Præterea ibi renunciat ex necessitate officii suscepti tutelaris & de conscientia legis: ut C. si mater indemni. promis. per l. fina. secundùm Nico. de Mat. & aliquo addito ex uerbis Cyn. in l. fina. C. ad Velleian. tu dic secundùm Bald. quòd mulier fideiubet pro uiro, & non potest renunciare, si ad ipsam non pertinet utilitas contractus: ut in authen. si qua mulier. C. ad Velleian. aut fideiubet pro extraneo, & tunc aut in rem propriam & tenet fideiussio, nec est necessaria renunciatio, ut ff. qui satisdat. cogan. l. de die. § qui in mulierem. aut in rem ipsius extranei: & tunc aut non est certiorata, & non tenet renunciatio: ut not. in dicta l. sciendum. aut est certiorata, & tunc refert. Aut intercessit coram testibus non interueniente publico instrumento, & tunc non tenet renunciatio: vt dicta l. antiquæ. §. ne autem. aut interuenit publicum instrumentum, & tunc secundùm opin. gloss. teneret renunciatio, sed secundùm alios, aut est renunciatio uoluntaria, & non tenet, quia mulier præsumitur decepta non solum re, sed consilio principalis debitoris, ac etiam creditoris: text. est not. ff. ad Velleian. l. i. in fin. unde propter fraudem præsumptam non tenet renunciatio uoluntaria: aut est renunciatio necessaria, & tenet ut d. authen. matri & auiæ.

Item tenet quandoque in figura iudicii ut d. l. fi. §. fi. ratio autem prædictorũ hęc est: quia quandoque mulier intercedit secundum legem: & tunc non est nedit secundum legem: & tunc sumus ti. §. fi. quãdoq; præter legẽ; & tũc sumus in ista materia, utrum ualeat renunciatio nec ne, qrandoque contra legem. & hoc dupliciter nel ratione personę uel quia pro uiro, uel quia ratione formæ ut quia non interuenit instrumentum publicum; & utroque casu renunciare non potest; quia est nullum ipso iure, ut d. auth. si qua mulier. & d. §. ne autem. Sed dic secundum Bal. cùm hodie non utamur in Lombardia subscriptionibus testium. ergo non uidentur ualere fideiussiones mulierum, ut d. §. ne autem. sed dic secundùm Bal. quòd cõsuetudo facit ualere: quia satis est quòd tabellio scripserit nomina testium, de cõsuetudine etiam sufficiunt duo testes: nam per consuetudinem receditur à maiori solennitate, & minor sollennitas subrogatur loco maioris: ut in authen. de instrumentorum cau. & fide. §. oportet. & ista consuetudo est notoria ex inspectione omnium instrumentorum publicorũ, & ideo nõ indiget probatione: quæ uerba tene menti.

Idem Bal. in l. si mulier. C. ad Vel. sic dicit quando mulier se obligat, secundò post biennium: an tunc sit necessarium quòd mulier renunciando sit de ipso beneficio certiorata? uidet quòd sic. ut l. fi. §. fi. ff. ad Vell. & l. sciendum. ff. de uerb. obl. & in authen. quomodo oportet Episcopos in 2 col. contrarisi dico dicit Bal. quòd hæc mulier nõ excluditur, quãdo secundò fideiubet post biennium ui renunciationis tacitæ, nam tunc oportet scire tenorem senatusconsulti Velleiani: sed excluditur propter sollẽnitatẽ actus repetiti: et simile quãdo excluditur propter aliam causam quàm renũciationis: quia ibi non requiritur certioratio: ut l. antiquę. C. ad Velleia. & l. si dotale. &. l. pen. in fin. eod. titu. idem etiam Bal. in l. antiquę. §. ne autem. sic dicit: per hunc tex. apparet quid faciant illa uerba, renũciauit beneficio Velleiani, & cujlibet alii auxilio: nam de auxilio Velleiani constat.

Aliud autem auxiliũ, est auxiliũ nullitatis: ut d. l. antique. §. ne autẽ. si qua mulier. eo. ti. cui auxilio nullitatis renũciari non potest, nisi cum sacramẽto, uel de conscientia legis ut in authen. matri & auiæ. & operatur aliud: quia non poterit allegare iuris ignorantiam secũdùm Bald. in l. si pater: & d. authen. matri & auię. C in autem in l. generaliter. C. ad Velleia. sic dicit beneficio senatusconsulti Velleiani pôt renunciari ut l. fi. §. pe. ff. ad Velle. & auth. ut matres credi. & debita

debita.§.j.& in renunciatione debet mulier certiorari & certificari de tenore, & effectu Senatusconsulti Velleiani, antequàm renunciet: secundum Cy.ibi,& secum Cy. si continuatur cum instrumento quòd renunciauit Velleiano simpliciter, non præsumitur mulier certiorata, quia hęc certioratio est solēnitas extrinseca,ideo non præsumitur: vt l.quęcunque.§.fi.ff.de publi.

Ange.uerò in l.fi.ff.de prętor.stip.dicit ꝙ si iusta causa reuocãdi interuenit:pu ta quia est effectus quidã ribaldus & ho mo infamis uitę,tunc poterit reuocari cõ uentio,ante quam fit facta declaratio, p l.cum quis.& per similes concordantias. ff.de solu. aliàs secus. & respondit ad l.si quis iusiurandum.ꝙ ideo iuramentũ de latũ reuocatur propter causam emergẽ tem de nouo:quia superuenerunt de ferenti probationes, aliàs non esset locus pœnitentię.alleg.l.si non fuit.ff.de iure iur.& ibi de hoc per Guil. secundum esi aliter non?respondit ad d.l.cum ostendi mus.sed potest dicere, quòd illa modicũ facit contra Barto.quia loquitur,quando quis apud acta passus est se scribi pro fi deiussore,& pro pupillo, uel pro republi ca:qui fideiussor consueuit se per stipula tionẽ obligare.l.blanditijs ff.de fideiusso. & est speciale ibi fauore pupilli & reipu blicę:ut not per Bar. quę ratio cessat in casu prædicto. & etiam actus dilationis non est actus,qui sui natura stipulatione egeat:unde puto Ange.bene dixisse.& se cundum dictum eius limitandum dictũ Dyn. Credo tamẽ,dicit Io.quòd in d.l.si quis iusiurandum.non procedat respon sio Ange.quia non uidetur ibi quòd de nouo emerserit probatio:imò potius fue rit oppositum:quia nil probauit:sed be ne allegabat ꝙ uolebat probare: & fortè etiam dicebat de nouo superuenisse: tamen illud non probat, nec erat ne cessarium illud probari, quia locus erat pœnitentiæ ante præstitum iuramen tum.

Nunc redeamus ad dicta Ioã.de Imo. in l.custodias.ubi cõtinuando dicit quòd Iaco. de Bel.tenuit opi. positam in d.§. quia uerò.ut sine prohi.ma. & probatur etiam in authen.iubemus.& Iacob.Bru. ibi, & Ioan. Andr.in c.si diligenti.super prima glo.ad fin.de foro compe.Spec.in tit.de proba § uidendum.uersi.sed pone refert tres opi.una est,quòd pactum non ualeat, alia est quòd,ualeat: certia est ꝙ inspiciatur qualitas personarum,ar.ff.de eden.l.si quis ex argentariis.potes cõclu dere ꝙ aut apponiur pactum extra iudi cium, per quod renũciatur productioni testium,& agitur ꝙ nõ fiat probatio nisi per.instrumentum,& tunc licet sint opi niones,uerior tamẽ uidetur opinio Azo. & Hosti.quam in effectu sequitur Io.de Ligna.per suas rationes.

Nec obstat quòd pactũ contra publi cam utilitatem nõ ualebit: quia non repe ritur lex expressa,quę dicat probationes testium ad publicam utilitatem ten dere seu pp publicam utilitatem indu
8 ctas, & bene dicit lex quòd usus † testiũ est frequens & necessarius in iudi ciis.l.2.ff.de testi.& quòd probationis fa cultas nõ est angustãda.l.quoniam.in fi. de hereticis.propterea dicta iura possunt intelligi,quando per partes non agitur, ꝙ requiratur scriptura in actu: possunt tamen hoc agere, ut est dictum.& pro hoc bene facit d.l. testium. & pro hoc etiam facit, quia licet appellatio fuerit ualdè expediẽs & necessaria:ut l.1.ff.de appellationib. tamen appellationi potest renunciari.ut l.fi.ad fi.C.de temp.appel. facit quod habetur in l.1.§. penul. ff.qui & à qui. & pro hoc etiam facit, quia si simpliciter dicta ratio attenderetur scili cet,quia contra publicam utilitatem non debet posse renunciare,etiam in iudicio, quod est cõtra dictum c. de testibus.ex tra de testibus.

An autem in iudicio posit renunciari productioni testium? uidetur ꝙ sic ut d. c.de testibus.In contrariũ uidetur casus in authen.de testibus.§.quia uerò.colla. 7.& facit quod no.glo.in authen.ut cùm de appel.cogno.§.j.potes dicere sequen do Bar. in authen. qui semel.C.de pro ba. quòd aut conclusum est in causa. & absque dubio tenet talis renũciacio post conclusionem. Adde,quòd nõ poterunt produci nedum testes nec etiã instrumẽ ta.ut est tex.in c.cùm dilectus. extra de fide instru.nisi fortè beneficio restitutio nis in integrum pars posset iuuari,uel ni si fortè secundum legem seruata solẽnitate auth.qui semel.Interdum nõ est cõ

clusum

clusum in cā? & tunc tenet renunciatio quo ad testes, quos potuit producere. & sic loquitur c. de testibus. sed nō extendi tur talis renunciatio in dubio ad testes, quos ignorabat posse producere, dum tamē nō audiatur, nisi prius seruata solennitate, de qua in d. auth. qui semel. & sic loquitur d. §. quia uerò. prout etiam ibi innuere uidetur litera, si bene ponderetur. Et ex prędictis patet quòd si constaret de mente renunciantis, quòd uellet ex toto omnibus testibus renunciare: ꝓ tunc fortè amplius nō audiretur: & sic facit pro his quę dixi circa pactum, quod sit extra iudicium de non probando per testes.

An autem quis posit renunciare probationi fiendę per instrumentū? cōclude ꝓ si fiat extra iudicium, quòd non posit probari per instrumētum: fortè tenebit, sicut in simili supra dixi de testibus: arg. in exercendis. C. de fide instrumen. si autem fieret in iudicio, multofortius idem uidetur, & eo ipso qd̄ cōcluditur in causa, eo ipse uidetur renunciari productioni instrumentorū: ut in d. c. cum dilectus. An autem si quis renūciat in causa principali productioni testiū, & instrumentorum, extendatur renunciatio ad causam appellationis? dic ut per Bart. in d. auth. qui semel. & per Innocen. in ca. cum uenissent. & in ca intimauit. extra de testib. Quid autem si quis renūciat probationi testium & instrumētorum, & uoluit solum stari debere sacramento aduersarij? de hoc fuit. dictum suprà & de hoc etiā habetur per Bart. in l. Theopompus. de dote præleg. sed supra hoc puncto Lud. in suis dictis in litera, P. in dicto, qd̄ incipit, magnum est dubiū, sic dicit: magnū est dubium, an ualeat pactū, ꝑ quod quis se astringat ad certū genus probationis glo. in auth. iubemus. C. de iudic. & in authen. ut sine prohi. ma. deb. & cre. §. quia uerò. & ꝑ Canoni. in c. 2. de probationib. Si autem interuenit iuramentum, cōuentio est ualida: & iurans nō potest probare, nisi secundum quod se astrinxit,

Modò pone quòd unus iurauit se nō probaturum, nisi per instrumentū, & nō habet instrumentum: an erit dare aliquod remediū, quòd iste posit probare per testes? dic quòd remedium est, quòd iudex ex officio suo etiam parte non petente illos testes faciat examinare, dictū est singulare Specu. in titu. de probatio §. nunquid. uersicu. sed quid si debitor. & dicit Ioan. de Imo. in c. cum contingat. ꝓ si lex uel statutum requirat scripturā ad probationem, quòd hoc locum habet, ubi non est interpositum iuramentum: sed ubi est appositum iuramētum, maximè corā iudice ecclesiastico, poterit probari iuramentum per duos testes, & iurans compellitur ad obseruantiā ipsius iuramenti, per cap. cum laicus. C. de foro competen. in 6. quod dicit summè notandum, & à nemine tactum, & prędicta faciunt ad consuetudinem Neapolita. quę uult quòd dos† & quarta non possunt pe
9 ti, nisi per instrumentum.

Idem ēt Lud. in l. admonendi. ff. de iureiurand. sic dicit: Pone quòd lectura Pylei, in l. admonēdi uera sit. sumit Bar. ex ea ibi unum quod est singulare secun
10 dum eum, quòd† licet post conclusionē in causa nō possunt instrumenta produci: ut in c. cum dilectus. de fide instrumen. tamen hoc est uerum, nisi ista instrumēta sint nouiter reperta: quoniam tunc & post conclusionem in causa produci poterunt: ut ibi in lectura Pylei not. probatur. & ꝓ sint nouiter reperta, statur secundū eum iuramento producentis, per c. pastoralis. extra de excep. qui tex. secundū eum ad hoc est notandus.

Tu aduerte, ꝓ plura sunt in hoc addē da. Primò enim in quantum dicit ꝓ post conclusionem in causa nō possunt instrumenta ꝑduci adde hoc tunc uerum, etiā si illa non ad probandum producuntur: sed etiā ad declarandum alia instrumenta ante conclusionem producta: quoniā nedum quòd nō admittantur instrumenta probantia: sed nec admittuntur publicorum instrumentorum declrationes: ut est casus not. extra, de restitut. in integ. capit. auditis. Secundo adde, quod hęc sua doctrina per capit. cum dilectus. fallit. Primo in causa criminali, in qua etiā post



post conclusionem in causa instrumēta produci possunt: ut est casus secundū eū not. ibi in l. diui fratres. ff. de pœnis. Secundò fallit nisi in causa pupilli publica, uel ecclesiæ: quia si fauore, istorum, produci possunt instrumenta de nouo reperta post sententiam ad eius retractationem: ut l. Imperatores. de re iud. cap. inter monasterium eo. titu. in glos. fi. multo mālgis dicēdum quòd post conclusionem in causa possunt produci & ante latam sententiam. Tertiò fallit, nisi iudex ex aliqua iustissima causa moueretur ad petendum à parte, quòd instrumenta ꝑ ducerent; ut not. Specu. in titu. de renun. & conclu §. 1. uersicu. & scias. argu. l. ubicunque ff. de interro. acti. & refert Bald. in l. j. ad fi. C. sententiā re. nō pos. Quartò fallit in pupillo republica & ecclesia, qui producere possunt. prius tamē restitutione in integrū implorata. ut d. c. auditis: nec est ista quarta fallentia superflua per ea quæ suprà dixi. in secunda. quoniam ibi pīcta loquuntur de instrumentis de nouo repertis: nos autem loquimur de his quę de nouo reperta non sunt. quo casu uendicant sibi locum, quæ nunc dixi. Vltimò fallit nisi producātur instrumenta de nouo celebrata propter quę non explicata sententia intenderent partes à lite recedere.

Quinetiam post conclusionem in causa producta iudex tenetur admittere, ut expressè probatur in l. 1. §. unde quærit. ff. de noui oper. nūcia. Itē postremò fallit illud in causis summarijs, quę agitātur sine figura iudicii. quoniam in illis ad instantiam partis etiam post conclusionē in causa potest iudex interrogare partē aduersam, an instrumēta habeat, & cogere eam ut illa producat, ut est glo. singularis. in cle. sepe. in uerbo, interrogabit. de uerbo. signi. licet in causis ordinariis. & quæ habent in se ordinatam telam iudicij non posset iudex ad partis instantiam hoc facere, per not. in cap. cū Ioannes Eremita. de fide instr. & in c. per tuas extra de testibus. Dubiū tamē est an posit ex proprio officio: et de hoc infra dicetur in fin.

Secundò attende, ꝓ inquantum suprà dictum est ꝓ iuramēto partis est stādū, ꝓ instrumenta quę sunt de nouo reperta, allegando ca. pastoralis. de except. adde, quòd idem probatur in cap. nulli licere. & cap. ut circa de electio. in 6. Venit tamen hoc dupliciter limitādum. Primò nisi ipsa pars in productione dictorum instrumentorum post conclusionem in causa productorum bis suo iuramento ꝑ bauerit illa nouiter esse reperta: quoniā tunc si certum instrumentum producere uelit, & intendat per iuramentum id nouiter repertum, non admittitur ad iuran
11 dum: quoniam † iuramentalis probatio plenam probationem inducēs in eodem facto, & ab eadem parte non admittitur, nisi bis: & ad hoc l. fi. in fin. de bo. autho. iudi. pos. qui tex. in hoc non est alibi iudicio meo. Secūdò fallit nisi reperiat hunc semel iurasse falsò quod iurasset. quoniā tunc semel periurus beneficium probandi per iuramentum amittit. quod probo per tex. c. paruuli. 22. quęst. 5. ille canon est ad hoc no.

Tertiò adde ꝓ hoc principale dictum Bart. sumptum ex doctrina Pylei non uidetur procedere. & hoc primò probo ex doctrina eiusdem Bar. ī l. si mater. §. hoc iure. in fi. uerborum suorum. ff. de exce. rei iud. per glo. in l. si rem. §. fi. ff. de euic. ꝑ id quod apparet post cōclusionem in causa, perinde est ac si appareret post sententiam; sed si post sententiam instrumenta nouiter reperta à parte apparent, non possent illa produci ad retractionē ipsius. ut d. l. si sub specie. & d. l. Imperatores. ergo neque poterunt produci post conclusionem in causa. sed si loquamur in his instrumētis, quę produci possent in causa appellationis à sententia. Istud idem clarè probatur, quòd si uerum esset dictū Bar. frustatoria esset decisio l. per hanc. C. de temporibus appel. & cap. fraternitatis. extra de testibus. dicens quòd nō productum in causa principali possum producere in causa appellationis: quoniam non ex alio credendū est decisionem illam emanasse. nisi ut ea quæ reperta sunt nouiter post conclusionem

sionem in causa & instantia principali, cùm produci non possunt: producantur autem in causa appellationis: nec vos moueat quòd posseris dicere quòd per doctrinam docto. poterunt produci in causa appellationis ea, quæ non fuerunt nouiter reperta: sed ea etiam de quibus pars habebat notitiam ante conclusionem in causa, & producere potuisset, si uoluisset: quoniam hoc est falsum: ut declarat do. Ant. de But. in c. ad audientiam, lo ij. extra de rescri. dicens ꝙ dicta legum decisio locum nõ habet in his, in quibus negligens fuit in causa principali producere: sed locum habet in his, quæ producere nõ potuit, aut respectu ignorãtiæ, aut respectu impedimenti. Vltimò hoc probat d. cap. cùm dilectus. quoniã nulla facta distinctione nouiter, & non nouiter repertorũ prohibet productionem post conclusionem in causa. Adde ꝙ dixit Ant. de But. in alleg. cap. ad audientiam. do. Ioan. de Imo. ibidem dicit, ꝙ de iure. cõtrarium uidetur uerius per regulam l. per hanc. C. de temp. appell. quæ indistinctè loquitur: licèt fortè tunc posset haberi consideratio, an teneatur ad expensas ille, qui scienter omisit, secundùm ea quæ habentur in simili in ca. exceptionem. de excep.

Item idem Ludo. in l. admonẽdi. quærit, an post conclusionem in causa iuramẽtum possit deferri in supplementum plenæ probationis. hæc quæstio habet duas partes. Primò est, an iudex ex officio proprio parte nõ petẽte post cõclusionẽ in causa possit deferre. Secundò an parte petenti possit post cõclusionem deferre. Quo ad primam partem Bald. vr̃ varius in l. admonendi. & videtur indistinctè tenuisse quòd sic, per ea. quæ not. Spec. titu. de renun. & conclu. §. j. versic. & scias. & idem in l. j. C. ut quæ desunt aduo. & l. j. C. sent. resci. non pos. dicens, quòd ubi iudicem ‡æquitas mouet, post conclusionẽ in causa ex proprio officio possit supplere: argu. l. ubicunque. ff. de interroga. actio. ipse idem Bald. in l. j. ff. de iureiu. & in l. bonæ fidei. eod. tit. videt dicere ꝙ ex officio supplere potest ad deferendum iuramentum solùm ad declarationem actitatorum ante conclusionem in causa, non autem ad aliquid nouiter probandũ. & ad hoc quod not. Inno. in quadam additione, quam facit post compilationem operis in d. c. cùm Ioannes Eremita. dicens, ꝙ dicta regula l. ubicunque. uidetur innuere ꝙ ex generalitate: ubi etiam post conclusionem in causa possit iudex ex proprio officio supplere, debet intelligi ad declarationẽ iam actitatorum, non autem ad aliquid nouiter inducendum; sed ipse idem Bal. in cap. j. in §. idem si uasallus. de contro. inuesti. generaliter tenuit ꝙ post cõclusionem in causa non posit hoc iuramẽtum deferri, per ea quæ no. Inno. in cap. pastoralis. & sic ex quo generaliter uidet etiã iudicem includere; & pro hoc facit; quia intra tempora tantum, & non post, potest iudex ex officio proprio supplere, intra quæ potuisset pars, si uoluisset ei satisfacere, secundùm gl. not. in l. filiusf. §. ueterani. ff. de procurat. sed post conclusionem in causa non posset pars à iudice petere sibi iuramẽtum deferri, ſm opini. Bart. & communiorem, ergo nec iudex ex officio supplendo deferre potest, uidetur tamẽ, ꝙ uerior sit opi. illa. ꝙ post conclusionem in causa ipse deferre possit. & hoc propter generalitatem tex. in cap. cùm Ioannes. dicentis ꝙ in quantuncunq; sit à partibus cõclusum, potest ipse iudex supplendo interrogare: & sic à parte petere an iurare uelit.

Nec obst. dictum Inno. in d. cap. cùm Ioannes. dicentis ꝙ illud debet intelligi quo ad declarationem actitorum; qm̃ illud reprobat do. Anto. ibidem, & in cap. cùm in causa. extra de iur. calumniæ. & in c. j. de iud. dicens, ꝙ nedum ad declorationem actitatorum; sed etiam ad ius partis nouiter fundandum potest iudex ex proprio officio post conclusionem in causa interrogare. alleg tex. in l. generaliter. §. i. eo. titu. ex quo tamen text. licet non multum proberur sua opi. ut infra patebit. & tamen vr̃ uerior ex generalitate regulæ positæ in cap. iudicantẽ. xxx. q. v. & ex generali regula dictæ l. ubicunque



cunque ex his quæ no. Specu. in d. uersi. & scias.

Non obst. quod not. Inno. in d. c. pastoralis. qa illud intelligitur quo ad partes litigantes, quibus post conclusionem in causa videtur clausum os quomodocunque probandi: ut d. ca. cum dilectus. & §. quia uerò. non autem quo ad iudicem, per dictam l. vbicunque.

Non obstat glo. in d §. veterani. quia potest dici, ꝙ illa sit falsa per tex. expressum in dicto cap. cum Ioannes. & per id quod not. extra de testibus. cap. cum clamor. & ca. per tuas. Sed quo ad secundã partem, quæ est an parte petente post cõclusionem in causa possit iuramentũ deferre, omnes tenent communiter, quòd non, excepto Bart. de Sali. qui tenet contra, Sed opi. communis videtur verior, quia qua ratione post conclusionem in causa prohibetur productio instrumẽtorum, vt est tex. in d. cap. cum dilectus. eadem ratione videtur dici posse ꝙ & petitio delationis iuramenti, cum nulla possit penitus diuersitatis ratio assignari: & quia si post conclusionem in causa videntur prohibitæ productiones aliorum testium: ut d. §. quia uerò. ad fi. ergo similiter petitio, quòd sibi parti deferatur iuramentum: ‡quia iurando de parte efficitur testis in propria causa: ut ex tex. in l. fin. C. de fideicommiss.

Nec obstant. rationes Barth. de Salic. quia in quantum dicit, quòd hæc petitio delationis iuramẽti nõ uidetur nisi post cõclusionem in causa posse fieri: ex quo nescit antè pars an expediat sib iurari: & hoc malè dicit, quia cum antè conclusionem in causa fiat publicatio testium, ex qua posset pars comprehendere, an expediat sibi iurare, videndo an testes sui plenè vel semiplenè probauerunt, meritò & ante cõclusionem in causa hæc petitio fieri potest.

Præterea dicit contra casum l. quam alleg. ad fundamentum intentionis suæ opi. sed l. generaliter. vbi expressè dicitur iuramẽtum omne siue à partibus siue à iudice delatum, posse à principio, medio, & fine. tunc præstari, & sic post attestationes publicatas, & ante conclusionem in causa.

Non obstat d. l. generaliter. §. in quo niam illa, ut patet ex ordine literæ. præsupponit quòd licet possit post conclusionem in causa iurari: nihilominus ante petitum fuerat deferri, ut patet dum dicit forma literæ, omne ergo iuramentum, siue à partibus, siue à iudice illatum fuerit. an in ipso iudicio, aut in medio litis aut vsque ad diffinitiuam dari debeat, & sic patet in uerbis illis, illatum fuerit, quę habent tractum in præteritum, quòd ipsum iuramentum peritum fuerat deferri ante conclusionem in causa, licet postmodum ex vi, præcedentis delationis iurari possit.

Nec obst. si dicatur ꝙ iurari nõ possit post conclusionem in causa tanquam ex interuallo post delationem iuramenti, vt l. non erit. §. fi. ff. de iureiuran. quoniã dici potest ꝙ §. ille locũ habet in iuramento voluntario & iudiciali: secus autem in necessario, vt rectè intelligendo videtur probari in §. idem est.

Non obst. secundũ fundamentum, dũ dicit, ꝙ si post conclusionem potest iurari: ergo eodem modo potest iuramentũ deferri: qa hoc est falsum: ut patet in exceptione dilatoria, quæ licet possit post lit. conte, probari, tamen non potest post lit. conte. opponi, cum prius opponi debeat: ut l. exceptionem. C. de proba. & l. pe. C. de excep. uno. tamẽ casu posset saluari opin. Sali. scilicet, eo casu, quo processus est summarius, quia tunc post conclusionem in causa, etiam ad petitionem partis potest iudex supplere: ut est gloss. sing. in d. cle. sæpe. de verbor. sig. in uer. interrogabit.

## An exceptioni non numeratæ pecuniæ renunciari possit.

*SVMMARIVM.*

1 *Facilitas antecedentis utrum inducat facilitatem consequentis.*

2 *Ciuilis obligatio utrum non sit nata ante biennium in contractu literarum.*

3 *Reus qua fragilitate cauit, eadem fragilitate renunciauit.*

Vpere est vt videamus, an exceptioni nõ num. pecu. posit renũciari? Bar. in l. si ex cautione. C. de nõ nu. pecu. sic dicit, Quæro utrum posit renunciari exceptioni non nume. pecu. gloss. dicit quòd sic quantum ad hoc, quod per oppositionẽ liuius exceptionis non grauabitur actor onere probandi pecuniam non esse numeratam, potest opponere exceptionem doli, uel in factũ, sicut dicimus post biẽnium. C. de condi. ob turpem cau. l. 1. & l. in contractibus. C. de non numera. pecu. Nicol. de Matta. disputauit istam quęstionem, & inter alia dicit, quandoque obligatio est contracta literis, & tũc intra biennium non est nata ciuilis obligatio, secundum opin. glossarum nostrarum, & nor. idem Barto. in l. cũ quis. C. de iure. & fact. igno. ergo non est nata actio, quæ oritur ex obligatione ciuili, & naturali, ut instit. de obli. in princ. & l. licet. §. ea obligatio. de procurato. Si autem, non est nata renunciato ista, non est modus inducendi obligationem, uel producendi actionem, ergo talis renunciatio nihil operatur, idem si obligatio esset contracta uerbis ꝑ stipulationem, argu. C. de non. nu. pecu. l. cum libera. sed si aliquis ageret ex obligatione contracta re per numerationem, & ad eam probandã induceret confessionem, tunc ista renunciatio posset aliquid operari, secundum glo. ita dicit dominus Nico.

Hęc opi. non placet Bar. quia licet intra biennium nõ sit nata ciuilis, in uerita te tamen nata pręsumitur, donec opponatur exceptio, ideo d. l. si ex cautione. requirit, quòd exceptio opponatur, insti. de excep. per totum. Si enim actio non esset nata, exceptioni locus nõ est: & quòd ideo dicit Bartol. quòd secundum quod docto. nostri dicunt quòd huic exceptioni non posit renunciari, eadem enim fragilitate qua inducitur ad promitendum, eadem inducitur ad renunciandũ, tanta enim est fragilitas debitoris quærentis pecuniam, ꝙ facit instrumentum creditori, ergo, &c. argum. l. si mulier. C. ad Velle. & l. doli. §. diuersum. ff. de noua. Ad idẽ facit C. de pact. pigno. l. fin.

Non ob. l. cùm fidem. C. de nõ nu. pe. quia ibi ex post facto videt approbare contractum, & renũciare exceptioni, sed in ipso contractu non posset. Similiter uidemus in pacto legis cõmissoriæ in pignoribus, quod ab initio ipso non ualet, sed ualere, si fierit ex post facto, ut l. Titius. ff. de pignora. actio. de quo ꝑ eundẽ Bartol. in l. si quis aliàs, Callipodius. de solu. si tamen in renunciatione interuenit iuramentum, tunc idem Bart. in l. fin. C. de non nume. pecu. dicit quòd si quis in instrumento renunciauit exceptioni non numeratę pecunię, & postea iurauit non contrauenire contractui, quòd tunc uidetur quòd non posit istam exceptionem opponere, quia uenirct contra factum suũ, puto tamẽ quòd si soluerit, poteri r, repetere. sicut dicimus de debitore. qui uranit soluere usuras, extra de iureiur. c. debitores.

Bald. autẽ in alleg. l. si ex cautione. sic dicit, Quærit gl. utrum ille, qui renunciat exceptioni non nu. pecu. posit illam opponere. & in hoc sunt opi. quidam dicũt simpliciter quòd non, quidam tunc simpliciter quòd sic, quidã tenẽt, qd̃ tenet renunciatio quãtũ ad releuandũ agẽtem ab onere ꝓbandi, sed non quantũ ad excludendũ reum à facultate probãdi oppositum. Primi fundãt se ex regula, qua cauetur ꝙ potest renunciare exceptionibus competentibus & cõpetituris, vt ff. si quis cautio. l. sed & si qs. §. quæsitũ. hoc sic probatur, creditor qui recepit cõfessionẽ, uidetur promittere futuram numerationẽ. C. de dot. promis. l. si voluntate. sed à promissione semper potest quis liberari per pactum, vt ff. de pactis. l. si unus. §. pactus ne. ergo, &cæt. Creditor à necessitate numerandi potest absolui. ad hoc etiam facit regula generalis C. de pact. l. pe. Sed pro secũda opi. facit, quia ista renunciatio habet causam finalem



finalem de futuro. C. de nõ nume. pecu. l. fin. ff. loca. l. quæro. §. inter locatorẽ. & defectus causæ finalis obligatorię reum absoluit ab impetitione actoris. ut ff. de ope. lib. l. si libertus. ita. unde per talem renũciationem non augetur effectus. facit quod not. ff. de uerbor. obligat. l. triticum.

Pręterea sicut se habet cautio informis, sic se habet cautio formis ex defectu formę, id est, causæ: sed cautio in formis non obligat: ergo nec cautio quæsito colore formę, in qua deficit essentialis, substantia. ut ff. de const. pec. l. fin. sed pro alia opi. quæ dicit renũciationem operari solo respectu probationis. facit quia pro hoc emanauit, & reus se astrixit pro hoc. & certũ est ꝙ quis se astringẽdo potest releuare aduersarum ab onere probãdi. extra de ꝓb. c. licet causam. doc. cõmuniter tenent ꝙ ubi principaliter. eliditur iuris pręsumptio, ibi. & renũciatio similter eliditur. & hoc tenet Pet. & plenius explicat hic Nico. de. Mat. sic dicẽs circa hunc articulum, qui est de renũciatione huius exceptionis: non credo quòd renũciatio huius exceptionis. quæ fit in instrumẽto debiti, quo quis cõfitetur se debere aliq̃d ex causa mutui faciat obligationem efficacem ad agendum, si agatur ex sola literarum uel uerborum obligatione, nec tollat hãc obligationẽ, quod inconuincibili ratione probo: nam certũ est quòd per talẽ confessionem & scripturã nascitur literarũ obligatio? de qua dicit inst. de lit. ob. quæ non est efficax ad agendũ ante bienniũ, unde renũciatio huius exceptionis non potest facere efficacem obligationem, quę de sui natura est inefficax, quia hic nõ est modus faciendi obligationem efficacem, sic ut quando uendo fundum pro decem, & renuncio petitioni precij, non tenet uenditio; ut ff. de contrahen. emp. l. si quis uenditionis.

Item cum re debet obligatio formari uel impleri. non tenet renunciatio, nisi res interueniat; qa impossibile est quod separata forma à materia obligationem producat; & ideo renũciatio cõiuncta cũ confessione, licet intelligatur secundùm naturã obligationis, implicaret cõditionẽ: & esset contra naturam substãtialem actus, sed qa agnitio debiti, & fides ueri præiudicaret secundùm. Nico. de Mat. cuius est ista sentẽtia. licet uerba nõ sint oſa sua. & hęc est ueritas quia † facilitas antecedentis inducit facilitatem consequentis, & in eodem instãti temporis, in quo nõ repetitur, nisi unius anni motus & una facilitas: ar. C. ad Vell. l. si mulier.

Vtrum per statutũ posit tolli exceptio non nu. pe. uidetur ꝙ non; quia per hoc induceretur creditor ad delinquendum; ut l illicitas. in prin. ff. de off. pręsidis. In contrarium ut: nam exceptio nõ nume. pec. est de iure ciuili: ergo potest tolli per aliud ius ciuile, uel municipale: ut no. ff. de iureiur. l. nec ex prætorio. Solutio: aut loqueris quo ad forum laicale: aut quo ad forum episcopale, aut quo ad forum pœnitentiale, si quantum ad forũ laicale, & tenet statutum, & est seruandum. facit l. 2. in fi. C. de const. pe.

Nõ ob. ꝙ statutũ dicatur esse quoddã pactũ, ut no. in rub. de decre. ab ord. fa. quia illud per simile dicitur, nõ propriè, licet enim statutum sit consensus ciuiũ, tñ est consensus non simplex, sed lege munitus, & hoc usu approbatur: facit quod not. Cyn. C. fam. ercis. l. certum. Si uerò loquimur quantum ad forum episcopale, ubi iudicialiter agit̃ de peccato; ut extra de iud. c. nouit. tunc statutum ualet in hoc, ut in debitorem trãsferatur onus probandi negatiuam, sed non ualet facta probatione negatiuæ, qa ibi cõstat da peccato: non iuris fictione, sed ueriè tunc iudicium est ecclesiæ, ut d. c. nouit. seruata forma per modum denũciationis, ut ibi patet; si uerò loquimur quantũ ad forum pœnitentiale, in quo non fit discussio probationum. quilibet enim relinquitur suæ conscientiæ, secundùm Inn. ibidem facit quod not. per eundem in c. quia plerique. de immuni. eccle.

Cy. aliàs in l. si ex cautione. sic dicit, Nũquid debitor posit renunciare exceptioni non num. pecunię? vt ꝙ sic; quia introducta est in fauorem ipsius, ergo:

ut l. si quis in cōscribēdo. C. de pactis. uidetur contra, quia non debet alia uia concedi quod lex prohibet, ut l. scire. Quid dicit gl. Bononiensis, q. fuit subtilissimus apud omnes, cùm debitor confitetur spe futurę numerationis: antequàm pecunia sit numerata, duo sibi competunt. primū est quòd petit sibi excipere, secundū est, ꝙ creditor probet numeratam pecuniā. hoc uerò, ubi non renunciat, non perdit ambo predicta, sed unum tātum, scilicet, ultimā. poterit ergo adhuc excipere, sed oportebit eum modo probare, aliàs de nihilo renunciatio deseruiret. quod esse non debet. ff. de leg. 1. l. si quando. Et hāc opin. secutus est Iac. Bal. & Odo.

Alij, ut Iac. de Rauen. dicunt indistinctè quòd sicut ante renunciationem duo prædicta sibi competunt, ita & post, nec per suam renunciationem potest facere quia semper intra biēnium creditor probet, & ostendunt sic, beneficium istud, quod habent debitores spe futuræ numerationis introductum est ad occurēdum facilitati debitorum pecunia indigentiū, nam dicit idem Cy. in l. in contractibus. C. de non nu. pecu. quòd magis affectat debitor pecuniam habere, & se facilius obligat, quàm creditor affectet sibi pecuniam restitui, & maximè usurarius qui semper uellet quòd debitor dormiret, & suū fœnus uigilet, & sic sepeliat in inferno, & dicit Cy. in d. l. ex cautione. si tali beneficio posset renūciari eadē facilitate & indigentia induceretur ad renunciandum, quia induceretur ad confitendū ar. l. si mulier. C. ad Velle. ubi ex consequentia suæ fragilitatis.

Et hac ratione teneo cum prædicto Iacobo ad dicendum quòd priuilegiis inductis alicui ad suam utilitatem in ipso contractu renunciare non potestrita hęc renunciatio ad delinquendum induceret creditorem, scilicet ꝙ non numeraret pecuniā. qđ esse non debet ut ff. de pa. do. l. conuenire. & istam sentētiam credit Cy. uerā. Ad l. si qñ. de leg. j. respondit. adiectio debet aliquid operarit, uerū est, si sit adiectio efficax. sed hęc non efficax: ergo &c. secundum Iacob. Bru. sed pone ꝙ renūciauit debitor: & iurauit, quid iuris? uidetur ꝙ nō posit cōtrauenire: ut in authen. sacramenta. uidetur ꝙ imò posit cōtrauenire. ut l. non dubium. C. de leg.

Breuiter distingue, aut sacramentum interuenit hoc modo, iuro ꝙ reddā tibi: & adhuc possum excipere: & adhuc uideor sub cōditiōe promittere, si pecunia sit mihi numerata: ut l. fina. C. de nō nu. pec. ubi uidet casus; aut renunciauit debitor exceptioni non nu. pecu. & iurauit nō proponere in perpetuū: tunc iure nostro non prejudicaret: ut extra de iureiur. c. cum contingat. & tamen rationem prædictā, scilicet, ꝙ uideatur promittere sub conditione, non approbat Pe. Imò uidetur promittere sub modo; & ideo si non soluit, ipsa iuris subtilitate incurrit periurium: tamen lex secum dispēsat, sic intelligitur C. de non nu. pecu. l. fin. & ff. qui satisda. cog. l fi.

Ang. in alle. l. si ex cautione. sic dicit; tenet igitur hęc gl. ꝙ quādo debitor renunciat, exceptioni non nu. pe. ꝙ nō obstante renunciatione poterit excipere saltem de dolo; sed sibi nūc incūbit onus probandi pecuniam numeratā nō esse; & in hoc ergo grauatur tūc debitor propter dictam renunciationem:

Sed Nicol. de Mat. disputauit hanc quæstionē, & determinauit. ꝙ aut creditor agit ex numeratione. & ad eā probādam inducit cautionē omissam à debitore, & tūc debitor non potest excipere: quia obstat sibi renūciatio: aut creditor agit ex cautione debitoris tāquam obligationis inductiua. & tunc renunciatio illa nihil operatur: quia † ante biennium in cōtractu literarū ciuilis obligatio non est nata, ut not. iusti. de literarum ob. in princip. & C. de iur. & fact. ignor. l. cum quis, vnde cū non sit nata obligatio neq; actio, talis renūciatio non est causa obligationis riducendæ, & ideo non obstāte renūciatione exceptio poterat opponi.

Sed Bartolus damnat istam opin. quia licet obligatio, & actio non sit nata, tāmen fingitur nata esse, quod apparet, quia ad creditoris repulsionē requiritur quòd proponatur exce. l. si ex cautione. & l. si



& l. si intra. & l. asseueratio. & l. aduersus C. de non nu. pec. dicit quòd ista renunciatio nihil operatur: unde reus non arctatur ad pecuniā numeratam probandam non esse: quia † qua fragilitate reus
3 cauit, eadem fragilitate renunciauit: ut l. si intra. C. de in integr. resti. mi. & l. si mulier. la ultima. C. ad Velle. & ff. de mino. l. si iudex. facit ff. de nouatia. l. doli exceptio. §. diuersum. tanta est enim auiditas debitoris quærentis pecuniam, ꝙ quicquid creditor peteret, debitor asseueret.

Nec obstat, quod renunciatio debet aliquid operari. l. si quādo. ff. de leg. j. qa est verum, quando renunciatio efficax est secundum Pet. & hoc sequuntur Cy. Bar. & ista opi. mihi uera uidetur, dicit Ange. ibidem. dicit idem Angel. in l. in contractibus. c. ff. de nō nu. pec. ꝙ ubi qs renunciauit exceptioni non num. pec. & iurauit eam non opponere, non poterit: nam tale iuramētum seruari potest sine interitu salutis æternæ, & præcludit debitori, ut eam non opponat: vt in c. ad nostram. & cap. debitores. de iureiuran. licet secus si non renunciasset non obstante quòd iurasset: & dicit Ang. in l. fin. C. de non num. pecu. intellige hanc legem quando ille, qui iurauit non renunciauit exceptioni non nu. pe. aliàs si renunciasset, non posset venire contra proprium sacramentum, sed deberet soluere, sed postea solutum ut indebitum repetere: vt in c. debitores. de iureiur.

## An solennitatibus iuris posit renunciari.

### SVMMARIVM.

1 *Consensu partium utrum ea, quæ inducunt certam solennitatem in actibus hominum, tolli possint.*
2 *Materia deficiente utrum deficiat materiatum.*
3 *Consuetudo optima legum interpres.*
4 *Reo utrum sit offerri proprie, an petenti.*
5 *Ratione defectus ordinis iudiciarij, ratificari non potest quod nullum est.*
6 *Iudicium non ualet, in quo interuenit minor sine consensu administratoris, etiam si pater administrator ratum habeant.*
7 *Iudicium cùm non habuerit sua essentialia. utrum non possit ratificari.*
8 *Sententia nulla ex defectu iurisdictionis; uerū prōsit cōsensu partium confirmari.*
9 *Iudex si cognitionem causæ omittat, utrum uitietur sententia.*
10 *Ius uult quòd prima citatio non sit peremptoria, sed tertia.*
11 *Citatio peremptoria utrum requiratur ad definitiuam.*
12 *Iudex cùm citat absentem ad unum actum, & facit alium actum, ille actus est nullus.*
13 *Sententia non potest ferri utraque parte absente.*

N autem iuris solennitatibus renūciari posit discutiamus? Bar. in authen. offeratur. C. de litis contestatio. dicit: Verū productioni libelli posit renunciari: glo. in auth. offeratur. dicit, ꝙ libellus tacitè potest omitti, non expressè. & in hoc vī det residere Martinus Silliman. & Iacobus Brunellus. Alij sunt in contraia opinione ꝙ renunciari nō posit prodoctio ni libelli. & istud puto uerius, dicit ibi Bartolus. Ista enim solennitas non fit solum ad utilitatem partis, sed fit ad utilitatem iudicis, ut sciat super quo habet ferre sententiam: & ideo non potest per consensum partium renunciari.

1 Præterea † ea quæ inducūt certā solennitatem in actibus hominum, nō possunt consensu partium tolli: ut l. nemo potest. ff. de leg. j. & l. ius publicum. ff. de pactis. idem dico, dicit ibi Barto. in litis contest. idem tenent cano. extra de offic. deleg. c. de causis. & per Ioan. Andr. de re iudi. c. fi. in 6.

Sed quid si tota die fiunt cōpromissa iu arbitros, ꝙ posint cognoscere sine libello, sine litis contestatione, & pronunciare in scriptis, & sine sciptis: quomodo ualet iste processus, cū ut dixi dictis solē

nitatibus renunciari non posit? respondeo, dicit ibi Bar. sicut Papa vel Imperator dando iudicem potest remittere istas solennitates: ut l. j. post princ. ff. à quibus appell. non licet. l. fi. C. de senten. & interlo. om. iud. ita partes possunt dare ista formam procedendi arbitris & illam notionem, quam habent, à patibus tantum habent: ideo possunt assumi cum reuocatione dictarum solennitatum: secus in alio iudice, qui iurisdictionem habet à seipso, non à partibus.

Bal. in l. fi. ff. de feriis. dicit sic: iuramẽtũ calumniæ consensu partium non pōt remitti: quia est de solennitatibus totius iudicij, sed iuramẽtum testis remitti potest de consensu partium; quoniam non est de solennitatibus, sed est introductũ ad veritatem. facit de dote præle. l. Theopompus. vbi dicit ꝙ consensus partium facit ꝙ dictum unius testis facit plenam probationem, tamen in dubio iuramentum nunquam intelligitur remitti, ut est tex. nō. ff. de quæst. l. maritus. & dicit in l. iusiurandi. C. de testibus. nũquid sacramentum testis posit remitti consensu partium? gloss. in l. j. ff. de feriis. dicit ꝙ sic. & C. de iura. calum. § sed quia ueremur. quod est expressum, extra de testibus. c. tuis. de quæstionibus.

Vtrum libellus & cætera substatialia iudicij possint de consensu partium remitti? dic ut plenè no. in cle. sepe. de uer. signi. ut plenè per gl. & Pau. de Eleazar. uos habetis glo. Accur. in auth. de exhiben. reis. §. j. & glo. Bart. de officio delegati. c. de causis. & not. Specu. in titu. de libelli conceptione. §. utrum. & §. tunc dicendum.

Idem uerò Bald. in authenti. offeratur. sic dicit: nunquid oblatio libelli posit ex partium consensu remitti? quidam dicunt quòd si tacitè, non expressè: ut no. in authen. offeratur. C. de litis contestatio. & argumen. C. de iuramen. calum. l. 2. § sed quia ueremur. Alij dicunt quòd potest remitti tacitè, & expressè. l quoties. de priuilegio scola. lib. 12. Tertij, dicunt quòd nec expressè nec tacitè, quia est de substantia iudicij, & hoc no. de officio deleg. cap. de causis. & Spe. in tit. de libelli conceptio. §. utrum. versicu. 9.

Præterea, authenti. offeratur. dat formam & ultra procedit annullãdo, si forma non seruatur, unde consensu partiũ non potest derogari formæ, nec renunciare nullitati. hoc tenet Iacob. de Bel. in authentica de exhiben. reis. §. sancimus.

Præterea libellus est materia, de qua debet formari sententia, deficiente † ergo materia, deficit materiatum. ff. de solutio l. qui res. § area. nec enim pōt formari sentẽtia sine libello, ut l. fundus. C. communi diuidũdo; facit quod no. ff. de falsis. l. si quis obrepserit. & in l. fi. C. de fideicomis. liber. & C. de falsis. l. nec exceptioni. Alij dicunt quòd potest omitti solennitas oblationis, sed non substantialis petitionis, hoc est dicere, quòd sine petitionis impossibile est procedi, sed sine libello in scriptis oblato bene potest procedi, dũmodo appareat quali petitione. sic etiam de iure ueteri procedebatur ad litis contestationem. & ad sententiã ex quali petitione etiam non oblata in scriptis, ut l. 1. § edere. ff. de eden. & hoc uidetur tenere Iac. Brun. in sua lectura. & si reperiatur in actis petitio dictata uerbo tenus, an hæc habeatur pro libello oblato in scriptis, & secundũ glo. positam in authen. offeratur. quæ dicit ꝙ vbi tacitè potest procedi sine libello, ualet processus, sed secundum eos qui requirunt libellum in scriptis offerri, non probatur, per hoc quòd libellus sit oblatus, eo quòd apparet petitio in scriptis redacta. ad hoc facit quod not. Spec. de appel. §. ante omnia. versi. & no.

D. Bart. de Salice. in d. authen. offeratur. sic dicit; Quero an libellus consensu partium posit remitti? gl. fin. hic format istam quæstionem, & arguit pro, & contra. finaliter determinat quòd non expressè, sed tacitè sic, argum. ff. de ꝓcur. l. filiusfa. §. ueterani. & suprà de iuramen. calum. l. 2. § sed quia ueremur. aliqui dixerunt quòd nec expressè, nec tacitè: quia est de ordine substantiali illius iudicii: ut not. in l. prolatam. C. de senten. & hoc no. in c. de causis. extra de offic. deleg.



Iac. Bur. dixit ꝙ si quærimus de oblatione fienda iudici: tunc illa non potest ullo modo remitti: quia nec omitti: arg. 7. de senten. ex breu. reci. l. ij. & C. communi diuidun. l. ut fundus. & eius quod not. in d. l. prolatam. Aut quæritur de ea, quæ est fienda parti: & illa non potest remitti expresse & tacitè, quia fauorem priuatum respicit, ut l. si quis in conscribendo. C. de pactis. sed hoc ultimũ non uidetur uerum. & primo ꝙ tacitè non posit, quia necessitas offerendi imponitur parti & iudici, quia pars de mãdato iudicis debet ei mittere copiam libelli, ut in j. glos. not. & hoc est clarum tenendo opinio. ꝙ ei mittatur cum citatione, de qua infra subiicia. Secundò probatur ex hoc uerbo, offeratur, nam est imperatiui modi, & dirigitur ad oneratũ, & sic necessitat, & oblationes propriè fiũt etiam non petentibus, imò quandoque nolentibus uel non affectantibus, ut infrà de usuris. l. acceptam. infrà de solutionib. l. obsignatione. ff. de uer. obl. l. qui Romę. ff. de acti. empt. l. Iulianus. §. offerri. Tertiò, quia hæc authen. uidetur formam istam dare, & ultra procedere annullando contrafactum, ergo partium cõsensu non potest remitti. l. non dubium. C. de legib. ff. de transactio. l. cum hi. §. prętor. & de leg. 2. l. nemo potest. & hoc mihi, dicit Salic. uidetur tutius, & sic nedum quo ad iudicem, sed nec etiam quo ad partem potest remitti hæc libelli oblatio, fateor bene ꝙ potest reus nolle ipsum recipere, uel super recepto non pronunciare, & sibi imputetur, sed iudex non posset nolle recipere &c.

Ang. autem in d. authen. offeratur. sic dicit, tu potes dicere in hoc, scilicet an libellus posit remitti, sunt uariæ opi. & Iac. de Aret. & Cy. tenent ꝙ non potest tacitè uel expressè, quia est de substãcia, ut d. auth. offeratur. & in corpore unde sumitur, & quia lex ultrà procedit annullando processum. Mar. Sil. & Iacob. Brun. tenent glo. Primam opi. sequitur Barto. & eam tenent canonistæ in c. de causis. de offic. deleg. & Ioan. An. in c. fi. de re iudi. lib. 6. idem Barto. in c. j. de libelli oblatio. Vltimò scias quòd illud est uerum, cum litigatur coram iudice, sed si coram arbitrio, tunc bene procedit sine libello de partium uoluntate, ratio est quia partes arbitro notionem tribuunt, unde de concessione notionis possunt remittere solennitatem iudicialem, sicut cum princeps causam delegat alicui, & solennitatem iudiciorũ remittit, ut l. j. ff. à quibus appellare licet.

3 Et ita obseruat † consuetudo, quæ est optima legum interpres, ut l. de quibus. ff. de legibus. glo. in c. j. de libelli oblatio. sic dicit, Nunquid libelli oblatio sit de substantia ordinis iudiciarij? uidetur ꝙ sic, quia consilium patres istos noluit audire, nisi prius libellum scriberent, ut argumentum optimum de probat. cap. quoniam & per libellum apparet de modo agendi, secundum quem debet formari sententia, de accusatio. cap. qualiter & quando. ad fin. de simo. c. licet Hel. & per auth. offeratur optime uidet probari, ubi dicit, his ergo contestata contra hoc indultum habita, pro nihilo habenda est. & sic uī quòd sit de substãtia, sicut & litis contestatio. de lit. cōt. c. uno. de electio. c. dudum. dicunt quidam, ꝙ non est de substantia ordinis oblatio libelli, & sic potest omitti tacitè, sicut consuetuit dici de iuramen. calum.

Alij cõtra, ꝙ nõ ualet quicquid factũ est, & hoc per iura prædicta, nisi sit utilis causa, ut dictum est, quod melius uiuere canonico. Ista enim principalia sunt libellus, qui est principium & fundamentum causæ litis contestatæ, & ꝙ sentẽtia feratur in scriptis, & à iudice sedente, & à se recitante Ioan. An. in nouella super ista glo. ibi, iure canonico. sic dicit. idem hic Innocen. & Hosti. alle. Innoc. in auth. de tempo. non so. pe. super dote. §. contestatione. colla. 7. Hosti. alleg. in auth. de exhiben. & intro. reis. § illud. colla. v. per quẽ dicit ꝙ nec expressè nec tacitè remitti potest. Erant enim quidã, qui aduersarios simplices uocabãt ad

iudiciū: & eis negantibus dicebant litem contestatam. Quod ibi reprobat Imperator in §. sequēti. statuēs q̃ libellus offeratur, & q̃ litis contestatio hac oblatione omissa habeatur pro nulla.

Tancredus Philosophus, & Vincentius dicebant q̃ secundum leges erant de substātia: secundum canones non in ducebant cap. si quis cum clerico. & decretalē, prout. quibus responsum est in gloss. & hoc dicebat per authen. offeratur. de litis contestatio. quę tamē est canonizata Guil. tractauit de hoc nihil approbans in Spec. de libelli conceptione. §. utrū libellus satis &c. Credo, q̃ petitio sit de substantia, sed si fiat ad modū postæ: & nō in modum libelli: & super eadem lis contestatur, credo tenere processum parte non petente, necessaria est dare in modum libelli. hoc uidetur contra clem. sæpe. de uerborum signification. & uide ibi quod not. in gloss. dat. pro hoc.

Salicetus autem in authētica, offeratur. sic dicit, Cū quęritur, an libellus super petitis debeat dari uel offerri: dic, aut agitur iure actiōis uel officio iudicis. Primò casu aut cognitio erat ordinaria & plenaria: & tunc libellus debet offerri iudici, & parti de mandato iudicis: ut in auth. offeratur. & in prima glo. cū similibus. aut cognitio erat summaria & sic extraordinaria: & tūc libellus per modū libelli nō est necessarius: sed sufficit qualisqualis petitio, quæ in actis scribat, cui sententia postea conformetur: ut C. de sentent. ex breuic. reciand. l. secunda & ex illa accipiat sibi reus copiam si uult. quia non tenetur actor sibi offerre. & ita intelligat authentica, nisi breuiores. eodem titu. si tamen libellus ordinarius offerretur, non haberet uitiare. ut notat Innocētius in c. nouit. de iudiciis. Secūdò casu dic, aut officiū iudicis erat mercenarium super aliquo incidenti uel emergenti imploratum: & tunc libellus non erit necessarius: ut ff. de interrogatoriis actionibus. super rubrica. Aut est merum, nobile, & principaliter intentatum: & tunc aut imploratur in figura iudicii ad sententiam aliquam diffinitiuam proferendam, aut extra figuram iudicii ad semiplenam auctoritatem interponendam. Primò casu, aut plenaria cognitio interuenire debet: & tunc libellus est necessarius: ut in aucten. offeratur & aucten. seq. & ff. de mino. l. quòd si minor. §. restitutio. & §. fin. & hoc quo ad iudicem: sed quantum ad oblationem fiendam parti. tunc si persona certa subest; & idem aliàs, cùm non sit certa, ei non potest oblatio fieri, ita intelligatur authent. si omnes. C. si ut se ab hæredi. abst. aut summaria cognitio interuenire debet, & tunc libellus non est necessarius, sed qualisqualis petitio sufficit, ut l. 1. §. cum patronus. C. de offic. præfec. urbis. & l. si quis à liberis. §. meminisse. ff. de libe. agno. Secundò casu quando officium iudicis imploratur ob authoritatem aliquam interponendam, tunc libellus aliquis non est necessarius, ut ff. de offic. proconf. l. nec quicquam. §. ubi decretum. ff. de reg. iur. l. omnia.

Iacob. Brun. in dicta authen. offeratur. sic dicit, Quęro, an sine libello possit ad diffinitiuam ueniri? & uidetur quòd non, quia sententia debet ferri lit. cont. ut l. ij. C. de senten. ex breui. reci.

Præterea libellus omissus uitiat contestationem, ut in auth. offeratur. & in auth. unde sumitur. & sine contest. non potest sententiam formare, ut l. prolatam. C. de sententiis. & l. fi. §. illud. C. de tempo. appella. sed do. Mar. dicit quòd aut libellus est petitus, & oblatus, & planum est quod de eo fertur sententia, ut l. ij. de sentent. ex breui. re. aut non est petitus, & oblatus, & tunc tacitè uidetur omitti, & ualet iudicium ut l. 2. §. sed quia ueremur. C. de iura. calum. aut petitur, sed non offertur, & tunc uitiatur iudicium, ut d. authen. offeratur. sed si non est oblatus libellus, quomodo poterit dari sententia contra l. 2. C. de senten. ex breui. reci. & ideo debes intelligere de libello non oblato, intelligo q̃ non fuit oblatus parti, iudici tamen oblatus fuit, & in actis positus, aliàs non uideo quomodo possit ferri sententia diffinitiua, quia cùm sit libellus est materia



materia, ex qua debet ferri sententia: & deficienti materia, deficit materiatum: ut l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de uerbo. obliga. & l. qui res. §. aream. ff. de solu. nec dicas non posse omitti tacitè, nec etiam expressè: quia respicit fauorē rei, ut deliberet, & non communem: ut facit iuramentum calumnię, & ideo siue sit per pactum remissum expressè siue tacitè. dūmodo sit petitio iudici oblata, & in actis redacta ualet.

Cyn. in d. authen. sic dicit. Quæro an libellus possit omitti: ita quòd sine eo teneat processus? gl. antiqua dicit quòd non: alij & gl. noua dicunt quòd potest remitti expressè: arg. ff. de procura. l. filiusfam. §. ueterani. & C. de iura. cal. l. ij. §. sed quia ueremur.

Ioan. de Blonesco in suo libello super tit. instit. de actio. dicit quòd non potest tacitè nec expressè remitti, & probat q̃ in tex. authen. offeratur, dicitur, unde debet eum actor offerre, etiam si non petatur à reo, cùm offerri sit propriè non petenti, ut ff. de lega. iij. l. fideicommissa. §. si reus. Item reus non posset solùm renunciare: quia non tātum fauore suo, imo fauore actoris & iudicis est inuentum, ut libellus detur propter memoriā labilem hominum; ut ff. de pign. actio. l. contrahitur, & propter sententiam conformandam libello; ut l. ut fundus. C. cōmuni diui. & quia cum libello facilius fiunt positiones, & facilius ueritas inquiritur, quā inquiri multis modis cuiuslibet iudicis ītereſt: ut C. de iud. l. iudices. ergo per solum reum remitti nō potest. C. de auctoritate prestan. l. 1. tamen Iac. de Rauenn. confundit istam rationem, dicit: enim q̃ non est in fauorem iudicis introductum, quid dicemus? glossa iuris canonici sequitur opin. Ioan. Blonesci, extra de libelli oblatio. ca. j. & multi alii doct. moderni nostri iuris.

Itẽ nõ obstat quinta ratio, dum dicit quòd eadem facilitate &c. quia ratio non



non procedit, quando interuenit iuramẽtum propter reuerentiam & auctoritatẽ ipsius sacramenti, ut patet in muliere & minore iurante super contractu: ut patet in auth. sacramenta. & in c. cũ contingat.

Item non obstat si dicatur esse contra publicam utilitatem, quia illud non reperitur in iure cautum, sed bene dicitur, ꝓ
39 fuit insinuatio inducta, vt tollatur occasio procurandi donationes fieri per metum, uel fraudem, seu clandestinè, vt d. l.
40 donatio. & licet dicatur † interesse reipublicæ mulieres nõ esse indotatas. l. j. ff. soluto matri. tamẽ firmatur cõtractus dotionis rei dotalis, ut patet, in c. cum contingat.

41 Item † nõ obstat ꝓ non uidetur posse renunciari legibus inducentibus solennitatẽ in actibus hominum, iuxta l. nemo potest. ff. de lega. 1. quia illud uerũ, quando non interuenit iuramentũ, secus quãdo interuenit, ut in minore, nam licet lex dicat, & det solennitatem certam seruari debere in alienatione rei minoris, ut ꝓ fiat cum authoritate administratoris, & cum decreto iudicis & causa cognita. l. magis. §. ne passim. C. de rebus eorũ. ta
42 mẽ si alienatur sine dicta solennitate cũ sacramento. talis alienatio tenet, vt in auth. sacramenta. cum ibi not.

Item non obstat. si dicatur, ꝓ inductũ fuit insinuationẽ fieri non fauore donãtis, sed in odium illorum qui procurabãt fraudulenter & clandestinè illas fieri. l. donatio. & l. data. C. de dona. Et sic uidetur ꝓ non posit renunciari, per no. in l. tametsi. ff. ad Macedonia. quia potest
43 responderi dupliciter. Primò, qa † l. cet sine iuramento non posit renunciari, tñ secundum omnes iuramentũ obligat. ut in cap. significante. in fi. de pigno. & cap. debitores: de iureiurand. & no. Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss.

Itẽ secũdò potest dici, ꝓ inductũ fuit insinuationẽ fieri principaliter in fauorẽ donantis, ne de sua liberalitate periclitetur. Fallit l. ne ex liberalitate de re iu. & secundariò in odium pro curantium clã & occultè illas fieri, ut tollatur talis occasio. & ideo uidetur ꝓ posit renunciari, ꝑ regulã l. pe. C. de pactis. saltem cum iuramentum. Nam communiter tenetur ꝓ sine iuramento, renunciari non posit ꝑ illas rationes superius tactas.

44 Item non obstat quòd lex ꝓhibet fieri donationes ultra summã taxatã sine insinuatione, & sic uidetur non posse renunciari, per no. in l. 1. & 2. C. ne fideiusdo. dentur, quia illa non procedit quãdo interuenit iuramentum.

Item non obstat vltimò quod dicitur
45 in d. l. illud. dum dicit, ꝓ ubi † iuramentum interponitur super re prohibita, ꝓ nõ ligat, per l. si quis inquilinos §. 1. ff. de lega. j. quia illud procedit, quando esset prohibita per canones: secus, quãdo per leges tantum, ut uoluit Ioan. And. post Hosti. in c. quemadmodum. de iureiurã. & gl. super uerbo, uel nasum.

Item secundò põt dici, ꝓ illud procedit, quando est prohibita cõtra bonos mores: uel reprobaretur à iure canonico ratione publicæ utilitatis principaliter, ꝑ ea quæ habentur in cap. si diligenti. de foro compet. & in cap. nõ est obligatoriũ. de re. iur. quod non contingit in casu ꝑ posito: quia nõ reprobatur donatio ultra summam prędictam per dictas rationes, sed per alias superius tactas: & ideo non sequitur, quòd non posit iuramento fir
46 mari; satis tamẽ uidetur quòd ubi † nõ interuenit iuramẽtum, nedum de iure ciuili, sed etiã nec de iure canonico valeat, per ea quæ habentur in c. 1. de noui operi nuncia. dixit etiam post Albertũ Papiensem ꝓ si debes mihi florenos mille, &
47 ego remitto obligationem ipsorum, ꝓ talis remissio uidetur donatio. facit quod habetur in l. j. ff. de transac. & in l. si quis obligauerit ff. de dona. tamẽ valebit sine insinuatione: quia indirecta donatio.

Sed glossa tenuit contra in l. si quis obligatione. ff. de reg. iuris. & illam tenet Barto. in l. Modestinus. ff. de dona. quando ex vna causa debeantur illa mille: secus si ex diuersis, quando vllam excedebat summam à iure taxatam, per ea quæ habẽtur in d. l. Modestinus. in principio. tamen potest dici ꝓ uidetur spe-
48 ciale † in debito vsurarũ, vt posit fieri re

missio etiam ultra summam, & non exigatur insinuatio in odiũ usurarum ipsarum: & sic etiam uidetur fuisse de mente Azo. in summa. & uidetur etiam quòd tenet donatio, quando donatur ius donationis ultro summa taxatam: ut patet ex tex. cùm glos. d. l. donatio.

Sed quando fit donatio an sufficiat, ut ualeat, ꝙ tot intelligantur donationes esse, ita quòd nulla intelligatur excedere summã? communiter tenent quòd non: ut notat Barto. in d. l. Modestinus. circa fi. & etiam Ioan. And. in add. licet ibi ponat opin. & hoc etiam tenet Cyn. in l. sancimus. §. si quis. C. de donatio. Et not. quod Barto. in d. l. Modestinus. dicit
49 quòd etiam si † specificentur, plures res quę ascendant ultra summam quòd nõ ualeat donatio: licet aliàs consueuerit di
50 ci, quòd tot † censeantur esse contractus, quot sunt res: ut l. scire debemus. ff. de verbor. obliga. quod not. quia Spec. videtur sentire hoc in d. uersi. porrò.

Dixit tamen Albertus Papiensis ꝙ si donationis fiant plures in fraudem legis, ꝙ non ualebunt: licet aliqui cõtra: sed nõ bene, ꝙ l. fraus. & cõtra. ff. de legibus. Di
52 xit et ꝙ † sic donatur certa quãtitas pluribus, licet nulla pares excedat summam: cum si tota excedit exigit̃ insinuatio: ut notat Ioan. An. in titu. de dona. in Spe. in §. 1. uer. quòd si.

Sed quęritur qualiter debeat fieri renunciatio Specu. tetigit in §. porrò. uersi. donatio. & Ioã. And. in addi. plenius in effectu dicit duas esse opiniones. Prima ut, fiat hoc modo, ut redigat in scripturã ipsa donatio, demum coram iudice publicetur, rescribatur apud acta: dicunt isti
53 quod non est † absonum, quòd unus cõtractus primò scribatur, deinde iteratò reducatur ad scripturam. allegat quod habetur in fin. in l. iubemus. §. primò. de adoptio. C. & in l. iubemus. C. de emãcipatio. libero. facit quod notat Inno. de testibus. in cap. Albericus. & secũdùm aliquos requiritur ꝙ partes subscribẽt se. & per hoc facit quod habetur in l. in donationibus. C. de dona. tamẽ ut dicit Io. An. non est in usu, ꝙ partes se subscribant. Alia est opinio, uidelicet, ꝙ donatio subscribatur & publicetur, corã iudice: nec ẽt requiritur alia scriptura fieri. & ista opinio uidet esse cõmunis, & cõmuniter seruatur, & tangit Ioan. An. sup dicto uersi. donatio. & illam uidetur sequi Azo. in summa in titu. de dona. & similiter Hostien. & Barto. in d. l. Modestinus. ubi di-
54 cunt, quòd † insinuatio est, quando donatio fit in scriptis coram iudice: nec requiritur secundùm eum, decretum iudicis uel alia authoritas, quia in hoc nõ uidentur requirere iura: sed quòd fiat in prẽsentia iudicis. licet Guil. de Cu. aliter dixerit in l. illud. C. de sacrosanct. ecclesiis.

Quis autem sit iudex competens: concludit Ioan. An. in dicta addi. quòd si sit iudex partium, clarum est. & idem si sit iudex loci, uel rei, quæ donatur. facit l. data. in fi. C. de dona. si autem non sit iudex, nec loci, nec rei: tũ dicit ꝙ tutũ esset seruare primã opinio. quòd stat donatio interueniente scriptura inter personas, & demum coram iudice publicetur, nã
55 per † contractum donationis sortietur forũ ibi. Aliqui tamẽ faciunt fieri cautelam, uidelicet quòd ponatur in instrumento, quòd partes eligant domicilium, uel quòd prorogent iurisdictionẽ. Bart. in d. l Modestinus. uidet uelle quòd coram quocunque iudice posset fieri, licet non sit iudex partiũ uel loci, uel rei quę donatur, per dictam l. data & l. in hac. C. de donatio.

Satis puto ꝙ ista opin. sit uera, licet ad dictas leges posit responderi, ut uoluit sentire Ioã. An. quòd loquatur quãdo est iudex partium uel ipsius rei, quæ donatur: tamen sequẽda est eius opinio, considerato quòd tunc in seruando illã qũ fit cõtractus coram illo iudice in illo actu sit competens. facit ꝙ habetur in l. Lucius. ff. de verborum obligationibus.
56 † & etiam iste est actus iurisdictionis. ꝙ sit inter uoletes. ideo uidetur ꝙ ualet, ex quo partes in illum pro tali actu celebrãdo consenserunt. facit quod habetur in 2. ff. de officio proconsul.

Aduerte tamen quia uidetur ꝙ esse debeat



debeat iudex, qui habeat reddere ius: vt præses prouincię, defensor ciuitatis, vel alterius magistratus, vt habetur in l. in hac. C. de donatio. & ideo si ex forma statuti in cõtractibus requireretur, unius iudicis præsentia de collegio iudicũ, non sufficeret contractũ donationis fieri coram illo, si excederet summã, ex quo nõ esset deputatus talis iudex ad ius reddendum, sed expedire publicari coram iudice publico ad reddendum ius.

57 Sed an posset † fieri tempore feriato? tenet Ioannes Andreæ, quòd sic in dicta
58 additio. qa † est actus uoluntarię iurisd.
59 facit l. actus. C. de ferijs. nã † in his, quæ fiunt interuolentes, non est necessaria causę cognitio. & ideo poterit fieri in alio loco, quàm in tribunali, ut l. uoluit. §. i. de interrogato. actio. & sic dicit practicari, quia interdũ fit in camera. Credo. dicit Ioan de Imo. de mente iurium fuisse quòd debeat fieri iudice sedente pro tribunali, uel saltẽ ipso stante in loco iudicij, quo casu non consueuit esse sine prẽsentia aliquorum officialiũ uel familiarium, per ea quæ habentur in l. in donationibus. C. de donatio. quia nõ est uerisimile iudicem pro tribunali sedere in tali loco solẽni, quin sint ibi personæ seu officiales publici. & dicit in dicta l. in
60 donationibus. quod tunc † sufficit publicum testimonium, licet non interueniant priuati testes. & istud uidetur esse de mẽte Azo. in summa, de donatio. dũ dicit, quòd debeat fieri coram iudice astantibus pluribus personis non requirantur priuati testes: puto tamẽ quòd in his seruetur id, quod est de cõsuetudine, in l. de quibus. ff. de legibus. & per id, qd̃ notat Ioannes Andreæ, super dicto uersiculo, donationes.

61 An autẽ sicut nõ † exigitur insinuatio, quãdo Imperator donat, iuxta notata super auth. posita in l. sancimus. & qd̃ no. in l. pe. C. de donatio. sit idem dicendum in Regibus Ioan. And. tetigit in dicta additio. & concludit quòd de facto seruatur quòd non requiritur insinuatio. & intelligę quęst. quãdo donaret rem patrimonialem: nam si donaret aliquid pertinens ad regnum recurritur ad cap. intellecto. de iureiuran.

62 An autem Rex in suo regno † posit qd̃. põt Imperator in suis sibi subiectis, recurrendum est ad ea quæ notat. Inn. in cap. 2. de reg. iur. facit cap. per reuerẽtiam. qui fil. sint leg. de verborum. significa. capit. super quibusdam. per Ioann. Andr.

Barto. autem in d. l. Modestinus. sic dicit. Quæro, promisisti mihi aliquid fecisti
63 † quietationẽ animo donãdi, an indigeat insinuatione: quidam dicunt quòd nõ ut glos. uult in d. l. Modestinus. glo. videtur tenere contra l. si quis obligatione. de reg. iur. & respondit ad l. Modestinus. ꝙ ibi in usuris, quę debentur annuatim. &
64 ideo † si simul remitterẽ alicui mille florenos, si quidẽ essent debiti ex diuersis causis, non eget insinuatione, ut dicit gl.
65 ibi: Quæro quid est † insinuatio? est facere donationem in scriptis coram iudice, ut no. in l. donatio. in fi. & in l. donatione. & in l. sancimus. & expresè dicit Azo in summa huius titul. de donationibus.

Quæro, an iudex debeat aliquã causę cognitionẽ premittere seu adhibere? Respondeo nõ. Ista enim solẽnitas est adhibita propter duo. Primò, ne fiat clam, & homines non fraudentur: ut l. data. C. de
66 dona. & quia in † magnis quantitatibus maior obseruantia exigit̃: ut l. fi. & auth. ibi posita. C. si cert. pe. & hoc apparet,
67 quia apud † quemcunque iudicem, etiã cui nõ subest donatio, nec res donata, potest insinuatio fieri: quia hoc ex mera voluntate donatoris cõsistit. Ex hoc appa
68 ret quòd † vbi decretum iudicis non requiritur, sufficit sola iudicis præsentia ut de testamen. l. omnium. licet Guil. dicat contrarium & malè: C. de sacrosanct.
69 ecclesiis. l. illud. An posit fieri † donatio ex post facto, scilicet, post donationem factam extra iudicium? dico quòd sic l. fin. §. penulti. C. de donationibus. ante nupt.

70 Quid in donatione, quæ fit tacitè soluendo dotem pro muliere? dic vt C. de iure do. l. fin.

71 Quæro, an † donatio, quæ incipit

à traditione, egeat insinuatione? respondeo sic: ut expressè tenet text. in l. sancimus. §. 1. C. de donationib. Non ob stat l. purè. §. si donaui. ff. de doli exceptio. quia non sustinebat expensas.

72 Quero, † an illis legibus, quę inducunt insinuationem, possit renunciari? respondeo non: quia illis legibus: quę inducunt certam solēnitatē in actibus hominum, nō potest renūciari: delega. 1. l. nemo potest. & quia lex hoc prohibet, quòd fiat sine insinuatione: ergo isti legi renūciari non potest: vt C. ne fideiussor. do. dentur l. 1. & ibi not. gloss.

Pręterea quòd insinuatio fiat, non est in fauorē donantis, sed filiorum, scilicet, ne fiat fraus, vt C. de dona. l. data. ergo renunciari non potest, vt not. in authen. ut sine prohibi. mat. §. quia uerò. Idem uerò Barto. in l. sancimus §. si quis autē.

73 C. de donat. sic dicit: Vtrum † his legibus, quę de insinuatione donationum loquunt possit renunciari? respondeo nō: nam legibus, quæ dant certam formam in constituendis actibus hominum renūciari nō potest. ff. de pact. l. ius publicum de leg. 1. l. nemo potest.

Quero, quid si fuit dictum in instrumē

74 to, quòd † tot donationes intelligantur, quot sunt iugera terræ: uel quot sunt res, quę omnes coaceruatæ excedunt summā. Istam quęstio. tangit Spec. in titu. de dona. §. i. versic. quid si aliqui. ergo dicit Bar. indistinctè dico, quòd talis cautela nihil releuat: quia uidetur in fraudem fieri. C. de agrico. & censi l. quemadmodum. ubi ponitur similis fraus. dico etiam quòd si plures nominarentur in donatione ita quòd uerè essent plures donationes, secundum l. scire debemus & l. quod dicimus ff. de uerbor. oblig. tamen quantum

75 ad hoc † una esset donatio. eo: quòd uno tempore est facta & unica facienda præstatio. ut expressè patet C. de donat. l. sancimus. §. si quis autem. in tex. & glo.

Pręterea hic est eadem ratio, quòd fieri debeat insinuatio, quæ ponitur in di

76 cta l. data † insinuationem enim magis inspicere actū donationis, quam actum cōuentionis: ut sciamus utrum sit una uel plures ff. de dona. causa mor. l. senatus. §. fin. Bartol. in l. sancimus. C. de dona. §.

77 si quis autē. sic dicit: Quero de illa † clausula, quę consueuit apponi in donationibus: ut tot intelligantur esse donationes, quot res: utrū ualeat? certè nō: quia hoc solum debet inspici, utrum eodem tempore sint factæ, uel non: ut patet ex text. & gloss. in l. sancimus. §. si quis autem. Quid si sit renunciatum ipsis legibus cū iuramento? Bartol. in l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. in octauo membro dicit, ꝓ non firmatur iuramento.

Iem Bartol. in l. Aquilius. ff. de donat.

78 dicit: Quæro, an † donatio facta ex causa remunerationis indigeat insinuatione & dicit gloss. in dicta l. Aquilius. quòd si

79 esset. † mera donatio: tunc non indigeret insinuatione. sed illa de qua loquitur. l. Aquilius, non indiget. Credo, dicit Bar. ꝓ si est si simplex remuneratio, quæ insinuatione nō egeat: quia differentia est inter remunerationem, & donationem: ut ff. mandati. l. si uerò nō remunerandi.

80 & hæc † remuneratio sapit naturam donationis. habes ergo dicere, dicit Barto. ꝓ aut ista remuneratio fit ex causa de pręterito, & non eget insinuatione: ut l. Aquilius. si ex causa de futuro, & idē: ut l. fin. C. de do. ante nupt. & authen. ibi posita. & l. fin in princ. C. de iure do. secus si est simplex donatio.

Ludo. in l. Modestinus. ff. de donationib. sic dicit: Quia Bartol. hic eleganter posuit materiam insinuationis, ió tu dictis eius primò adde in quantum dicit, quid

81 sic insinuatio? dicendo † quòd est coram iudici donationem facere: uel factam iudico ostendere, & in publica acta redigere, allegando casum in l. in hac. C. de dona. Adde quòd melior text. est iuncta gloss. super uerbo, insinuetur. in l. sancimus. C. de diuer. rescrip. & dicit Bal. in quodam suo consilio, quod incipit, In Christi nomine Amē. Certum est quòd filia in bonis patris. sic ad literam. sed uidemus in proposito an uideat facta insinuatio: quia iudex interponit decretum & est iudex ordinarius? & uidetur quòd sic: nā quilibet iudex ordinarius sufficit in eo



82 in eo territorio. C. de don. l. in hac. & † uidetur insinuatum: quia est coram iudice factum, etiam si decretum non esset appositū. C. de testa. l. omniū. Cōtra dico dicit Bal. quia causa non fuit coram iudice

83 exposita nominatim, † debet enim dicere pars, quid intendit donare: ita quòd iudici quid agatur, & quid contrahatur, innotescat. C. de præd. decur. l. 1. lib. x. super eo enim iudex non examinat, & ꝓ ei bona fide non narratur, decretum interponere nō uidet: errat enim in facti causa, aut causā ignorat. ff. de tut. & cu. da. ab his l. tutor petitus. ff. de trāsa. l. cū Aquilia. nā si iudici facti causam & dilapidationē pupilli nominasset, procul dubio passus non esset, nec decretum inter

84 posuisset: quia † pręsumendum est de iudicis mēte quòd nihil intendat iniquè facere: quia hoc iurat, in auth. iurisiurandū quod præ. ab his §. ab æquæ. C. ad leg. Iuliam rep. l. fi. propterea ego Bal. audaciter dico quòd dicta donatio non est insinuata realiter, licet superficialiter contractus iste fuerit factus coram iudice.

85 Item coram iudice † non dicitur insinuatio facta, cum per iudicem nō intelligitur quid fiat. & ideo corā eo fieri nō dicitur: ut ff. de uerbor. signi. l. coram. bene facit quod not. C. de errore aduo. l. 1. ille

86 enim, † qui non intelligit quod agitur ꝓ absente habetur: ut l. 2. §. uoluntate. ff. solu. matri. & in tex. in d. l. data. C. de do. dicit quòd insinuatio requiritur, ut clandestinis & domesticis fraudibus, &c. & ideo licet aliqua remissio fiat corā iudice, si iudex non inteligebat quòd animo donanpi illa fiebat, clam dicitur facta, & non coram iudice insinuatio: ut patet ff. de iure fis. l. intelligitur. in prin. & de leg.

87 i. l. Lucius. §. testamento. † Clā enim dicitur fieri, quod fit ita ut non intelligatur quid fiat. ut dictis legibus. uide circa hoc

88 † quando dicatur quid fieri coram iudice seu pręsente: in clausula, non error: in articulo, dum fuit tractatum de errore aduocati. ibi uide circa fin.

Secundo adde in quantum dicit nō esse necessarium super tali insinuatione iudicem apponere decretum & interloqui, ꝓ de hoc est melior tex. quam allegatur per eum, l. fi. C. de prędi decurio. lib. decimo. qui propriè loquitur de donationibus. hanc opin. etiam sequitur Bal. in d. l. illud. & l. omnium. C. de testamen.

Tertiò adde in quantum Bar. conclu dit in hac insinuatione non esse necessariam causę cognitionē uel param saltem quòd ex hoc resultant tria uel quatuor notanda. Primo quòd hinc est quòd talis insinuatio potest fieri die feriata etiam

89 in honorem Dei ex † quo nulla uel parua causæ cognitio requiritur. ad hoc. ff. quis ordo in bon. pos. ser. l. 2. §. dies: Itē & alia ratione, quia insinuatio est actus uoluntariæ iurisdictionis secundùm gloss. orei. in auth. de defen. ciuita. §. nulla. quæ incipit, Vel quodcunque aliud, &c. & ideo talibus diebus explicari potest. C. de ferijs. l. actus omnes. ita tenet Ioā. And. in addi. in tit. de instru. editū. §. porrò uer. uiso cuius Bal. nō meminit in d. l. in hac. & l. illud. uer. idem tenuit.

90 Secundū autem quod resultat, est † ꝓ potest fieri parte nō citata: ea enim, quę causę cognitionem non desiderant, absque citatione procedunt. l. 3. §. si causa cognita. in gloss. ff. de bo. pos. l. si deserta. in glos. si propter publ. pen. C. Istud uult Ioan. And. in d. uersicu. idem Bald. licet eum non allegat in l. in hac. & in auth. eo decursum. C. de dona. ante nupt. ubi pro hoc dicit esse text.

Item tertiū quod resultat, est quòd potest dicta insinuatio per iudicem fieri

91 † non tantum in loco solito tribunalis, sed ubicunque: & quod est forrius in priuata domo ipsius donantis uel donatari: ita enim fieri possunt, quæ paruam uel nullam causæ cognitionem desiderant, & maximē si sunt iurisdictionis uoluntariī. ff. de interroga. actio. l. uoluit. & istud uoluit eleganter Bal. in l. generaliter. §. fin. ff. de reb. cred. non tū memor: Ioan. An. idem tenentis in dicto uer.

92 Resultat autem & quartū, quod est, si ipse iudex sit donans uel donatarius, poterit apud seipsum insinuationem facere: ut etiā faciūt alia quæ sunt iuridictionis volūtariæ. s. emācipationē & manumissio-

missionem. Ad primum ff. de adop. l. si consul. Ad secũdũm. ff. de manumis. vindi. l. apud. & c. cùm si. & istud volũt Moderni in d. l. si consul. Et super præmissis Oldra. in suo consilio. 76. dicit. Factum
93 tale † est, domina E. habens duas filias M. & I. donauit M. inter viuos recipienti & benemeritę quædam bona, quæ habebat in dioecesi Tholosana excedẽtia summam quingentorum florenorum, retento sibi vsufructu ad vitam suã, constituẽdo se nomine dictæ M. possidere interim, & de euictione teneri, acto in ipsa donatione post solitas denunciationes, ꝙ dicta donatio pro tot partibus sic facta, quarum quælibet legitimam summã nõ excedat, cui donationi iudex ordinarius loci, vbi donatio facta fuit, nõ tamen iudex ipsorum cõtrahentium, nec ratione rerum, nec personarum authoritatẽ suã iudiciariam interposuit & consensum: hæc facta fuerũt in die feriata & solenni ob honorem Dei, & in domo priuata: deinde reuolutis temporibus dicta domina E. pœnitẽs donationis prædictę nitẽs eã reuocare in solidum uel in parte eo: quia nõ fuit legitimè insinuata, ꝙ decretũ iudiciale die feriato solenni fuit interpositum donauit secunda uice, & inter uiuos dicta bona prius donata I. filiæ eius recipienti, & benemeritę & condignę, retento sibi usufru ad uitam constituendo se nomine ipsius I. interim possidere & de euictione teneri, acto in ipsa donatione post multas & solitas renunciationes, ꝙ tãtę cẽseãtur facte donationes, quarum quelibet legitimã summã nõ excedat: fuitq; iuriata ipsa donatio & corã iudice ordinario loci ubi facta fuit nõ tamen ipsorum contrahentium, ratione ꝑsonarũ, uel rerum, & eius iurisdictionem sciẽter prorogauerunt facta, publicata & legitimè insinuata, loco tamẽ priuato electo pro publico & idoneo ad id, per eundem iudicem ob honestatem, magnificentiam, & fragilitatem dictæ donatricis denique ipsam B. in corporalem possessionem aliquorum bonorum induxit dicta donatrix. & per illam corporalem possessionem, seu quasi aliorum bonorum donatorum, quæ ibidem ad oculum uidebantur, & uideri poterant, inductam uoluit, dicto tamen usufructu retento, mortua dicta B. donatrice quæritur, quæ donatio prædictarum sit ualidior, & utrum secunda primam casset, & infringat iure & facto?

94 Primò uidendum est an † donatio necessitatẽ effugiat insinuationis propter illa uerba, quòd necessitas in tẽpore: ut C. de dona. l. scimus § si quis autem per diuersa. C. de sacrosanct. eccle. l. illud. in fin. & pro hoc optimè C. de nauti. fœ. l. nihil. §. quod in singulis.

Secundò est uidendum an iudex, corã quo est prima donatio facta, fuerit iudex cõpetens ad faciendum insinuationem? & uidetur quòd sic, ut C. de don.
95 l. in hac. præsertim quia † ratione contractus ibi celebratur C. de contrahen. emptio. l. i. fortitur etiam iudex iurisdictionem super contrahentes, ut ff. de iu. l. hæres absens. §. j.

96 Tertio est uidendum an † insinuatio potuerit fieri de solenni? & uidetur ꝙ sic, quia cùm non reperiatur quòd talis insinuatio requireret causæ cognitionẽ potest die qualibet actus expediri, ut ff. quis ordo in bonor. possess. seruetur. l. 2.
97 §. dies, & hoc bene † admittit natura huiusmodi actus qui est uoluntarię iurisdictionis, ut C. de feriis. l. actus. & no. Hosti. in summa de feriis. §. quid in eis. uer sic licet quę pertinent & eadem ratione uidetur quòd in dono poterit fieri. ff. de interro. actio. l. voluit. §. j. & de ma. vin. l. non est omnino.

Vltimò uidendũ est qd sit insinuatio,
98 & dicunt quidam † quòd est per superiorem authoritatis præstatio. Et hãc diffinitionem videtur ponere glo. & tenere in authen. vt non fiant pignoratio. §. illud. colla. v. Alij dicunt quòd est scriptura facta in præsentia publicarum personarum, & in actis superuacuum est aliud testimonium quærere, ut C. de donationib. l. in donationibus unde dicunt quòd ad hoc ut donatio dicatur fore insinuata, sufficit ꝙ de ea fit facta scriptura apud cõpetẽtem iudicẽ publicata.

& hanc



& hanc opinio tenet Azo in summa de dona. §. quę donationes scripturã requirant. Tamen uerius vt quòd quãtum ad hoc ut dici posit quod insinuatio est præexistentia donationis in scripturam redactę apud competentem iudicem facta publicatio, & eius authoritate in publica monimẽta, seu acta, uel gesta facta redactio, ut perpetua & facilior sit probatio, ueritatis, & de hoc colligimus C. de donat. l. in hac. & in authen. ut fratrum filij. §. illud. collatio. ix. & in authen. de defen. ciui. §. non habente. colla 7. & in authen. ut nulli iud. §. & hoc peruenit. &
99 † nec est nouum, quòd actus apud unũ celebratus pro sua utilitate & perfectione apud alium publicetur. C. de emanc. libe. l. iubemus. & de adoptio. l. ii. & talis
100 † insinuatio inuenta fuit, ut medio tempore, quod est inter donationem & insinuationem, possit donans deliberare an donationem per insinuationem, conseruare expediat: ut in authen. de appellat.
101 circa princip. quia † iteratio actus, scilicet, donationis & insinuationis ostendit mentis perseuerantiam: ut C. de plus pe. l. unica & tollit suspicionem deceptionis propter acta: arg. C. ad Velle. l. si
102 mulier. & occurrit falsis probationibus, quæ possunt fieri per scripturas publicas non insinuatas clam tamen factas cogitari: ut C. de donat. l. data: unde
103 cum prima donatio non sit taliter insinuata: & tali modo, non reputo eam sufficienter insinuatam, & per consequens non credo eam nec tenere nec ualere de iure.

Redeamus ad dicta Ludoui. in l. Modestinus & uidendum est in quibus casibus ista insinuatio non sit necessaria: &
105 primò potest esse † dubium quid in donatione facta ecclesię. & in hoc glossa, in authen. de non alien. & l. simus. & in d. l. illud. & in l. sancimus C. de donat. quas communiter sequuntur domini legistæ, & tenent quòd requiritur insinuatio: &
106 aliàs non ualeat: quia † si speciale est in donatione facta pro redemptione captiuorum, & in aliis casibus no. in l. si quis pro redemptione. C. de donatio. inter quos iste non numeratur quòd ualeant absque insinuatione: ergo in contrarium est ius cõmune. Aduerte tamen quia in contrarium tenuerunt Hosti. & Ioan. Andr. extra de fide instru. c. fin. in nouel. alleg. pro hoc d. l. sancimus. quæ facit pro hoc contra eos.

Idem tamen Ioan. An. in d. §. porrò. in addi. qui incipit, illa lex idem secutus
107 est, & hac ratione: quia si princeps & sacerdotium æquiparantur: ut in auth. quomodo oportet Episc. in princ. extra de testib. c. omnis anima. & in principe
108 hoc est, ꝙ † ualeat donatio sibi facta absque insinuatione: ut d. l. sancimus. in authen. ibi posita. & in authen. ut non fiant pigno. §. fin. ergo idem debemus dicere in donatione facta ipsi ecclesię: & hec pars fortè de iure canonico sustentaretur, ex quo in ea nõ reperitur aliud iure cautum ꝙ donatio facta ecclesiæ requirat insinuationem: unde respondeas quia hic suppletur per ius ciuile. ut in c. si adiutorium. x. dist. Et ad rationẽ Ioan. And. potest responderi, quod non
109 ualeat: cum ex ea sequitur † legum correctio, quæ non habet locum etiam ubi est identitas rationis: ut plene no. in auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccle.

Pro sua tamẽ opinione multum facit
110 quòd † in contractibus celebratis cum ecclesia seu dispositionibus non uidetur requiri solennitas iuris ciuilis. C. de sacrosanc. eccle. l. generali. ut ibi no. facit extra de testibus. c. relatum. & c. cùm essis. & hanc opi. teneo saltem de æquitate canonica. & uiua ratione, quia insi-
111 nuatio ista † inuenta fuit ad reiicienda fraudes, quæ possunt in ipso contractu donationis iniri. & hæc fuit finalis ratio. C. de dona. l. data. sed hæc ratio cessat
112 in † ecclesia quæ semper dicitur esse iustitię & ueritatis cultrix & augmentatrix: ut dicit pulchrè tex. de alie. feu. c. j. & in cle. cum illusio. de renũ. ergo cessat legis insinuatio inducentis dispositionẽ, & iura sunt clara.

Pro hoc Marti. Sill. autẽ in suis, dictis dicto clxx. no. quòd leges quę uolunt, ꝙ in donatione, quę fit ecclesiæ ab aliquo,

præter

præterquam ab Imperatore, requiritur
insinuatio à quingentis aureis supra, l.
illud. C. de sac. san. eccl. non uidetur ua-
lere secũdùm ius canonicum, secũdum.
q̃ ualeat indistinctè usque ad omnem
summam, ut notat Hostien. & Ioã. An.
post eum. & Anto. de But. in cap. fin. de
inst. & pro eis allego cap. sunt qui ope. &
cap. fin. 17. q. 4. & clem. j. in fin. de dec.
113 & potest assignari ratio, quia sic † ma-
teria relictorum ad pias causas censetur
esse spiritualis: ita quòd leges super illis
disponentes non ualent, nisi in quãtum
sunt per canones approbatæ: ut in c. re-
latum. extra de testi. & patet in his quæ
no. Bar. in repe. l. j. C. de sacrosan. eccle.
114 † ita donationes inter uiuos fortè in
in piam causam: ut in c. fi. de re. eccl. non
alie. facit quod habetur. x. q. & 17. q. 4.
per totum.
115 Item dubitatur an in † Rege aut alio
domino in suo territorio non recogno-
scente superiorem ualeat donatio per eũ
facta suo subdito absq; insinuatione. In
hac quæstione in simili consuluit Bar. &
unà cum eo Franc. Tigri. tenentes, quòd
absq; insinuatione ualeat: ita simpliciter
refert Bal. in d. l. sancimus. & hãc op. ego
comprobo. primò authoritate Ioã. An.
idem tenentis in d. uers. qui incipit, Vlti-
mò. Secundò ratione, quia si ita est in
principe: ut supra dixi, ergo idem dicen
116 dum est in † Rege: siue alio domino
superiore, q̃ principi æquiparatur, ut l.
postliminium. in prin. ff. de capti. & cla-
rius in c. super quibusdam. §. j. de uerb.
sign. & istum punctum tene menti.
117 Tertium dubium est an † donatio pœ
nę requirat insinuationẽ? uidetur quòd
sic, quia citur uera donatio. C. de don.
l. donationis. ubi est casus. Contrarium
tamen firmat Bal. in l. si mulier. ff. de con
di. ob causam. simplici ratione, scilicet, pę
narum odio: non tamẽ meminit induce
re l. Modestinus. ff. de do. in qua uidetur
casus, quia si usura est pęna: ut l. lecta. ff.
si cer. pet. & in donatione eius requiritur
insinuatio, & propter odium, ergo idem
etiam uidetur dicẽdum in alia donatio-
118 ne pœnæ. In † donatione autem causa
mortis non requiritur insinuatio. l. fin.
de donat. causa mortis.
119 Itẽ quęritur, an † in remissione debiti
gratuita requiratur insinuatio? & in hoc
aduertendum, quia gl. & doct. uariarũt.
Vna est enim in. l. si quis obligatione. ff.
de reg. iur. quæ dicit insinuationem re-
quiri. Alia uidetur contrarium innuere
in l. j. ff. quib. mod. pign. uel hypo. sol. dũ
120 dixit, q̃ † remissio nõ est donatio, ergo
nõ indiget insinuatione Bar. secutus fuit
gloss. in l. si quis obligatione generali,
tam ibi, quam hic, eo, quia uidetur clarè
probari in l. in ædibus. in princi. ff. de do
121 na. quòd † talis remissio seu quietatio
dicitur donatio. Bal. uariauit: quia in al-
leg. l. illud. dixit quòd aut in tali remis-
sione fit mentio donationis, & tunc insi-
nuatio non requiritur. quia ista remissio
122 non dicitur donatio, sed potius libera
tio, quæ ipsius fauore procedit, & sine
causa ualere tenetur, & per consequens
absq; titulo donationis: ut l. tale pactũ.
in princip. iuncta gloss. j. ff. de pactis. sed
in l. si inter. C. de solu. tenuit simpliciter
Bart. & hoc per tex. ibi iuncta gloss. di-
cente quòd talis remissio esse uidetur
donatio: sed in l. tale pactum. distinxit
aut remittitur debitum liquidum: & tũc
procdat dictum Bart. per d. l. si inter. aut
non liquidum; & tunc non eget insinua-
123 tione; quia † remissio debiti nõ liquidi
non dicitur donatio propriè: ut l. contra
iuris. §. si filius. ff. de pactis.
Io. An. in d. §. porrò. in uersic. quid si
donationes. in additione, qui incipit,
Quid renuncians, tenet insinuationem
124 non esse necessariam, quia † rei suæ
quisque est moderator & arbiter. C.
manda. l. in re mandata. ff. si quis à pa.
fue. ma. l. non usq; adeo. hæc ratio nihil
concludit, ut per te uides. Secundò, quia
125 † magna differentia est inter donatio-
nem directam & obliquam ff. de lib. leg.
l. si is qui duos. & in c. cùm Apostolica.
extra de his quæ fiunt à prælatis. quæ
ratio subtiliter, aut nihil, aut parum con-
cludit: ut patebit ex inferioribus.
Nouissimè do. Angel. in hoc passu in
consilio, quod incipit, in Dei nõe & suæ
matris



matris Virginis gloriosę Amẽ. pro parte
negatiua consuluit quòd nõ audiatur di
cta soror ita perfectè & magistraliter di
stinguere videtur, quod est hic videndũ,
utrũ ista remissio seu quietatio dicatur
uera donatio, & in hoc item dicendum
126 est, quòd aut ista † quietatio fit animo
donandi, & de hoc constat: & tunc clarũ
est quòd dicitur uera donatio. Casus est
in d. l. in ædibus. & in l. j. ff. de transactio.
facit secũdùm eum C. de pactis. l. pactũ
cura. ff. de noua. l. si qs delegauerit. & ibi
per Barto. uiterius alia ratione: quia id
127 † merè dicitur donari quod nullo cogẽ
te imperio. sed uoluntariè datur. ff. de do
na. l. donare. sed hæc est huiusmodi, er-
go &c. hoc firmat Cyn. C. de pactis. l. pa
cta quæ contra. aut non fit animo donã
di, & constat, clarum est, quòd nõ est do-
natio, nec insinuatio requiritur, & quòd
128 non sit: patet: q̃a † deficit in donatio-
ne uoluntas unius, sine quo donatio nõ
perficitur. ut l. absenti argu. l. nuda. ff. de
donatio. & l. si quis argentũ. C. donatio.
129 aut per † uerba directa, libero, seu re-
mitto debitum, & tunc dicendum est, q̃
ista est mera donatio: & ideo insinuatio
ne indiget: quòd est casus in dicta l. si in-
tra. licet ipse alleget glos. in dicta l. si quis
obligatione.
Hoc tamẽ ꝓcedit, nisi sint aliquę præ
sumptiones, ex q̃bus colligatur remittẽ-
tem non habuisse animum donãdi, utpu
ta quia remisit, quia non erat debitum
liquidum, aut non habebat probatio-
nes in promptu, & hoc per glossam in
130 dicto §. si filius. ubicunque † possu-
mus alium contractum præsumere, non
præsumimus donationem. ff. de solutio-
nibus. l. si cum aurum. ff. de pignoratitia
actio. l. eleganter. §. qui reprobos. aut ta-
lis remissio seu liberatio fit per uerba, ex
quibus ipsa per indirectum colligitur, ut
puta profiteor te non teneri, & tunc non
dicatur donatio, & per consequens in-
sinuatio non requiritur, sed potius me-
ra deliberatio. & ita loquitur tex. cũ glo.
in dicta l. tale pactũ. in principio. & hoc
vltimum ego probo per casum notabi-
lem coniuncta suppletione doctorum in
l. quidam in iure. ff. de donationibus. ubi
131 † donatio indirecta non egeat insinua
tione. & hanc distinctionem nota & tene
menti, quia est ipsa veritas.
Sed quid in donatione rei alienę? & in
hoc cõclude secũdùm Bal. in l. post mor
tem. in fi. C. de fideiusso. dic ut ibi per eũ
132 Ludo. in l. Aquilus. quærit † an donatio
causa renunciationis egeat insinuatione:
vbi sic dicit. no. hanc glo. pro singula. &
ita semper allegamus quòd donatio cau
sa renunciationis non indiget insinua-
tione. Idem secundum Bartol. si fiat
ob aliam causam, siue de præterito, si-
ue de futuro, vt l. fina. §. similiq́ue mo-
do. cum authen. ibi posita. C. de donat-
ionib. ante nupt. Pro veritate tamen
huius articuli concludo aliquibus per
me additis, secundum Baldũ, in l. illud.
C. de sacrosanctis ecclesijs. q̃ aut fit do
natio causa renunciationis, aut ob aliam
causam.
Primo casu, aut sunt merita colorata,
seu simulata: quia in rei ueritate nõ præ
cessit, & tunc clarum est quòd requi-
ritur insinuatio, ad hoc ff. de regu. iur. l.
imaginaria. & in toto titulo, plus ualere
qd̃ agit. aut fuerũt uera merita primò,
& tunc insinuatione non indigent hic
siue fuerit renunciatio ob cãm præcedẽ
tẽ, ex qua potuerit agi, vt l. Aquilius Re-
gulus. secundum unum intellectum. siue
ob causam, ex qua orta fuerit obligatio
ad antidora, secundum formam l. sed si
l. §. consuluit. ff. de petitione hæreditatis.
& d. l. Aquilius Regulus, secundum
alium intellectum.
133 Sed an stetur assertioni † ipsius donan
tis dicentis se donare ob merita præcedẽ
tia. Bal. in l. illud. allegata distin. q̃ aut ex
primitur certa qualitas meritorum, sta-
tur: ut l. Aquilius Regulus. aut exprimũ
tur merita in genere: & tunc non C. de
collationibus. l. si donatione. in gloss. &
authen. unde si parens. C. de inofficioso
testamento. Primũ tamen membrum
intelligo quãdo est facta donatio ab eo,
qui poterat liberè donare absque meri-
tis ꝓcedentibus, secus si fine eis dona-
re non posset, ut inter patrem & filium,
quia

quia tunc nõ stat assertioni. Ista est theorica domini Bal. in l. si fortè, ff. de castrẽ si peculio. licet aliàs in l. per diuersas. C. mandati, uel contra. in hoc dubitauerit, cuius dubitationẽ decidat Baldus in l. 2. C. ne liceat potẽtioribus patrociniũ. imò etiam uidet quòd nullo casu debeat stati assertioni prædictę ad euitandas fraudes. ff. de pactis dotalibus. l. conuenire. & secundum hoc hodie nulla donatio indigeret insinuatione: quia semper in instrumentis ponitur de bene meritis præcedentibus. & ad hoc notat Bar. in alleg. l. si fortè.

134 Secundò casu principali: † aut donatur ab causam de præterito, ob quam est orta obligatio ad antidora, & tunc non indiget insinuatione: ut allega. l. Aquilius. aut non est orta: & tunc indiget. C. de do. l. donatio. & ita etiam similiter distinguas in causa de futuro.

Ex prædictis resultat decisio, an

135 † donatio mutuo facta inter duos, cuius effectus confert post mortem alterius prędecedentis, & indigeat insinuatione. & hic est pũctus, super quo his diebus, dicit Ludoui. consultum fuit ꝑ multos famosissimos doctores huius ciuitatis ac etiã per me, & reperi nouiter cõsilium domini Ange. quòd pro tũc nõ videram, & est secundum consilium, quod allegaui supra. & videtur, quòd non indigeat. Primò per gl. in alleg. l. Aquilius.

136 Secundò, quia † leges loquentes de insinuatione loquuntur de propria donatione. ff. de uerborum signifi. l. eum qui vectigal. & l. 1. §. si is qui nauem. ff. de exer.

137 sed donatio, de qua agitur est † donatio mutua: quarum donationum vna fuit cãfinalis alterius: vt in simili allegatur, dixit text. in l. & hęc distinc. in fin. ff. lo. & hanc partem tenet Ioan. And. in tit. de instru. edi. §. porro. in fi. & Bald. in l. sancimus. C. de don. & Ang. ubi supra. multũ tã faciebat me dubitare alleg. l. fi. §. similique modo. & auth. eo decursum. eo. tit. & in auth. ut fra. fi. suc. §. illud. vbi video,

138 ꝙ † donatio propter nuptias, quę fit per maritum ob causam precedẽtis dotis, est necesse quòd per eum insinuetur, licet non per vxorem, & tamen inter vtrunque interuenerunt mutuę donationes, scilicet, certa pars dotis ex pacto proprio uxoris uiro donatę, non tamẽ de-

239 dit aliud responsum, nisi, ꝙ ea quę † dicũtur in donatione propter nuptias tanquã specialiter dicta in donatione exorbitãte, ab omnibus aliis nõ sunt trahẽda ad consequentiã, etiam ex identitate rationis, secundum gl. ord. in cap. fin. de hę re. l. sexto & ita etiam reperio Ang. respondere in d. consi.

140 Sed quid in donatione iurata † an illa uitiet ex defectu. insinuationis, Lud. in d. l. Modestinus. sic dicit. In hoc reperio duas opin. una fuit Io. And. in d. uer, sed quid si renuncians. tenentis quòd non, per uulgarem racionẽ, quia pôt iuramentum seruari sine dispendio salutis æternæ, ut in cap. cùm contingat. de iure iu. lib. 6. & istam opi. sequitur alij moderni in d. c. cùm contigat. Secunda opinio fuit Feder. de Senis. in consil. 273. cuius tenor infrà describitur, tenẽtis de directo contrarium, licet non viderit Ioã.

141 And. una sola ratione, quia † iuramentum debet sub se tacitam conditionẽ, si res in eodem statu permanserit, extra de renunc. cap. 2. extra de iureiurando. ca, quemadmodum. in gloss. magna. si enim

142 † res in eodẽ statu non permanet, sed mutatur, tunc iuramentum non obligat iurantem: sed hoc culpa ipsius donatarij factum est, quòd donatio non fuerit insinuata, ergo Bart. in l. Modestinus. remisit ad dicenda per eum in l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. & ibi nil dixit. Istam opinio. similiter asserit ueram in dicta l. si quis pro eo. Idem Bald. in l. illud, licet nemo ipsorum alleget Federi. ea

143 sola ratione, quia ut † iuramentum ualidet actum, tria requiruntur, quòd persona sit habilis, seu per iuramentum habilitata. Secundò, quòd actus sit factus solenniter. Tertiò vt non sit prohibitus, & hęc probantur in l. si quis inquilinus. in fin. ff. de lega. j. sed hoc non interuenit solennitas, quia deficit insinuatio, ergo &c.

Et hanc opinio dicit Ludoui. tenere duabus



144 duabus rationibus. Primò: q̃a † ex donatione non insinuata non oritur neque naturalis, neque ciuilis obligatio: vt dicit esse casus sing. in d. l. scimus. circa princip. ibi, pro nõ scripto aut intellecto &c. ergo iuramentũ talẽ donationẽ non validat, ex quo cõsensus in ea præstitus à le

145 ge totaliter annullat, & † iuramentũ, qd nõ cõfirmat, vbi non reperit aliquod cõfirmabile, in l. fi. ff. qui satisd. cog. C. de

146 nõ num. pecu. l. fi. Secundò, quia † vbi actus est nullus ex defectu solennitatis formalis omissus, iuramentũ non confirmat: vt l. si quis pro eo. ff. de fideius. in 9. regula ipsius Bart. ergo. &c.

147 Vlterius potest dubitari † intra quantũ tempus ista insinuatio debeat fieri: si nõ taxatur tempus à lege aut statuto, & ibi hic dicit Ludo. nunquã reperi ab aliquo tactum, nisi ab Ang. in quodam eius cõsilio. quod incipit, Visis instrumẽtis prædictis de rerũ ualore in dubium reuocatur &c. vbi formaliter ita dicitur, videtur ꝙ cum talis insinuatio posit ex interuallo post donationem fieri: vt l. fi. §. similique modo. C. de do. ante nup. & in d. l. hac. C. de dona. & ꝑ consequens cũ sit mera facultas & uolũtarię iurisdictionis possit ꝑpetuò fieri ad istar eorũ, q̃ sunt meræ facultatis: vt est ius adeundi, cùm prę statur tantũ spatiũ 30. annorũ: vt l. licet in glo. C. de iure delib. & plenè in l. quã diu. ff. de acquiren. hæred. Item ius offerendi: vt l. cùm notissimi. C. de rescrip. trig. an. & l. si finita. §. illud. ff. de damno infe. l. si rẽ. §. casus. ff. de pigno. act. ff. de vsucap. l. pignori in gl. Videtur tamẽ secundum eundem, quòd si dicatur donatio nulla ob defectum insinuationis, possit post hoc recurri ad insinuationem: vt hoc notabiliter probatur in d. authen. eo decursum. & in corpore vnde sumitur.

148 Itẽ si tempore, quo † quæritur de lucro dotis, nõ reperitur maritus insinuasse donationes ꝓpter nuptias: frustra petit maritus lucrũ illud ex pacto ꝓueniẽs, verba sunt eius formaliter in prædicto eius consilio: & hæc opinio videtur posse sustẽtari, si teneamus opinionem Bar. dicentis insinuationem non requiri, neque decretũ neque authoritatẽ iudicis, sed si teneamus gl. singularis opinionis ĩ auth. vt non fiant pignora. ad fi. dicentis super insinuatione requiri iudicis authoritatẽ: clarũ erit hanc opinio. fore falsum: quia

149 † authoritas debet p̃cedere, aut immediatè sequi. l. obligari. §. tutor. ff. de auth. tut. & l. si quis bona. §. iussum. ff. de acquiren. hæred. Item si teneamus opinio. Guilielmi. de Gug. ꝙ requiratur decretũ: similiter hæc est falsa, quia de natura decreti est præcedere: vt no. Innoc. de rebus eccle. non alie. c. dudum. & probatur ex verbis gl. in l. ait prætor. §. prę mittitur. in gl. sed cur secus. ff. de mino. Titius tamen est tenere do. Angel. per textum in d. §. similiq̃ modo ubi patet quòd

150 etiam † ex magno interuallo insinuatio potest sequi.

Vltimo in quantũ Bar. dicit insinuationẽ hanc posse fieri corã quocunque iudice: etiã si non sit iudex donantis, loci: vel rei, per d. l. data. & l. in hac. Adde ꝙ Io. de Imol. tenet contra in d. l. Modestinus. per tex. l. secũdùm. C. de don. vbi dicit contra Bar. videri casum, & respõdet ad tex. d. l. in hac. & d. l. data. ꝙ vim debent apud quemcũque iudicẽ. &c. intelligendum est scilicet ipsius ciuitatis vel prouinciæ, vbi facta est donatio, & si debent uerba illa stringi, vt ar. in simili in homines. C. si sine cen. vel reli. & l. inter omnes. ff. qui satisdare cogan. & quod plenè habetur in l. j. §. nunciatio. tu tã sequaris Bar. per tex. expressum in auth. ut fra. fi. suc. §. istud. dum dicit, aut apud quos omnino talia documenta confici possunt &c.

Nec obst. text. in d. l. secundùm. quia vt patet, illa lex loquitur in casu spe-

151 ciali, scilicet in † donatione facta in vrbe, quę insinuari debet apud magistrum census, & nõ alibi. Opinio. tamen Barto. limita, nisi in ciuitate esset certus iudex pro insinuãdis donationibus: quia tunc super hoc partes nõ possunt iurisdictionẽ alterius iudicis prorogare secundum Bal. in l. testamẽta. C. de testamẽ. & p̃illũ tex. & ꝑ consulta diualia. eo. ti. & l. repetita.

petita. C. de Epis. & cle. ꝙ tamen intelligo uerũ, si uellent prorogationẽ iudicis aliã potestatẽ habẽtis facere: secus si uellent prorogare iurisdictionem habentis eandem: quia tunc puto fieri prorogationem. l. inter conuenientes. una cum gl. & quod ibi per Bar. ff. ad municipa. & ita intellige Bald. & in qnantum Bartol. dicit in l. Modestinus. insinuationi non renunciari.

Adde quod ideo tenuit Odofre. consilio suo, cuius tenor talis est, Quidam habens vnicum filium, ex pacto donauit illi prius emãcipato vniuersaliter bona sua, titulo simplicis & irreuocabilis donationis inter viuos, quæ donatio ascendit plus quàm sit numerus centum aureorum, & non fuit insinuata dicta donatio, sed pater renunciauit beneficio insinuationis, & se obligauit: postea dictus pater habuit alios filios, ꝓpter quod uellet dictus pater reuocare donationẽ, q̃ritur an possit & an potuerit renunciare ne insinuetur dicta donatio. Breuiter di-
152 cendum uidetur, quòd † talis renunciatio non teneat; quia per eã ius ciuile impugnatur. & hoc per l. conuenire. ff. de
153 pactis do. & quia † solennitates substãtiales quibus omissis actus nullus reditur, non possunt pacto omitti, nec eis pôt renũciari: ut no. ff. de suis. & legitim. l. fi. ff. de administ. tut. l. quidam decedẽs. ff. de le. tu. l. nemo. C. de iura. calumn.
154 §. sed quia. ueremur. † Insinuatio aũt donationis summam legitimã excedẽtis est huiusmodi: ut C. de do. l. sancimus. §. 1. ibi, sed hoc pro non scripto, vel nõ intellecto &c. & no. ff. de don. l. vt mihi donares. & ad huius corroborationem accedit C. de sacrosanc ecclc. l. illud. in fin.
155 † Renunciatio enim quę fit per donãtem beneficio l. si unquam C. de reuoca. dona absque dubio non tenet: quia illa lex in fauorem donãtis inducta nõ fuit, quæritur &c. et C. ut in pos. leg. l. scire. & ff. ad legem Falcidiam. l. quod de bonis. cum si. & hinc etiã dicit Ludoui. quòd
156 † non ualet illa cautela, scilicet ut quando quis uult rem donare, fingat eã pro derelicta habere, & postmodum alter capiat, quia certe in tali casu inducitur donatio inter capientẽ & habentẽ ꝓ derelicta. ff. de stipula. seruorum. l. quod seruus. & vide quod ibi. no. Bar.

Bald. autem super ista materia cõsu-
157 luit sic, in Christi nomine amen. † ubi data forma per legem vel statutum ratione iuramenti, quandoque à iuramento recedi potest, quandoque non, nam si forma est data fauore contrahentis, potest recedi ab ea si iuretur: de iureiur. c. mulieres. & auth. sacramenta puberum. si est data forma annullatoria, à tali forma non potest recedi, licet iuretur; vt plenè no. Bar. ff. de fideiusso. l. si quis pro
158 eo. & ideo cum † cõtractus requirat insinuationem, si non insinuetur, nõ ualet
159 iuramentum: † quia non potest renunciare insinuationi ut no. C. de sacrosan. eccle. l. illud. sic est in proposito: unde si
160 † non fit insinuatio, ex tali contractu
161 non resultat ius nec probatio, nec † dicitur esse periurus, qui legis authoritate vtitur. ff. qui satisda. cogã. l. fin. C. de non
162 numera. pecu. l. fi. maximè. quia † iuramentum præcedens non tollit defensionem, quæ post nascitur ex negligentia sequẽti, uel ex alia noua causa. ff. de iureiu. l. sed & si possessori. §. 2. ex quibus cõclu
163 do ꝙ nõ debet † reputari periurus, qui
164 rationabilis statuti beneficio utitur † cũ lex uicem Apostoli teneat, & iuramentẽ relaxare possit, ut legit & no. in l. adigere. §. quãuis. de iure patrona. & licet cõpromitere, prout est actus electiuus personarum non fit cõtractus, nec laudũ ꝓ priè fit, contractus, sed eius similitudinẽ
165 habet: quia † assimilatur laudũ arbitratoris trãtactioni, tamen promissio de stãdo laudo est contractus: & ista promissio debuit registrari uigore statuti uolentis registrari cõtractus, & instrumenta ascẽdentia ad summã librarum quinquaginta, aliàs est nulla: & sic remanet laudũ sine ullo uinculo obligationis. & per cõse
166 quens † inualidum est nisi partes consenserint laudũ implẽdum. C. communia utriusque ius. l. 2. cum glos. Ita consulo ego Bald.
167 Consilium autem Feder. † an possit cũ iuramento



iuramento renunciari insinuationi: est scriptum supra in istamet clausula super isto articulo, an possit renunciari legi Iuliæ de fundo dotali, ibi uide. Idẽ Bal. in d. l. illud. sic dicit: Quæro utrum in ecclesia ualeat donatio ultra quingẽtos aureos sine insinuatione, sicut quãdo fit in redemptionem captiuorm, quidam
168 dicunt, ꝙ † ualet usq; ad octingentos, ut ibi ecclesia sit priuilegiata in trecẽtis, ueritas est, ꝙ non ualet ultra quingẽtos sine insinuatione. Non obstat d. l. illud.
169 quòd † hodie illud, quòd erat priuilegium est redactum ad ius commune, non autem possimus excedere terminos prædictos & idem tenet Guiliel. de
170 Cug. & est ipsa ueritas, quia † à taxatione legis non possumus ex nostro ingenio discedere.

Et qa Guil. de Cu. in l. in hac tractat
171 materiã insinuationis. Quęritur † quid est insinuatio? respondeo, dicit Bald. secundum Guil. est descriptio in actis facta decreto uel authoritate iudicis cõpetentis, unde tenet Guil. in d. l. illud ꝙ non sufficiat facere donationem in præsentia iudicis, uel in absentia. & postea intimare iudici, nisi iudex per suã authoritatem & decretum eam approbet. & allegatur ad hoc glo. in auth. ut non fiãt pigno. §. fi. ubi de hoc est glo. singula.

Sed Barto. reprehendit Guiliel. ff. de
172 dona. l. Modestinus. & dicit quòd † insinuatio est facere donationem uel in scriptis redigere coram iudice competenti, ut C. de donat. l. in hac. in uerbo, publicare. & in uerbo: intimare, & illam l. specialiter allegat pro casu, tamen illa l. non dicit, quòd non requiratur decretum, unde salua sua reuerentia illa lex non probat hoc breuiter. ergo allego tibi tex. expressum: quod nõ requiretur decretum. C. de prædi. decuri. lib. x. in uerbo ibi sine deceto. ubi etiã loquitur apertè in donatione. & est melior tex. qui reperiatur, Hoc probo per rationẽ,
173 quia † decretum non requiritur nisi ad confirmandum id, quod de se non ualet, sed donatio facta in iudicio, uel redacta in actis ualet, de se, unde, quia non est opus decreto, & totum hoc patet per alleg. l. fi. Illud est notandum ꝙ insinuatio dicitur pertinere ad iurisdictionẽ uoluntariã, in auth. de defen. ciui. §. nulla & in
174 gloss. ordina. & si deputatur in ciuitate aliquis iudex super insinuationib. partes non possunt in alium iurisdictionem prorogare. Iste est tex. no. C. de dona. l. secundùm diui. facit quod no. in l. repetita. C. de Episco. & cleri. per Guiliel. de
175 Cun. Ex hoc infero dicit Bal. quòd † in insinuatioue donationis non requiritur aliqua citatio alicuius, sed requiritur præsentia donantis & donatarij: ratio
176 est, quia nõ † præiudicatur nisi presenti contrahenti super proprio iure ipsius,
177 unde nullus alius est citandus, quia † nullus alius habet ius in actu conficiẽdo uel impugnando, ut C. de dona. l. si auia nostra. similiter no. ff. de bon. pos. l. 3. §. si causa cognita. & per Cy. in l. fina. C. de bon. pos. & per Archidia. 100. distin. cap. contra morem.

Ex prædictis apparet, quòd sufficit ad insinuationem quòd donatio reperiatur in actis, licet iudex non interposuerit decretum. similiter no. C. ad Trebe. §. fi. Pro Guiliel. tamen facit C. de apoch. pub. l. ij. lib. x. receptis summis. de decur. l. si quis. in fin. lib. x. Intelligo ta-
178 men, quòd † notarius non debeat ponere in actis, nisi mandato iudicis, non propria authoritate, quia talem authoritatem non habent tabelliones. Ad hoc quod no. C. de libe. causa. l. iubemus. & d. l. secundum diui. & d. l. ad instar. C. de iure fisci. lib. x.

179 Secundò quæritur utrum † in liberatione facta ex causa donationis, uel sine causę expressione, requiratur insinuatio ultra quingentos aureos? tex. uidetur dicere, ꝙ non. ff. de dona. l. Modestinus. & hęc fuit opinio Pla. ut no. Azo. in summa instit. de donatio. pro hoc, quia cum
180 † liberatio ualet sine causa, ergo sine titulo donationis, ergo non requiritur
181 insinuatio, quia solus † titulus requirit insinuationem, ad hoc ff. de pact. dot. l. tale pactũ in princ. & probatur per ra-
182 tionẽ, q̃a † liberatio potest fieri absenti respectu

respectu donationis, ut in glos. l. illud. C. de sac. san. eccle. coniuncta alia glos. quæ est in l. non solùm. §. liberationis uerba. ff. de lib. leg. Contrarium tenet gl. in l. j. ff. de quibus modis pignus uel hyp. solu. & l. si quis obligatione. ff. de reg. iur.

Bar. in d. l. Modestinus. distinguit: aut
183 loquimur † in pęnis uel usuris remissis, & nõ requiritur insinuatio odio pęnarũ: aut in obligationè sortis: & tunc requirit
184 insinuatio: quia † ille, qui remittit, vĩ dare: ut l. si mulier. ff. de cond. ob tur. causam. quod uerum credo, quando in remissiõe causa donationis exprimitur.

185 Quid si † filia dotata renunciat in manibus patris futuram successionẽ cùm iuramento? ut in cap. si de pactis. inu. An hæres teneatur ipsam renunciationem insinuare, cùm ex hoc eis accrescat, & eorum titulus sit lucratiuus? respondeo non: nam aut renunciatio obuiat principio acquisitionis. & non est donatio: ut l. si sponsus. ff. de don. inter uirum & uxor. l. qui autem. & l. Iuliam. ff. si quis omis. causa testa. Aut tollit ius confirmatum,
186 & quæsitum perfectè. & † renunciatio gratuita est species donationis: ut l. si quis delegauerit. ff. de dona. cùm ergo
187 † in proposito obuiet iuri quærendo. & non iuri quæsito, nõ requiritur insinuatio. ut d. cap. 2. de pact.

188 Item quæro. si pater † donat filio emãcipato in pręmiũ emancipationis: utrum requiratur insinuatio? uidetur, ꝙ non: quia nõ donatio simplex, sed ob causam ut C. de col. l. ut liberis. in fin. Cyn. ibi tangit, & Spec. in tit: de donat. uersi. quid si pater. dicit, quòd donatio facta filio in pręmium emancipationis usq; ad legiti-
289 mã nõ indiget insinuatione: quia † hoc est potius naturale debitũ, quàm donatio, ut l. j. C. de impo. luc. descrip. lib. x. &
190 ideo pater, qui † assignat filio legitimã, vĩ cum eo diuidere. sed supra legitimã, si excedit modum, bene requiritur insinuatio, secũdùm Spec. & est ipsa veritas,
191 quanquam † uiuo patre ipsam legitimã petere non posset, tamen potest pater in soluẽdo prænenire, si uult, ut C. de inof. test. l. quoniam nouella. ff. ad leg. Falc. l. cùm quo de peculio. §. fin. Quando autem est supra legitimam, dixit, quòd requiritur insinuatio, de hoc est tex. in l. donatio fine. C. de donat.

Præterea illa causa motiua est, non necessitatiua, & ideo necessaria est insi-
192 nuatio iuxta theoricam † Cyn. quam ipse ponit in l. si tibi. ff. si cer. peta. Item quæritur an donatio facta ob merita requirat insinuationem, & uidetur ꝙ non, ut ff. de don. l. Aquilius Regulus. & l. si patet. & secundum hoc eum semper dr in instrumentis donationum, ꝙ fuit ob merita & seruitia nũquam erit insinuatio necessaria in talibus instrumentis.

In contrarium vr, quia merita præsumuntur, ut ff. pro socio. l. nec adiecit. & tũ requiritur insinuatio, ut l. iubemus. C. de sacrosan. eccl. aut non sunt merita:
193 & tũc refert, aut † qualitas meritorum cum donatione concurrit, & non requiritur insinuatio, ut d. l. Aquilius Regulus. & ibi glos. or. Aut qualitas meritorum non concurrit cum donatione, quia est paruum meritum, & excessiuũ præmium, ut contingit quando pater donat
144 filio, qa procedit hoc magis † ex affectu quam ex dignis meritis: & tunc requiritur insinuatio: argu. glo. positæ in dicta l. illud in dubio distingue, aut instrumento fit mentio certorum meritorum in specie. & tunc stabo instrumento, ut d. l. Aquilius. aut mẽtio meritorum in genere. & tunc per istud instrumentum non probantur merita. ad hoc facit quod no. in l. si donatione. C. de col. & auth. unde si patens. C. de inoffic. testa. & in l. si o rtè. ff. de castren. pe. & ista colligo ex Bar. & Cyn. simul iunctis.

196 Sed quero † an ratione iuramenti ualeat donatio sine insinuatione? breuiter dico ꝙ non: quia ad hoc, ut iuramẽtum aliquid oderetur, tria debent concurre re. Primò, ꝙ persona sit habilis, uel per iuramentum habitata Secundò, quòd sit generalis forma seruata. Tertiò, ꝙ res nõ sit prohibita. l. si qs inquilinos. §. j. ff. de leg. 2. Sed iste donationes clandestinę non interuenientibus actibus sunt prohibitæ, ut dicta l. donatio sine. ergo non ut

lidantur



lidantur iuramento, nec oritur ex eis obligatio naturalis. facit quod not. Cyn. & Bartol. in l. si quis pro eo. ff. de fideius.

197 Ex his apparet quòd † non potest renunciari legi disponenti super insinuatione, quæ non est introducta in beneficium renunciantis: sed in odium recipientium clandestinas donationes, & ne quis prodigaliter utatur substantia sua: arg. ff. ad Trebel. l. Imperator. & quia etiam legi ista tuenti solennitatem in actibus hominum non potest renunciari. l. nemo potest. ff. de leg. j.

Sed quid si actum est quòd tot sint donationes, quot sunt res donatæ: an
198 † inspicientur res donatæ singulæ de per se, an coniunctim omnes? dicit Specu. quòd aut res sunt dinumeratæ & inspiciuntur singulæ de per se: & est ac si essent instrumenta diuersa donationum, & perinde ac si notarius esset rogatus de faciendo singula instrumenta de singulis rebus. Si autem res non sunt dinumeratæ in isto casu, talis clausula nihil operatur. ita dicit Specu. in titul. de donat. uersicu. quid si aliquis dat. Bartol. dicit quòd propter unitatem actus si res sunt dinumeratæ, ista clausula nihil operatur, ut C. de donatio. l. sancimus. §. si quis autem. unde ista clausula uidetur iuri contraria, & adiecta in fraudem legum. C. de agrico. & censi. l. quemadmodum. lib. 10 & ita tenet Bar. in d. l. Modestinus. pro Spec. facit l. si plura. de ædil. edict. pro
199 Bartol. facit: quia † dinumeratio temporum nil operatur: ergo dinumeratio
200 rerum † arguendo de re ad tempus ex coniunctione duarum legum: argumen. C. de donatio. l. sancimus. ad fin. & C. de milit. testamen. l. miles ita hæredem. §. & quia diximus.

Quid in liberatione, si liberatio fiat semel. & à pluribus summis ex causa donationis: respondeo, tunc est aliud:
201 quia † liberatio est correlatiuum ad obligationem ut tot sunt liberationes quot præcesserunt obligationes. ista est gloss. in d. l. Modestinus. & facit eod. l. in ædibus. §. ex rebus.

202 Sed an † confessio facta in iudicio sine causa requirat insinuationem: uidetur breuiter distinguendum, ut si facta est coram iudice non requiratur insinuatio, cum sit in actis: ideo satis est insinuata. ff. de dona. l. quidam in iure. Si autem fiat coram alio iudice: tunc requiritur insinuatio: ut C. de donat. l. secundùm diui. tunc simpliciter quod non requiritur in-
203 sinuatio propter duo. † Primo quia non oritur actio ex donatione, sed actio in factum ex ista confessione, ut C. de rebus credi. l. actori. Secundò quòd esset species
204 donationis, est † donatio emergens: & ideo quilibet est iudex competens. C. de iud. l. quoties. facit ad prędicta quod no. in auth. de non alie. §. si minu s. colla. 2. &
205 pro hoc etiam dico quòd illa † incidens donatio, de qua loquitur C. de donat. l. censuale. non requirat insinuationem aliam, quia pro insinuatione habetur: ex quo apparet in archiuio publico: ut no. in l. rura. C. de omni agro deser.

Sed quero quia donatio ualens usque
206 ad quingentos aureos, † an inspiciatur moneta, quę nunc currit, an quę tempore huius legis currebat? dicit Specul. quòd in contractibus inspicitur moneta, quæ currit tempore contractus, sed
207 in † legibus & in statutis non inspicitur tempus legis conditæ, sed tempus, quo postea oritur obligatio: ita dicit in titulo de obligat. & solu. & nunc aliqua. uersic. fin & c. fin. de deci. in clem. Breui-
208 ter dicit Bald. dico ego, quòd † inspicitur in materia insinuationis aureus legalis nunc currens: ut not. in l. final. C. communia de leg.

Non obst. dictum Specul. quia loquitur in solutione, sed loquor ego in solennitatum adhibitione, quę est uniformis: quod est notandum. Cyn. autem in l. si quis pro redemptione. C. de dona. sic dicit:

209 Solet queri, nunquid huic legi & † aliis, quę insinuationem requirunt, possit renunciari per homines priuatos? uidetur quod sic: quia quod fauore, &c. & l. pen. C. de pact. & l. pacisci. ff. de pac. Item pro hoc quod nota. ff. eo. l. fideiussori. breuiter credo, dicit Cyn. quòd non possit renun-

ciari.ff.de admin.tut.l.quidam decedens. de iure immun.l.semper. §.conductores.
210 Præterea † legi prohibenti renunciari non potest: sicut si quis renunciaret legi prohibenti alienationem rei minoris uel rei dotalis, uel legi prohibenti donationem inter coniuges uel inter patrem & filium.

Præterea iam fieret alia uia, &c. quod esse non debet.ff.de tut.& cu.da.ab his.l. scire.& ff.de cond.indeb.l.hæres meus. §. fi.quid plura? uidetur casus. C.de sac.san. eccl.l.illud.circa fin.legis.

## An posit renunciari l.si unquam Cod. de donat.

*SVMMARIVM.*

1 *Mulier donatrix cum post donationem habuit & hodie habet filios uidetur donatio reuocata.*
2 *Non est uerisimile quod quis alienam successionem anteponat suę.*
3 *Iuramentum non auges obligationem, sed ei inter suos limites manenti addit religionis uinculum.*
4 *Iure communi habita pro non facta potest ab intestato succedere.*
5 *Renunciatio quæ fit huius legis per donantem non tenet & de hac. claus. remissiuè ad princip. cap. præced.*

AN posit renunciari legi, si unquā C.de reuocan.dona.Old. in suis consi.61.sic dicit, Cum † mulier donatrix post donationē habuit,& hodie habet filios,uidetur donatio reuocata. & secundum doc. ipso iure propter subintellectam cōditionem, ut C.de reuocan.dona.l.si unquam.& sic ex recta consuetudine talis conditio, si donans liberos non habuit in tali donatione intelligitur,† quoniam non est uerisimile: quod alienam successionem suæ anteponat.C.de fideicommiss.l.cum aeuisimi.ff.de insti.& substi.sub condit.fac. l.generaliter.§.fi.&.ff.de cond. & demon. l.cum auus. & ff.de pact. l.tale pactum. §. fi.unde cum † iuramentum non augeat obligationem,sed ei inter suos limites manenti addat religionis uinculum;arg.ff.ad Treb.l.Titius.in fi.sicut simpliciter donatio illam conditionē habet scilicet,si liberos donans non susceperit,sic iuramētum tali donationi accedens. C. de non num. pecu.l.fin.de ope. liber.l.si libertus.ita de iureiur.c. quemadmodum.cum ibi no .& ff.qui satisda.cog.l.fi.ergo habita pro non facta potest †iure communi ab intestato succedere.Idē uerò Oldr.consi.243 circa fin.dicit. † Renunciatio uerò: quæ fit per donantem beneficio legis, si nūquam.C. de reuoc. dona. absque dubio non tenet. quia illa lex in fauorem donantis inducta non fuit,quare,&c.C.ut in poss.leg.l scire debetis.ff.ad l.Fal.quod de bonis.§ fin.cū fi.super hoc uide latius hanc eandē clausulam in articulo immediatè præcedenti, uidelicet an posit renunciari insinuationi circa principium. ubi uide.

## An posit renunciati beneficio statutorum.

*SVMMARIVM.*

1 *Beneficio statutorum utrum posit renunciari.*
2 *Quilibet renunciare potest his quæ pro se introducta sunt.*
3 *Contra omnes iuris partes pacto per partes renunciari potest.*
4 *An qui de maleficio accusantur.*
5 *Iudex uidetur seruare conuentionem partiū tam in processu iudicij quam sententia & executione eiusdem.*
6 *Cuilibet si licitum esset renunciare statuta essent delusoria.*
7 *Beneficiis clericorum ut inductis in fauorem totius ordinis clericalis renunciari non potest.*
8 *Triennium consensu partium prerogari non potest ut ob fauorem publicum inductum.*
9 *Futuris statutis per simplicem renunciationē renunciari non potest sed renūciari debet per pactum: & quid si pactum factum est remissiuè. nu.10.*

Consequenter



1 CONsequenter videamus an posit renunciari † beneficio statutorū? Albe. de Rosa.in q.statutorū, in j.parte sic dicit.Itē quero an bñficio statuti posit renunciari,& primo vī ꝙ
2 sic: ex regula generali, ꝙ pōt † quilibet renunciare his, quæ p se introducta sunt: vt C. de pact.l.penultim.vbi de hoc dixit versi.dubitari etiam consueuit. & pro
3 hoc quia † contra omnes iuris partes, leges plebiscita,senatusconsulta, prætorum edicta prudentum responsa,& principum placita, potest per partes renunciari pacto:ut plenè Gandinus qui hanc quæstio. tangit & ponit vltimo titu.

4 Præterea quero † an isti, qui de maleficio accusantur. itidem renunciare possunt & pro hoc bene ff.de pactis.l.paciscī.
5 in gloss. Item quia † iudex videtur seruare conuentionem partium tam in processu iudicij: vt C. de Episcop. & cle. authen.generaliter. quàm in sententia: vt ff. de re iudic.l.si conuenerit. quam etiam in executione sententiæ: vt ff.de pactis.l.tale pactum.§.j.

In contrarium videtur ff.de regul. iur. l.nec ex prætorio.cum ibi not. ff. de pact.
6 l.ius pub.cum ibi nor.& quia si † cuilibet esset licitum renunciare,statuta essent delusoria: quod esse non debet.ff.de iudic.l. si prætor. Doc. communiter distinguunt aut statutum principaliter est inductū in fauorem renunciantis: & tenet renunciatio per iura ad hoc supra inducta. Aut est inductum principaliter in fauorem publicæ vtilitatis: & tunc non valet renunciatio,pro hoc ff.ad Macedonia.l. tam & si cum ibi not.& quod dicitur & not. de
7 †priuilegio clericorum,quòd ei renunciari non potest, quia inductum in fauorem totius ordinis clericalis: vt not. de foro compet.si diligenti.& de hoc est pulchra gloss.ad quam docto. communiter recurrunt in authen.vt sine prohibi.matr. debita & cred.§.quia uero.coll.7. Ad hoc facit quod not.C.de iudic.l.properandum:
8 circa princ.vbi not. ꝙ triennium † cōsensu partium prorogari non potest: quia ob fauorem publicum est inductum. & quod no.extra de offic.deleg.c.de causis. Et de ista materia renūciationis vide & Gos.& Hostien.in summa de renun. §. quæ possunt renunciari.& §.cui iuri posit renunciari.& per Spec.eo.titu.& plenè dixi in l. si quis in conscribendo.

Prædictam opinio. circa materiam statutorum. tenet d. Guid. de Suza. in suis
9 quæstio.statutorum circa princ.† Futuris autem statutis per simplicem renunciationē renunciari nō pōt: sed opus est quod renuncietur per pactum, per ea quæ not. & dixi in l.j.C.de pact.& dixi.etiam in dicta l.si quis in cōscribendo.C.de Episcop. & cle.& pro hoc ff.de acquirend.hæredit. l.qui superstitis.& l.is potest. & vide per Guil. primo folio. versicul. sed nunquid potest quis.& bene ultimo folio. versicu. Sed quid si pactum factum est,&c.& vide in hac eadem parte versicu. dubitari etiā vidi, si ciuitas statuit.

## An iuri alimentorum posit renunciari cum iuramento.

*SVMMARIVM.*

1 *Iuri alimentorum utrum possit renunciari cum iuramento.*
2 *Alimentis præteritis potest renunciari.*
3 *Futuris ex mero contractu potest, secus ex ultima uoluntate.*
4 *Famę cōpulsus propter unam scutellam leguminum renunciaret cuilibet iuri suo.*
5 *Fames est acutissimus ensis.*
6 *Quis non tenetur obseruare iuramentū per quod incidit in periculum mortis.*
7 *A iuramēto absunt oēs comites in casu famis cū incidit in opprobriū & exterminium.*
8 *Discretio requiritur pro substantia & fundamento radicali iuramenti.*
9 *Pactum uir nō alat uxorem, non tenet etiā inter coniuges.*
10 *Cognati uxoris habent ius adeundi iudicem vt compellatur maritus uxori alimenta præstare.*
*Idem in procuratore fisci.nu.11.*
12 *Quod in alimenta infirmę ætatis statuitur per priuatum, ad honorem ciuitatis pertinere dignoscitur.*
13 *Ius petendi alimēta hēt quilibet de populo.*
14 *Alimētorū statuitio ad piā cām pertinet.*

15 Cuilibet personæ competit postulare, ut ea quæ causam piam respiciunt executioni incidenter mandentur.
16 Natura copulæ, & est vt ponatur inter diuersas.
17 Alimentorum appellatione non ueniunt medicinæ contra ibid.
18 Victus verbo ea continẽtur quæ cultui corporis sunt necessaria, emũi sunt medicinæ.
19 In alimẽtis debitis simpliciter iure legati, vel matrimonij q obligatur ad alimẽta, est ẽt & obligatus ad medicinas prestãdas.
20 In alimentis debitis ex causa seruitij, & impensarum operarum, veniunt & medicinę pauci ualoris, non magni.
21 Potestas nõ tenetur præstare medicinas suo assessori infirmo, sed tantum ad illum cibãdum, nõ alimentandũ nisi solum modicas & parũ sumptuosas nu 35. & dum sunt in eorum obsequio nu. 44.
22 Ciborũ appellatione nõ ueniũt medicinæ.
23 Infirmo famulo dominus non tenetur ad medicinas, nisi sint modica.
24 Quos ægros curamus nobis seruire intelligentur, qui seruire cupientes per aduersam valitudinem impediuntur.
25 Salarium an debeat habere famulus tempore infirmitatis.
26 Copula adiecta inter alimenta & medicinas, non ponitur vt inter diuersa, sed vt inter genus, & speciem.
27 Vxori infirmæ tenetur maritus subuenire de alimẽtis, medicinis, et oĩbus necessariis.
28 Maritus si non subit onera matrimonij ipso durante cum ad illa teneatur nec pacto, nec statuto potest dotem lucrari.
29 Vxore mortua finitum est matrimonium cum oneribus annexis.
30 Maritus nõ tenetur uxorem de suo proprio sepelire, sed de sua dote patrimonio eiusdẽ.
31 Vxor si culpa sua, sit expulsa domo, eã nec debet nec tenetur alimentare maritus, secus si culpa mariti. ibid. & nu. 34.
32 Culpa tertij, ut fratris mulieris promittentis soluere dotem, nec eã præstãtis si maritus uxorem remittat ad eius demum, non tentur eã alere, quia iustè hoc fecit.
33 Vxor si est diues, & maritus pauper, illa tenetur alere utrum, contra ibid.
34 Pater pro filia maritata si expendit pro medicinis, a uiro suo repetere potest si talis impensa ad eum pertinebat.
36 Maritus si habet vxorẽ in suo obsequio, debet eam alere, siue habeat dotem, siue non.
37 Deceptis & nõ decipiẽtibus iura subueniũt.
38 Qui tenetur ad alimenta, et ad medicinas quas corporis curãdi cã parari oportet.
41 Propter infirmitatem si mulier desinit esse in obsequio uiri, & eam facit omnino cessare ab eo, si requiruntur maiores expensæ, & vxor est diues, pro quantitate dotis tenetur maritus non ultra.
42 Vxori infirmæ & pauperi maritus debet præparare alimenta etiam si nullam habeat dotem.
43 Quis rebus alienis alitur.
45 Vtiliter gestũ est negotiũ mariti, ipso gestu patris qui fecit magnas impensas pro filia maritata infirma, et pro eis habet actionẽ in maritum, scilicet, negotiũ gestorum.
46 Quod ex necessitate facit maritus, non ex pietate non repetit.
47 Mulier infirma si habet dotem, maritus debet eam alere, nec repetit, etiam protestando.
48 Mulier si non habet dotem, sumptus suæ infirmitatis uidetur domestica affectione facere, nec repetit nisi protestetur.
49 Muliere mortua si uir fecit eam funerari, si habet dotem funeris impensæ ad eã pertinent, secus si dos ex pacto remanet apud eũ, nõ repetit, alius habet dotem sic.
50 Mulieris dotem non habẽtis funus pertinet ad maritum, nec ab aliquo repetit.
51 Oneribus matrimonij seruire debet dos.
52 Mulier indotata si operatur utro maritus tenetur eam alere, & sic in eius hæredibus matrimonio dissoluto.
53 Vxor furore detenta ali debet a marito.
54 Vxor tenetur alere virum egentem.
55 Tutor si est pauper & non habet unde se alat, potest ali de bonis pupilli.
56 Hæredes extranei uiri, tenẽtur alere uxorẽ testatoris, cuius dos est in bonis mobilibus.
57 Cum dos in pecunia consistit non incontinenti restitui debet.
58 Filij extranei hæredes, tenentur alere patrem eius egenum.

Monasterium



59 Monasterium tenetur alere patrem monachi cum sit suus hæres.
60 Monachus alendus per abbatem etiam durante lite, & quis in huiusmodi causæ cognine vertetur, remissiuè.
61 Vasallus tenetur alere dominum egenum.
62 Ob alimentorum denegationem licitè potest auferri feudum a uasallo.
63 Officio iudicis cogitur pater alere filium, & è contra.
Idem in nepote qui tenet locum patris, secus reuocari potest in patriam potestatem.
64 Atrocem iniuriam cõmittit nepos, vel filius si egenti patri denegat alimenta, & hac reuocantur emancipati in patriam potestatem rescissa emancipatione.
Idem in liberto erga patronum.
65 Denegatio alimentorum est causa sufficiens ad exhæredandum filium.
66 Necare uidetur qui patri egenti denegat alimenta.
67 Artem si non habeat filius ex qua se sustẽtare possit, pater tenetur eum alere nisi dignetur operari.
68 Miles, vel nobilis eo ipso quod egeat, licet operari posset, alendus est.
69 Mater sit diues usque ad triennũ, & ultra si pater inopia laborat, tenetur alere filiũ.
70 Mater si est persona talis conditionis quã lactare nõ deceret, nec esset conueniens, usq; ad triennium alere filium non tenetur.
71 Socer tenetur nutrire nutrum.
72 Frater tenetur alere fratrẽ egẽtẽ uel sororẽ.
73 Itẽ et filiũ naturalẽ, nõ spuriũ de iure tamẽ canonico et pietate sic nu. 74. et in casib. in quib. tenetur pater filiũ alere tenetur l. Corne. si fame perire sinat. nu. 75.
Idem in liberis.
76 Alimẽta si qs tenetur dare alicui, magistro qui cũ imbuit artibus liberalibus etiã tenetur ministrare sumptus, si ei debẽtur iure sanguinis, secus ex dispositione hominis.
77 Quando debetur uictus, idem quod quando debentur alimenta.
78 Quibus legantur alimenta, victus uel educatio, debetur & lectus cum quis sine eo commodè uiuere non possit.
79 Cui legatur uita in domo, & pariter omnia quæ ad uitam sunt necessaria.
80 Cui debẽtur alimẽta, victus, aut educatio, debẽtur et medicinę sine qb uitã sanã ducere est ĩpossibile, et corpori infirmo sũt necess.
81 Cibariũ seu diariũ si debetur tũc solus cibus, nõ aũt habitatio, uestiariũ, & alia.
82 Cum debentur cibaria medicinæ non debentur: quia eum solum cibare tenetur.
83 Vxor habet obligata bona uiri pro alimentis, ut & pro dote, contra Fran. Tigrin. preceptor auctoris.
84 Legatum alimentorum dicitur ad pias causas quando legatur pauperibus.
85 Pro legato alimentorum non detrahitur Falcidiæ, cum sit pia causa.
86 Fundus ex quo debent præstari alimenta, an sit obligatus pro alimentis.
87 Bona certa ex quibus fieri debet præstatio alimentorum cum designantur illa videntur pro alimentis obligata.
88 Pater designãdo qã dimidia ĩpsetur in bonis fratris, illa bona uidẽtur expresse obligata.
89 Cũ quis cõsensit expresse obligationi rei suæ perfecta est obligatio bonorum.
90 Facta excussione super principali creditor potest agere hipothecaria.
91 Onus impensarum pati debet, ex quo percipit quis commodum seruitij.
92 Cum maritus est insuportabilis sæuitiæ, licita est uxoris ab eo separatio.
93 Frustra petiuisibi debitum fieri qui quod alteri debet non impendit.
94 Neutrius culpa cũ mulier seorsũ a uiro habitat, secũdũ redditus dotis est alimẽtãda.
95 Onera matrimonij consistunt circa uxoris et liberorum alimentationem.
96 Aliũde mulier si se alere nõ pũt, officiũ mariti ẽ supplere si dotis redditus nõ sufficiũt.
97 Ex parte uxoris clarũ est quod maritũ alere non tenetur nisi in casu paupertatis.
98 An sicut mariti bona intelliguntur pro dote tacitè obligata ita etiam & pro alimẽtis uxori debitis.
99 Eadem ratio alimentorum ad dotem sicut usurarum ad pecuniam creditam.
100 Pro debito alimentorũ ut insurgat tacita hipotheca, non reperitur iure esse cautũ.
101 Superstitiosis adinuentionibus nõ est indicẽ dũ, quod legibus nõ reperitur expressum.
102 Obligatio pignoris regulariter non resultat nisi expressa conuentione.
103 Dictio taxatiua tãtũ, ad dotẽ solũ extẽditur non

tur nõ ad alimẽta quę sunt ab separata.
104 Natura taxatiuæ dictionis est excludere quę remota sunt contentis intra se.
105 Hipotheca tacita extenditur ad debitũ usurarũ quia petũtur eadẽ actione qua principalis sors, & ei sunt omnino accessoriæ.
106 Matrimõio cõstãte actio ꝗ dote nõ nascitur.
107 Pro fructib. dotis uxori reddẽdis censetur. inesse tacita hipotheca, ut & ꝑ ipsa dote.
108 Natura termini restrictiui est ut sicut remota a se excludit, ita sibi connexa & cohærentia includat. [tur.
109 In quatuor casib mater alimẽtare filiũ cogi
110 Illud non posse dicitur mater quod non potest saluo honore suo.
111 Mulier paupercula hẽt circa alia vacare quã allactationẽ filiorũ puta ut extraneos allactet ut inde mercedem assumat.
112 Eo casu quo mater tenetur filium allactare semper etiam patre inuito penes se filium retinere eo casu potest. (nio paterno.
113 Infans dũ est in utero dẽt ali ex patrimo-
114 Filius ex incestu natus de iure canon. de bonis vtriusque parentis ali debet, secus de iure ciuili.
115 Filius natus ex matrimonio, quod ex post detecta causa extitit separatum, alitur ex bonis vtriusque parentis.
116 Mater an possit alimẽta ꝑ se ꝑstita repetere.
117 Pactũ an ualeat qd uxor se alere teneatur.
118 Maritus si donat uxori fructus dotis, uxor debitum alimentationis marito remittit quod ipsi incumbit dum dotem accepit.
119 Donatio reciproca est ualida inter coniuges, usque ad cõcurrentem quantitatem, sin ultra nulla est.
120 Conuentio quod fructus dotis matrimonio constante cedant lucro uxoris, an ualeat.
121 Maritus uxorẽ indotatam alere an teneatur, & eã maritali affectione tractare.
122 Hæredes viri propter onus alimentationis feminę, interim lucratur fructus dotis.
123 Fructus doctis super extantes ultra de alimenta mulieris, hæredes an debeant mulieri restituere.
124 Mulier post annuũ si aliũde nõ hẽt unde se alat per hæredes mariti, alenda non est.
125 Mulier asserans se esse prægnantem, si alimentari petat ab hæredibus uiri propter partum uentris alenda est quousque pariat, licet haberet unde se alat.
126 Testator si instituit posthumum in utero mulieris existentem ex hæreditate petet alimenta donec pariat.
127 Vxor sine dote & legataria mariti, uel cũ parua dote nec sufficiẽt ad alimenta põt peti se imitti ĩ possessionẽ bonorũ mariti.
128 Legatũ soluti mulieri per hæredem si negligatur, quousque soluatur ex testatorũ bonis alimenta percipere debet.
Et quid de iure nouo ibi.
129 Quartã maritus locuples ex bonis suis detrahi, phibere nõ põt ꝑ alimẽtis mulieris quæ aut dotẽ nullã aut paruam habet.
130 Per annum an debeat mulier ab hæredibus percipere alimenta.
131 Mulier ne inops mẽdicare cogatur in matrimonij uerecundiã lex sibi pudet dãdo quartam partem bonorum mariti.
132 Mulier passa morã in restitutione dotis, an contra hæredes mariti agere possit ad usuras uulgares, quas alimenta hodie uocãt.
133 Interest mariti morã nõ fieri in sibi soluẽda dote, ꝑpter onera matrrmonij quæ interĩ de suo cũ dotẽ nõ receperit supportat quæ si nõ supportet usuras petere nõ põt.
134 Mulier ex cã intrinseca dotem petit, & est eius domina matrimonio dissoluto.
135 Natura dotis est ut deseruiat oneribus matrimonij.
136 Ratione moræ solum agi põt ad interesse.
137 Mulier cum patitur moram restitutionis dotis, usuras petere potest.
138 Mulier intra tempus luctus qa deseruit matrimonio licitum est ei petere usuras post tẽpus verò luctus nil petere poterit.
139 Vsuræ dotis alimenta peti non possunt quia petitione quartæ partis bonorum mariti, mulieri succurritur.
140 De æquitate canonica põt mulier petere quod ad alimenta sufficiat, item & de iure scripto contra opinionem Moder.
141 Iudex recuperãdæ dotis rõnẽ usurarũ habere debet qa fructus ĩ usuras cõputauit, et qũo rõnẽ usurarũ habere debeat. n. 142.
143 Mulier ut sibi cũ dote reddatur omne id, quod si pænes eã dos fuisset, ex eadem lucrari potuisset, agere potest.
144 Interesse lucri cessantis regulariter non potest peti nisi à consueto lucrari.

Fructus



145 Fructus per mulierẽ percepti ex re in cuius possessionẽ propter moram hæredũ missa ẽ, cõputãtur in dotẽ, nõ in usuras.
146 Vestes uiduales lugubres per hæredes uiri factæ mulieri, an uideantur donatæ, an quo ad usum solum cõcessæ, an uero teneantur hæredes uxori talia uestimẽta facere distinguitur ĩ diuersis respectib.
147 Hæredes qui tenentur uictum uxori præstare, ex consequenti & lugubria uestimẽta quæ appellatiõe uictus cõtinẽtur.
148 Hæredes si alimenta mulieri præstare non tenẽtur, uestimẽta lugubria si sũt pauci ualoris, ob reuerentiã mariti & honorẽ primi mãrimonij cui⁹ remanẽt reliqæ cẽsẽtur donatæ, sec⁹ ubi sũt magni ualoris
149 Vbi potest alia cõiectura q̃ donationis subesse, donatio nõ ꝑsumitur. & n. 158. seq.
150 Mortuo uiro an hæredes teneãtur ad suas expensas uestes lugubres uxori facere.
151 Tempore digestorum erat in usu quod tota familia defuncti ires induta ueste lugubri & uocabantur sumptus funebres & ad hæredes pertinebant.
Quanto tempore ferri deberent, & an illo uocari possent in ius ibid. num. 153.
154 Vxor ꝑ annũ uestimẽta lugubria ferre dẽt.
155 Lugubres uestes deputate ad usum quotidianum uidentur esse uxoris.
Idem de uestibus natalibus traditis per maritum uxori. num. 156.
157 Mulier si secũdo nubit hæres ꝑt uestes ꝑtio sas repetere, quasi cesset cã traditionis.
158 Coniectura donationis non potest præsumi, ex quo alia causa potest subesse.
159 Mulier si cõsumit fructus rerum quæ sunt in dominio suo & administratione, in suis filijs, nõ repetit. secus si ipsum uirũ.
160 Mulier tenetur subuenire uiro in necessitate posito ideo si quid impendit ei succurrendo non repetit.
161 Vir & uxor, sunt socij diuinæ, & humanæ domus & una caro.
162 Vir uxoris onera semper portare debet qa mulieres semp uidentur esse in necess.
163 Vir si de facto laborat inopia & in eam incidit ob suum maleficium non tenetur eum alere.
164 In casu necessitatis uxor tenetur sustentare uirum.
165 Miserationis causa quod fit non repetitur.
166 Qualitas personarum quo ad pannos nigros uiduales debet distingui.
167 Mulier deponens luctũ & habitũ uiduale debet reddere uestes quas continẽt.
168 Infamis non est semper mulier quæ non uult indui de nigro.
169 Dos si non sufficit, de sumptibus qui fiunt ultra quãtitatem eius, idem per omnia quando ipsa mulier est indotata.
170 Mulier an possit repetere à viro expensas quas fecit postquam recessit ab eo.
171 Quęstio Io. de Cane mortuo an socer teneatẽ ad põstationẽ alimẽtorũ tã de anno luctꝰ quã sequentib. & distinguitur. nu. 173.
172 Frater non potest petere alimenta præstita sorori, intuitu pietatis.
174 Vsuræ quæ olim debebantur usque ad tertium centesimæ pro ipsa dote, hodie de iure canonico in totum sunt prohibitæ.
175 Si pignus ꝑ dote recepit mulier fructus pignoris dotalis ĩ sortẽ dotis dẽt cõputare.
176 Protestatio matris nil opatur circa alimẽta filij ex quo ab eius uolũtate nõ dependet, in alijs casib. distinguitur, nu. 191.
177 Mater cũ ꝑstat cãm diuortio expẽsa ꝑ filio facienda pertinet ad eã, & in aliis casib.
179 Onus alimẽtorũ suij ꝑsius mortuo patre ptinet ad filiũ, & ĩ aliis casib. & nu. 178.
180 Mater cũ teneitur de expẽsis filij, expẽdẽdo debitũ soluit, nec repetit etiã prestata.
181 Magnos sumptus repetit mater à filio medicos in dubio videtur donare.
182 Causa potior est parentum in alimentis præstandis quam collateralium.
183 Debitũ soluẽdo qs, nõ habet locũ repetitio.
184 Onus alimẽtorũ quod ptinebat ad patrẽ in bonis suis, ad hæredes ẽt spectare debet.
185 Masculus ubicunque est hæres uniuersalis tenetur sororem alimentare.
186 Ex qualitate impensarum & facultatum matris & filij tollitur animus donandi vel non si mater impendit in rebus filij.
187 In impensis factis in necessitate causatiua vel precisa, contrarie senserunt doct.
188 Filius lactans censetur pars uisceruum matris, & si mater nõ habet lac nõ tenetur inuenire, seu aliam nutricem habere.

Quid si est pauperculæ, & lactando non haberet unde uiueret an teneatur lactare ibid. num. 189.
190 Mater prius debet alere se q̃ filium, ne subtractis alimentis pereat uterque.
191 Alimenta sint ne præstanda redacta ex uēditione fructuum, an rerum eorūdem.
192 Frater fratrem inopem tenetur alere.
193 Ex dotiū redditibus alimenta subministrāda sunt, ut ex eis semper aliqd superst.
194 Dos si alicui legata est, & eidem alimēta quę commensurari debent iusta quantitatem redditiuum legatæ hæreditatis.
195 Testator ita præsumitur sicut in dote, & in alimentis dilexisse legatariam.
196 Alimenta secundum conditionem personarum considerari debent.
197 Alimenta ex proprio patrimonio cum debentur, ut pupillo per tutorem illi sunt exhibenda pro se, familiaribus suis, matre, & aliis quos alere tenetur, & ut sorori ex eodem patre dotem, & præceptoribus salaria dare possit.
198 Alendus de suo patrimonio quod subiacet restitutioni in conditionis euentum, ob grauamen, tantum dimittēdum est sibi, quod inde possit facere expensas.
199 Alimenta, cum debētur de bonis quę dubitātur an sint futura sua, præstāda sunt quatenus ad suffētationem necesse est.
200 Venter in alimētis nil ultra percepturus est, nisi id sine quo uenter non potest conuenienter sustentari.
201 Alimenta cum debentur de bonis alterius, secundum quantitatem redditiuum & conditionem præstari debent.
202 Fructus ubi non sufficiunt ad alimenta, potest poni manus ad proprium.
203 Alimēta cum de bonis suis propriis alicui debētur reuerētiæ uel pietatis intuitu, ob onera multa subeunda & soluenda, in donatione suæ familiæ consideratio haberi debet conuenienter.
204 A sententia in causa alimētorum ex Bar. non potest appellari, cū dilationem non recipiāt, & celeritatē desiderēt. nu. 206
Ex opi. Franc. Tigr. indistincte sic, interim tamen præstantur alimenta, num. 205.
207 Ex fructibus debent alimenta præstari, secundum quantitatem redditiuum, non ualorem patrimonij, quia ex illis debet semper aliquid superesse.
208 Possessiones magni ualoris si sunt modicissimum fructum afferentes nec ad uictum sufficientes, manus ad eas poni non potest ut ex redditu pretij alimenta præstari possint.
209 Alimenta pro modo facultatem sunt præstanda, & arbitranda, ex redditibus bonorum, non substantia patris.
210 Legatarius cum alimenta debentur, an morari debeat in domo hęredis alimenta præstare debentis.
211 Alimenta legatario in domo facilius præstantur quam extra.
212 Omnia opera possibilia ad utilitatem domini cedunt.
213 Legatarius hæredem transfretantem non tenetur sequi, licet testator uoluerit illum habitare cum hęrede.
214 Liberti si habitauerint in una ciuitate, nō in eadē familia si pro una parte anni, pro illa solum debent habere alimenta.
215 Libertis ab hæredibus non præstantur alimēta quæ sui gratia tātū præstabat, ut uestes domicillares ad mensam domini.
216 Quantitas patrimonij non consideratur secundum ualorem, sed redditum.
217 Alimenta relicta uxori quousque cum filiis habitauerit, illa nō potest inducere uitricum in domo.
218 Alimentorum fauore ętas puerilis seu pupillaris terminatur 18. ann. in masculis, in fęmin. 14.
219 Alimentarius non cogitur morari in eadē domo, quod censetur utile pro uxoribus & filiis naturalibus.
220 Matres circa personas filiorum bifariam impensas faciunt, & in tribus casibus impensæ spectantur.
221 Procestatio in iis quę de necessitate fiunt, nihil proficit.
222 Mater alimenta præstat filiis ex uolūtate ultra casus ad quos tenetur.
Quid si dubitatur quo animo fecerit, distinguunt doct. num. 223.
Quid si etiam dubitetur de quo patrimonio. iidem. distinct. num. 224.

Illatio



225 Illatio ad questionem ortam Parisiis metropoli & capitali totius regni Frācię ciuitate, circa tres nepotes Episcopi studentes in famosissima totius orbis Academia eiusdem is, quorum diues, aliis duobus pauperibus alimenta præstabat, an repetere potuerit.
226 Filius cū est hæres uniuersalis onus quod incumbebat ipsi patri sequitur quemlibet successorem.
227 In necessitate nemo liberalis existit.
228 Alimenta petenti an possit opponi quod culpa sua peruenit ad egestatem.
229 Maritus qui fecit uestes uxori morte eius dissoluto matrimonio, an uestes apud uxorem, uel hęredes uiri remanere debeāt, uariæ fuerūt doctorum opiniones.
230 Donatio uestium uxori facta confirmatur uiro prēmortuo, subsecuto diuortio quo donationes reuocantur.
231 Quotidianæ uestes & necessariæ factæ ex necessitate non dicuntur donatę, sed ad usum tantum concessę.
232 Appellatione alimentorū cōtinētur uestes.
233 Mulier suas quotidianas uestes recipiendo, suum & sibi debitum recipit.
234 Vestes illæ pretiosæ quę conceduntur ad usum certi temporis, in eis non presumitur donatio. contra. nume. 237. & subtilius circa eas speculatur & distinguitur. nu. 238.
235 Maritus q necessariis onerib. matrimonij succurrit, nō donat nec datum reuocat.
236 Quod excedit restituendum est.
239 Argumentum de stipulatione pro tempore præterito ad futuram, an inferat idē circa uestes in traditione.
240 Idem an sit in nummis traditis, datis ut in expēsis necessariis pro usu cōnuersātur, ubi fit cōclusio generalis cū distinctione.
241 Dos est proprium mulieris patrimonium.
Quid in annullis. num. 242. & cum maritus emit uestes gloriandas cuius esse debeat. num. 243.
244 Quod fit ex necessitate, tandiu durat quandiu necessitas.
245 Res pretiosę uidentur uxori concedi ut ornatius incedat, & non ut sibi uideantur donatę.
246 Vestes magni pretij, quibus solum diebus solennibus non quotidie utitur, appellatione alimentorum non continēntur.
247 Quod ad usum donatur finito usu finitur, etiā si in usum donetur proprietas.
248 Pro hęrede nomine infantiū qui ex uxore remāserunt non gerit maritus, uendēdo uestes pretiosas mulieris, quia nō attingit proprium patrimonij corpus eius.
249 An dando tales uestes amore Dei pro anima uxoris, uir hæres institutus uel nō nomine infantium uideatur adire, Auctor uarias super hoc controuersias uidit in palatio, & nu. 22. determinat.
250 Ex una camisia data amore Dei, arguitur ad acquisitionē amplissimę hęreditatis.
251 Prēmortuo uiro quotidianæ uestes uxoris, ut ex fructibus dotis prouentæ ei remanent, sed hæ quibus non licet uti uiduæ, ad eam non pertinent.
252 Tres opin. doct circa restitutionem uestiū uxoris uel æstimationem in quo uxor filiæ æquiparatur.
253 Dominus rei rē cū effectu legare nō potest.
254 Creditori si legatur debitum non detrahitur Falcidia.
255 Quid si per maritum legatum talium fiat? magis debitum impendere quam beneficium conferre censetur.
256 Vir faciēs uestimētū ex sua lana eius est.
257 Illa quæ magni pretij sunt non uidentur donari a marito uxori.
258 Quæ usu consumuntur, ui usus transferuntur in dominum.
259 Magis dignum tradit ad se minus dignū.
260 Lata & triplex distinctio. Bar. circa uestes pretiosas, quā etiā moderni amplectūtur.
261 Destinata uel assignata pticulariter uxori ob. magnatū, nō dicūtur ppriē tradita, sed pmissa cuiusdā familiaritatis iure.
263 Donata per agnatos uiri, ipsi mulieri, utri usnam sint distinguitur.
264 Donaria quæ conueniūt solis sexui muliebri quasi cōtemplatione eius donata, licet affinitas contracta donationis causa, pertinent ad mulierē & eius hęredes, si solū sexui masculino, sint pariter hęredum uiri, si utriq;, utrinque diuidātur nu. 266. ubi duo debent concurrere.

Verba

265 *Verba donationis si sint ambigua, quid, qualiter, & quãtum donetur, & cuius intuitu, semper inspicitur conditio re donatæ, & eius cui donatur.*

267 *Donatia cum potius coaptarentur sexui muliebri quam viri inspeciendum id quod principalius est.*

268 *Leo donatus qui conuenit ciuitate Bononię quę est Guelfa, ad cõmunem Bononię, censeretur pertinere, cum nõ pertineat vni ciui, tenere leonem in domo, sin equus & mula, cõe nil debet habere.*

269 *Coram quibus iudicibus alimenta peratur si non ad piam causam coram secularibus, sin pauperibus & laicus & episcopus cognoscere habent.*

270 *Hęredes si sunt diuersi fori, vnus clericus alius laicus, quid iuris causa est mixti imperij, & iudex secularis coget laicum ire coram episcopo & eius iurisdictionem prorogari.*

271 *Bart. contra. num. 271. quam approbat auctor ut ueriorem. cum pluribus Doctoratione dignitatis clericalis.*

272 *Frater non potest petere alimenta prestita sorori intuitu pietatis.*

273 *Quo ad legata ad pias causas quorũ cognitio ad epm spectat & taliũ relictorũ executio, iudex ecclesiasticus cogit tã clericũ q̃ laicũ & nu. 276. & 277. 278. ubi ex officio in ijs procedit, in alijs nõ potest ex suo officio procedere secundum Bald. & Inn. vt ibi nu. 279. Sed contra. nu. 295.*

274 *Exhæredes siue executores per viã actionis ordinariæ compelluntur laici coram laico, & clerici coram episcopo.*

280 *Qui debet habere alimenta, debet etiam impensas in studio habere.*

281 *Alimenta cum debentur ex dispositione testatoris, veniunt & expensę in studio, secus si ex dispositione legis. ex Bar.*

282 *Quando debent peti alimenta quomodo debet formari libellus.*

*Quid cum petuntur alimenta præterita, quid debet petiã num. 283.*

284 *Pecunia cum legatur ad alimenta ut ex usuris se alat, alimentario debet dari, nec hæres potest illam apud se retinere, & usuras uelle soluere.*

285 *Qui aliquẽ tenetur alimẽtare nõ tenetur debita ipsius soluere, uel alia necessaria:*

286 *Qui erranter aluit aliquem tamquam filium, qui non erat, an possit ab eo. uel à patre pete expensas.*

287 *Quæ specialia habet causa alimentorum, ubi 12. enumerãtur usque ad nu. 290.*

1 SED an iuri † alimentorũ possit renũciari cum iuramẽto: Spec. dicit ꝙ nõ in tit. qui filii sint legit. uer. sed pone quidã. tu dic, ꝙ aut loquimur † in alimẽtis præteritis, &
2 potest renunciari. C. de transactioni. l. de de alimẽtis. primo respõsio. aut in futuris,
3 & tũc refert † aut ex mero contractu, & potest renunciari a ut ex mera uolũtate, & nõ potest. ff. de trãsactionibus. l. cum hi. quia hoc est prohibitum propter fragilitatem
4 renunciantis, quia † fame compulsus propter unam scutellam leguminum renunciaret cuilibet iuri, quia, ut dicit prouer-
5 bium † fames est acutissimus ensis, & sic
6 † quis non teneretur obseruare iuramentum, per quod incidit in periculum mortis, ita nec id per quod incidit in oppro-
7 brium famis ab hoc † iuramento om-
8 nes comites absunt, & maxime † discretio quæ requiritur pro substantia & pro fundameto radicali: ut not. C. de nup. aut. her. quod eis.

Item & multo fortius si contra uim naturę iuretur, quòd ori alimẽta prestẽntur: ut ff. de iustitia & iure. l. j. §. hinc liberorum. nec etiam inter uirum & uxorem te
9 net † pactum, quòd uir non alat uxorem: nisi quãdo non recipit dotem promissam de doli exceptione. l. pater & ff. mandati, uel contra. l. crediror. §. si interdum. ista sunt formalia uerba Bald. in l. pactum. C. de collationibus.

Ludouicus, in l. si cum dotem. §. si maritus uel uxor constan. solut. matrimonio. in tex. ibi, si cognat adiere iudicem com-
10 petentem &c. dicit, quòd † cognati uxoris habent ius adeundi iudicem ut compellatur maritus uxori alimenta prestare.
11 & idem dicit iure † in procuratore fisci. Alibi enim dicit textus in regula quòd id
12 † quod in alimenta infirmæ ętatis statuitur per statutum, ad honorem ciuitatis pertinere



pertinere dignoscitur ff. de lega. 1. l. in ciuitatibus. uersiculo, hoc amplius. unde consequentur & eius cura ad procuratorem fiscalem pertinet, quinimo dico, quòd ius
13 † hoc petendi habet quilibet de populo.
14 Quod probo: quia † alimentorum statuitio adpiã causam pertinet: ut l. Mela ibi, diffinitur tamen pietatis. intuitu & c. de
15 alimen. lega. Sed † cuilibet personæ competit postulare: ut ea quæ causam piam respiciunt, executioni incidenter mandentur ut est tex. singula. in authen. de ecclesia. titu. §. sinautem qui hoc factum iussit. uersiculo, sinautem scimus. ibi, omni alii &c. Item not. quòd te. in d. §. si maritus: ibi in tex. & alimenta præstare & medicina ei succurrere, quia istius † co-
16 pulæ natura est, ut ponatur inter diuersa: ut patet in rub. de iuris & factis ignoran. ergo & in l. si de statu. in glos. ff. de testib. causat hoc nobis probabile argumentum
17 quòd † alimentorum appellatione non ueniant medicinę.

In contrarium uidetur tex. in l. uerbo, uictus. & in l. quos nos. §. uerbum, uiuere.
18 ff. de uerborum signifi. ubi dicit † uictus uerbo, & consequentur alimentorum uerbo, ea contineri quę cultui corporis sunt necessaria: sed ut ex se patet medicinæ sunt huiusmodi: ergo &c. ad idem text. in l. legatę. ff. de alimentis leg. ibi dum dicit quia sine eis corpus ali non potest, &c. Barto. soluit quòd aliquando alicui sunt
19 † debita alimenta simpliciter puta iure legati. uel in uiro, qui tenetur alimenta præstare uxori: & qui tunc obligatur ad alimenta est obligatus ad medicinas, ut d. §. si maritus & l. quod in uxorem. C. de nego. gest. & d. l. legatis. & d. l. uerbo, ui-
20 ctus. & d. §. uiuere aut debentur † alimenta ex causa seruitij: puto quando quis mihi impendit operas: & tunc dico, quòd ad medicinas pauci ualore sim obligatus: argumen. ff. de impensis. l. omnino. ff. soluto matrimonio. l. diuortio. §. impendi. ff. eod. l. in rebus. §. possunt. non autem ualoris magni, ad quod optimè tex. in l. item si serui, §. quas impensas. ff. de ædil. edicto.

21 Et huic est similis quęstio. an † potestas teneatur ad medicinas prestandas suo assessori infirmo, de quo in dictis locis: & ueritas est, quòd non: quia potestas tenetur ad illum cibandum, non autem alimentandum, cùm hæc diuersæ significationis sunt: ut patet ex legibus uariis, maximè in glo. de alimentis & ciba. lega. ap-
22 pellatione autem † ciborum non ueniunt medicinæ, ut est expressum in l. non omne. ff. de penu. leg. & similis decisio est in
23 † infirmo famulo, quoniam dominus nõ tenetur ad medicinas, ut est expressum in d. §. quas impensas. & in dicto §. possunt. quod fortè esset intelligendum, nisi essent pauci ualoris argumen. d. l. omnio. cum aliis allega. maximè, quia ut alibi dicit
24 text. nobis † seruire intelligentur, quos ægros curamus, qui seruire cupientes per aduersam ualitudinem impediuntur. ff. de statuliberis. l. cum hæres. §. Stichus & tangitur etiam per doctores. in d. §. si maritus.

25 An famulus tempore † infirmitatis debeat habere salarium. de quo est glo. in l. de arboribus. §. de illo. de usufructu. & in l. si uno. §. cum quidam. ff. locati. & Barto. in l. si operę. ff. de usufructu. lega. & Bald. in l. libertis libertæq; C. de operis liberto-
26 rum. Item dum tex. iste ponit † copulam inter alimenta & medicinas, posset intelligi, quòd non ponat, ut inter diuersa, sed ut inter genus & speciem: ut in simili C. de serui. & aqua.

An autem & quando maritus uxori teneatur prestare alimenta? Bart. in d. §. si maritus post antiquos docto. in d. l. quod
27 in uxorem. sic dicit: Nota quod † maritus tenetur uxori infirma subuenire de alimentis, medicinis, & omnibus necessariis nam cum duret matrimonium. tenetur su-
28 bire. onera † & si non subit, nec ex pacto, nec ex statuto potest dotem lucrari: ut l. si ab hostibus. §. si vir vxorẽ ff. soluto ma-
29 trimonio & ibi not. Sed postquàm † vxor est mortua, finitum est matrimonium, &
30 eius onera, & ideo non tenetur † eam de proprio sepelire, sed de patrimonio mulieris, id est, de sua dote: vt ff. de reli. l. si prata. Sed pone quòd maritus expulit vxorem de domo, an eam alimentare teneatur

neatur seu debet? respondendo, si propter culpam mariti, sic: si propter culpam uxoris, non, secundum Iacob. de Aret. sed si
32 non est culpa alicuius, sed † est culpa tertii: quia frater mulieris: qui promisit pro ea dotem non soluit: unde maritus remittit eam ad domum fratris: uir nõ tenetur eam alere: quia maritus iustè eam à domo expulit propter hanc causam: ut innuit glos. in authen. de non eligen. secundò nub. §. penultimo.

33 Et ecõtra si † uxor est diues in paraphernalibus, & maritus pauper: uideretur q uxor teneatur alere uirum? & argumentum est quòd sic. C. unde uir & uxor. authen. præterea. Item contrarium not. in l. si stipulata. in fi. C. de donationib. inter uirum & uxorẽ. aliàs de iure dotium. † & si
34 pater expendit pro medicinis pro filia maritata poterit repetere à uiro. quando talis impensa pertinebat ad uirum, secun-
35 dùm Cyn. Et Potestas tenetur † suis iudicibus emere medicinas, scilicet, modicas & parum sumptuosas, nõ autem alias, secundùm Iacob. de Aret.

Cyn. autem in d. l. quod in uxorem. an maritus teneatur ad alimenta uxoris; sic
36 dicit post Iaco. de Aret. Aut † maritus habet uxorem in suo obsequio, aut non: tũc debet eam alere, siue dotem habet: siue non: argu. ff. de reli. & sump. fu. l. quòd si nulla. arg. ff. de ope. liber. l. sicut. & ff. commo. l. in rebus. §. possunt. & ff. de ædili. edicto. l. item si serui. quod intelligit uerum Vber. de Bo. quando non habuit mulier dotem: si autem habuit, quia fuit pro ea
37 promissa & non soluta: sicut fuit promissa, tunc non tenetur eam alere: quia † deceptis & non decipientibus iura subueniunt. pro quo facit in authen. de non eli. secundò nu. §. illud quoque. in fi. Cùm ergo maritus teneatur hoc casu præstare alimenta quod tunc impendet in curam cor
38 poris eius, non repetet. quia † qui tenetur ad alimenta, tenetur ad medicinas, quas corporis curandi causa parari oportet: ut ff. de uerbo. sig. l. cætera quoque. ubi dum dicit curãdi corporis nostri
39 ergo & c. Si † nõ habet eã in suo obsequio nunc, aut contingit hoc propter propriã uxoris temeritatem & culpam, & hoc casu non debet aliquid in eo impendere:
40 nam † frustrà petit debitum quis si quod debet, non impendit: ut ff. de actio. empti. l. qui pendentem. & l. Iulianus. §. offerri:
41 aut hoc contingit utriusque culpa, ut † propter infirmitatem. & intellige propter infirmitatem, quæ requirit maioris impensas: & quæ facit eam omnino cessare ab obsequio: isto casu refert, ut uxor habet unde alatur, quia est diues: & tunc maritus hoc casu tenetur secundùm quantitatem dotis nõ ultra: ut ff. soluto matrimo. l. si cùm dotem. §. si autem in sequisimo & sic prædictus Iacob. intelligit illum §. aut
42 est † uxor inops, nec tunc habet unde alatur: & tunc maritus debet præparare sibi alimenta, etiam si nullã habeat dotem; arg. d. l. quòd si nullam. & argu. C. unde uir. & uxor. auth. præterea. sic & alias
43 † quis rebus alienis alitur. ff. de Carbo. edic. l. fi. secundùm Iaco. de Are.

Collige ex præmissis arg. quòd Potestas & huiusmodi rectores iudicibus infir
44 mis tenetur facere impensas † quia sunt in eorum obsequio. ut l. in rebus. §. possunt. argu. contra ff. de impensis in re do. fa. l. 2. & ff. de edil. edic. l. item si serui. §. primo. in hoc distinguit Iac. de Are. quòd aut est modicus sumptus, & tunc tenetur, aut est magnus, & tunc non; ut d. §. pos-
45 sunt. Et † si pater pro filia maritata & infirma fecit magnas impensas, consideran dum est utrum ista expensa pertinere debebit ad maritum an non; & si pertinebit ad maritum repeteret ab eo per actionem nego. gest. quia utiliter gestum est negocium suum ipso gestu ut dictum est.

Iacob. Bru. in l. quod in uxorem. C. de nego. gest. sic dicit, Quòd aut mulier uiuit, & est sana, & est in seruitio mariti;
46 tunc etiam protestando † maritus non repetit, quia ex necessitate facit, non ex pietate: ut l. in rebus. §. possunt. ff. commod. & l. sed & si §. fi. C. de do. inter uirũ
47 & uxorem. aut † mulier est infirma; & tunc aut habet dotem, & maritus debet eam alere. vnde non repetit etiam protestando: vt l. si cùm dotem. §. si autem in sequisimo. ff. soluto matrimonio. si autem



tem mulier non habet dotem: & tunc aut non habet alia bona: & tunc habet locum
48 l. quod in uxorem. quia cùm † uir non teneatur hos sumptus facere, uidetur domestica affectione facere, & ideo non repetit, nisi fuit protestatus; ut hic in pri
49 mo casu: † aut mulier est mortua, sed uir fecit eam funerari: & tunc aut habet dotem, & funeris impensę pertinent ad dotem, & ideo si dos ex pacto remanet apud maritum, non repetit impensas: si alius habet dotem, repetit impensas. l. in eum. ff. de
50 relig. Si uerò † mulier dotem non habet funus pertinet ad maritum: & ideo non repetit ab aliquo, ut l. sed si nulla. ff. de religio. dic ut ibi Bartol. in tractatu alimentorum sic dicit, Quando uxor dotem habuit, non est dubium, quòd maritus eã,
51 alere tenet, quia † oneribus matrimonij seruire debet dos, ut l. pro oneribus. C. de-
5 iure dotium. si † mulier nullam dotem habet si ipsa operatur uiro, maritus tenetur eam alere, idem in hæredibus uiri matrimonio dossoluto, ut l. sicut patronus. in gl. de operis liber. alias si ei non operatur, credo dicit Barto. ipsam non alendam,
53 † nisi esset in furore detenta: uel etiam maritus eam expulerit, tamen tunc per eum non stetit, quominus operetur: ut l. si cum dotem. §. si autem in sequisimo. ff. soluto matrimouio. & not. per Cy. in d. l. quod in uxorem.

54 Item uxor tenetur alere † utrum egentem, ut no. Spec. in ti. qui filii sint legi. §. j.
55 uersic. quid si nulla. & si † tutor est pauper quòd non habeat unde se alat: potest alli de bonis pudilli. l. 1. §. si pupil. ff. de tuto & cura. datis ab his. & l. à tutoribus. §. fi.
56 ff. de administratio. r utorum. † Hæredes uerò extranei ipsius uiri tenentur alere uxorem testatoris cuius dos est in bonis:
57 mobilibus. & in † pecunia consistebat: quia post annum & non incontinenti ei restituere dotem tenetur: ut l. j. §. exactio. C. de rei uxo. actio. & hoc tenet & not. glos. in d. §. exactio. super uerbo, restituendis. ff. ut in posses. lega. l. penul. & l. Imperator. in fi. ff. ad Trebellia.

58 Item hæredes extranei † ipsius filii tenentur alere patrem egenum ipsius filij mortui: ut l. si quis à liberis. §. parens. uer. idem rescriptum. ff. de liberis. agnos. in gl.
59 super uerbo, hæredes. Et similiter † monasterium tenetur alere patrem monachi, cùm sit suus hęres: ut est tex. C. de sacro sanct. eccles. authen. si qua mulier.

60 Item † monachus est alendus per abbatem, etiam dum ei quæstionem facit, ut l. si instituta. § pe. in glos. super uerbo, decerni. ff. de inofficio testamen. & tunc causa cognita præstabuntur, ut in cap. ex parte. de accu. extra. Quis in causæ cognitione uertetur? uide per Innocẽ. in dicto c.
61 ex parte. Item † uasallus tenetur alere dominum egenum, aliàs potest ab eo feu
62 dum propter † alimentorum denegationẽ licitè auferri, ut in x. coll. de iure feu. c. 1.
63 Item pater tenetur † alere filium, & cogitur officio iudicis: ut l. si quis à liberis. & in glo. ff. de libe. agno. & l. nec filium. C. de patria potesta. & econtra filius tenetur alere patrem. C. de. oper. lib. l. 1. in fi. & idem denuò in nepote, qui tenet locum patris: ut l. 2. §. non solum. de excusatuto. & ex hac causa potest reuocati in patriam potestatem, per l. 1. C. de ingratis
64 libe. nam † atrocem iniuriam committit in eum, si egenti patri denegat alimenta: ut l. necare. ff. de libe. agno. per qpam atrocem iniuriam reuocatur emancipatus in patriam potestatem emãcipatione rescissa, per l. 1. C. de ingratis libe. & idem in liberto erga patronum: ut ibidem not.
65 glos. per quod etiam dicerem, † quod sit causa sufficiens ad exhæredandum filiũ,
66 cum † iniuriare uideatur, ex quo ei egenti denegat alimenta.

Et ex his causis, ex quibus pater potest exhęredare filium, ex eisdẽ potest uiuens denegare alimenta. Ita dicit glos. in dicta l. si qs à liberis. § si quis ex his. uer. Trebatio. super uerbo, detulerat, & est uerum, quòd pater tenetur alere filium, & è contra: nisi † alimentandus habeat ar
67 tem, ex qua se sustentare possit: ut dicta l. si quis à liberis. § sed si filius. Idem tenet Ioan. Andr. in cap. cum haberet. de eo qui duxit in matrimo. quam pol. per adulter. in fin. ulti. glo. & no. quod intellige, nisi sit
68 persona, quæ dedignetur operari: ut † miles

les uel nobilis homo: quia eo ipso, quòd
eget: licet operari posset, tamen al endus
est: ut d. l. si quis à liberis. §. denique idem
diuus. ibi, si modo. cùm opificem te esse
dicas &c.

69 Mater tenetur † alere filium usque ad
triennium, & etiam ultra, si pater inopia
laboraret, mater autem opibus affluat. ut
in d. l. si quis à liberis. §. si mater. & ibi
no. glo. super uerbo, necessariò. quod est
uerum. & usque ad triennium alere tenea
70 tur, nisi sit † persona talis condicionis,
quam lactare non deceret, id est, nõ esset
conueniens: ut ponit Azo. in summa C.
de patria pote. in fin. pro quo. facit quod
no. Iaco. de Are. in §. si maritus. ff. solut.
matri. uide Ange. in l. nec filium. C. de pa
tria potestate. ubi not. loquitur in mate-
ria. Ioan. An. in c. cum haberet. de eo qui
duxit in matri. quam pol. per adul. in glo.
ult. in uerbo, quòd apud matrem. sic dicit,
hoc intelligit Alanus, nisi non deceat ma
trem filium lactare. idem Pyleus, pone,
quia magna principissa uel fortè post di-
uortium est professa. pro quo facit quod
71 not. Iaco. de Are. in d. §. si maritus. & † so
cer tenetur nutrire nurum: ut d. l. si quis à
libe. §. ultra autem. facit ff. fami. hercis. l. si
filia nupta. §. hoc amplius. & §. nec solum.

72 Et frater tenetur alere fratrem egen-
tem uel sororem: ut l. mutus. §. manente.
in fi. ff. de iure do. & l. quamuis. ff. soluto
matrimo. & d. l. si quis à liberis. §. idem in
liberis. in glos. super uerbo iustè. ff. de lib.
agno. & l. 1. §. j. ff. de tute. & ra. distra. † si
73 filium autem naturalem tantum alere te-
netur, sed spurium, non: ut d. l. si quis
à liberis. §. idem in glo. super uerbo. iustè.

74 De † iure autem cano. & pietate canoni-
ca etiam natos ex damnato coitu alere
debet: ut in c. cum haberet. de eo qui du.
in matri. quam pol. per adult. & in casi-
75 bus, in quibus tenetur pater filium alere,
si eum fame perire sinat, tenetur lege
Cornelia. de sica. glos. est in l. necat. ff. de
libe. agno.

76 Et si quis tenetur ad dandum alimen-
ta alicui, tenet ministrare sumptus magi
stro, qui eũ imbuit in liberalibus artibus
quando alimenta debẽtur iure sanguinis,
ut l. filium. ff. ubi pupil. edu. debeat: secus si
deberentur ex dispositione hominis: ut l.
legatæ. in fin. ff. de alimentis & ciba. lega.
77 & quando † debetur uictus, idem, quòd
quando debentur alimenta. ut l. uerbo ui
ctus. cum l. seq. de uerborum significa. &
glo. in l. fi. ff. de ali. & ciba. lega. & quibus
78 † legantur alimenta seu uictus, seu edu
catio, debetur lectus: ut not. ff. de uerbo-
rum signific. l. quos nos. §. uerbum uiuere:
cum quis siue eo uiuere non possit, subau
79 di, commodè, ut ibi not. & cui † legatur
uita in domo, uidentur omnia supradicta
legata. & ita omnia, quę ad uitã sunt neces
saria, ut not. in dicta l. quos nos. §. uerbum
80 uiuere. & cum † debentur alimenta, aut
educatio, aut uictus, debentur medicinæ,
cum non sit possibile uitam sanam ducere
sine eis, & sunt corpori infirmo necessa-
ria. pro quo tex. in l. si cum dotem. §. sinau
tem in seuissimo. ff. soluto matrimonio. li
cet ille tex. possit in contrarium retorque
ri, cum ibi ponantur, ut species separatæ,
81 sed si † debetur diarium seu cibarium, tũc
solus cibus debetur, non autem habita-
tio uel uestiarium, uel alia supradicta:
82 ut l. diariis. ff. de ali. & ciba. lega. & cum
debentur cibaria, dicerem medicinam
deberi, non quia eum solum cibare te-
netur, & ita consulit dominus. Francisc.
Tigri.

83 Item an vxor habeat † obligata bona
uiri pro alimentis, sicut habet pro dote:
Iacob. de Are. dicit, quòd sic. per l. Lucius.
ff. qui potior. in pigno. ha. do. Franc. Tigri
determinauit, quòd non sunt obligata,
84 per l. j. ff. soluto matrimonio, & an † legatũ
alimentorum dicatur ad pias causas? glo.
dicit, quòd sic, in l. si. quis Titio. ff. de
lega. 2. & l. sancimus. §. fi. C. de sacrosanc.
eccle. & ibi, dum dicit ad similitudinem
gloss. exemplificat de legatis alimentorum:
& est uerum, quando legatur pauperi-
bus, et probat tex. in corpore in authen.
ut cum de appel. cognos. §. aliud quoque
capitulum. ibi egentim alimenta impen-
di. & est glos. in l. si cui ff. de an. leg. & pro-
batur in l. si cum hi. §. si in anno. ff. de
transac. & per hoc patet, quòd † pro le-
85 gato alimentorum non detrahatur Falci-
dia,



dia, cum sit causa pia, ut in auth. similiter.
C. ad legem Falcidiam.

86 Et an fundus, † ex quo debent prestari
alimenta, sit obligatus pro alimentis, dic
ut in l. 2. & 3. ubi est tex. ff. de alimen. &
cib. leg. & l. Lucius. eod. titu. & l. Caius. ff.
de annis leg. Idem uerò Barto. in consilio
suo, quod incipit, Quidam filios hæredes
instituit, fratri suo nihil reliquit &c. sic
dicit, circa hypothecam dico, quòd dictus
nepos habet omnia bona frattis obligata
pro dictis alimẽtis quod ostendò, quando
87 designantur † certa bona, ex quibus fieri
debet prestatio alimentorum, illa uidẽtur
pro alimentis obligata. l. 2. ff. de alimen. &
ciba. leg. & l. Lucius. eod. ti. & ibi no. & l.
Caius. ff. de annuis lega. & ibi glos. unde
88 † pater designando, quòd dimidia præ-
stetur in bonis fratris; illa bona uidentur
89 expresè obligata, & † consensit expresè
obligarioni rei suæ, meritò perfecta est
obligatio bonorum. l. si fundus. §. fi. ff. de
90 pig. actio. & l. alienam. cum si. & sic † facta
excussione super principali posset agere
hypothecaria.

Ludou. in l. si cum dotem. § si maritus.
sic dicit, In hoc autem, & quando maritus
teneatur uxori alimenta præstare. Bald.
in dicto §. post antiquos. & dicta l. quod
in uxorem. allegata. eleganter distinxit, &
ego ipsum refero, quia aliqua sunt adden
da. Aut mulier est in seruitio mariti, ei
operando, & tunc sibi debet alimenta
præstare, etiam ultra dotis quantitatem,
si dos non sufficiat: argu. l. quòd si nulla.
91 ff. de religio. Et quia † onus impensarum
pari debet, ex quo percipit commodum
seruitij: ut dicta l. in rebus. §. possunt. &
dicta l. item si serui. §. quas impensas. & l.
sed & si quis. §. sufficienter. ff. de usufruc.
Aut non est in seruitio uiri, culpa uiri
92 interueniente, puta, quia insupportabilis
sæuitię est, quo casu licita est uxoris ab eo
separatio, ut in c. literas. ad fi. de resti. spo.
Et tunc idem, ut scilicet alimenta perci-
pere debeat: argumen. l. Labeo scribit, si
mihi bibliothecam. ff. de contrahen. emp.
quam allegat Bal.

Sed addo casum expressum in l. Caio.
§. fi. ff. de alim. leg. Aut non est in seruitio
uiri mulier sua culpa: & tunc ab alimenta
præstanda maritus non compellitur, quia
93 † frustra petit sibi debitũ fieri, qui quod
alteri debet non impendit. Ad hoc, ff. de
ædil. edict. l. ædiles. ad fin. ff. de act. empt. l.
Iulianus. §. offerri. & l. qui pendentem.
94 Aut † neutrius culpa præcedente seu in-
tercedente seorsum à uiro habitat. & tunc
loquitur §. si maritus. & §. si autem, in
sæuissimo. & secundum reditus dotis sit
alimentanda. Ad hoc enim dos datur, ut
95 matrimonij † oneribus deseruiat, quæ
consistunt circa uxoris alimentationem,
& etiam liberorum, ut l. si is qui. §. ubi
dos. & l. dotis fructus. ff. de iurisd. omn.
iu. & l. actione. §. fi. cum l. seq. ff. pro socio.
in l. si maritus & l. si filia. §. hoc amplius.
ff. famil. hercis. l. dotem filio. ff. de cast. pe.
& l. pro oneribus. C. de iure dotium. Si
autem redditus dotis non sufficiunt, tunc
96 si potest † aliũde mulier se alere, bene est,
si autem nõ officium mariti est supplere,
ut senserunt glo. Iacob. de Aret. & Bald.
quicquid dixerit Angel. in d. §. si autem.
probatur in d. l. quòd si nulla. & hoc ex
97 parte mariti, quoniam † ex parte uxoris
hoc est clarum, ut ipsa maritum alere non
teneatur: ut l. si mulier. quæ alias incipit, si
stipulata. § j. ff. de donationi. inter uir. &
uxorem, aliàs de iure dotium. nisi in casu
paupertatis: ut ẽ. dixi.

Et tunc succedit quotidiana quæstio,
quam tractat hic Bar. & in l. Lucius. ff. de
alim. lega. & Bal. in l. ista. C. de rei uxoriæ
actio. Spec. in dicto §. formatis. uer. sic. sed
nũquid bona intelligãtur tacitè obligata:
98 & ibi Ioan. And. in additione. scilicet † an
quemadmodum mariti bona intelligan-
tur pro dote tactè obligata: ita & etiam
pro alimentis uxori debitis. In quo quidã
99 tenuerunt quòd sic, eo quia † ita alimẽta
debentur propter dotem datam, ut hic: si
cut & usuræ debentur per pecuniam cre-
ditã. Sed pignus acceptũ pro pecunia cre-
dita intelligitur obligari pro usuris sibi
accedentibus, ut in l. Lucius. ff qui pot. in
pign. hab. ergo & ita tacita obligatio hipo
thecæ resultans pro dote intelligitur etiã
exrendi ad alimentorũ debitum. Sed cer-
tè dicit Ludoui. hæc opi. non est uera, com
muniter

muniter contrariũ tenemus, eo: quia non
100 reperitur iure cautũ quòd pro † debito
alimentorum insurgat tacita hypotheca,
101 unde non est † superstitiosis adinuentio-
nibus inducendum, quod legibus non
reperitur expressum: ut cap. inter corpora
lia. de transla. præla. Secundò, quia
102 † obligatio pignoris regulariter non
resultat, nisi ex expressa conuentione,
secundùm doctrinam Iurisconsulti in l.
contrahitur. ff. de pig. Tu ergo qui uis di-
cere presultet tacitè ex dispositione legis,
da mihi tex. ex quo regulã pro me habeo.

Tertio hanc partem confirmat text. in
l. assiduus. C. qui pos. in pigno. ha circa fi.
ibi, hic autem tãtum ad dotem &c. Ibi. n.
Legislator loquens de tacita hypotheca
103 dicit per † dictionem taxatiuam, tantum
illam ad dotem solum extendi: ergo se-
quitur, quòd non ad alimenta, quæ sunt
104 ab ea separata. Est enim † natura taxa-
tiuæ dictionis ea excludere, quæ remota
sunt cõtentis intra se: ut l. 3. §. cum Titio.
ff. de alimentis leg. & in cap. cum ecclesia
de causa poss. & proprie. cum simili. Quia
105 ibi ideo tacita † hypotheca extenditur
ad debitum usurarum, quia illæ etiam
petuntur eadem actione, qua principalis
sors: & sic sunt illi omnino accessoriæ:
Alimenta autem non petũtur actione de
dote, quia hoc nõ reperitur iure cautum,
unde ex equitate officio iudicis, quod ma
106 xime † constãte matrimonio patet, quia
tunc actio de dote non nascitur, ut l. 2. de
dot. præl. ff. nisi eo casu uergat maritus ad
inopiam: ut l. si constante. ff. soluto matr.
& ita dicit Ludou. Consului his diebus
107 Bononiæ: tamen dico, quòd † pro fructi-
bus dotis uxori reddendis, censetur inesse
tacita hypotheca, quemadmodum & pro
ipsa dote. Quod probo, quia isti fructus
actione de dote petũtur, sicut & ipsa dos:
ut est expressum in l. si marito publico. §.
fina. ff. sol. matr. sed hæc tacita hypotheca
inest actioni de dote: ut l. unica § & ut
plenius. C. de rei ux. actio. & in §. fuerat.
Institu. de actio. ergo &c. Præterea dicit
text. & hos fructus dotis esse, & in dotem
conuerti. ff. soluto matrimo. l. si ante nu-
ptias. in fina.

Non obstat dictio illa restrictiua, tm,
posita in dicta l. assiduis. quia respondeo
per doctrinam text. ad hoc ualde no. in
cle. exiui §. cùm autem natura. de uerbo-
108 rum significa. dicentis: † Natura termini
restrictiui hæc est. ut quemadmodum
remota à se excludit, ita sibi cohærentia
& connexa includat: sed fructus connexi
sunt doti & ei cohærent. ut d. l. si ante er-
109 go &c. Item aduerte, quia † quatuor sũt
casus, in quibus mater filium alimentare
cogitur. Primus est intra triennium à sue
natiuitatis die, ut l. nec filium. C. de patria
potest. & l. 2. C. de infantibus expo. & in
cap. 2. de conuersa. in fide. quod intellige,
ut supra. dictum est post Barto. nisi mater
nobilis sit, cui dedecori foret allactatio.
110 Illa enim tunc non tenetur: quia † non
dicitur posse, ex quo non potest saluo suo
honore, ut l. ne pos Proculo. ff. de uerbor.
sign. & l. Lucius filius. ff. de cond. instit. Et
ita firmat notabiliter Azo. in summa de
patria potesta. circa fi. Item fallit, nisi
111 † mulier esset paupercula, quæ ut possit
alimenta percipere, habet circa alia ua-
care, quàm circa allactationem: ut quia
habet extraneos allactare, ut inde merce-
dem assumat: argu. l. sed si hæreditas §. i.
ff. ad exhib.

Duo tamen circa hoc not. Primum, q̃
112 eo † casu quo tenetur filium allactare,
semper etiam patre inuito penes se filiũ
retinere eo casu potest. Et apud Legistas
not. glos. singu. in l. i. circa princ. in uerbo,
iustissima causa. ff. de lib. exhi. & uidetur
probari per text. dicti cap. 2. de conuersa.
in fide. & ita, dicit Ludouic. his diebus
respondi. Secundum, quòd tenetur alere
intra triennium post natiuitatem: quoniã
113 † dũm est in utero debet ali ex patrimo-
nio paterno uenter, ut l. i. §. mulier. & l.
curator. ff. de uen. in pos. mitten. ut l. sed
& si is. §. an autem. ff. de Carb. edi.

Secundus casus principalis est, si sit na-
114 tus † filius ex incestu, quamuis in. illẽ de
iure ciuili à parentibus ali non teneatur:
ut in auth. ex complexu. C. de incest. nup.
tamen de iure Canonico ali debet ex bo-
nis utriusque parentis, ut in cap. cum ha-
beret. de eo qui dux. in ma. quam pol. pet

adul-



adulteriũ. Et de matre videtur probari in
l. si quis à liberis. §. idẽ in liberis quoque.
115 Tertius, cum natus est † filius ex
matrimonio quòd ex post detecta causa
matrimonium extitit separatũ. Quoniã
tunc ille alitur ex bonis utriusque paren
tis, ut est casus in cap. 2. qui fi. sint legiti.

Quartus casus est, si non habet filius
unde aliũde alatur, ut l. quamuis. soluto
116 matrimo. Extra hos casus, an † mater
possit alimenta per se præstita repetere,
dic ut in l. si quis à liberis. §. si mater. & l.
alimenta. C. de neg. gest. & ibi dicetur.
Idem autem Ludo. in l. de diuisione. ff.
117 soluto matrimonio. sic dicit, An † va-
leat pactum, q̃ uxor seipsam alere tenea
tur? dic, quòd aut vnà cum hoc fit pa-
ctũ, quòd fructus dotis, qui constãte ma
trimonio percipiuntur, nõ cedant lucro
mariti, sed accrescant doti, & tunc con-
uentio ualida est. Casus est in l. si conuẽ-
118 nerit ad fi. ff. de pactis do. Et huius est ra
tio, quia quãuis † maritus vxori donet
fructus dotis, tamẽ uxor remittit marito
debitum alimentationis, quod ipsi incũ-
bit, dum dotem accepit, ut l. ex annuo. ff.
de dona. inter uirum & uxo. & l. sicut.
cum simi. de oper. liber.
119 Certum est autem † donationem re-
ciprocam esse ualidam inter coniuges, ut
cõcludunt Cyn. & Bal. C. de inoffi. testa.
l. si pater puellę. Pro quibus est casus in l.
quod autem. §. uir & uxor. ff. de do. inter
uir. & vxor. Quod tamen intelligo usq;
ad concurrentem quantitatẽ, non ultra,
quia in eo nulla est, Casus est sing. rectè
intuẽti in d. l. ex annuo. Aut uxor seipsã
alat absque hoc, quòd fructus dotis doti
accrescant, uel aliquid à marito accipiat
mulier, quod cum quantitate expensarũ
quas sibi facit, sit æquale. Et tunc illa cõ
uentio nulla, ut concludit Bal. in l. pactũ,
quod dotali. in fi. de col. & rectè, quia re-
ctè intuenti probatur, vt d. §. si uxor. Si
120 verò queritur an ualeat. † cõuentio, q̃
fructus dotis matrimonio constante ce-
dant lucro vxoris, in quo dic, quòd aut
hoc non obstante purè vxore alit mari-
tus, & tunc conuentio nulla, ut quæris.
ff. de pact. do. aut seipsam alit uxor, &
tunc conuentio ualida est. Tex. est in l. si
quis pro vxore. §. si uxor. ff. de do. inter
virum & vxor.
121 An autem † vxorem indotatam ma
ritus alere teneat, & maritali affectione
tractare? dicit Bal. in d. l. de diuisione. so.
mat. quòd non, allegans gloss. in auth. de
non elig. secundò nu. quàm, dicit Ludo.
ego non reperio. Tu autẽ circa hoc bre
uiter dicas, quòd aut est indotata, eo. q̃ a
dos non fuit promissa. Et tunc maritus
non debet eam repellere, sed alimenta-
re exigitur, & maritali affectione tracta-
re, ut in auth. quib. mo. na. offi. le. §. quo
niam. & in auth. de nupt. § si quis eũ. &
in l. quòd si nulla. ff. de iure dot. Imo. in
l. i. ff. ut in pos. le. dicit q̃ ali debet ut filia.
Aut est indotata, eo, quia dos non fuit
tradita, sed tantum promissa, & tunc ma
ritus eam alere non tenetur, sed eam re-
pellere potest. Casus est C. ad Vell. l. fi.
& hęc fuit conclusio Innocen. in c. p̃ ue-
stras de do. inter ui. & vx. & hanc q. sci-
licet, an maritus vxorem indotatã coga
tur alere, ponit Bal. in l. pro oneri. C. de
iur. do. & ibi videas Cy. & Sali.

Idem Ludou. in l. diuortio. ff. sol. mat.
in gl. super uerbo, facti. ibi in casu videt
contra, &c. sic dicit, Notabilis est hæc gl.
ad tria. Primum, quòd si dote stante in
rebus mobilibus, cuius restitutio non po
test fieri nisi post annum, vt d. §. exactio.
& si mulier non habeat aliunde unde se
alat, est alenda ab hæredibus viri. Et ita
concludit glo. in d. §. exactio. Secundũ
122 q̃ † propter onus alimentationis lu-
crantur hæredes interim fructus dotis.

Sed hic superest dubitatio. Quid si vl-
tra alimenta fructus dotis superextant
123 † an eos alimenta excedentes debeant
hæredes mulieri restituere. Dyn. in dicta
l. diuortio. indecisum reliquit. Bart. dicit
illos esse hæredum, quia ex quo si minor
fuisset, fructuum perceptio alimẽtorum
sumptibus, nihilominus ipsi hæredes pu
tè onus alimentãdi implere debuissent.
Ita & e contrario pariter fructus excedẽ
tes sumptus alimentorum debent lucra-
ri, Et mirum est quòd ipse, nec Bal. nec
alius docto. de hoc nihil allegent. Ego

uerò dico, quòd pro eis est unicus casus. & singularis secundum ueram lec. glo. ff. man. l. creditor. §. si inter. Secũdũ sentit à
124 cõtrario sensu, ꝙ post †annũ mulier ẽt si aliunde non habeat unde se alat, nihilo minus per hęredes mariti alenda non sit.

Aduertendum est tam circa primum
125 notabile: quoniam si & † mulier ipsa, alimentari petat se ab hęredibus uiri, quia prægnantem se asserat esse, tunc uidetur quòd etiam si habeat unde alium de se alat, nihilominus per hæredes mariti propter partum uentris alenda est, quousque pariat, ut est tex. in prin. & l. 1. §. mulier. ff. si mulier uentris no. & l. sed & si mihi §. an autem. ff. de Car. edi. l. 3.
126 Si instituisset † testator mulieris in utero posthumum sibi extraneę existentẽ, ita demum illa donec pariat ex hæreditate alimenta petet: si aliunde non habeat, unde se alat, ut l. extraneo. ff. si mulier uen. no. ubi est tex. not. Item & si ipsa
127 † uxor sit sine dote, & legataria mariti, nec aliũde habet unde se alat, & habet dotem, sed paruam, & ad alimenta non sufficientem, potest petere se immitti in
128 pos. bon. mariti, si † legatum per hæredem solui negligatur, & ex eius testatoris bonis donec legatũ soluatur, alimenta perciperet. Casus est fin. in l. j. ff. ut in pos
129 ses. leg. Sed † hodie iure nouissimo alimenta hoc casu non percipiet, cum statutum sit eam inopem super existentẽ cũ dote nulla uel parua, hoc est tali, quæ sibi ad alimenta non sufficiat ex bonis mariti locupletis decedentis petere posset quartam partem, ex qua consequenter alimenta percipiet: ut in auth. præterea. C. unde uir & ux. & licet illa uideatur loqui, cum maritus decedit ab intestato, nihilominus idem & si cũ testamẽ
130 to ita quòd † quartam hanc maritus ex bonis suis detrahi prohibere non possit, in auth. de hęre. & Fal. §. si uerò absunt. Quo aũt ad ueritatẽ tertij, scilicet, an ꝑ
131 annum debeat ipsa mulier ab hęredibus ꝑcipere alimẽta? dic ꝙ aut dos est restituta, & tũc quamuis mulier remaneat uidua: & sic uideatur etiã priori matrimonio perseuerare: ut l. omnẽ. C. de bo. mater. tamen alimenta non potest petere etiam si non habeat unde aliunde se alat & dos restituta non sit ad hoc sufficiens: quoniam tunc ꝓuidet sibi lex in dando sibi petitionem quartę partis bonorum mariti, ex qua posset se sustentare, ne inops mendicare cogatur in ipsius matrimonii uerecundiam: ut in dicta authen. præterea. Aut non est dos restituta: &
132 tunc necesse est hic uidere: an † mulier passa moram in restitutione dotis possit contra hęredem mariti agere ad usuras, quas uulgares hodie alimenta appellant.

In quo quidẽ reperio quatuor opinio. Prima Innocen. & Ioan. Andr. in cap. salubriter. de usuris. quam sequitur Barto. in l. si insulam. §. usuras. ff. sol. mat. & l. at qui natura. §. non tantum. ff. de negot. gest. & Hostien. in sum. in titu. de usuris. §. id quoque. uersi. quid in conuerso casu uolentium, quòd non, quia in ea cessat ratio, quæ in marito est. Maritus enim
133 propter moram ideo petit, quia † interest sua moram non fieri propter onera matrimonii, quę interim de suo, cum dotem non receperit supportat. Et ideo dicitur, quòd si onera non supportat, usuras petere non potest, ut d. §. usuras. & l. cũ post. §. ita demum. ff. de iure do. & l. si. de doli excep. Secunda fuit opin. nota Bal. in auth. & q̃ iurat. debo. auth. iudic. poss. dicentis à muliere moram passa in dotis restitutione usuras peti posse, eo quia si maritus potest istas licitè petere ex causa extrinseca, scilicet ꝓpter onera
134 matrimonij: ut ẽ. dixi, multo magis † mulier propter causã intrinsecã quę est illa, s., quia ipsa est domina dotis matrimonio dissoluto, ut l. in rebus. C. de iure do.
135 Item, quia hæc est † natura dotis, ut deseruiat oneribus matrimonii, & per consequens alimentationi, etiã dum illa est penes uxorẽ, ut l. ubi adhuc. C. de iure do. Tertia fuit opi. Bal. in l. diuortio. di
136 centis, ꝙ † ratione moræ solum poterit agere ad interesse, ut l. si mora. ff. solut. mat. Quarta fuit opi. domini Ang. l. in l. diuortio. dicentis quod si non habet
137 aliunde, unde se alat, † petere possit, cũ patiẽ moram restitutionis, scilicet usuras, ẽ tan-



tantùm, quod sibi ad alimenta sufficiat: quoniam tũc est. eadem ratio, quę est in casu in quo sumus intra annum restituẽdę dotis. quo quidem conclusum est alimenta peti posse. Angel. autem sequitur opinio. Inno. & Ioan. Andr. Vltima fuit opinio eiusdem in l. Titia. infra. de solu.
138 dicentis, quòd ubi † mulier est intra tẽpus luctus: & tunc ex quo dicitur eidem matrimonio deseruire, licitum est, quòd posit petere usuras, id est, tantam quãtitatem, quę sibi ad alimẽta sufficiat, post tẽpus autem luctus nihil petere poterit & ad hoc nihil allegat.

Tu autem aduerte: quia casu quo moram patiatur, nec habeat unde se alat, di
136 co propter hoc † usuras dotis alimenta peti non posse, si dos casu quo etiam restitueretur ad alimẽta non sufficerẽt: quoniam succuritur sibi de petitione quartę partis bonorum mariti d. auth. præterea. Si autem dos sit talis, qua restituta ex eius reditibus possit uxor alimentari, tunc si moram in restitutione patiatur, & etiam si casu quo restituere debentes traherẽt ad iudiciũ, nihilominus longum & durum sibi foret illam recuperare, licet quibusdã modernis in
140 dicta l. diuortio. de † æquitate eam tm̃ posse petere quod ad alimẽta sufficeret, nihilominus de iure scripto ego idem dico. allego enim tex. sing. in l. Titia. uer. sed si fortè. dicitur enim in prima parte ꝙ uxor fructus, quos percepit ex fundo mariti, in cuius possessionem missa est, propter moram cõmissam ab hæredib. in dotis restitutione, non lucratur: sed debet sibi in dotem imputare: nisi forte
141 ut dicitur in parte secũda, † iudex recuperandę dotis, rationem usurarum habere debeat, quia fructus in usuras com
142 putauit. Intelligo autem eum † rationẽ usurarum habere debere, nõ solum casu quo uxor moram tantum patiatur, quia propter moram solam non debẽtur usuræ ut in prima parte legis, Sed in casu, quo moram patiatur etiam aliũde se nõ potest alere, quoniam tunc iustum est uerificari secundam partem tex. ibi. s. ut usurarum, id est, pecunię ꝓ alimentis rationem habere debeant.

Vnde de hac quęstione ibi repeto ibi
143 casum. Tali ẽt casu agere poterit † mulier, ut sibi cum dote reddatur omne, id quod si penes eam dos fuisset, ex eadem lucrari potuisset, puta, quia dedisset pecuniam dotalẽ mercatorib. ad honestã lucri partem, quod permissum est, ut in ca. per. uestras de dona. inter ui & uxo. dũ tamen ipsa mulier ita dare consueue
144 rit † Interesse enim lucri cessantis non potest regulariter peti, nisi à consueto lucrari, ut patet regulariter in l. si sterilis, §. cũ per uenditorem. ff. de ac. emp. & l. fin. cũ glosl. ff. de eo quod certo loco. & not. in l. unica. C. de senten. quę ꝓ eo quod interest. & ita intelligo tex. in l. ista. in ver. similiq; modo. ibi dũ dicit, q̃stum ciuilium annonarum. & §. finautẽ supersederit. C. de rei uxo. act. Sinautẽ haberet ipsa. quæ moram patitur, unde aliunde se aleret, usuræ ex mora non deberentur; ut est casus in d. l. Titia. in
145 princ. dum dicit, quòd tũc † fructus per mulierẽ percepti ex re in cuius possessionem propter moram hęredum missa est, computantur in dotem, non autem in usuras, & de usuris, quas petit uir propter moram. habetur in l. si insulam. §. usuras. ff. so. mat. & circa hoc uide Bal. ĩ l. fin. §. præterea. C. de iure do. & Bal. in d. authen. & qui iurat. 4. char. colla. i. in medio. Sed habemus de hoc in regno consuetudinẽ quę imponit hodie metã, quantum debeatur pro centenario, &c.
146 Sed quid in † uestib. uidualibus lugubribus per hæredes uiri factis ipsi mulieri an teneantur ad hoc. & uideanẽ donatæ: an uideantur solũ quo ad usum cõcessæ; an teneantur hæredes necessariò uxori talia uestimenta facere? Ludo. in authen. ex testamento. C. de colla. sic dicit hunc passum non inuenio tactum à Bart. sed solum à Bald. in loco extraneo scilicet in repertorio, quod posuit super Innocen. in litera M. in cap. maritus, & Angel. etiam tetigit in l. si ex eo. §. fin. ff. de stipu. seruo. Nemo. enim eorum ꝑ fectè loquitur.

Vnde uidetur, mihi considerandum,

quòd aut sumus in eo casu, quo hæredes
uiri uxorem uiduam alimentare tenen-
tur: puta, quia intra annum à die mortis
mariti, & dos consistit in re mobili, & non habet uxor aliunde, unde se alat, secundum not. in l. j. §. exactio. C. de rei uxo. act. & l. diuortio. & l. fin. C. de bon. matrimo. uel etiam quia uxor remansit prægnans, ut l. j. §. mulier. & l. curator. & l. extraneo ff. de uen. in pos mitt. & tali casu tenẽtur hæredes uiri ipsi uxori hæc
147 uidualia uestimẽta facere, nec tũc locus est quæstioni, an uideantur donata. Si. n. †tenẽtur uictum uxori præstare, ergo & hoc uestimentum, quod appellatione uictus cõtinetur. ff. de uerb. sign. l. uerbo uictus. & istud membrum etiam recte posuit Bal. in alle. repertorio. Aut sumus
148 in casu quo † hæredes uiri alimenta præstare non tenentur, & tunc potest rectè distingui, quòd aut sunt uestimẽta pauci ualoris, & tunc ob reuerentiam matri & honorem primi matrimonij, cuius adhuc remanent reliquię, ut l. fin. C. de bon. mater. ff. ad muni. l. filij. §. uidua. habito respectu ad qualitatẽ ipsi uestimenti. s. ꝓ paucæ æstimationis, & tũc uideatur donatũ: argu. l. uirum. ff. de don. inter uir. & uxo. aut sunt uestimẽta magni. ualoris, & tunc non uideantur
149 donata, q† ubi potest alia coniectura, quàm donationis subesse, donatio non præsumitur. ff. de don. l. si cum aurum. sed in casu proposito alia cõiectura esse potest. s. ꝓ præsumantur hæredes uiri hæc uestimẽta uxori ad usum cõcessisse donec vidua permaneret, ergo, &c.

Et ad hanc distinctionem accedit etiã quod in simili no. glo. ff. si cer. pet. l. cum quid. & ita intelligo quæ dicit Angel. in d. l. si ex re. §. fi. allegata. & de ista quæ-
150 stione: an † mortuo viro hæredes teneantur vxori facere vestes nigras seu lugubres ad suas expensas? vide Bald. in l. j. de secund. nup. & aliquid per Ange. in l. dos legata. ff. ad leg. Fal. & vide dominum Pe. de Anc. in l. si ex re domini. aliàs incipit, Si seruus communis. §. illud quæsitum est. de stipul. seruo. vbi refert Ang. de Perusio in materia consuluisse. & uide Bald. post Inno. in cap. peruenit. de empt. & uendi.

Ioan. autem de Imo. in l. si ex re. §. fi. de stipu. seruo. sic dicit: No. bene quod
151 †tempore Digestorum uidebatur esse in usu, quod tota familia defuncti iret in duta ueste lugubri, & iste sumptus uestiũ uocantur sumptus funebres, per id quod dicit gloss. in dicto §. fin. in gloss. fin. in fi. & per hoc dicit ibi Ang. ꝓ istud pertinet ad omnes hæredes. & ex hoc etiam dicit se pluries consuluisse, quòd
152 † uestimenta uidualia tradita uxori tempore luctus & funeris mariti imputantur hæredi & non in summam dotis suæ. Facit l. decreto. C. de infamibus. Et
153 subdit quòd ista† uestimenta lugubria familiæ defuncti debebant deferre per nouem dies, quia & per totidem lugere debebant, & ideo non uocabantur in ius dicto tempore, ut dicta gloss. in dicto §. fin. ꝓ intellige. nisi sit alia consuetudo
154 regionis. In† uxore autem dicit, quòd per annum debet dicta uestimenta deferre, per id quod habetur in l. j. C. de sec. nup. nam dicitur tunc intra tempus luctus esse. unde postea non defert nisi alia sit consuetudo regionis, secundum eum. Tu adde ei, quod dictum est de uestibus lugubribus & uidualibus traditis uxori tempore funeris mariti, ꝓ tales uestes ita demum uideantur esse uxo-
155 ris, si sunt uilis precij, & † deputata ad usum quotidianum: secus autem si essẽt festiuæ & magni. ualoris, quia tũc potius dicitur tradita dicta uestis, ut seruiat ad honorẽ mariti, quandiu sit uidua quàm uideatur donata, arg. l. si ut certo. §. in-
156 terdum. ff. commo. & quod not. in † simili de uestibus natalibus traditis per maritum uxori in l. j. ff. sol. mat. & l. j. §. nec castrense. per Barto. l. ff. de collatio.
157 bonorũ, & ideo si† mulier tunc nuberet, hæres posset tales uestes preciosas repetere: quasi cesset causa traditionis. Quod intellige nisi cõsuetudo regionis haberet oppositum, arg. l. minimè. ff. de legibus. & multoties fui interrogatus de ista quæstione, & semper me reduxi ad conclusionem supradictam.

Et



Et prædicta benefacit, quia in dubio
158 ut est dictum, non † põt præsumi cõiectura donationis, ex quo alia causa põt subesse. l. cum de indebito. C. de proba. & l. si cũ aurũ: ff. de solu. Bal. in suo consilio, quod incipit, Quædã sunt, quæ sunt in dominio mariti &c. sic dicit, Quædã sunt res, quę sunt in domino, & administratione vxoris, vt res extra dotes, quas ipsemet locat & fructus ex ipsis percipit:
159 & tunc aut ista† mulier consumit istos fructus in filiis & non repetit. C. de neg. gest. l. alimenta. ff. eodem titulo. l. Nesennius. Aut in ipsum virum: & tunc videtur quòd ipsa repetat, sed verius videtur quòd aut mulier hoc faceret succurrẽdo
160 necessitati uiri, & non repetit: nam† tenetur ei subuenire in necessitate posito. C. unde vir & vxor. authen. præterea. & in corpore vnde sumitur. Sunt enim
161 † socij diuinæ & humanæ domus, & vna caro, & alter alterius dẽt onera por
162 tare, sed † vir vxoris semper: quia mulieres semper videntur esse in necessitatibus. ff. de donationib. inter virum & vxorem. l. Quintus. mulieres tamen virorũ
163 per rarò. Si tamen de † facto vir laborat inopia, & vxor si diues, tenetur alere virũ, nisi fortè in hoc incideret propter suum maleficium: extra de cõsuetu. c. ex parte uestra. Aut uxor hoc fecit largiendo uiro suo, & tunc vir tenetur, nisi mortę vxoris donatio sit confirmata. l. si stipulata in prin. in gl. q̃ incipit, Sue vxor.
164 ff. de iur. do. & licet gl. dicat ꝓ † vxor non tenetur sustentare virum: intellige nisi in casu necessitatis. ff. solu. matri. l. si cum dotem. §. quid enim tam humanũ. pro hoc facit. ff. de iure dotium. l. vbi ad-
165 huc. sic ergo quod † miserationis causa fit, non repetitur: ut ff. de condi. indeb. l. cum hi. § si mulier. cum si.

Ad pannos nigros viduales dẽt distin
166 gui † qualitas personarũ, nã sicut vxor debet alimenta habere & indumenta, unde si absque viduali veste non potest honestè transire, debẽt ei fieri expensis mariti: argu. not. in l. si cui. ff. de oper. lib. & ita obseruat consuetudo: nam si postea
167 † deponit luctum & habitum uidualẽ reddet vestes, quas contemnit: arg. ff. soluto matrimo. l. in his. §. j. Mulier uerò,
168 q̃ nõ vult indui. de nigro, nõ semp† est infamis. C. de infamib. l. decreto. Ang. autem in l. quod. in vxorẽ. C. de neg. gest. sic dicit: Aut mulier per ęgritudinem nõ auocatur à viri obsequio, & tenetur maritus eam alere & curare: vt d. l. quod in vxorem. & argum. l. in rebus. §. possunt. ff. commo. & ff. de verbor. signifi. l. uerbo victus. aut auocat̃ à viri obsequio: vt quia est in fauore seuissimo cõstituta, & tũc si est dotata tenetur eam alere: argumen. l. si cum dotem. §. si autem in seuis-
169 simo. soluto matrimonio. Si autẽ † dos nõ sufficit tũc dic de istis sumptibus, quę fiunt vltra quantitatem. doris idem per omnia, quòd quando mulier nõ est dotata. quo casu distingue, quia si mulier habet bona aliunde, vnde se alere potest, vel habet patrem, uel alium, qui eam alere tenetur, tunc vir eam curare non tenetur, vel alere, ex quo non est in eius obsequio. l. sicut. de oper. liberto. Si tamẽ alit, vel curat, aut protestatur se facere animo repetendi, & repetet sine dubio: vel. Nesennius. de neg. gest. aut nihil protestatur: & tunc si istud onus pertinebat ad eũ nõ repetet, quasi maritali affectione fecerit, vt d. l. quod in vxorem. sed si pertinebat ad alium, tunc repetet. vt d. l. Nesennius. sicut dixit in l. alimenta. de matre quando onus alendi. non pertinebat ad eum.

Gl. verò in c. significasti. de diuort. sic dicit: Sed pone, quod mulier recedit à uiro authoritate propria, & nihilominus petit, restituit: videtur ꝓ non sit audienda, quia ipsa non fuit eiecta, sed ipsa se eiecit, dico quòd est audienda, quia eo ipso, quòd rediens non admittitur spoliata, intelligo. ff. de acquirend. possessio. l. clam possidere. ff. de vi & vi arma. l. j. §. sine autem. Sed nunquid poterit repetere à viro expensas, quas fecit, postquam recessit à viro non credo, cum vir ipsam non expulit, sed si eam reuertentem non admittit, postea tenetur.

Ioan. de Cane mortuo vir excellẽtis auctoritatis consuluit sic: Mulier nupta

mortuo uiro in anno luctus, nec post annuũ habuit vnde se alimẽtare potuisset: quia socer retinuit dotem, & adhuc retinet, sed frater suus alimẽtauit eam amore Dei, ne fame periret, & dicta mulier pluries fecit repetere dotẽ à socero amicabiliter, non in curia, ne socero displice-
171 ret, quæritur an †socer teneatur ad p̃stationem alimentorum tam de anno luctus, quàm etiã post de alijs sequẽtibus? respondeo, quòd intra annum luctus nõ potest alimẽta petere, si illa habuit aliũde: vt suprà propositum, q̃ amore Dei
172 fuit alimenta à fratre & † sic frater nõ potest petere alimenta p̃stita sorori intuitu pietatis. C. de nego. gest. l. j. & not. in l. si patrono. eo. ti. & no. Guil. de Cug. l. Nesennius. ff. eodẽ. Debebat enim illa petere à socero, si non habebat, qui alimentaret eam. Si enim socer negasset alimenta, & frater aluisset eam animo repetẽdi, uel præstatione præmissa: tunc possent alimenta repeti per fratrem à sorore. & per sororem à socero.

Et idem Ioan. in alio consilio suo, qd̃ incipit, Si tempore sponsaliorũ. sic dicit:
173 † Alimẽta verò illius anni, quo fuerũt dissoluta sponsalia, tunc demũ posset mulier repetere à socero, si socer expulisset: vel licentiasset eam de domo sua, nec habuisset aliqua alia bona, ex quibus se alere posset, vt determinatũ est in l. vnica. §. exactio. C. de rei vxor. actio. Sed si fuisset socer paratus eã alimẽtare in domo sua, & frater voluit ad domum suam reducere, & ibidẽ alimentauit eã non posset dicta alimenta repetere, nec etiam post annum, cũ esset in potestate mulieris & fratris eius dotẽ exigere à socero. Illę enim
174 †vsuræ, quæ olim debebantur hoc casu per legem vsque ad tertiam centesimæ: vt habetur in d. §. exactio. hodie de iure canonico sunt prohibitæ in totũ: vt si mu-
175 lier † pignus pro dote recepit debet fructus pignoris dotalis in sortem dotis computare, vt decidunt Innocentius. & Hostiens. in cap. salubriter. de vsuris. de hoc tamen dic vt latius post Ludoui. dictum est.

Angel. autem in l. alimẽta. C. de neg. gest. sic dicit, Aut mater alit filium necessitate cogente, puta quia est intra triennium, vnde eũ lactare debet, vt l. nec filiũ. C. de patr. potestate. vel quia mater est diues, filius autem pauper & nullo modo se sustentare potest, ut l. si quis à liberis. §. si uel parẽs. & §. si mater. ff. de liberis agnoscendis. & hoc casu mater alimenta nõ repetit, etiam si protestata sit,
176 vt in dictis iuribus. nihil †enim operatur sua protestatio, ex quo ab eius voluntate non dependet, vt d. gl. no. in allegata. l. alimenta aut onus alendi nõ pertinebat ad matrem, & tunc repetit sumptus etiam protestatione non facta: quia onus alendi pertinebat ad tertium: puta ad patrem filij: ut l. Nesennius. ff. de neg. gest. Sed si onus alendi pertinebat ad ipsum filium, quia forsan diues erat, & patrem non habebat: & tunc habet locum allegata. l. alimenta. & hoc casu distinguitur vt non repetat quasi materna pietate facti, vt d. l. alimenta. sed si mulier protestata fuit repetitioni locus est: ut d. l. Nesennius.

Cyn. autem in l. alimenta. C. de nego. gest. sic dicit: Sciendum est quòd interdum expensa facienda pro filio pertinet ad matrem, interdum pertinet ad patrẽ.
177 quãdo † ipsa præstat causam diuortio, ut in §. illud. in authen. vt liceat matri. Item quando est minor triennio, matrẽ tunc filium lactare decet, vt l. nec filium. Item quando est maior triennio, & est inops nec habet alium, qui alere teneatur, vel quia non est, vel quia nõ potest, vt l. si quis à liberis. §. si uel parens. Item quando petit tutorem filio non habenti, quod necesse est facere, vt no. in l. j. C. de
178 neg. gest. & ibi Cy. † Ad patrem verò pertinet extra prædictos casus, si hoc facere posset, vt d. l. si quis à liberis. Ad filium
179 †verò pertinet onus alimentorũ suiipsius mortuo patre, & eo existente maiore triennio vel patre viuo, & non sufficiente.

His præmissis, cũ quæritur vtrũ mater vel auia vel similis persona possit repetere, quod impẽdit pro filio, distinguo aut pertinebat expendere ad matrem, & nõ repetit,



repetit, etiam si fuerit protestata: quia
180 sic † expendendo soluit debitum, & eadem sol. & c. ut l. cũ hi. §. j. de ædicto. & de solutio. l. qui hominem. §. fin. aut spectabat ad matrem: & tũc nõ repetit à filio, quia alius erat impensurus. C. de neg. gest. l. 2. in fi. sed repetit à patre uel eius hærede, etiam si post filius, in quẽ impendit sit hęres: quia negociũ paternũ utiliter gestum est, quod pertinebat ad eum ipso gestu: ut ff. de neg. ge. l. qui utiliter. ex quo pater facere tenebatur. italoquitur d. l. Nesennius. ibi, sed pone patrem obiisse &c. nec est opus protestari nisi cum modica sit impensa, ut d. §. si mater. Si uerò pertinet ad filium, tunc aut impendit circa alimenta: uel circa personã, aut circa res alias. si circa alimenta, siue personam filij, nõ repetitur, nisi fuerit protestata cũ est magna impensa. ut C. de neg. gest. l. j. & l. Nesennius. secus si modica, quia tunc neque ualet protestatio: ut d. §. si mater. sic intelligo ẗ. eo. l. j. & ibi dixi, si circa res aliquas impendit mater, tunc dicit Pet.
181 aut † est magnus sumptus, & tũc repetit, aut est modicus: & tunc in dubio vẽ donare, nisi fuerit protestata. Et sic intelligitur l. alimenta. in fi. alleg. ar. ff. de dona. inter ui. & uxo. l. utrum.

Ex præmissis patet solutio duarum quæstionum de facto. Pone, impendit pater circa personam filiæ nuptæ, uel circa medicos, uel alia necessaria ei, nũquid repetet à marito? uidetur, quòd sic, quia onus pertinebat ad maritum.

Secũdò quæritur, pone pater filium hæredẽ instituit, filiã paruulã dotauit, tamen mater secum retinuit filiam, & aluit eã, uult repetere à fratre: nũquid possit? videtur q̃ non, quia licet frater teneatur alere fratrem secundum com-
182 munem opi. tã † potior est causa parentum in alimentis præstandis, quàm collateralium. ff. de liber. agnos. l. si q̃s à liberis. §. utrum. ergo mater fecit, q̃
183 debuit, & sic † debitum soluendo non habet locum repetitio. Ecõtra uidetur, cum apud filium masculum sunt omnia bona patris, & sic commodũ: maritò debet esse in cõmodum: ut quemadmodũ pater alere, sic & frater q̃ habet omnia bona. ut in regulis iuris, secundum natu-
184 ram. Præterea cùm † onus alimẽtorũ pertinebat ad patrẽ in bonis suis: ergo ad hæredes. ad quos bona cũ suo onere deuenerunt, ut ff. de libe. agnoscen. l. si quis à liberis. §. unde scriptũ est. unde cùm isto casu onus alimẽtorum magis pertinere debeat ad fratrem ratione cõmodi, quã ad matrẽ, uidetur eius negociũ geri ipso gestu, ut dixi. & sic tenetur actione nego. gesto. matri Sic ego respondẽdi, dicit Cyn. de facto consultus.

Tu uerò pro Barto. sin d. l. alimenta leg. l. qui filium. ubi pupil. edu. deb'. per
185 quam legem probatur q̃ † ubicunq; masculus est hæres uniuersalis tenetur alimẽtare sororẽ. Iac. Bru. in d. l. alimẽta. sic dicit, Aut mater impẽdit circa alimenta filij. aut circa res, aut circa aliud, quod habet necessitatem causatiuã. Primo casu, aut impensa pertinebat præcisè ad matrem, q̃ est filius minor triennio uel maior, & pr̃ est mortuus, uel uiuus, & inops, uel solutum est matrimonium culpa uxoris, & tunc etiam protestãdo non repetit: ut l. diuortio. ff. de negoc. ge. & ff. ubi pupillus educa. debeat. lita que. & l. Nesennius. et hoc ratione necessitatis non affectionis. Aut impẽsa pertinebat ad filiũ, ut quia pater erat mortuus, & filius uiuus, & tunc aut habuit animum repetẽdi, & repetet, aut non, & non repetet, in dubio pręsumit affectionis causa facere, & non præsumitur habere animum repetendi, nisi fuerit protestata, ut l. Nesennius. de neg. gest. & non repetit, ut d. l. alimenta. Aut impẽsa pertinebat ad matrem, quia filius erat maior triennio & pater uiuebat & erat diues, & tũc in dubio uiderur habere animum repetendi à patre, ut l. diuortio ff. de negot. gest. & d. l. si quis à liaerts. §. item mater. Si mater impendit in rebus filij, tunc tollitur animus do-
286 nandi, uel non, ex qualitate & quãtitate impensarum & facultatũ utriusq;. In tertio uerò casu, aut impendit circa

aliud, quod habet necessitatē causatiuā ut in petēdo tutores filijs, & tunc idem,
187 quod †in necessitate præcisa ut scilicet non repetat etiam protestando, licet alij contra: ut dixi in l. j. C. de nego. gestis. & ita debet distingui & suppleri glos. in d. l. alimenta. quæ uidetur malè dicere.

Bald. autem in d. l. alimenta. sic dicit: Quæro hic, an mater teneatur alere filium? glos. distinguit, q̃ intra triennium tenetur, vt l. nec filium. C. de patria pot.
188 ratio: quia est modica impēsa †lactare filium, quia adhuc cēsetur pars uiscerū, ut ff. locati. l. sed addes. §. si quis mulierē. sed si mulier non habet lac, non tenetur inuenire, seu habere aliam nutricem: ut not. Azo in summa de patria pot. sed si
189 mater est quædam † paupercula uel fantolesta ita, q̃ si lactaret non haberet unde uiueret: dic q̃ non tenetur lactare: ut l. sed & si habitas. §. j. ff. ad exhibē. per quem tex. hoc deciditur secundum Iac. de Bel. & ideo possunt reddere filium scholari etiam intra triennium ratio est manifesta, quia hoc facit necessitas, nam
190 prius † mater debet alere se, quàm filiū quia subtractis & deficientibus alimētis periret uterque. Aut filius est maior triennio: & tunc aut pater uiuit, & est locuples, & repetit à patre, non à filio. Si autem pater decessit, non repetit, nisi animo repetēdi fecerit, & filius sit locuples. ita dicit gl. in l. auia. Et not. q̃ ubi mater habet necesse alere, nihil prodest
191 mēi super repetitione; quia † protestatio declaratoria uoluntatis nullum habet effectum in his, quæ ex mera uoluntate dependent: sed sunt decisa & determinata per legem, ſm Bar. quod no.

192 Sed si quæratur † an alimenta sunt præstāda de pecunia redacta ex uenditione fructuum. an rerum eorundem? dicit Bar. in tractatu alimentorum, q̃ ex fructibus debent alimenta præstari. ſ. ex redditibus: ar. l. 3. §. modum. ff. ubi pup. edu. de. & l. Imperator. in fi. ff. ad Treb. Ad hoc uide omnino Ang. in l. Imperator. ad Treb. ad quod etiam uide Bar. de Sali. in l. quod plerūq; de alimen. pupil. præstan. Lud. in l. si cum dotem. §. si maritus. ff. sol. ma. in tex. ibi, secūdum dotis quantitatem. i. ſm dotis reditus, qui ex dote percipiūtur: ut l. cū alimēta. in prī. ff. de alim. & cib. le. & l. Imperator. in fi.
193 ff. ad Treb. Semper tn̄ ita † ex dotium reditibus alimēta subministranda sunt ut ex eis semper aliquid superſit, dicit text. not. in l. ius alimentorum. ff. ubi pupil. edu. de. facit ff. de cess. bon. l. q̃ bonis, & ita dēt intelligi lra in d. §. si maritus. per cap. vestras. de don. inter ui. & uxo. Licet autem ad hunc tex. allegetur pro simili in l. cum unus. §. alimentis. de ali. & cib. le. & malè: quia ille §. si maritus. hoc non dicit, sed quòd licet alimenta regulariter simpliciter relicta debeant commensurari cum reditibus, qui sumuntur ex patrimonio testatoris: tn̄ si
194 alicui legata est † dos, & eidē alimenta, certè alimenta debent commensurari iuxta quātitatem redituum legatæ hære
195 ditatis: quia ita præsumitur † testator legatariā dilexisse in alimētis prout, dilexit in dote. & in hoc tex. ille nō est alibi.

Ange. autem in l. Nesennius. ff. de re iudic. in § in solidum. in tex. inquantum facere potest. deducto ne egeat & c. sic dicit, Et etiam ære alieno deducto, licet in aliis non fiat deductio æris alieni; ut l. inter eos. §. fin. ff. de re iud. relinquendū est enim ei tantum, quod ad alimenta sufficiat ære alieno deducto, dixit autem
196 Dyn. considerari † alimenta secundum conditionem personæ: quia aliter militi, aliter rustico, aliter seni, aliter iuueni præstantur institu. de actio. §. si de dote. Attende, quia interdum alicui debentur
197 † alimēta ex suo proprio patrimonio, ut pupillo per tutorē: & tunc exhibenda sunt pro se, & familiaribus suis, & pro matre, & aliis, quos alere tenetur, & ita etiam ut præceptoribus salaria dare possit, & dotem sorori ex eodem patre nate: ut l. cum plures. §. in primis. de administra. tuto.

198 Idē si aliquis est † alendus de suo patrimonio, quod tn̄ subiacet restitutioni in conditionis euentum propter adiectū grauamen de restituendo quicquid de hereditate superit: nā tn̄ dimittendū est sibi,



sibi q̃ inde possit facere expēsas. Interdū
199 alimenta debentur alicui de bonis, quæ an sint futura sua uel nō dubitamus. Vt habemus exemplum. cùm mulier mittitur in possessionem uētris nomine, nam donec est dubium an uenter sit futurus dominus, & tunc alimēta prestanda sunt quatenus ad sustētationem ipsius uētris necesse est, nil autem ultra percepturus,
200 est † uenter, nisi id, sine quo uenter nō potest conuenienter sustentari. tex. est in
201 l. j. ff. si mu. uen. no. Interdum † alimēta debentur alicui de bonis tantum alterius, puta debentur per hæredem legatario alimenta: & tunc dicta alimenta debent præstari secundū quantitatem redituum & cōditionem legatarij, adeo q̃
202 si fructus non sufficiunt ad alimenta, non potest poni manus ad proprium, tex. est sing. in l. 4. ff. de cessi. bo. Interdū
203 † alimenta debentur alicui de bonis suis proprijs reuerentię uel pietatis intuitu: cum astrictus sit ad onera multa subeunda & soluenda, & tunc debet in donatione haberi consideratio suæ familię, sine qua suum corpus sustentare non potest. & semper intellige conuenienter, ut d. §. si dote. secundum Dy. in aliis autem non habetur consideratio æris alieni. & hoc tene menti.

204 Sed quæritur † an à sententia lata. in causa alimentorum possit appellari? Primo uidetur quòd non cùm alimenta dilationem nō recipiunt. per l. i. ff. de dam. infecto. ubi dicit, celeritatem desiderat, per l. nemo. C. de summa Trinita. & l. pe nul. ff. de his qui sunt sui uel alieni iuris. ueritas est, quòd istud seruatur secundum Bartol. in tractatu alimentorum quòd a sententia, an debeantur alimenta, non potest appellari, ut l. final. ff. de appella. recip.

205 Dominus Francis. Tigri. † dicit indistinctè quòd possit appellari, & quia sic interim prouideret sibi, cùm iam sit informata conscientia iudicis pro alimentando, cum sentētiam pro eo tulit: facit interim alimēta prestari, ut dicta l. nemo. quę cōmuniter intelligitur, quādo quis petens alimēta iam suam intentionem fundauerat, & iudicis conscientiā informauerat. Pro hac parte multum facit quod no. in d. l. si instituta. §. si de testamento. ff. de inof. testam.

Idem Barto. ff. de appella. re. sic dicit: Primò ponit regulam, quòd non potest
206 appellari de illo, † quod non recipit dilationem. & ponit glo. exēplum in causa alimentorum, quod congruit literæ dictæ. l. si. de appella. re. & hoc uerum, si alimenta petantur officio iudicis. & sic propter inopiam, argum. ff. de re iudic. l. 2. & de feriis. l. ii. secus si iure actionis, ut C. de appella. l. & in maioribus. ita dicit Guiliel. de Cug. ff. de his qui sunt sui uel alieni iuris. l. 2. & fuit opinio antiqua Marti. de Fa. & refert Specula. in ti. de appel. §. quibus. uers. si. sed nunquid quomodo. & idem in aliis causis, quæ dilationem non recipiunt: ut in d. §. in quib. uers. x. & dic ut ibi. & hanc partem tenet Ludou. in d. l. j. ff. soluto matrimo. referendo. Pet. ut ſ.

Et si quæratur, an alimenta sint præstanda de pecunia redacta ex uēditione fructuum, an rerum eorūdem? dicit Bar.
207 in tractatu alimentorum quòd † ex fructibus debent alimenta præstari, scilicet ex redditibus: ut l. iij. §. modum. ff. ubi pup. edu. de. & l. Imperator. ff. ad senatusconsul. Trebellianum. in tex. ibi, accessioni, ubi punctaliter dicit, no. bonū tex. q̃ alimenta debent præstari secundùm quantitatem redituum, non secundum ualorem patrimonii. secundum Iaco. de Are. & semp̄ ex fructibus debet aliquid superesse. ut l. ius alimētorum. supra ubi pupil. edu. de. facit optimè ff. de uend. in posse ff. mitten. §. mulier. & l. habito.
208 eodem titul. & si essent † possessiones magni ualoris, ut turres, & palatia modicissimum fructum afferentia, ita quòd non satisfaciant ad uictum, non poterit poni manus ad ea, ut sic ex reditu pretii possint alimenta præstari. & ita consuluit Bald. & ego per l. qui bonis cessis. de cessio bono.

Apud Ariminum est l. illa singularis. & ipsum punctum transmisit egregius doctor domi. Anto. de Iioribus dns Bartho.

tho. de Sali. in l. quod plerũque. C. de alimen. pu. præst. sic dicit: Not. ultra dicta
209 in summario, q† alimenta pro modo facultatum sunt præstãda & arbitrãda: & intellige ex reditibus bonorum, non ex substantia patris; ut ff. eod. l. ii j. §. j. & ff. ad senatus. Trebe. l. Imperator. nec omnis redditius debet expendi pro alimentis, sed aliquid ex eo annuatim parci; ut dicto §. j. quod bene no.

210 An autem † legatarius, cui alimenta debẽtur, debeat morari in domo heredis alimenta præstare debentis, an non? dixit Ang. in l. j. C. de leg. in litera ibi, morati esletis. ad hanc moram faciẽdã tenẽtur liberti; q̃a sic testator disposuit, alias nõ tenetur legatarius alimentorũ habitare una cũ hærede, quantuncunq;
211 in domo facilius † alimenta præstãtur quàm extra, ut l. liber. §. fin. ff. de ali. le. Spec. in tit. qui filij sint legiti §. j. versic. q̃ si quis. per Barto. in d. l. liber. Dum autem hæc alimenta præstantur in domo, quia testator disposuit secundum qualitatem suæ personæ, tenetur legatarius operari in domo: secus vbi quis debet alimẽta percipere nõ iure legati,
212 sed ex alio capite. nam tunc † omnia opera posibilia ad utilitatẽ dñi cedũt: ut l. fient patronus. ff. de op. lib. & licet testator uoluerit legatarium habitare ibi; tamen legatarius nõ tenetur, si non potest fortè propter asperitatẽ hæredis. ff. de ali. leg. l. Caio. §. fi. & idem si non potest habitare honestè: puta q̃a legataria est quædam puella pulchra, & in domo cõuersantur iuuenes & suspecti, ut l. falsa. §. in danda. ff. ad senatusconf. Treb. ff. de cond. instit. l. si filius. nec te-
213 netur † legatarius hæredẽ tranfretantem sequitur d. l. illis libertis. & testator uoluerit eos habitare in una ciuitate, sufficit q̃ habitent: nec cogũtur liberti habitare in eadem familia: ut dicto §.
214 uxori. & si † liberti habitauerunt pro una parte anni, pro illa solum debent alimẽta. Quod tã declara. ut d. §. uxori & debent alimenta præstari secundum qualitatem personæ, & facultatem patrimonij, ut l. j. de ali. leg: non tamen
215 præstabuntur illa alimenta, quæ sui gratia tã testator præstabat, unde non habebunt uestes domicillares, quib. uti solum solebant cũ domino seruiebant ad mẽsam, ut l. Seio. § fi. ff. de annu. leg.
216 Item quantitas † patrimonij non cõsideratur ẽm ualorem, sed secũdum reditũ. unde hæres nõ cogetur pro alimentis præstandis uẽdere proprium. & ita consulimus Bald. & ego per l. qui bo-
217 nis cessis. ff. de cess. bo. & si † alimenta relinquantur uxori, quousque cum filiis habitauerit, nõ potest in dõmo inducẽre uitricum, quia facit iniuriam eis p̃ secundũ uirum. ergo &c. ff. de usu. & ha. l. non autem:
218 Et scias quòd fauore † alimentorum ætas puerilis seu pupillaris terminatur, per xviii. annos, fœminis uerò per xiiii. Casus est in l. Mela. in princ. ff. de ali. & cib. leg. Ad illam materiam addẽ l. cum hi. §. uult igitur neminem transigentẽ. ff. de trãsac. ubi est casus apertus, quòd
219 † alimentarius non cogitur morari in eadem domo. cui debent præstari alimenta: quod est utile pro uxoribus & filiis naturalibus, quibus consueuerat alimenta relinqui. Pro hoc est casus in l. liber. in fi. ff. de alimen. leg. & ibi per Dyn. & Iaco. de Are. quod intellige nisi in legato aliud expresè per testatorem fuerit dictum, ut in l. j. C. de leg. & l. Caio. ff. de alim. leg. in §. fin. & l. illis libertis. ff. de cond. & demon.

Domi. Raphael Fulgos. de Placent. in l. alimenta. ff. de nego. gest. allegata.
220 sic dicit. † Pro plena doctrina huius materiæ duo sunt membra. Primum de impensis circa personas filiorum à matre factis. & hoc glo. & text. prosequitur. Secundum membrum est de impensis factis in rebus filiorum: & hoc prosequitur gl. ii. circa princ. Tres sunt casus; quædam sunt impensæ, quæ factæ sunt ex necessitate præcisa quædam ex mera uoluntate, quædam ex necessitate causatiua.

In tribus casibus mater præstat alimenta filio ex necessitate pcisa. Primò cũ filius est inops, nec habet patrẽ, qui

posit



posit aut teneatur eum alere: ut probatur in l. si quis à liberis. §. utrum. ff. de lib. agno. Secundus casus est, si filius est intra triennium, ut probatur in l. nec filium. C. de patria pote. Tertius casus est, quando matris culpa factum est diuortium: ut habetur in l. i. & authen. ibi posita. C. de diuor. c. His itaque tribus casibus si mater ipsa prestiterit, certũ est ipsam nõ petere, etiam si fuerit protestatũ. Cũ enim hoc casu debitũ soluat, eadem solutio, quæ parit liberationẽ, non potest parere obligationem: argumen. l. cũ hi. §. i. ff. de condictione indebi. & l.
221 si hominem. §. ulti. ff. de solu. † Protestatio enim in his quę de necessitate fiũt, nihil proficit. & ad hoc allegatur. j. gl. & facit quod no. in l. si intra. & l. in traditionibus. ff de pactis.

222 Extra autẽ illos tres casus † mulier alimenta prestat filiis ex uoluntate, itaque hoc casu huiusmodi sumptus: aut cõstat fecisse ex pietate materna: aut animo repetẽdi. Primo casu nõ repetit, ut hic. & argumẽ. l. i. suprà. eod. Secũdo casu potest
222 repetere: ut l. Nesennius ff. eod. Sed † si dubitatur. quo animo fecerit: Doctores distinguunt, aut præstiti de sua propria bursa, & in dubio intelligitur fecisse pietate materna, & hoc casu proficit protestatio & propriè loquitur. respon. huius l. sed si pstiti de patrimonio filii mater: tunc in dubio præsumitur fecisse animo repetendi, & imputabit ipsi filio. Sed si
223 dubitetur de † quo patrimonio fecerit, distinguitur, aut administrabat negotia filiorum, tunc intelligitur prestitisse de patrimonio filiorum, ut l. Nesennius. aliàs non intelligitur prestitisse de proprio matrimonio. & hæc habent locum, quando onus alimentorum pertinebat ad ipsum filium, ubi autem onus alimentorum pertinebat ad patrem non ad filium, hoc casu mater nunquam intelligitur fecisse pietate materna, ideo repetet, non quidem à filio, quia alius erat ei filio facturũ: sed ab ipso patre repetet; ut l. si quis a liberis: §. si mater. ff. de libe. agnos. nisi esset, modica impensa, quã non repeteret, nisi esset, p̃ testata secundũ Pet. cùm ergo hoc casu ipsa mater ipso gestu gessit negocia mariti, sui eiusdem patris filiorum, cõsequens esset quòd posit repetere? argumẽ. l. soluendo. ff. eod.

225 Ex premissis inferunt docto. ad † quæstionem, quæ fuit Parisijs: Quidã Episcopus habens tres nepotes, eosdem in studio Parisiensi studere faciebat. & eis alimẽta præstabat, ex ipsis nepotibus unus erat diues, alii pauperes: uno anno iste diues fecit aliis fratribus impẽsas, & post eã uolebat repetere? responsum fuit quòd non poterat mortuo Episcopo, quia ipse Episcopus erat facturus.

Secundò infertur ad quæstionem: pater habens filiam ęgram & nuptam: & fecit impensas modicorum, cum autem ista impensa pertineat ad maritum: ut l. si cũ dotem. §. si autem in sequisimo. ff. soluto matrimonio. poterit iste socer repetere à marito.

Tertiò infertur ad quæstionem, moriens paterfami. filium ex uxore prima, & filiam ex uxore secunda relinquens, filiũ niuersalem hæredem instituit, & filiam dote congrua dotauit, patre mortuo mater prestitit alimenta illi filio, qui era sibi benignus, & uoluit secum stare, ideo repetebat sumptus, quos ei fecerat, & propterea si pater in testamento reliquerit alimenta, nam cum
226 † filius sic hęres uniuersalis, onus, qd incumbebat ipsi patri, sequitur quemlibet successorem: ut l. si quis à liberis. §. idem rescriptum. ff. de liberis agnos. vbi tex. singularis.

Et hęc ideo dixi, cum ipse frater tenetur alimenta prestare, quia est successor, ubi autem frater abstinuisset ab hęreditate paterna, & etiam puella esset inops: tunc enim secundum communem sen-
227 tentiam † frater fratrem inopem tenetur alere: ut no. in l. i. & ij. ff. de lib. alen. De secundo autem genere expensarum factarum circa res filiorũ uideas. in l. alimenta allegata. De tertio membra dic: ut in l. i. C. de negor. gestis. & ibi per eundem Raphael.

228 Attẽde an alimẽta petẽti posit opponi; quòd

quòd sua culpa superuenit egestatem? dic ut not. in cap. ex parte. de consuetu. & ff. pro soc. l. uerũ. §. tempus ubi est casus: Et ꝓ hoc complemento huius materiæ adde quòd domi. Bartho. de Sali. in l. sicut. C. de donatio. inter uirum & uxorem. sic dicit.

Nunc ꝓ ueritate præcedentis quæstionis lucidius habenda forma quæstionẽ,
229 † Maritus fecit uestes uxori, soluto ũ est matrimoniũ morte uiri, an uestes apud uxorem uel hæredes uiri debent remanere? Inter antiquos patres uariæ fuerunt opinio. Et primò glo. nostra singulariter. no. in l. si ususfructus. ff. ad l. Falcid. uult quòd uestes quotidianæ: & sic necessariẹ pro usu mulieris statim efficiuntur uxoris, ideo in eis cessat inuidia, quasi nõ confirmetur morte, ut dicta l. si ususfructus: & etiã allegata dicta l. ex annuo. in prin. In aliis uero nõ quotidianis, sed cultus & honoris mariti causa factis, quid iuris sit, non bene declarat illa gloss. sed Guid. de Suz. dixit, quòd nec illæ debent hæredibus mariti restitui. quia ma
230 ritus uidetur eas donasse uxori, & † donatio cõfirmat uiro premortuo: ut supra eo. l. 1. Nec obst. ff. solu. matr. l. in his. §. seruis. quia ibi diuortium fuit secutum, per quod donationes reuocantur, ut ff. eo. l. & ideo. §. 1. Item ibi de uestibus factis propriis dotalibus ad quos tanta affectio non habetur: & sic donatio non præsumitur.

Dyn. uerò uoluit quòd omnes debeãt restitui hæredibus uiri, & probat ipse
231 primò de † quotidianis & necessarijs, quia illæ fiunt ex necessitate, & per consequens non dicuntur donatæ, sed ad usũ
232 tãtũ cõcesse. † q̃a in necessitate nemo liberalis existis: ut ff. de ali. leg. l. rem legatam. & ff. de regul. iur. l. donari. quod autem maritus illas faciat ex necessitate, probatur. quia alimenta tenetur præstare uxori. ff. solut. mat. l. si cùm dotẽ. §. si
233 autem in sæuissimo. † sed appellatione alimentorum cõtinentur uestes, ut ff de ali. & ci. leg. l. legatis ff. de uerbor. signifi. uerbo uictus. Secundo idem probatur in pretiosis, nam nemo, inquit ipse, dubi-
234 tat: quod † illæ conceduntur ad usum certi temporis, ideo in eis non præsumit donatio, ut ff. eo. l. mortis suę causa. §. j. Guil. uerò de Cug. tenuit cum Dyn. in uestibus pretiosis, ex eo, quia ad usum tãtum sunt concessæ. & Dy. dixit, sed in necessariis & quotidianis tenuit gl. nostram per eam allegata: & etiam probat tali ra
235 tione: quia † mulier quotidianas uestes recipiendo, suum, & sibi debitum recipit: ergo repetitio non competit: ut ff. de condictio. indebit. l. repetitio. ante-
236 cedens probat. quia † maritus, qui necessariis oneribus matrimonij succurrit, non donat, nec datum reuocat: ut elegan ter dicit text. ff. eo. l. si quis pro uxore. ubi dicit esse quasi casum quęstionis. Bar. idẽ fuit secutus: & nil noui induxit: sed motus est ꝓ dictam l. si ususfructus. & dictã l. ex annuo. respondet ad rationem Dy.
237 † in quotidianis & necessariis dicens illud falsum esse, ut alias ad usum uideat cõcedere imo statim suæ fiunt: ut uoluit etiam Guid.

Itẽ attende ut subtilius speculemur,
238 nemo diffidat † ꝙ uestes. quotidianę dantur, ut deseruiant oneribus matrimonij; nedum de pręsenti, sed etiam in futurum, donec sint tritæ secundum condecentiam personæ. Igitur cessante onere pro futuro tempore debent restitui, & pro hoc accedat quòd gloss. 1. hic dicit
239 † de stipulatione, quæ confirmatur pro tempore pręterito non futuro, sed euanescit, & nil peti pro eodem potest, sed solue, ꝙ aliud est in stipulatione, quàm in traditione: ut etiam uult hic glo. Sed tunc fortius obstat: quia per annum traditum oportet, ꝙ sit consumptum quantuncunque nõ excedat modum, ut uidetur probare ista litera, & sentit gloss. hic ii. & dixi in pręcedenti quęstione, & ista ratio est mihi fortis. Huius fortè timorè gloss. non firmauit illam opin. ideo dixit secundum quasdam: & sic solum dictum quorundam recidauit, quos proximus diceret non bene dissè, nisi quando nummi excessissent modũ, ut d. l. ex annuo.
240 uel aliud † in nummis traditis quid antur ut in expensis necessariis pro usu

conuertan-



conuertantur. Si uerò non expendit partem, uidetur fateri illam partem nõ fuisse necessariam: meritò ut quælibet ministra restituit quod non impendit, sed in uestib. quotidianis & necessarijs non est sic: quia statim suę fiunt purè & liberè cum onere, ut eis utatur tẽpore constantis matrimonij: eo autẽ non durante cessat illud onus & remanet datio pura, & ideo non ueniunt restituẽdæ, & per istũ modum soluatur, hic cõmunis opi. In istis igitur uestibus sic concludo quòd quædã sunt quotidianæ pro omni tẽpore, & illæ remanent uxori, quædam sunt quotidianæ pro certo tẽpore, puta, quia aliẹ æstiuę, aliẹ hyemales, & adhuc idem dico dummodo nimis nõ sint ex-
241 cessiuæ quia quod † excedit, restituẽdũ est, ut d. l. ex annuo & hic in gloss. fina. & ff. eodem l. utrum. quædam sunt festiuales & preciosæ, & illæ sunt hæredum uiri, consuetudinem tamen in locis hactenus obseruatam dico primò attendendam esse.

Et ex his apparet quid dicendum est
242 de † annulis, ut quotidianis, detur mulieri non alij. & hæc sufficiant.

Do. Bald. in c. cum responsæ. de don. ante nup. C. sic dicit. Modo quæritur de
243 quæstione quotidianę: pone ꝙ † maritus emit uestes uxori gloriãdas, &c. quæ consueuerunt emi, moritur uxor, uel moritur uir: quæritur cuius debeant esse uestimenta Guid. de Suz. dicit: quòd mulier debet habere ista uestimẽta pręcipua quasi profecta ex suo patrimonio siue re sua, quando fructus dotis patie-
244 bantur hanc expensam, quia † dos est proprium eius patrimonium. l. iij. §. sed utrum. ff. de mino. imò indistinctè hoc tenet non distinguẽdo de fructib. dotis, per l. cum hic status. in princip. de dot. inter ui. & uxo. Dyn. dicit contra per l. mortis causa. §. j. eod. tit. Iacob. de Aret. uariauit, nam quandoque idem dixit quod Dy. per l. dos legata. ff. ad l. Falc. postea mutauit consilium dicens, ꝙ post mortem mariti mulier debet habere, per l. sed usufruc. §. j. ff. ad leg. Falc. Alij dicunt ꝙ mulier non habeat: & sic idem quod Dyn. per l. sed si lana. de do. inter uiuos. pro quibus facit talis ratio: quia ista uestimenta fiunt ei ex necessitate, &
245 quod † fit ex necessitate, tandiu durat, quandiu durat necessitas: finito matrimonio finitur necessitas; ergo finitur datio, causa essentiali cessante, argu. ff. sol. matr. l. in his. §. pen.

Moderni doct. ut Tho. de Forma. & Bart. distinguunt, & dicunt, quòd uestes usuales & quotidianæ sunt uxoris & hæredum eius. Idem in uestibus à principio non quotidianis nunc effectis quotidianis, quia sunt tritę & quasi cõsumptę,
246 q̃a sunt parui ualoris, secus in † uestibus magni præcii, quibus nõ est utendũ quotidio, sed tantum diebus solennibus, quia istæ uestes non continetur appellatione alimentorum. ut ff. de pecul. l. illud, uestimentum. Tu dic aut uxor prælecedit in matrimonio: & tunc est uera opi. Dy.
247 quia, quod † donatur ad usum, finitur finito usu etiam si in usum donetur proprietas, ut no. ff de transact. l. cum hi. §. si
248 uni. & ideo † maritus uendendo post mortẽ uxoris tales uestes non intelligitur gerere pro hęrede, nomine fortè infantiũ, qui remanserũt ex uxore: quia nõ attingit proprium corpus, patrimonij uxoris, licet Barto. in hoc consuluit contrarium.

Et de hoc ego uidi magnas cõtrouersias in palatio nõ solũ occasione uestiũ,
249 sed quia dicebatur. quòd si † uir dederit tales uestes amore Dei pro anima uxoris, quòd uidebatur hæreditatem adire si erat hæres institutus: uel si non erat institutus, nomine infantium uidebatur adire: ut l. cùm nõ solum. in prin.
250 C. de bo. quę li. unde ex † una camisia data amore Dei arguebatur ad acquisitionem amplissimæ hęreditatis. Si uerò
251 † præmoritur in matrimonio uir, tunc uestes quotidianæ remanent uxori tanquã ex fructibus dotis prouentę, sed uestes, quibus non licet uiduæ uti, ad eam non pertinet.

Bal. do. Ant. de Aryola in l. his rebus, §. seruus. ff. de sol. ma. sic dicit. hic quæritur per doct. maritus emit uestes uxori,

soluitur

soluitur matrimonium morte mariti, modò quæritur cuius erunt uestes, an uxoris, ut sic videatur donasse: an sint hæredũ mariti, & sic debeãt eis restitui, & sic ipsorum uestimentorũ æstimatio.

252 Circa hoc sunt † tres opin. una est opi. quòd siue uestes sint preciosæ, siue quotidianæ, sunt uxoris. Hoc sic probatur, æquiparatur uxor filiæ quantũ ad talia: ut l. qui concubinam. ff. de leg. 3. sed si emantur uestes nomine filiæ, & ei tradantur præsumitur patrem ei donasse, & morte confirmatur: ut l. filiæ licet. C. fam. ercis. ergo idem in uxore. Secundò

253 probatur: nam † dominus rei rem cùm effectu legare non potest: sed dominus sic: ut l. cum maritus. §. fi. de pact. do. sed lege cauetur quòd uxor talia uestimẽta potest legare: ergo sunt sua: ut l. fin §. fin. ff. de au. & arg. leg. Tertiò probatur lege

254 cauetur, quòd si † creditori legetur debitum, non detrahitur Falcidia: secus si non est debitum; ut l. i. §. debitori ff. ad l. Falcid. Alia lege dicitur, quòd si

255 † legatum talium fiat per maritum uxori, non detrahitur Falcidia; ergo erãt uxoris, & non uiri: ut l. si ususfructus. ff. ad leg. Falc. nam magis debitũ impẽdit, quàm beneficium cõferat uxori: ut not. in l. j. C. de impo. lucra. descri. pro hoc uidetur casus in l. cum hic status. ff. de donat. inter uirum & vxo. & l. id quod uestimentum. ff. de pecu. per Bart.

Secunda est opin. quòd huiusmodi uestes, siue quotidianæ, siue preciosæ, omnimodo hæredibus mariti sint restituendæ. Et hoc probatur, lex dicit, quòd

256 si † vir faciat uestimẽtum ex sua lana, uiri est. ut l. quod uir ex lana. ff. de don. inter uirum & uxo. l. & mortis. § fi. eo. tit. Secundò probatur, non dominus rei nõ cum effectu rem legat, sed dominus sic: ut in præallegata l. cum maritus. sed maritus talia potest legare: ergo sunt sua; ut l. hoc legatum. ff. de leg 3. & l. ornamentorum. ff. de au. & ar. le. Tertiò probatur quoniam ista uidẽtur concedi usui, & non donari, ut l. si æstimatis. ff. solut. matr. Cùm ista opin. concor. Old. Dominus Dy. dicit quod si uestes sunt preciosæ, vnir donari, si sint quotidianæ, non uidentur donari: quia quotidianas maritus facit ad necessitatem, cùm ad alimenta uxori teneatur, ut no. in l. si cum dotem. §. si autem in sęuissimo. ff. so. mat. sed in necessitate nemo liberalis existit: ut l. rem legatam. ff. de adi. leg. ergo non uidentur donari: & ideo tales uestes sunt reddendę hæredibus mariti, sed preciosæ non.

Ista opin. non est uera: quia preciosæ

257 non uidentur donari. Ea enim † quæ magni pretii sunt non uidentur donari à marito uxori, ut l. utrum de donat. inter ui. & uxo. Item non dicit bene de quotidianis: quia illa enim quæ fiunt à marito uxori, efficiuntur vxoris, vt l. ex annuo. & l. si quis pro uxore. §. fin. ff. de don. inter vi. & vxor.

258 Præterea † quæ vsu consumuntur, vi vsus transferuntur in dominum, ut §. de vsufruct. ear. rer. quæ vsu consu. per totum.

259 Præterea res † preciosæ uidentur uxori concedi, ut ornatus incedat, & non ut sibi uideantur donata, vt l. si ut certo. §. interdum. ff. commoda. Hanc

260 vltimam partem sequitur † Bartol. & quidam moderni. Sed tu latius distingue; aut uestes emuntur filiæ, aut mittuntur sponsæ, aut traduntur uxori. Primo casu uidentur filiæ donatæ, siue filiæ fuerunt donatæ, siue qualitercunque, ideo morte patris talis donatio confirmatur, vt l. filię: C. familiæ ercis. aut mittuntur sponsę, & tunc preciosæ non uidentur donari, sed uidentur concedi, ut preciosius ueniat ad domum sponsi; ut l. si certo. §. interdum. ff. commoda. & ibi no. Iac. Brunel. & quod no. Bar. in l. i. §. nec castrense. ff. de collatio. bonorum. Aut traduntur vxori, & tunc aut nõ est propria traditio, sed quædam promissio, vt quia destinantur serui, vt seruiant vxori, vel assignantur lecti,

261 † vt in uxoribus magnatum, ut aliquibus diebus separatim dormiant à marito, & tunc non uidentur donata, sed iure cuiusdam familiaritatis permissa. ut l. si æstimatus supra eod. & l. mortis



mortis. §. fina. ff. de donatione. inter virum & vxorem. Aut in vestibus, in quibus cadit vera traditio, & tunc si sunt vestes quotidianæ, sunt vxoris, & non tenetur restituere, ut l. ex annuo. & l. si quis pro vxore. ff. de donatio. inter virum & vxorem. cum rationibus ex hac parte factis. Aut sunt preciosę & non videtur donare, vt d. l. quod si vir. ff. de donatio. inter virum & vxorem. cum rationibus ex parte factis, si tamen constaret, quòd animo donandi tunc per mortem mariti essent confirmatæ quantuncunque præciosæ: vt d. l. cum hic status. §. j. allega.

Et ex istis apparet determinatio, q̃ si

262 † uxore mea mortua dimisso filio communi infanculo, demum suas vestes quotidianas pro eleemosina dedi: quia illæ erant suæ ut superius dictum est, videor ego me pro hærede gerere: argumen. l. pro hærede. ff. de acquirenda hæreditate. & ex me præsumitur adita hæreditas nomine filij infantis, quòd possum adire, ut l. si infanti. C. de iure deliberan. secus si dedissem vestes præciosas: quia illæ fuissent: ut not. Barto. in l. gerit pro hærede. ff. de acquirend. hæreditate. quod not.

263 An autem † donata per agnatos viri, mulieri, sint ipsius mulieris, vel viri? In hoc dominus Angelus in l. sed si plures. §. ad substitutos. ff. de vulgari & pupillari substitutione in glossa super verbo beneficio. ibi contra consules. Mediolanẽses, vt donaria eis facta debeant restituere communi Bononiensi. sic dicit. hinc sumpta occasione dixit Bartol. q̃ si tẽpore nuptiarium per agnatos viri mulieri sint facta donaria, matrimonio dissoluto erunt hæredum uiri, si per agnatos vxoris, erunt hæredum vxoris. Tu dic,

264 quòd si illa † donaria facta per agnatos viri conueniebãt solum sexui muliebri: ut sunt tunicæ muliebres talares, quibus filiæ Regum olim vtebantur, vel lineę margaritarũ in capitibus dominarũ deferendę, & similia, & uela capitis solis mulieribus congruentia. l. j. C. de uesti. holobar, lib. 11. & illa pertinẽt ad eã, & eius hæredes, quasi contemplatione eius donata, licet donationis causa fuerit affinitas contracta, ut ff. pro socio l. sociũ, qui in eum. si autem conuenirent solum sexui masculino, ut equi: arma, & similia uerum dicat Bar. vt sint hæredum uiri, veluti sui contemplatione donata,

265 quia cum † verba donationis sint ambigua, quid qualiter, & quantum donetur, & cuius intuitu, semper inspicimus conditionem rei donatæ, & eius cui donatur.

Ex his omnibus ad pręsumẽdum inducimur. Casus est in l. plenum. §. ęqui-

266 tij. ff. de vsu. & habi. † Si autem conuenirent utrique, utputa pecias serici & ueluti, ex quibus vestimenta uirilia & muliebria fieri poterant, & tunc procedere potest distinctio Barto. vt donata per agnatos viri, sint hæredum viri, per agnatos mulieris, sint hæredũ mulieris, duobus concurrentibus. Primò q̃ sem per sint in eodem statu. Secũdò quòd donata per agnatos viri sint donata sponsę, ut sponsæ, & sub commemoratione affinitatis. sicut cum donat filio sub commemoratione patris, & patriæ, potestatis. C. de vsufructu. l. fina. aliàs si sub nomine appellatiuo tantum, vel sub proprio tantum, vel sub vtroque, præsumam donatum intuitu sponsæ, & ideo erunt hæredum eius, vt l. j. C. de vsufruct. & ff. de hęredibus instituendis. l. his uerbis. in fi. ad Trebellia. l. mulier. in princi. per Barto. in simili in l. si filio. ff. de donatio. causa mortis.

Ideo autem dixi, cum res in suo statu manent, quia si dicta donaria incisa fuissent, eius essent: in cuius usum conuersa fuissent, & per consequens suorum hæredum, quia per hanc conuersionem ipsorum consortium, id est, viri & vxoris, videtur declarata intentio ipsorum do-

267 nantium. Si autẽ dicta † donaria potius coaptarentur sexui muliebri, quam uiri; inspiciã quod principalius est, vt l. quęritur. ff. de statu hominum. & ff. de legatis. 2. l. hoc legatum. de auro & argento legato. l. vestis. cum similibus. & ita fuit determinatum de plano tantũ in ciuitate Florentiæ.

Florētiæ. Et ex prædictis, solue nisi dicta donatio sit facta sua commemoratione prędicta quæstione dictorum ambasiato
268 rum, quia si eis fuisset † Leo donatus, qui conuenit ciuitati Bononiæ, quæ est Guelfa, ad communem Bononiæ pertineret. Non est pertinet ciui uni tenere Leonem in domo, sed si fuisset ei donatum, quod congruit ei, puta equus, uel mula, nihil commune deberet habere, nisi sub commemoratione prædicta donatio &c.

269 Quęro † coram quibus iudicibus alimenta petantur? dicit Barto. in l. solent. ff. de ali. & ciba. lega. in 2. colum. sic quæro coram quiqus iudicibus hoc petatur? Respondeo, siquidem alimenta sunt relicta, non ob piam causam, ut uxori suę, & non pauperi, & tunc iudices seculares habent hoc facere, ut hic, & in Specu. de fide instrumen. §. nunc aliqua. & §. sed nunquid iudex. Si uero alimenta sunt relicta pauperibus, tunc non solùm iudex laicus, sed Episcopus potest cognoscere. ut c. significantibus. extra de offic. deleg. & sic iudex laicus exequitur relicta ad pias causas. ut hic, & in l. liberto. §. largius. de annuislagatis. facit l. hęreditas. §. 1. de petitione hęreditatis. Quæ-
270 rit idem Barto. quid si † hęredes sunt diuersi fori, quia unus est clericus, alius est laicus, quia ista diuisio non potest fieri. nisi conuocatis omnibus hęredibus, ut hic. aut ergo conuocabis hęredes corā iudice laico, & clericus dicet, non debeo uenire, & ecōtra Idē in laico corā Episcopo. si dices, deleget iudex sæcularis Ēpo, uel econuerso non pōt: quia mixti imperii ex ista causa, ergo &c. ut l. 1. ff. de offic. eius cui mand. est iurisdi. & c. Si dices, quilibet per se cognoscat, non potest fieri, ne cauę continentiæ diuidantur. l. 1. & 2. ff. de qui. re. ad eundē iudic. ea. Respōdeo: si esset relictum ad pias causas non est dubium: quia tam laici quam clerici tunc Episcopus est iudex. Sed ponendo casum dubium, puto quòd simul ambo cognoscant, sicut alias facit, in auchen. si non contigerit. C. de iudic. uel iudex secularis coram iudice Episco-
po coget laicum ire, & eius iurisdictionem prorogari. arg. l. 1. ff. de qui. re. ad eundem iudic. ea.

271 Attende, Bart. † tenet contrarium eius, quòd hic decidit in l. prędcipimus. in fin. C. de appella. ubi dicit quod si tibi esset obligatus clericus & laicus tali cā, quę deberet coram iudice laico terminari occasione clerici laicus coram Episcopo cōuenietur. quod dicit prepetuo menti tenendum. Tu autem tene quod ratione dignitatis clericalis, opi. Barto. in alleg. l. prędcipimus. in fi. est uerior. Ita dicit Ant. de But. in c. Ioannes. de testa. & uide Bar. in l. fina. ff. de colleg. illici. & ita uidetur ēt tenere Ant. in alleg. §. fi. dicit, q̄ Inn. al leg. illum tex. in cap. sup̄ quęstionem. de offic. deleg. in gloss. super uerbo, actu
272 delegato. quòd † magis dignū trahit ad se minus dignum. sic C. de peti. hæredita. l. hęreditas. & omnia supradicta not. pro intellectu eorum quę no. gl. Bernar. in c. tuam. & in ca. relatum. lo 2. de testa. q̄
273 † quo ad legata. ad pias causas iudex ecclesiasticus cogit tam clericum quàm laicū, quia ad Episcopum spectat cognitio, & executio talium relictorū ad pias causas. Idem quod tenuit Barto. in alleg. l. solent. de ali. & ciba. lega. tenuit Vincen.
274 quòd scilicet † exhęredes siue executores per uiam actionis ordinarię compellantur laici coram laico & coram Episcopo clerici.

Cuius opi. satis suadet rationi, & q̄ ea multū facit tex. in l. j. § j. in fi. ff. de peti.
275 hęredita. † ubi de cognitione relictorum ad pias causas non solū potest cognoscere ecclesiasticus iudex, imo etiam secularis: ut ibi clare declarat Angel. de
276 Peru. licet † Innoc. Hostien. & Io. And. in c. nos quidem. extra de testamen. teneant quòd quo ad omnia cognitio, & iurisdictio, ac compulsio spectat ad Episco
177 pū. Idem tenet apertè † Ioan. de Lig. in c. punit. extra de testa. & ibi Ioann. And. distinguit, ut ibi per eum. Et ſcias
278 quòd ex suo † officio iudex eccelsiasticus procedit ad executionem legatorum ad pias causas, sed in aliis non potest pro
279 cedere ex suo officio: secundum † Bal. in

addi.



addi. Innoc. in c. ad nostram. lo 2. extra de iureiuran. quod singulariter no. bene
280 Iunge prædictis quod ille † qui debet habere alimenta, debet etiam habere expensas in studio. Simile ubi pupil. educa. deb. l. qui filium. sed contrarium not. in l. legatis. ff. de ali. & ciba. lega Responde ibi
281 aliud, cùm † debentur ex dispositione testatoris aliud cùm ex dispositione legis. ibi dicit Bart. in l. de bonis. §. non solùm, ff. de Carboniano edicto.

282 Quæro † quando debet peti alimenta & qualiter debet formari libellus? dicit Barto. in l. pecuniæ. ff. de alimen. & ciba. lega. quòd primò uniuersaliter: ut peto Titium condemnari ad præstandum alimenta in ptęsenti & in futuro: ut l. j. C. de fideicommis. unde sic formato libello, & sententia generaliter, iudex in executione procedat secundùm formam dictæ l. pecuniæ. similiter in generali petitione: ut no. ff. de eden. l. 1. in glos. magna. uel dic quòd petam mihi dari alimenta, & condemnari ad dandum omni anno tantum pro uestiario, & tantum in mense pro
283 uictu. Quando autē † quis petit alimenta præterita, quid debet petere: dic per Bart. in l. liberis. §. j. ff. de alimen. & ciba.
284 lega. Adde, quòd quando † pecunia ad alimenta legatur, ut ex usuris se alat, debet pecunia dari alimentario, non autem potest hæres pecuniam apud se retinere, & usuras uelle soluere. Multum tamen facit in contrarium ff. de usufructu lega. l. fundi. Trebatiani: & hoc credit uerum. eo. Ang. in l. cū hi. §. si integra. ff. de trāsa.

Non obstat alle. §. si integra. quia ibi legatarius fuit iussus restituere pecuniam tempore mortis suæ & sic per consequens testator uidetur iussisse pecuniam sibi tra
285 di. aliàs secus. ibi: ille † qui tenetur, aliquem alimentare, non tenetur debita ipsius soluere, uel alia necessaria. c. cum haberet. de eo qui dux. in ma. quam pol. per
286 adulte. Vtrum autē qui † erranter aluit aliquem tanquam filium, qui nō erat, possit ab eo uel à patre petere expensas? Barto. in l. 1. §. interesse. si mulier uent. hoc ponit ibi uide.

287 Vltimò quære † quę specialia habeat causa alimentorum? dicit Barto. in l. Melæ. ff. de alimen. & ciba. lega. quòd habet primo illud speciale, quòd ex minus utili uoluntate debeatur cum triennii prę fatione ut l. 1. C. de fideicom. Item quia potest relinqui non capaci: ut l. si cui. & l. seruos.
188 ff. de alimen. & cib. leg. Item † per clausulam generalem, quę minuit legata, legatum alimentorum nō minuitur, ut l. liber. §. post unius. ff. de alimen. & ciba. leg. Item quòd relatum nominatim, intelligitur repetitum à substituto. l. 4. §. Lucius. ff. de ali
289 men. & ciba. leg. † Item habet priuilegium in modo exigēdi, quia executor habet actionem. l. alia. ff. de alimen. & cib. lega. Item breuiores dantur dilationes. l. ij. de re iud. Item non admittitur appellatio vt l. j. ff. de appel. re. Item quandoque non admittitur compēsatio. l. 4. C. de compen-
290 sa. Item habet † priuilegium in modo durandi: nam pubertas intelligitur longiori tempore, vt hic. Item non potest pacto contrahentium sine authoritate iudicis remitti, ut l. cum hi. per totam l. C. de transactionibus. Item potest agi pro his tempore feriato. l. 2. ff. de feriis. possunt & alia specialia reperiri, quę per te uideas: quia potius esset laboriosum, quàm subtile, ut dicit glo. in simili in l. 1. ff. sol. matri.

## An posit renunciari beneficio epistolæ. D. Adr. cedendarum actionum &c.

### *SVMMARIVM.*

1 *Beneficio cesionis epistolę diui Adriani, vtrum renunciari posit.*
2 *Fideiussor potest petere vt sibi cedantur per creditorem actiones contra debitorem & contra fideiussores:*
3 *Fideiussor habet beneficium cedendarum actionum tam in pignoribus, quàm etiam in actionibus personalibus.*
4 *Si plures sunt fideiussores quilibet eorum conuentus in solidum potest petere actionem diuidi.*
5 *Vnicuique licitum est renunciare beneficio pro se introducto, & nu. 8.*

6 *Beneficium ordinis competit iuris auctoritate, non iure antiquo.*

7 *Cur notarij in instrumentis dicunt quòd fideiussores, renunciãt beneficio de fideiussoribus, epistolæ D. Adr. nouarum constitutionum de fideiussoribus & de pluribus reis debendi.*

8 *Quale sit beneficium duorum reorum debendi ex auth. hoc ita. C. de duob. reis, & an an beneficio huius authen. & nouæ constitutionis renunciari possit nu. 9.*

10 *Ius quandocunque est introductum in beneficium renunciari potest.*

11 *Fideiussor de indemnitate si renũciauit beneficio huius authen. fideiussor an poterit conueniri incontinenti.*

12 *Plures cum se obligant simpliciter quilibet intelligitur promittere suam uirilem.*

13 *Plures cum in se principalem obligationem alienam susceperunt, generalis an specialis debet esse renunciatio.*

14 *Tantum operatur genus quo ab genus, quantum species quoad speciem.*

15 *Beneficijs notis contrahentibus ab initio, potuerunt prouidere.*

16 *In iudiciis benignius agitur ex æquitate prætoriai*

17 *Renunciatio generalis non ualet, nisi sit minor uel mulier, quæ deberet de suis beneficiis certificari specialiter, nec præsumitur certificata nisi appareat.*

18 *In renunciatione alicuius beneficij, debet exprimi qualitas beneficij.*

16 *Notarij ex consuetudine apponunt clausulas speciales deinde subijciunt.*

20 *Beneficium specificatur ad hoc ut clausula generalis aliquid operetur & sic de similibus ad similia non de maioribus.*

21 *Clausulæ speciales eo practicantur, ut a contrario sensu decur intelligi & clausulæ omnino generales non sunt sufficientes.*

22 *Beneficiis quatuor quotidie renunciatur in instrumentis & quæ sint.*

23 *Beneficia declarantur ne ambiguitas & incertitudo sermonis capiat simplices homines, & quæ sint beneficia certa, & tempore contractus nascantur. & nu. 24.*

25 *Gloss. tangit de aliquibus beneficiis beneficiorum quæ tria sunt.*

26 *Fideiussores cum sunt absentes an gaudeant iis priuilegiis.*

27 *Creditoris in optione erat olim an primo cũ ueniret debitorẽ, an fideiussorẽ hodie secus.*

28 *Exceptio huiusmodi an sit dilatoria & debeat opponi ante litem contestatam.*

29 *Creditor prius vendat pignus si de facili uendi potest & est apud creditorem quam cũueniat fideiussorem quando & pignus datum est & fideiussor.*

30 *Fideiussor dicitur acceptus in subsidiũ, nec cũuenitur nisi prius discussis bonis debitoris.*

31 *Ad qd pdest creditori qd renũcietur huic beneficio, ad gratificandũ amico & qũo.*

32 *Fideiussor soluens p debitore nisi illico cõueniat ut actiones crederẽtur ex post facto nõ pot desiderare ut actiones sibi cedãtur.*

33 *Plures ubi sunt fideiussores, an & quãdo & quomodo potest petitionẽ diuidere, et qũo habere quis recursum in alios ualet.*

34 *Beneficio epistolæ D. Adr. scinditur actio inter creditores & fideiussores & de renunciatione beneficij tabelliones hodie faciunt magnam gulam.*

35 *Circa materiam huius epistolæ quatuor spectanda, & quæ & de singulis remissiuè.*

1 AN posit renunciari †beneficio diuisionis epistolę diui Adriani cedendarũ actionũ, & nouę cõstitutionis fideiussorũ, & de duob. reis. Cy. in auth. hoc ita. C. de duo. reis. quærit an posit renunciari beneficio de duob. reis. introducto, per authen. hoc ita. C. de duob. reis. dicit q̃ sic. l. pen. C. de pactis. & de reb. cre. l. si quis. cum si. & idẽ tenet glo. in d. authen. hoc ita Bal. in l. cre-
2 ditori. C. de fideiuss. sic dicit, fideiussor pot petere, ut sibi cedantur per creditorem actiones contra debitorem, & contra fideiussores, vt l. fideiussores §. idem scribit. & l. fideiussurib. ff. de fideiuss. & C. locati. l. si diuisa. & C. de arbi. tute. l. cũ inter
3 dictæ. habet ergo † fideiussor iure antiquo beneficium cedendarum actionum tam in pignoribus, ut l. 2. C. de fideiussor. quàm etiam in actionibus personalibus. l. 1. C. etiam ob chirographa. pecu. habet ergo fideiussor beneficium diuisionis,



nis, sed non ex hac parte iuris, sed epistolę diui Adriani, cuius uerba non habemus, sed solũ sentẽciam. institu. de fideiussor. §.
4 si plures. unde † si plures sunt fideiussores, quilibet eorum conuentus in solidum potest petere actionem diuidi, ut in allega. §. si plures. hoc tamẽ fallit in casibus, qui not. in glos. magna d. §. si plures. cui adde unum, scilicet quòd fideiussores renunciauerunt beneficio fideiussionis, cum
5 † unicuique licitum sit renunciare beneficio pro se introducto, ut dicta l. penul-
6 tima. C. de pactis. Aliud est † beneficium ordinis, & illud competit iuris authoritate, non iure antiquo, uel per epistolam diui Adriani. Et de isto habes in authent. præsente. C. de fideiussor. & in corpore unde sumitur.

7 Et nunc intelligis, quare † dicunt notarii in instrumentis, quòd fideiussores renunciant beneficio de fideiussoribus, epistolæ diui Adriani, & beneficio nouarũ constitutionum de fideiussoribus, & de plurib. reis debendi? Et hanc formam ponunt etiam, cum plures rei se obligãt, ita etiam renunciando renunciatur beneficio cedendarum tam in hypotheca, quàm in personali, per l. 2. C. de fideiussoribus. & per alias leges. ff. eod. tit. l. si fideiussores. §. idem respondit. Renunciatur etiam beneficio diuisionis, quod tribuitur eis per epistolam diui Adriani: ut in dicto §. si plures. Renunciatur etiam beneficio ordinis, quod continetur in constitutione de fideiusso. de quo in dicta authen. præsente.

Alia constitutio noua est de pluribus reis debendi, qua etiam gaudent non solum rei debendi principales: imò etiam fideiussores plures insolidum obligati, &
8 quale sit istud † beneficium duorum reorum, habetur in auth. hoc ita. C. de duobus reis. ubi habetur quòd licet quilibet duorum reorum teneatur insolidum, tamen quilibet eorum non potest insolidum conueniri, nisi cum alter est inops aut absens, qui de facili exhiberi non potest. Vel secundum Bald. in dicta authen. hoc ita. nisi fuerit dicto beneficio renunciatum, quilibet enim suo iuri in suo fauore introducto potest renunciare secundum glo. in d. auth. hoc ita. quę hoc tenet. Vnde Bald. in d. authen. hoc ita. sic dicit.
9 Sed † an beneficio huius authen. & nouæ constitutionis possit renunciari? glos. dicit quòd sic. Adde quod no. in l. pen. C. de pact. & in authen. de fideiuss. Regula
10 est quòd † quandocunque ius est introductum in beneficium, potest renunciari, facit l. 1. ff. si quis in ius uoca. non ier. & in instrumentis fit ista renunciatio.

Quid in fideiussoribus? Bal. in d. authen. præsente. sic dicit, Quid autem si
11 † fideiussor de indemnitate renunciauit beneficio authen. præsente. an poterit fideiusor conueneri incontinenti? de aliis non est dubium, ex quo istud beneficium est in eorum fauorẽ introductum: ut l. penul. C. de pac. dic quòd licet renuncier, non tamen potest conueniri ante reum principalem, secundum Bart. C. de conuen. fi. deb. bo. lib. x. Item idẽ Bal. in l. non rectè. C. de fideiusso. sic dicit, quòd
12 licet cum † plures se obligant simpliciter, quilibet intelligatur promittere suam viriłem, nisi aliud agatur, vt in authen. hoc ita. C. de duobus reis. tamen. secus est, cum plures se obligant tanquam fideiussores, quia quilibet tenetur in solidum etiam si non sit actum, ut quilibet sit insolidum obligatus: tamen licet quilibet insolidum teneatur, obligatio diuiditur inter eos, si sunt soluendo, ut in l. non rectè. C. de fideiusso. & d. §. si plures. præterquàm in casibus not. in alleg. §. si plures. uno alio superaddito, uidelicet quando renunciauerunt beneficio diuisionis, seu. beneficio epistolę diui Adriani, q̃ idem est.

Et idem uidetur in pluribus suscipiẽtibus in se principalem obligationem alienam, ut quilibet teneatur insolidum, licet nihil dictum sit. Casus est, in l. si paterna. c. ad Velleian. Et qualis debeat
13 esse † renunciatio, an generalis seu specialis? super hoc consulit Bald. Tenor consilii talis est, Queritur utrum fideiussores, qui renunciauerunt omnibus beneficiis, possint oponere beneficium

ficium epistolę diui Adriani. Item nunquid plures rei debendi, insolidum renunciando generaliter omnibus beneficiis, & non expresso specialiter aliquo beneficio, intelligantur renunciasse beneficio nouę constitu. de duo re. & beneficio cedendarum actio. & uidetur, quòd dicta renunciatio ita generalissima non ualeat. l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cau.

14 In contrarium uidetur, quòd † tantum operetur genus quo ad genus, quantum species quo ad speciem. l. si duo. ff. de administra. tuto. Item certum est quòd istis beneficiis potest renunciari, ut not. in l. nisi. ff. de pact. & in auth. de fide instrum.

15 in prin. sunt enim ista † beneficia satis nota ipsis contrahentibus ab ipso initio, ita quòd bene potuerunt prohibere. Et sic nõ obstat dictus §. quęsitum. quia loquitur ibi de exceptione, cui ab initio seu à principio prouidere non potuerũt: sed postea ex fortuitis casibus, qui emerserunt. Item

16 ibi loquitur † in iudiciis in quibus beniguius agitur ex æquitate pretoria: eod. ti. l. & si post tres. & l. si seruus. §. si plurium.

17 dici potest, quòd ualeat † renunciatio generalis nisi sit minor, uel mulier, quæ deberet de suis beneficiis certificari specialiter: & non præsumitur certificata, nisi appareat, ut no. ff. de uerborum obligatio. l. sciendum. Facit ad prædicta C. de pact. l. pe. in contrarium facit l. j. ff. si quis in ius uocatus non ierit. ubi uidetur text. quòd

18 † requiratur, quòd exprimatur qualitas beneficii, puta renunciauit beneficio fori de fideiussoribus, &c. nam & illa l. penultima. hoc idem sentit. C. quando mulier tutelæ officio fungi potest. authen. matri. & auiæ. & in authent. ut sine proh. bitio. matres. debit. & credito. §. quia uerò. Et consuetudo notariorum sic se habet,

19 quòd † in instrumentis apponunt clausulas speciales, deinde subiciunt generales. Et tunc ad l. si duo respondetur, quod est speciale in renunciatione beneficiorum, quòd uerba omnino generalia non sufficiant.

De materia §. quæsitum. nor. Cy. in l. j. C. commoda. & ita est tutior opinio, ꝗ

20 aliquod † beneficium sit specificatum ad hoc, ut clausula generalis aliquid operetur: & tunc operatur de similibus ad similia, non de maioribus. ff. de contrahenda emptio. l. si fistulas. §. frumenta. argument. ff. de uino tri: & oleo leg. l. fin. §. cui dulcia. Et potest defendi à cõtrario sensu communis practicæ. Ideo enim practi-

21 cantur † clausulæ speciales, ut à contrario sensu debeat intelligi, quòd clausulę omnino generales non sunt sufficientes. Speculat. in titulo, de renunciatio. & conclusio. in j. columna. multa uerba dicit, an ualeat dicta renunciatio generalis. & finaliter inclinat quòd non ualet: sed bene ualeret postea. in eodem titul. versiculo, &

22 quoniam. dicit quòd † quotidie in instrumentis publicis renunciatur quatuor beneficiis singulariter nominanda, scilicet, beneficio epistolæ diui Adriani: beneficio nouę constitutionis, de fideiussoribus, beneficio nouæ constitutionis, de duobus reis, beneficio cedendarum actionum.

Et quia istæ renunciationes sunt multum prejudiciales, ideo per consuetudi-

23 nem introductum est ut specificentur & declarentur, ne ambiguitas & incertitudo sermonis capiat simplices homines, argumen. ff. de transactio l. cum Aquiliana. & cap. j. de noua forma fide. collatio: decima. Bald. Sed uidetur, quòd ualeat renunciatio quo ad beneficium epistolæ, & nouæ constitutionis de duobus reis,

